Smithsonian Institution
Libraries



1º

508.
P.123

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

VOLVMEN TERTIVM

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. MDCCLXXIX.

Smithsonian Institution
246459
National Museum.

PA
6611
A2
1777
v.3

IOHANNIS HARDVINI
NVMISMATVM DVORVM
QVAE SVNT
INSCRIPTA LITERIS, VT VOCANT, SAMARITICIS,
INTERPRETATIO
AD EA
PLINII VERBA, L. VII. S. LVII.
LITERAS SEMPER ARBITROR ASSYRIAS FVISSE.

Ex omnibus numiſmatibus, quae vulgo dicuntur *Samaritica*, quaeque viſa ſunt hactenus, nulla tanti arbitramur eſſe momenti ad eruditionem, quanti ſunt duo e Cimelio *D. de Boze* in hac ciuitate Pariſienſi; quamuis a nemine, quem quidem nouerim, commemorentur eorum, qui de nummis Samariticis, ab annis iam amplius centum quinquaginta aliquid ſcripto prodiderunt.

Prius eſt ex aere mediocri: ex vna parte palmam exhibet Iudaeae ſymbolum, cum hac epigra-

phe trium vocabulorum totidem verſibus, nec rectis quidem, ſed incuruis. Haec vocabula totidem iſthic literis Hebraicis repraeſento, quippe quarum eadem ac Samariticarum vis et poteſtas eſt, tantum forma diſpar: ſed Hebraicarum notior haec legentibus

שמעון
נשיא
ישראל

hoc eſt, *Simeon Princeps Iſrael.* Duae priores cuiuſque nominis literae ad palmae arboris laeuam, reliquae ad dexteram ſunt poſitae. Inferius ſiniſtrorſum adiecta eſt praeterea litera ש: id quod huius numiſmatis proprium ac peculiare eſt, vt infra dicemus. In parte nummi poſtica eſt pampinus, ſymbolum regionis, in qua percuſſum numiſma eſt, hoc eſt, regni Iuda, quod fuit vini ferax, vt in ipſo Iacobi vaticinio dicitur, Gen. XLIX. 11. Epigraphe in ambitu has dumtaxat voces ac literas exhibet:

....חת לגאלת ישראל

deſunt tres priores literae, quas typus aberrans non expreſſit: ſed quae priores leguntur hic literae duae, certiſſime indicant, integram hanc fuiſſe epigraphen:

שנת אחת לגאלת ישראל.

quemadmodum integra ipſa legitur in alio numiſmate ex Gaza Regia. Sententia eſt: *Anno primo redemptionis Iſrael.*

Nihilo leuius momentum in altero numiſmate eſt, quod ex aere minime formae eſt, ſed nitidiſſimum, et omnis expers vitii. Ex vna parte palma arbor eſt, vt in priore: ſed epigraphe verſus duos facit, ignotis prorſus characteribus. Poſticam nummi aream vua occupat. Epigraphe conſtat literis,

vt

vt vocant Samariticis, prorſus eadem atque in priore numiſmate:

שנת אחת לגאלת ישראל.

Anno primo redemptionis Iſrael. Quid ignoti iſti valeant characteres, probabiliter indicare, hic labor eſt. Nam ſi de illis iudicium feras ex ſimilitudine aliqua vel affinitate cum literis ſimilibus, erunt inanes eae ac futiles coniecturae. Firmioribus ad probandum indiciis vel argumentis opus. Nobis quidem ignota haec epigraphe duo priora dumtaxat prioris numiſmatis vocabula videtur exhibere: שמעון נשיא *Simeon Princeps.* Nam vt ita exiſtimemus, his argumentis adducimur. 1) Quod vt in illo numiſmate, ſic et in iſto, verſus duos voces hae duae efficiunt. 2. Quod idem numerus literarum vtrobique eſt: nimirum quinque, quae nomen *Simonis;* et quae *Principem* ſignificent, quatuor. Nam quod inde ſequeretur literam *nun* in hac ſcribendi forma ignota biformem fuiſſe, et literam *ſin* diuerſam a *ſchin*, nihil iſtud mirum videri debet: quum apud Arabes ipſimet hi characteres, pro vario ſitu, diſſimilis formae ſint. 3. Denique numiſmata omnia, quorum inſcriptio eſt ex vna parte, *Libertatis Ieruſalem*, *Redemptionis Iſrael, Redemptionis Sion;* vel vt in nouem numiſmatibus vidimus apud *D. de Boze*, *Libertatis*, ſiue *Liberationis Sion:* haec, inquam, omnia numiſmata ex altera parte nomen *Simonis* vel ſolum exhibent, vel adiecto titulo, *Principis Iſrael;* aut annum ſaltem, *quo ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael*, vt ſcriptor ſacer loquitur, 1. Macc. XIII. 41. Annon igitur ſimillimum veri eſt, quum iam annus iſtius liberationis perſpicue ſit in poſteriore huius nummi parte adnotatus, vt eſt in poſteriore pagina nummi prioris; epigraphen quoque partis anticae ad eam accedere proxime quae legi-

 tur

tur in priore: quum praeſertim eadem quoque fere in ambobus ſymbola ſint?

Quaecumque vero re ipſa poteſtas ac ſignificatio ſit harum literarum, quae tantopere diſcrepant a Samariticis ex aduerſo poſitis, nobis eae eſſe Babyloniae videntur: quae vero Samariticae vulgo nuncupantur, ASSYRIAE ſunt, quibus vtebantur Cuthaei: quaeque quot ſunt et apud Hebraeos, in numiſmatibus deprehenduntur, praeter quinque. Praebere huic coniecturae locum ipſamet videtur Scriptura ſacra, L. IV. Reg. c. XVII. 24, vbi rex Aſſyriae dicitur, quum in ditionem ſuam Iſraelitas transtuliſſet, miſiſſe in Samariam colonos de Babylone, et de Cutha, ac de tribus aliis locis: ſed ſunt priores hae duae regiones ſpectabiliores, et (vt apparet) inter ſe vicinae: nam eas dignitatis ordine appellaſſe Scriptor ſacer videtur. Vt cum Iudaeis atque Iſraelitis Babylonii iſti Cuthaeique iungerent commercium, potuere decurſu temporis, ſaluo nihilominus patrio ſermone, linguam Hebraeam perdiſcere. Sic enim Abraham ipſe quoque tunc didicit, quum in terra Chanaan domicilium collocauit rerum ſuarum, vbi lingua Noë et ipſiuſmet Adami, hoc eſt, Hebraea ipſa quam legimus, integra perſtiterat, cum Hebraeis ſimul characteribus: eo quod Chananaei hanc regionem occuparant, ante confuſionem linguarum, quae in Babel contigit, quo ſe Chananaei non contulerant, vt in Tract. de Paradiſo terreſtri oſtendimus, ex Gen. X. 18. 25.

Sic Babylonii Cuthaeique ſuum quique morem ſcribendi ſeruarunt: quoniam haud facile poſſent adduci coloniae integrae, vt hunc mutarent, alienum adſciſcerent: quum ius in eos, praeterquam regi ſuo, nemini eſſet. Nam neque Sacerdos ille, quem ad eos Salmanaſer rex Aſſyriorum miſit, qui ri-

ritum eos doceret colendi veri numinis; neque is, inquam, illis ſcribendi aut legendi praeceptor fuit: idem illis ſermo, eadem ſcriptura, ac prius. Ipſe ille eorumdem lingua apud eos verba faciebat: moram quippe in Aſſyria egerat is ſatis diuturnam ad linguam eam percallendam. Quum tota Samariae poteſtas eorum eſſet, Iſraelitae verius, qui ſingulatim vere ac vix manipulatim ex Aſſyria eo remigrabant, ſcribendi morem adſciſcere cogebantur eum fortaſſis, quem noui incolae adduxiſſent in eam regionem, ac multitudini cedere.

Non eadem conditio Iudaeorum fuit, quos abduxit Nabuchodonoſor in Babylonem. Quum enim turmatimredituros ſe eſſe vniuerſos in patriam poſt annos ſeptuaginta ex oraculo diuino pro certo haberent, veterem ſcribendi modum, patriique ſermonis conſuetudinem conſtantiſſime tenuerunt. Neque vero fuit Eſdras auctoritate aliqua conſpicuus, quae vel vnum aliquem priuatum hominem, nedum gentem vniuerſam diſcedere cogeret a vetuſto ſcribendi more. Ac praeter Iudaeos, ceteri quoque Iſraelitae, tum e decem tribubus, qui ex Aſſyria reuertebantur, tum qui degebant in prouinciis, rerum nouarum molitorem eum eſſe inclamaſſent, ſi receptos a Moſe et Abrahamo ipſo characteres, quos Patriarchae ac Prophetae pro ſacris habuiſſent, et quos Deus ipſemet ſcriptis Decalogi tabulis conſecraſſet, hos Eſdras ad profanos vſus deiicere, aut ad falſorum numinum cultores, quales erant Cuthaei, ablegare decreuiſſet. Veterem ſcripturam illi e contrario, Iudaei aeque atque Iſraelitae, in libris ſacris praeſertim, omnes ſumma religione tenuerunt; etiam ii, qui dudum ante Eſdrae aetatem erant per vniuerſum orbem diſperſi:

ſi: qua nimirum religione eamdem etiamnum obfirmate retinent, vbicumque gentium degant.

Poſt reditum igitur Iſraelitarum fuere duo ſcribendi genera diuerſa inter ſe, in Samaria proprie dicta, quam ſubditis ſuis popularibus rex Aſſyriorum colendam dederat: non tamen extra eam regionem: nam in reliquis Terrae ſanctae partibus Hebraea ſcribendi forma fuit vna fere in vſu vſque ad Seleucidas. Fuere illa ſcribendi genera duo, Aſſyrium et Babylonium: nec fere aliud praeterea ex Aſſyria potuit proficiſci. Nam quod Rabbini aiunt, Hebraeum characterem, qui nunc quoque in vſu eſt, Aſſyrium eſſe, non ita accipiendum eſt, quaſi ex Aſſyriis profluxerit; ſed quod dici Aſſyrius poſſit, hoc eſt, beatus, quippe quem Deus ipſe conſecrarit, dum in ſcribendis Decalogi tabulis eumdem adhibuit: quoniam quae vox *beatum* Hebraice, eadem Aſſyrium ſignificat. Ita certe dictum iſtud Maiemonides, aliique permulti accipiunt. Quod vero Iudaeus alter prodidit in ſuis ſuper Miſchna commentariis, id eſt multo verius certiuſque: characterem ſcilicet, quem Samariticum plerique vocant, reipſa Cuthaeum eſſe. Hebraica enim nomina Cuthaei ſuo, hoc eſt, Aſſyrio charactere ſcribere conſueuerant, quo plane modo Graeci hodie Turcica nomina Graece ſcribunt.

In magnam certe gloriam cedebat ſummo Sacerdoti et magno duci gentis Iſraeliticae, quod numiſmata cuderentur honori ſuo, gentium duarum ſcriptura, quae genti ſuae fuiſſent olim infenſiſſimae: haberetque ſibi ſubiectos ex vtraque ea gente colonos; nempe Babylonios, Cuthaeoſque ex Aſſyria. Hoc vero illud ipſum eſt, noſtra quidem ſen-

ten-

tentia, quod horumce duorum numiſmatum poſterius exhibet. Sic ille triumphum agebat de linguis duabus ex tribus illis, quas hactenus ſibi infeſtiſſimas Iudaei erant experti. Nam *lingua tertia*, lingua ſiue gens Graecorum fuit, vt in Commentariis nondum praelo editis ad c. XXVIII. Eccleſiaſtici diximus.

Haud aegre certe aſſentientur ii, qui aliquam numiſmatum peritiam habent, ignotum huiuſce nummi characterem ei fuiſſe magiſtratui familiarem, cuius eſt iuſſu percuſſus: quemadmodum in aliis, qui Samaritici dicuntur, pars illa certiſſime potior eſt, in qua nomen eſt Principis ſcriptum. Hic vero magiſtratus non fuiſſe Iſraelita videtur, hoc eſt, non ex Iacobi poſteris, aut religione Iudaeus. Enimvero eam ob cauſam, ſi recte quidem coniecimus, *Simeon Princeps* dumtaxat ſcripſit, non adiecit *Iſrael*, quae vox in ceteris perpetuo legitur, in quibus *Simeon Princeps* eſt; quoniam alterutro charactere ſatis fuit Principem Iſrael nuncupari. Fuit nimirum Simeoni obnoxius ille magiſtratus, nec tamen iiſdem addictus ſacris, aut ex eadem gente oriundus; quamuis erat fortaſſis ex eorum numero gentilium, qui Hieroſolymam *adſcendebant vt adorarent in die feſto* Paſchae, teſte Ioh. XII. 20. Erat enim is magiſtratus vnius e tribus oppidis Samariae, quae Demetrius Syriae rex Ionathae ſacerdoti Simonis fratri ac deceſſori donauerat: vti narratur 1. Macc. X. 30. et XI. 34. Itaque noluit is in ea numiſmatis parte ſcribere, *Simeon Princeps Iſrael:* quum ipſe character aliam ab Iſraelitica gentem deſignet, quamuis et ipſam principatui Simonis obnoxiam: praeſertim quum alterius partis epigraphe Principis

gentem ac religionem ſatis conſpicue deſignet, poſito nimirum *anno primo redemptionis Iſrael.*

Ne Samaritanus quidem oppidorum horum magiſtratus verius fuit, quam Turcicus praefectus, qui iuri dicundo praeeſt in ciuitatibus Graeciae, appellatus eſt aut appellandus aliquando Graecus. Quin imo recentes iſti Samariae incolae ſecernuntur a Samaritanis IV. Reg. XVII. 29. *Hic ſtultus populus ille eſt, qui habitat in Sichimis:* vt quidem ſcripſit Eccleſiaſticus, annis circiter XXVI. ante percuſſa haec duo numiſmata; ſed Samaritanum non appellat. Neque enim Samaritani fuere alii, praeter Iſraelitas a Iudaeis ſchiſmate diuiſos, qui Hieroſolymis adorare Deum nollent cum reliqua gente: nec alios Scriptura ſacra in Euangelio aut alibi Samaritanos agnouit, praeter iſtos. Itaque non ſunt iſta numiſmata, ſi quidem proprie loquimur, Samaritica: neque enim ſunt ea a Samaritanis percuſſa: quamuis Samaritica, ſi lubet, eo nomine poſſint appellari, quod ex Samaria prodierunt. Cuthaei videlicet, Babyloniique, qui in ea regione conſederant, ea percuſſerunt Principis illius iuſſu, cuius ſub poteſtate eſſent, quique inſcriptum eſſe nomen ſuum in nummis percuperet, regum more, qui cum imperio praeerant vicinis prouinciis. Id vero impetrare neque a Iudaeis Hieroſolymitanis potuerat; nec magis poſſet a Samaritanis Iſraelitis, quibus vtique haud minor religio, hac certe in parte, quam Iudaeis, foret.

Non eſt arbitratus Simon ſacerdos ſe legem perfringere, ſi rerum a Deo creatarum effigies in nummis inſculpi ab alienigenis iuberet: ſed poſtquam annis ipſis quatuor populo obſtitiſſet, cedere de-

demum coactus eſt. Nam vltra annum quartum numiſmata, quae dicuntur Samaritica, nulla viſuntur, aut conſpecta vmquam alicui fuere: quamuis Spanhemius aſſerat, ſed ſine teſte, et ex falſo certe rumore, annum quoque ſextum in aliquo numiſmate eſſe conſignatum. Hieroſolymorum certe rudera potuere ſaepenumero excuti; numquid effoſſum ibi numiſma quodpiam ſincerum eſt, alterius nomine, quam Simonis, aut vltra annum quartum ipſius, inſcriptum? Cur, praeter illum, neminis alterius nomen in nummis illius gentis apparet? Vt Dauidem ſileamus et Salomonem, regeſque tum Iuda, tum Iſrael, ad vnum omnes; cur nullus Iohannis ſaltem nomen nummus praefert, quum fuerit is tum Sacerdotio poſt patrem Simonem inclytus, tum rebus geſtis commendatiſſimus, vt ſacri libri produnt? Cur neque cuiuſquam nomine poſterorum eius nummus viſus adhuc eſt?

Nulli quidem ambigimus, quin reuerentia legis, prohibentis vbique ne ſimilitudo quaepiam fieret rei a Deo creatae in priuatos vſus, Iudaeos cohibuerit, ne nummos ipſimet aliqua effigie conſignarent. Sed alia praeterea firmiſſima certe cauſa Simonem Pontificem adegit, vt ad percuſſuram propriam numiſmatis cum ſuo nomine faciendam alienigenarum operam adhiberet, eorum ſcilicet qui ſibi ſubiecti forent: alii enim in circuitu infenſi admodum ei fuere. In cauſa fuit populus ipſe Iudaicus, maximopere tenax ſui iuris, ac ſuae libertatis. Fuit enim Hieroſolymorum, aeque ac ceterarum Terrae ſanctae vrbium regimen Democraticum; vt initio Commentariorum in Eccleſiaſticum diximus: ex quo nimirum ſuprema clade regum Iuda et Iſrael viſus eſt praepotens Deus reges ibi eſſe

nol-

nolle vſque ad aduentum Meſſiae, qui futurus erat Rex regum, et Dominus dominantium. Docet iſtud hiſtoria Bethuliae obſeſſae in libro Iudith: primus liber Macc. c. XII. 6. XIII. 36. XIV. 20. XV. 2. Et ſecundus, c. I. 10. Matth. c. XXVII. 20. Marc. c. XV. 15. Ioh. c. I. 19. Luc. in Act. II. 14. 23. praeter alia multa Scripturae ſacrae loca. Quantumuis igitur plurimum ſibi a Iudaeis tribuendum eſſe Simon Pontifex non neſciret; nam ipſe cum fratribus collapſam reſtituerat rem: veritus tamen nec temere eſt, ne ſi ius ſibi ſumeret ſummorum dominorum; nempe ſi ſuo nomine nummos percuti iuberet, more Syriae Aegyptique regum, impatientem regiae poteſtatis populum offenderet, cui et ea res eſſet hactenus inaudita, nec ſeruitium vllum tolerabile. Certo ſacri libri, qui *populum Iſrael* narrant *ſcripſiſſe in tabulis et geſtis publicis, Anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote, magno Duce, et principe Iudaeorum*; de nummis plane ſilent: quod idem eſſe atque eos improbaſſe credimus. Tanta populi quidem fuit erga Simonem et fratres eius reuerentia, vt nomen ipſorum ſuo praeponi ſineret in literis, quae Reipublicae Iudaicae nomine ſcriberentur. Vt 1 Macc. VIII. 10. *Iudas Maccabaeus, et fratres eius, et populus Iudaeorum.* C. XII. 6. *Ionathas ſummus ſacerdos, et Seniores gentis, et reliquus populus Iudaeorum.* C. XV. 17. *Simon princeps Sacerdotum, et populus Iudaeorum.* Sed mox ius ſuum et locum populus recepit, quo priuatum quemlibet, etiam ſacerdotii ſummi dignitate conſpicuum, anteibat. Itaque quod in tribus iſtis fratribus ferendum vtcumque populo viſum eſt, ad poſteros non eſt tranſmiſſum. Certe ſummus Sacerdos Iudas, Simonis nepos, in epiſtola anno poſt aui obitum vndecimo ſcripta: poſt populum et

poſt Senatum, qui pars populi fuit, iſte poſtremus, vt priuatus quilibet, appellatur, 2 Macc. I. 10: *Populus qui eſt Hieroſolymis, et in Iudaea, Senatuſque, et Iudas.* Neque tunc amplius, vt ſub Simone factitatum fuerat, anni ſcribebantur ſummorum pontificum in tabulis geſtiſque publicis.

Haec igitur ratio veriſimillime Simonem adegit, vt demum populo cederet, abſtineretque poſt annum quartum a percuſſura proprii numiſmatis: certe nullum ſimile apud Iudaeos vlla viſum aetate eſt. Nam quae nec Simonis habent nomen, nec annum notatum; ſed pretii notam dumtaxat; adeo perſpicuum eſt, eſſe ea eiuſdem officinae, (nam id omnino ſuadet indiſcreta fabricae ſimilitudo:) vt obſtinatae pertinaciae ſit, eo tantum argumento contendere, alio tempore potuiſſe ea cudi, quoniam nullum certum habent annum notatum.

Ceterum non fuit haec Simonis Pontificis pecunia in vſu extra ditionem ipſius, aut extra ipſammet Samariam. Et regi Antiocho Euergetae id ſummopere diſplicuit; quippe qui beneficiario iure obſtrictam ſibi Iudaeam eſſe credi vellet; vnde et ipſe, et ante ipſum Alexander Antiochi Dei filius, Euergetae nomen accepit. Quoniam autem e re ſua eſſe intelligeret mitius cum Simone agere, voluit ſaltem id ſibi eum veluti clientem debere. Itaque quum iam ante annos tres id iuris ſibi Simon ſumſiſſet; edicto ei conceſſit, vt pecuniam publicam cuderet, ſed quae in Iudaeae vſu tantum eſſet. *Permitto tibi*, inquit, *facere percuſſuram proprii numiſmatis in tua regione.* 1. Macc. XV. 6.

Deni-

Denique quod ex ignoto huiuſce numiſmatis charactere potiſſimum ac perſpicue colligitur, iſtud eſt, non fuiſſe illud Hieroſolymis percuſſum, idque extra omnem dubitationem eſſe. Neque ipſe igitur character alter, qui Samariticus dicitur, et in altera legitur nummi pagina, Hieroſolymis quoque cuſus eſt; neque alii proinde, qui nummi vulgo Samaritici nuncupantur. Fuit ergo Iudaeis peregrina vtraque forma ſcribendi; nec fuit vmquam Samaritica ab ipſis recepta, ſiue in vſu ſacro, ſiue in vſu communi. An enim Iudaei patienter ferrent in vno eodemque numiſmate cum profanis alienigenarum characteribus coniungi ſacrum ſuum ſiue ſermonem, ſiue characterem? Sunt itaque hi duo diuerſi characteres vnius ciuitatis, in qua gentes duae degerent ita concordes, vt ſuum tamen auitumque ſcribendi morem quaeque ſeruaret. Sic numiſmata multa videmus inſcripta Graece ſimul et Latine. Graeca literatura ciuitatem ibi ſeu veteres incolas denotat. Latina Romanum Imperatorem, vel magiſtratum, coloniamue eo deductam. Eiuſdem formae eſt eximius ex auro nummus, quem Vredus affert p. 27. Balduini I. qui Latine ex vna parte titulum Imperatoris exhibet, ex altera, Deſpotae titulum Graece. Non igitur Hieroſolymis percuſſa ea numiſmata ſunt: quandoquidem Hebraeus character, quem in Bibliis legimus, ſolus ibi fuit in vſu. Niſi forte quis exiſtimat, etiam quod Hebraice ſcribi in titulo Crucis iuſſit Pilatus, eo charactere ſcriptum fuiſſe, quem in Simonis Pontificis nummis cernimus, annis ante Pilatum CXXX. Exſtat Herodis regis, cuius principatu Chriſtus natus eſt, Graecum numiſma; et illud in Iudaea quidem, et Caeſareae a Graecis percuſſum, non a Iudaeis Hieroſolymis.

Non

Non alia igitur cauſa quaerenda eſt, quamobrem Simonis Pontificis peregrinis characteribus percuſſa numiſmata ſint, niſi quia percuſſa in Samaria: quemadmodum haud alia eſt inquirenda cauſa cur plurima Romanorum Imperatorum numiſmata inſcripta ſint Graece, quam quia cuſa in Graecia ſunt. Praeſertim quum Samaritanae ſcripturae veſtigia, Simonis numiſmatibus antiquius nullum ſit, aut conſtare vllo argumento poſſit, vetuſtiorem eam in Terra ſancta eſſe, quam ſint deductae in Samariam coloniae Cuthaeorum. Phoenicia certe ea ſcriptura non eſt: nam Phoeniciae literae, quae viſuntur in nummis Tyri et Sidonis, earum ſimilitudinem habent quas Samariticas vocant, vt Graecae habent Arabicarum.

Ducit ergo nos in cognitionem rei dignae ſcitu ille ipſe qui ignotus nobis eſt character nummi poſterioris. Sed priorem maxime commendat, quod ipſam exhibet notatam perſpicue ciuitatem Samariae: in qua percuſſi nummi fuere, quos Samariticos vocant. Nam litera ש quae in ima parte prioris areae latere ſiniſtro conſpicitur, non alio fine ibi potuit collocari, quam vt ciuitatem deſignaret, vbi percuſſus nummus eſt. *Sichem* nimirum ipſa eſt, caput Samariae, vbi *ſtultus* ille *populus* fuit, *qui habitabat in Sichimis*, vt dictum eſt ſuperius: hoc eſt, addictus cultui inanium deorum: qui tunc ſaltem plus ibi poterat, quum ita ſacer autor ſcriberet. Imitari praefectus monetae in hoc numiſmate voluit formam nummorum, quos percuti iubebant vicini reges, inprimis vero Syriae. Nam in his ea aetate ſola litera A. Antiochiam denotabat, et quidem eo interdum loco vel ſitu collocata, quo iſtic conſpicitur litera ש. Qui character igitur Samariticus vulgo nuncupatur, is primaeua origine pro-

prius

prius gentis fuit cultricis Idolorum, aeque atque alter, qui in auerſa alterius nummi area ei coniungitur. Is demum eſt, quem ex Aſſyria Cuthaei detulerunt, qui Sichimam occuparunt; hae *Aſſyriae literae*, quas *fuiſſe ſemper* Plinius *arbitratur*: vt haec noſtra ſuper ea re diſputatio, ni fallimur, perſpicue docet.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER SEPTIMVS.

I.[1] Mundus *a*, et in eo terrae, gentes[2], maria inſignia, vrbes, ad hunc modum ſe habent.

1. *In ed. Gron. hic eſt: prooemium.* 2. *Sic ex MSS. Hard. maria inſignia, inſulae, vrbes. maria, inſulae, inſignes vrbes Gronou. et Al.*

a Mundus, et in eo terrae, gentes, maria, inſulae, inſignes vrbes, ad hunc modum ſe habent.) In Veteri Codice manuſcripto paulo aliter legitur, nempe ſic: *Mundus et in eo terrae, gentes, maria, inſignie inſulae vrbes, ad hunc modum ſe habent.* Quid ſibi vellet illud *inſignie*, diu me anxium habuit. Videbam id a doctis in *inſignes* mutatum eſſe, et tranſpoſitum, nempe vt ſic ſit lectio, *inſulae, inſignes vrbes.* Qui ſenſus non eſt ita abſurdus. Sed niſi multum fallor, videtur hic epilogus, a quo ſeptimum librum exorditur Plinius, ex aſyndeto conſtans, quae figura breuitati inprimis apta eſt, ſubſtantiuum vocabulum, non adiectiuum flagitare. Quare e veſtigiis etiam vltimarum litterarum eius dictionis, coniicio ſcriptum fuiſſe, *Sinus*, quod per inſcitiam librarii primo mutatum ſit in *Signus*, poſtea in *Inſignie et Inſignies.* Meminit autem Sinuum Plinius, vt libro ſexto, Perſici, Arabici, eius qui in mari rubro eſt Troglodytici. Huius errati poſtremo venit

bent. Animantium *b.* in eodem natura, nullius prope partis contemplatione minor eſt, ſi quidem omnia exſequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini, cuius cauſa videtur cuncta alia genuiſſe natura, [1]magna ſaeua *c.* mercede contra

1. *Magna et ſaeua Gr. et Al.*

venit in mentem, quum tamen in ipſo ſtatim libri initio occurrat, adeo quaedam ſuffugiunt nos, vel parum attentos, vel alio properantes, niſi etiam atque etiam inſpiciamus. *Rhenanus.*

b. Animantium in eodem natura.) De animalium diuiſione, et an quaedam ſint terreſtria, alia aquatica, aërea, caeleſtia: quod Ouidius his verſibus oſtendit: *Neu regio foret vlla ſuis animantibus orba, Aſtra tenent caeleſte ſolum, formaeque Deorum: Ceſſerunt nitidis habitandae piſcibus vndae: Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.* Vide doctam et eruditam quaeſtionem apud Magium cap. 21. I. *Dalec.*

Animantium) Non minus, inquit, admirabilis foret, minoriſque contemplationis animantium in mundo degentium natura, quam quaevis alia rerum naturae pars, ſi cuncta, quae ad illam pertinent, mente complecti liceret. H.

c. Magna et ſaeua mercede contra tanta ſua munera.) Lege Saluſtium initio belli Iugurthini. *Dalec.*

Magna ſaeua) Saeua natura, quae magnam mercedem exigit pro ſuis muneribus. Neque enim hanc gratiam homini facit gratis: ſed ſua redimi munera ingenti pretio cupit. Vide N. et Em. N. 1. (hic. poſ.) *Magna ſaeua* etc.) Ita R. 1. 2. Par. aliique omnes MSS. Tenebras orationi Plinianae offudere editores, inſerta praepoſtere particula, *Magna et ſaeua mercede.* Vnde Rhenano ſuſpicio, legi oportere, *Magna vſa mercede.* Ceterum totus hic de naturae acerbitate locus a Lucretio ſic L. V. v. 223. deſcribitur: *Tum porro puer, vt ſaeuus proiectus ab vndis Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni Vitai auxilio, quum primum in luminis oras Nixibus ex aluo matris Natura profudit: Vagituque locum lugubri complet, vt aequum eſt Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum. At variae creſcunt pecudes, armenta, feraeque, Nec crepitacula eis opu' ſunt,* etc. H.

DSI

tra tanta ſua munera: [1] non ſit vt ſatis aeſtimare, parens melior homini, [2] an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorum, [3] alienus velat opibus: ceteris [4] varie [5] tegumenta *d.* tribuit; teſtas *e.*, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera. Truncos etiam arboreſque cortice, interdum gemino, a frigoribus et calore [6] tutata eſt. *f.* Hominem tantum nudum et in nuda humo, natali die [7] abiicit *g.* ad vagitus ſtatim et ploratum, nullumque tot

A 2

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Tol. Vt non ſit ſatis Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. Hard. aut triſt. Gr. et Al.* 3. *aliena alienis V. cunctorum aliena velut ope. Tol.* 4. *varia. Tol.* 5. *tegimenta. Ch.* 6. *tuta eſt. Salm.* 7. *abiecit. V.*

d. Tegumenta) Codices R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Chiffl *tegimenta.* H.

e. Teſtas) Teſtas et cortices teſtudinibus, delphinis ac ſerpentibus coria, ſpinas echinis, villos leporibus, porcis ſetas, pilos vitulis et hippopotamis, ac pleriſque terreſtrium, auibus plumam pennaſque, ſquamas piſcibus, ouibus vellera. Cicero L. II. de N. D. p. 99. *Animantium vero quanta varietas eſt? quarum aliae coriis tectae ſunt, aliae villis veſtitae, aliae ſpinis hirſutae: pluma alias, alias ſquama videmus obductas: alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum:* etc. H.

f. Tutata eſt) Salmant. et Pariſ. cum R. 1. *tuta eſt,* quod magis ſapit. H.

g. Hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abiicit) Auguſtinus l. IV. de ciuitate Dei, priſcum fuiſſe apud Romanos morem tradit, vt infantem nuper editum humi ponerent, ac continuo leuarent, a quo miniſterio dea eis Leuana excogitata et culta eſt. Ad hunc Romanorum morem praedicta Plinii verba referenda cenſent Baptiſta Pius, quem adoleſcentes Bononiae profeſſorem vidimus, et Caelius Rhodiginus et plerique alii, ſeu vero hic Plinius de Romanis dumtaxat, et non de toto humano genere in vniverſum pronunciet. Sed vt hoc errore illos liberemus, ſimulque conſtet hanc ſententiam a Platone, vt plura alia mutuatum eſſe Plinium, ſubii-

tot *h.* animalium [1] aliud ad lacrymas, et has protinus vitae principio. At [2] hercules riſus, praecox ille *i.* et celerrimus, ante quadrageſimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, [3] quae [4] ne feras *k.* quidem inter nos genitas, vincula excipiunt, et omnium

1. *Aliud pronius ad. Hermol. hercule riſus Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. Hard.* 3. *quo. V.* 4. *neque. M.*

ſubiiciemus Plutarchi verba ex libro, qui De fortuna inſcribitur, Latine, vt potuimus verſa: *Quandoquidem plurima*, inquit, *ex mutis animantibus et fortunam et generis naturam feliciorem ſortita ſunt. Quaedam cornibus, dentibus, aculeis armantur. Erinacei, vt Empedocles ait, tergore praeacutis ſtimulis obſepto inhorreſcunt. Calciata ſunt alia, veſtitaque cortice, lanugine, vnguibus vnguliſque duriſſimis. Homo ſolus, ſecundum Platonem nudus, inermis, ſine calciamento, ſine lecto, a natura in medium abiicitur.* Quod ergo Plato ſine lecto dicit abiici hominem in medium quo die genitus eſt, id Plinius aliis verbis expreſſit, nudum dicens et in nuda humo natali die abiici. Ceterum quia Hermolaus naturae patrocinium ſuſcepit adverſus Plinium, petito ex Ariſtotele teſtimonio lib. De Generatione animalium II. ſcire lectorem volumus patrocinium hoc, piamue apologiam, melius ab Hermolao deſumi potuiſſe ex libro De partib. animalium IV. cap. 9. *Pint.*

h. Nullumque tot animalium aliud ad lacrymas, etc.) Sic leg. *Nullumque animalium aliud, ad lacrymas, et has ſtatim vitae principio:* hominem, inquit, tantum nullumque animalium aliud, abiicit ad vagitus ſtatim et ploratum, ad lacrymas, et has ſtatim vitae principio. *Salmaſ.*

Nullumque tot) Habeant licet ceterorum animalium fetus, dum in lucem eduntur, quiddam vagitui ploratuique ſimile: lacrymas certe non habent: quae hominis propriae ac ſingulares ſunt. Flent tamen pauci infantes, ita vt lacrymentur? vagiunt quidem illi, ſed ſiccis oculis. H.

i. Praecox ille) Non ridet infans, vigilans nimirum, niſi a quadrageſimo die. Sic et Ariſtot. hiſt. anim. L. VII. c. 13. p. 854. Neque id tamen eſt de omnibus omnino verum: plurimi enim ante id tempus rident. H.

k. Quae ne feras) Vincula, quae ne feras quidem excipiunt

omnium membrorum [1] nexus: itaque feliciter *l.* natus iacet, manibus pedibuſque deuinctis, flens animal ceteris imperaturum: et a ſuppliciis vitam auſpicatur, vnam tantum ob culpam, [2] quia natum *m.* eſt. Heu [3] dementiam ab [4] his initiis exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos! Prima roboris ſpes, primumque temporis munus quadrupedi ſimilem facit. *n.* Quando [5] homini inceſſus? quando vox? quando firmum [6] cibis os? quamdiu palpitans vertex *o.*, ſummae inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam [7] morbi, totque *p.* medicinae contra mala

1. Nexus. Atqui infeliciter natum. V. nexus. At homo infeliciter. M. 2. qua. Tol. Ch. 3. dementia. V. 4. Sic ex MSS. em. Hard. conſentit Chiffl. iis Gr. et Al. 5. hominis. V. et Ch. 6. cibis ſoſpes. Tol. legendum cibis os ſoſpiti, id eſt, bene ſano 7. morbi tot atque medicinae tot contra. V.

piunt inter nos genitas, vel efferatiſſimas natura, ea excipiunt hominem. Infantiles faſcias, panniculoſque, intelligit, quibus recens natus obuoluitur. H.

l. Itaque feliciter) Vide N. et Em. N. II. *Itaque)* Colb. 1. 2. *Idque feliciter natus.* Par. *Atque feliciter natus.* Nos aliquando ex coniectura, *Itaque infeliciter natum*, ſcribi non incommode poſſe cenſebamus. Retineri tamen prior lectio poteſt, vt ſit ironia. Animal iſtud, inquit, huiuſcemodi felicitatis auſpiciis in lucem editum, hoc eſt, homo ipſe iacet, etc. H.

m. Quia natum eſt) R. 1. 2. Par. Tolet. Chifl. et alii, *qua natum eſt.* H.

n. Quadrupedi ſimilem facit) Huius rei cauſam Rhodiginus explicare nititur cap. 10. III. nempe ſuperiora corporis, ea aetate inferioribus adhuc tenellis ac molliuſculis eſſe grauiora. *Dalec.*

Quadrupedi) Infantiam notat, quum manibus pedum vice vtimur, nec ſtatim pares ſumus corpori ſurrigendo, nec proprium homini ſtatum agnoſcimus, cui Natura *Os ſublime dedit, caelumque tueri.* H.

o. Palpitans vertex) Vide L. XI. ſ. 49. H.

p. Iam morbi, totque) Parm. ed. *Iam morbi tot, atque*

mala excogitatae, et hae quoque ſubinde nouitatibus *q.* [1] victae. Cetera ſentire naturam ſuam, alia pernicitatem vſurpare, alia praepetes volatus, [2] alia nare *r.*: [3] hominem ſcire nihil ſine doctrina, non fari, non ingredi, non veſci: breuiterque non aliud naturae ſponte, quam flere. Itaque multi exſtitere, qui non naſci *s.* optimum cenſerent, aut quam ocyſſime

1. *victae. Et cetera. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. alia ire. M. alia praepetes volatus, alia vires, alia nare Gr. et Al.* 3. *hominem nihil ſcire, nihil, etc. Tol. nihil ſcire niſi doctrinam. Ch.*

que medicinae, minus ſincere. Sequuti ſumus codices ante appellatos. H.

q. Nouitatibus) Nouis morborum generibus.

r. Alia nare) Vide N. et Em. N. III. (hic poſ.) *Alia pernicitatem etc.)* In libris hactenus editis, *alia vires, alia nare*, legebatur. Sed quum duae illae voces, *alia vires*, neque exſtent in R. 1. 2. Par. aliiſque, et alioqui natae videantur ex inepta repetitione ſequentium, et quod caput eſt, perquam eae ibi otioſae ſint: quum terreſtria animalia pernicitate, aues volatu praepeti, natatu piſces, appoſite et abunde ſatis indicentur: nos eas idcirco expunximus, ac repudiauimus. Tullius ſimiliter L. II. de N. D. p. 99. *Iam vero alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt, alia volando, alia nando:* etc. Latius in editione Elzeviriana, *alia ire, alia nare* ſcripſit: perinde ac ſi non vox ea *ire*, communis foret, et iis, quorum pernicitas laudatur, et iis, quibus volare, nare, vel denique ſerpere, natura conceſſit. H.

s. Qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſime aboleri) In promptu erat auctor huius ſententiae, vt non fuerit neceſſe a remotioribus eam petere. Poſidippus primo epigrammatôn Graecorum tomo. Ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις ἢ τὸ γενέσθαι Μηδέποτ᾽, ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον. Elige, ait, e duobus vtrum malis aut numquam natum eſſe, aut poſt natalem protinus tolli e medio. Quam Graeci poëtae ſententiam apud nos Auſonius ita reddidit: *ergo Optima Graiorum ſententia, quippe homini, aiunt, Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte potiri.* Iam vero Seneca noſter pulcherrime, vt omnia in libro de Conſolatio-

ſime aboleri. Vni animantium luctus eſt datus, vni [1] luxuria, et quidem innumerabilibus modis, ac per ſingula membra: vni ambitio, vni auaritia, vni immenſa viuendi cupido, vni ſuperſtitio, vni ſepulturae cura, atque etiam poſt ſe [2] de futuro. *t.* Nulli

1. *Luxus.* 2. *defuturae*, *ſubint. ſepulturae. Ioh. Britannicus.*

latione ad Marciam: *Itaque feliciſſimum eſt non naſci, proximum puto breuitate vitae defunctos cito in integrum reſtitui.* Praeterea quod ſequitur paulo poſt, cetera animantia probe in ſuo genere degere, congregari, et ſtare contra diſſimilia, exceptionem patitur. Plinius lib. X. cap. 9. de coccyge aue: *Quin abſumitur ab accipitre, ſi quando vna apparuere, ſola omnium auis a ſuo genere interempta.* Et lib. eod. cap. 72. *In quo genere omnia magis exitialia, ſi ſuum genus edere, antequam noceant.* Et Ariſtoteles nono de hiſtoria animalium, cap. 1. olores ſeipſos adinuicem maxime omnium auium deuorare tradit. Item quod paulo ante praecedit, *Atque vni etiam poſt ſede futuro*, Iohannes Britannicus in quibuſdam Obſeruationib. ſcribendum cenſet, *defuturae*, vt referatur ad ſepulturam: ſed magis hic ab Hermolao, qui aliter hunc locum accipit ex illis Plinii verbis, *Habere ſenſum victus, generationis, atque operis, et de futuro etiam curam*: etſi ea verba Hermolaus ignoſcendo memoriae lapſu, in hoc volumine haberi tradit, quum ſint in principio vndecimi. Apographon quoque Tolet. *de futuro* habet, non *defuturae* Pintianus.

Qui non naſci) Haec Sileno et Euripidi ſententia adſcribitur a Cic. Tuſcul. Quu. L. I. p. 336. Libro item de Conſolatione, vbi ſic eam extulit, teſte Lactantio: *Non naſci longe optimum, nec in hos ſcopulos incidere vitae: proximum autem, ſi natus ſis, quamprimum mori, et tamquam ex incendio effugere violentiam fortunae.* Elegans in eam ſententiam Poſidippi epigramma, Anthol. L. I. c. 13. epigr. 3.

t. De futuro) Quid ſit futurum, poſtquam e viuis exceſſerit. Fruſtra neſcio quis legit *defuturae*, ad ſepulturam id referens. Plin. L. XI. ſ. 2. pariter inſecta ait *habere ſenſum victus, generationis atque operis, et de futuro etiam curam.* H.

li vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confuſior, nulli rabies acrior. Denique cetera animantia in ſuo genere probe degunt: congregari videmus, et ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas *u.* inter ſe non dimicat: [1] ſerpentium morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem belluae ac piſces, niſi in diuerſa genera, ſaeuiunt. At hercules [2] homini plurima ex homine ſunt mala. (I.) Et de vniuerſitate quidem generis humani, magna ex parte in relatione gentium *x.* diximus. Neque enim ritus *y.* moreſque nunc tractamus [3] innumeros, ac totidem [4] paene, quot ſunt hominum coetus: quaedam tamen [5] haud omittenda duco, maximeque longius a mari degentium: in quibus prodigioſa aliqua et incredibilia multis viſum iri haud

1. *Sic ex MSS. ſemper. conſent. Ch. ſerpentum vulgg. ſerpentium. Ch.* 2. *non homini, etc. mala. Herm. hercule Gr. et Al.* 3. *Innumeri ſunt, totidem. M. V.* 4. *pene, et ſic ſemper Gr.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. Ch. non omittenda Gr. et Al.*

u. Leonum feritas) Ludit operam Scaliger, quum Exercit. 240. aduerſus Cardanum p. 737. hanc Plinii ſententiam conuellere pluribus experimentis nititur. Non negat ſingulares aliquas feras contra alias ſui generis dimicare: negat tantum congregari, et ſtare turmatim contra ſimilia: vti homines in acie ſolent. Quam in ſententiam Horatius eleganter Epod. VII. de bello ciuili: *Quo, quo ſceleſti ruitis? aut cur dexteris Aptantur enſes conditi? Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus, Numquam, niſi in diſpar, feris. Furorne caecus, an rapit vis acrior? etc.* Quamquam et ad ſingularium pugnam ſcito carmine retuliſſe illud ipſum vates Satyricus videtur, Sat. 15. v. 160. *Quando leoni Fortior eripuit vitam leo?* etc. H.

x. In relatione gentium) Libris Geographicis. H.

y. Neque enim ritus moreſque nunc tractamus) Vetus liber, *Tractauimus* habet. vt indubie legendum ſit *Tractabimus.* Nam *u* pro *b* in codicibus paulo vetuſtioribus ſubinde occurrit. *Rhenanus.*

haud dubito. Quis enim Aethiopas, antequam cerneret, credidit? aut [1]quid non miraculo [2]eſt, quum primum in notitiam venit? Quam multa fieri non poſſe, priuſquam ſint facta, iudicantur? Naturae vero rerum vis atque maieſtas in omnibus momentis fide caret: ſi quis modo partes eius, ac non totam complectatur animo. Ne pauones, aut tigrium, pantherarumque maculas, et tot animalium picturas commemorem, paruum dictu, ſed immenſum aeſtimatione, tot gentium ſermones, tot linguae, tanta loquendi varietas, vt externus alieno paene non ſit hominis vice. Iam in facie vultuque noſtro, quum ſint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere: quod ars nulla [3]in paucis numero praeſtet affectando. Nec tamen ego in pleriſque eorum obſtringam z. fidem meam, potiuſque ad auctores relegabo, qui [4]dubiis *a.* reddentur omnibus: modo ne ſit faſtidio Graecos ſequi, tanto maiore eorum diligentia vel cura vetuſtiore.

II. (II.) Eſſe Scytharum genera, et quidem plura, quae corporibus humanis veſcerentur, indicavimus. *b.* Id ipſum incredibile fortaſſe, ni cogitemus in medio orbe terrarum, [5]ac Sicilia *c.* et Italia

A 5 fuiſſe

1. *Cui. M. V.* 2. *fuit. V.* 3. *paucorum.* 4. *de dubiis rogentur. V.* 5. *verba haec, ac Sicilia et Italia, deſunt in Tol. in Ch. et Italia, tantum.*

z. *Obſtringam)* Ita Pariſ. cod. et libri vulgati. At R. 1. 2. *obſtringam fidem modo:* Mallet Rhenanus, *obſtrictam fidem do.* H.

a. Dubiis) Reddam, inquit, aſſignaboque auctores rebus his omnibus, de quarum fide dubitari merito poterit. Sic legitur et in Praefatione ad Veſpaſ. *Quae ſuis locis reddam:* et alias ſaepe. H.

b. Indicauimus) L. IV. ſ. 26. et L. VI. ſ. 20. H.

c. Ac Sicilia) Vide Not. et Em. N. IV. (hic adi.) *Ac Sic).* Ita quidem Colb. 1. 2. et

fuiſſe gentes huius monſtri, Cyclopas et [1]Laeſtrygonas, et nuperrime trans Alpes hominem immolari gentium earum more *d.* ſolitum: quod paulum a mandendo abeſt. Sed et iuxta eos, qui ſunt ad ſeptemtrionem verſi, haud procul ab ipſo Aquilonis exortu, ſpecuque eius dicto, quem locum [2]Geſcliton *e.* appellant, produntur Arimaſpi *f.*, quos diximus *g.*, vno oculo *h.* in fronte media inſignes: quibus

1. *Laeſtrigonas Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. Geſolithron V. Rom. Geſclitron Gr. et vulgg. Geſclithron. Turneb. id eſt, terrae clauſtrum.*

et Par. At R. 1. et 2. et Chifl. his vocibus carent, *et Italia*, quas ego ſuſpicor ex margine libri irrepſiſſe in contextum, vel quod *medio orbe terrarum* Italia indicetur, quam L. XXXVIII. ſect. 4. vlt. inter ortus occaſusque mediam eſſe ait: vel quod Laeſtrygonum ſedes Italia: vt Cyclopum Sicilia fuerit, vti dictum eſt L. III. ſ. 9. H.

d. Hominem immolari gentium earum more ſolitum) Gallorum videlicet Allobrogum: vide Strab. l. IV. et infra l. XXXVI. c. 5. *Dalec.*

Gentium earum more) Galliarum. Vide quae dicturi ſumus L. XXX. ſ. 4. Idem et de Germanis Tacitus refert. H.

e. Geſclitron) Τὸ τῆς γῆς κλεῖθρον, id eſt, terrae clauſtrum. Turn. cap. 42. l. XXIV. Aduerſ. Var. V. de Ling. Lat. Helleſponti clauſtra. Poëta in Medea ἐφ' ἁλμυρὰν Πόντε κλῄδε' ἀπέραντον. Aeſchylus in Perſis dixit βόσφορον κλεῖσαι. Herodot. ζεῦσαι. Scal. Dalec.

Geſcliton) Vide N. et Em. N. IV. (paulo poſt) Quem vero nunc ſpecum, L. IV. ſ. 26. Aquilonis gelida conceptacula vocat. *Geſcliton)* Ita R. 1. 2. Pariſ. Chiffl. aliique. Turnebus *Geſclithron* legit, quaſi γῆς κλεῖθρον, id eſt, terrae clauſtrum; quaſi vero Scythicae vocis originationem e Graecis fontibus repeti oporteat, aut omnino fas ſit. H.

f. Arimaſpi) Haec de Arimaſpis totidem verbis Solinus ex Plinio, c. 15. p. 35. et Gellius L. IX. c. 4. H.

g. Quos diximus) L. IV. ſ. 26. et L. VI. ſ. 19. H.

h. Vno oculo in fronte media) Ariſtides Rhetor falſo mordacique dicterio, Philippo altero oculo capto μονομμάτες Arimaſpos cognatos eſſe

quibus aſſidue bellum eſſe circa metalla cum gryphis *k.*, ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate et feris cuſtodientibus, et Arimaſpis rapientibus, multi, ſed maxime illuſtres Herodotus *l.*, et Ariſteas *m.* Proconneſius ſcribunt. Super alios autem Anthropophagos Scythas, in quadam conualle magna

eſſe dicebat. Rhodig. cap. 8. XXI. Aeſchylus *μονόπας* vocat. Quidam putant eam gentem, quae arcu et ſagittis excelleret, in illis dirigendis, vt fit, alterum oculum claudere ſolitam, et propterea creditum vnum tantum oculum illis fuiſſe. Muret. c. 8. XII. Var. vide et ſupra l. IV. c. 22. *Dal.*

Vno oculo) At inde Arimaſpi dicti, inquit Herod. L. IV. Melpom. p. 233. n. 27. quod *ἄριμα* Scythico ſermone *vnum* ſignificat, *σπȣ̃* vero oculum. Quidam porro, inquit Euſtathius in Dionyſii v. 31. putant eam gentem, quae arcu et ſagittis excelleret, in illis dirigendis, vt fit, alterum oculum claudere ſolitam, quo rectius collimaret: et propterea creditum vnum tantum oculum ei fuiſſe: *ἄρι* Scythica lingua, *vnum*: *μασπȣ̃ς oculum* ſonare. Cyclopis ab Vlyſſe excaecati fabula ab Homero ideo excogitata eſt, vt doceret, grauem ſibi vltionem accerſſere, qui ſacra hoſpitii iura violarent. Non potuit felicius aut aptius, quam in Cyclope exemplum fingi, cui vnus tantum oculus eſſet. Nam ſi binos haberet, non potuiſſent ob corporis proceritatem ambo ei ſimul effodi, et alter ei ſatis fuiſſet ad detegendos percuſſores: nec euadere Vlyſſes ex eiuſdem manibus potuiſſet. Cyclops Graeca vox eſt, facta ex *κύκλος* et *ὤψ*: nec eum ſignificat, cui vnicus eſt oculus, ſed cui ſunt duo rotundi, nec apte fiſſi. Vt hunc autem Cyclopem magis horrificum faceret, vnius oculi gigantem finxit. H.

k. Cum Gryphis) De his dicemus L. X. S. 70. H.

l. Herodotus) L. III. Thalia p. 207. n. 116. et L. IV. Melpom. p. 229. n. 13. hoc ſane ex Ariſtea Proconneſio recitat: ſed ipſe in fabulis cenſet. H.

m. Ariſteas) De eo in Auctorum Indice diximus. Ex eo haec eadem deſcripſit Pauſan. L. I. in Atticis, p. 43. H.

gna Imai montis, regio eſt, quae vocatur [1] Abarimon *n.*, in qua ſilueſtres viuunt homines, auerſis *o.* poſt crura plantis, eximiae velocitatis, paſſim cum feris vagantes. Hos in alio non ſpirare caelo, ideoque ad finitimos reges non pertrahi, neque ad Alexandrum Magnum pertractos, [2] Baeton itinerum [3] eius menſor prodidit: Priores Anthropophagos, quos ad ſeptemtrionem eſſe diximus *p.* decem dierum itinere ſupra Boryſthenem amnem, oſſibus humanorum capitum *q.* bibere, cutibuſque cum capillo *r.* pro mantelibus *s.* ante pectora vti, Iſigonus Nicae-

1. *Abarimen. Ch.* 2. *Beton Gr. et Al.* 3. *eiuſdem Alexandri. M.*

n. Abarimon) Ita R. 1. 2. Colb. Pariſ etc. Chiffl. *Abarimen.* H.

o. Auerſis) Gell. L. IX. c. 4. p. 463. *Alii*, inquit, *item homines apud eamdem caeli plagam, ſingularis velocitatis, veſtigia pedum habentes retro porrecta, non vt ceterorum hominum, proſpectantia.* Horum iconem vide apud Aldrou. L. de monſtris p. 15. Meminit et Auguſtin. de ciuit. Dei, L. XVI. c. 8. H.

p. Eſſe diximus) L. IV. ſ. 26. et L. VI. ſ. 20. H.

q. Oſſibus humanorum capitum) Haec quoque Solinus, c. 15. p. 35. et Strabo, L. VII. p. 298. H.

r. Cutibuſque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti) *Mantelia* pro mappis poſuit. Vide Salmaſ. Hiſt. Aug. 357. a. Herodot. in Melpom. Rhodig. lib. XII. cap. 10. Antiq. lect.

s. Mantelibus) Mappas, quibus diſcumbentium manus abſterguntur. Varro de L. L. L. V. p. 61. *Mantelium*, inquit, *quaſi manuterium; vbi terguntur manus.* Conſule etiam Feſtum, verbo *Manticularia.* Gallis *Serviettes.* Vide N. et Em. N. VI. (hic adi.) *Mantel.)* Nihil Caelium Rhodiginum moror, qui Antiquu. lect. L. XVI. c. 10. p. 731. mantelia interpretatur poenulae genus, quo ſe vt lorica munirent. Certum eſt loci ſententiam eſſe, (vt ab epulis non diſcedendum ſit, quemadmodum in iis oſſa humanorum capitum praebebant Anthropophagis pocula: ſic cum capillo cutem item reſectam, eorumdemque pectori

[1] Nicaeenſis. Idem in Albania *t.* gigni quoſdam glauca oculorum acie, a pueritia *u.* ſtatim canos, qui noctu pluſquam interdiu cernant. Idem itinere dierum decem ſupra Boryſthenem Sauromatas tertio *x.* die cibum capere ſemper. Crates Pergamenus in Helleſponto circa Parium *y.*, genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes *z.* vocat, ſerpentium ictus contactu leuare ſolitos, et manu impoſita venena extrahere corpori. *zz.* Varro [2] etiamnum eſſe paucos ibi, quorum ſaliuae contra ictus ſerpentium [3] medeantur. Similis et in Africa gens Pſyllorum *a.* fuit, vt

1. *Iccenſis. Ch. Siceenſis. Turn.* 2. *Sic et Ch. etiam nunc Gr. et Al.* 3. *medentur. M.*

ctori appenſam mappas ſuggeſſiſſe tergitorias. H.

t. In Albania) Haec Solinus et Gellius ll. cc. Hi ſunt Albani, de quibus L. VI. ſ. 15. H.

u. A pueritia) Venit hic in mentem mihi pueri illius, quem vna nocte canum eſſe factum Martialis cecinit L. IV. Epigr. 7. *O nox quam longa es, quae facis vna ſenem.* H.

x. Sauromatas tertio) Id vero Gellius ſic interpretatur L. IX. c. 4. p. 464. *Item eſſe compertum, et creditum*, inquit, *Sauromatas qui vltra Boryſthenem fluuium longe colunt, cibum ſumere diebus tertiis, medio abſtinere.* H.

y. Circa Parium, genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes vocat) Apud Priſcianum Varro lib. I. Rerum humanarum: *Vt habent Parii, qui vocantur ὀφιογενεῖς et in Africa Pſyllos: quorum* *ὀφιογενεῖς quum arbitrantur ſuppoſitum aliquem eſſe in ſtirpe, ei admouent, vt pugnat, colubram. Quum pupugerit, ſi de genere ſit, viuere: ſi non ſit, mori.* In eodem: *Admota aſpis quum pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſyllorum ſtirpe eſſe.* Muret. Var. c. 2. II. Celſus cap. 27. lib. V. ait Pſyllos ore vulneri admoto ictae percuſſaeue partis, anguium venenum extrahere, idque non praecipua quadam ſcientia, ſed audacia vſu confirmata. Vide quid de his auctor dicat l. XXVIII. c. 3. *Dal.*

z. Ophiogenes) Ὀφιογενεῖς, quaſi ſerpentigenas, qui genus et originem a ſerpentibus ducant. De his Strabo, L. XIII. p. 588. H.

zz. Varro) L. I. rer. hum. atteſtante Priſciano, L. VII. c. 2. p. 396.

a. Gens Pſyllorum) Quomodo

vt Agatharchides ſcribit, a Pſyllo rege dicta, cuius ſepulcrum in parte Syrtium maiorum eſt. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus,[1] et cuius odore ſopirent eas. Mos vero *b.* liberos genitos protinus obiiciendi ſaeuiſſimis earum, eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Haec gens *c.* ipſa quidem prope [2] internecione ſublata eſt a Naſamonibus, qui nunc eas tenent ſedes: genus tamen hominum ex [3] iis, qui profugerant, aut

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſent. M. et Ch. ex V. vt cuius Gr. et vulgg. *2. interemptione. V. internicione Gr. et Al.* *3. iis. Ch. omiſſa ex.*

modo ſerpentibus mederi illi ſoliti eſſent, deſcribit Aelianus, hiſt. anim. L. I. c. 57. et L. XVI. c. 27. vbi Agatharchidem pariter auctorem laudat. Corn. Celſus ita rem explicat, L. V. c. 27. vt dicat ore vulneri admoto, venenum ab iis extractum, non peculiari quadam ſcientia, ſed audacia potius corroborata vſu. Ac paulo poſt: *Venenum*, inquit, *ſerpentum non guſtu, ſed in vulnere nocet.* Ergo quisquis *exemplum Pſylli ſequutus, id vulnus exſuxerit, et tutum hominem praeſtabit.* H.

b. Mos vero) Ita Varro l. c. Ex Plinio Solinus, c. 27. p. 52. Ex aliis fortaſſe Dio, L. LI. p. 453. et Tzezes Chil. IV. hiſt. 135. v. 339. Lucanus quoque haec eleganter, L. IX. v. 891. *Gens vnica terras Incolit a ſaeuo ſerpentum innoxia morſu Marmaridae Pſylli: par lingua potentibus herbis: Ipſe cruor tutus, nullamque admittere virus, Vel cantu ceſſante, poteſt. Fiducia tanta eſt Sanguinis: in terram paruus quum decidit infans, Ne qua ſit externae Veneris miſtura timentes, Letifica dubios explorant aſpide partus. Vtque Iouis volucer, calido quum protulit ouo Implumes natos, Solis conuertit in ortus: Qui potuere pati radios, et lumine recto Suſtinuere diem caeli, ſeruantur in vſus: Qui Phoebo ceſſere, iacent: ſic pignora gentis Pſyllus habet, ſi quis tactos non horruit angues, Si quis donatis luſit ſerpentibus infans*, etc. H.

c. Haec gens) Solinus l. c. Sed et Gellius, L. XVI. c. 11. p. 896. ex libro IV. Herodoti, lepidam recitat de Pſyllorum interitu fabulam. H.

aut quum pugnatum eſt, abſuerant, hodieque [1] remanet *d.* in paucis. Simile et in Italia Marſorum [2] genus *e.* durat, quos a [3] Circae *f.* filio ortos *g.* ſeruant, et ideo ineſſe iis vim naturalem eam. Et tamen omnibus hominibus *h.* contra ſerpentes ineſt venenum: [4] feruntque [5] ictas ſaliua *i.*, vt [6] feruentis aquae contactum fugere. Quod ſi in fauces penetrauerit, etiam mori: idque maxime humani ieiuni oris. Supra Naſamonas confineſque illis Machlyas, Androgynos *l.* eſſe vtriuſque naturae, inter ſe

1. *Remanent Gr. et vulgg.* 2. *Sic et M. et Ch. gente V. gentis Gr. et Al.* 3. *Sic et Ch. Circes Gr.* 4. *Ferunt. Ch.* 5. *ictus ſaliuae vt feruentis aquae contactum fugere.* 6. *frigentis aquae contactu. V. et M.*

d. Hodieque remanent) Diverſus abit a Plinio Solinus, c. 27. p. 52. vbi ait, *nihil quidquam aliud, praeter opinionem de veſtigio nominis ſui Pſyllos reliquiſſe.* Quod ex loco recentiorem multo, quam Plinium, fuiſſe Solinum apparet. H.

e. Marſorum genus) Vide N. et Em. N. VII. (paulo poſt) Haec Solinus, c. 2. p. 15. *Marſ. g.)* Ita Pariſ. cod. et Chiffl. Gellius, L. XVI. c. 11. p. 895. *Gens in Italia Marſorum orta eſſe fertur a Circae filio: propterea Marſis hominibus ... vi quadam genitali datum eſt, vt ſerpentium virulentorum domitores ſint, et incantationibus herbarumque ſuccis, faciant medelarum miracula.* Hinc Pliniani libri hactenus editi *Marſorum gentis*, prae ſe ferunt. H.

f. Circae) Vel *Circes.* Circae habent omnes codd. MSS. H.

g. Ortos ſeruant) Parmenſis editio, *ortos ferunt.* H.

h. Omnibus hominibus, Hanc vim ineſſe ſaliuae hominis, cecinit Nicander in Ther. p. 7. vt vel odore ſerpentes fuget: Πολλάκι καὶ βροτέων σιάλων ὑποέτρεσαν ὀδμήν. Ariſtot. item H. A. Libro VIII. c. 33. p. 983. Vide quae dicturi ſumus, L. XXVIII. ſ. 7. ipſo initio. H.

i. Ictas ſaliua) Magis probauerim, *ictus,* vel *ictum ſaliuae, vt feruentis aquae contactum fugere.* H.

k. Machlyos) Μάχλυες Herod. L. IV. Melpom. p. 281. n. 178. H.

l. Androgynos) Ii ſi quando Romae naſcerentur exporta-

ſe vicibus [1] coëuntes, Calliphanes tradit. Ariſtoteles adiicit dextram [2] mammam iis virilem, laeuam muliebrem eſſe. In eadem Africa familias quaſdam effaſcinantium, Iſigonus et [3] Nymphodorus: [4] quorum laudatione intereant *m.* probata *n.*, [5] areſcant

1. *coëuntibus. Ch.* 2. *in mammis virilem. Tol.* 3. *Sic et Tol. et Ch. Nymphodorus tradunt: quarum Gr.* 4 *Sic et. Ch.* 5. *areſcunt. Ch.*

portatus foetus in mare vel flumina deiiciebatur, tum a virginibus ter nouenis carmen per vrbem canebatur, Iunonique donum offerebatur Alex. ab Alex. c. 27. V. *Dalec.*

Androgynos) Auguſtin. de ciuit. Dei L. XVI. c. 8. *Perhibetur*, inquit, *quibuſdam vtriuſque ſexus eſſe naturam, et dextram mammam virilem, ſiniſtram muliebrem, vicibuſque alternis coeundo, et gignere, et parere.* Haec eruditi fabuloſa cenſent. H.

m. Quarum laudatione intereant probata) Virg. Ecl. 7. *Aut ſi vltra placitum laudarit baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.* Faſcinus pro Deo habitus qui faſcinum depelleret, hominis pudendum fuit, turpicula res, vt inquit Varro, pueris ſolita e collo ſuſpendi. Itaque cum animo bono, candide et ſine liuore laudari quempiam volebant, laudationi vt adderetur, praefiſcini, exigebant, id eſt abſque faſcino, ἀβασκάντως. Titinius in Setina: *A. Paula mea, amabo. B. Tol tu ad laudem addito Praefiſcini, ne puella faſcinetur.* Turn. c. 10. 22. c. 31. 34. 23. 27. Scaliger in Varronem, et ad Catull. Plautus in Aſinaria, *Praefiſcini hoc nunc dixerim, nemo etiam me accuſauit Merito meo.* Vide cap. 4. XXVIII. Quidam tamen probata, hic πρόβατα· oues intelligendas eſſe putant, morbis peſtilentibus obnoxias, et ea cauſa ſaepe gregatim pereuntes. Qua de cauſa peſtem ſiue luem Thucydides quum deſcribit, aegros ὥσπερ τὰ πρόβατα θνήσκειν tradidit, et id Lucretius imitatus lib. VI. *Lanigeras tamquam pecudes, etc.* Vultque Muretus c. 3. l. I. Variar. eadem ratione dictum, qua Ciceroni in Verrem, in acta, ἐν τῇ ἀκτῇ, eidemque vt et Terentio aſtu τὸ ἄστυ. *Dalec.*

Quorum laudatione) Ita R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Gellius L. IX. c. 4. p. 464. *In libro*, inquit, *Plinii ſecundi Hiſtoriae Naturalis ſeptimo, legi quaſ-*

ſcant arbores, emoriantur infantes. Eſſe eiuſdem *o.* generis in Triballis et Illyriis adiicit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinent *p.*, interimantque quos diutius intueantur, [1] iratis praecipue *q.* oculis: [2] quod eorum malum facilius ſentire puberes. *r.* Notabilius eſſe *s.* quod pupillas binas in oculis ſingulis habeant.

1. *Irritatis. Tol.* 2. *et id. V.*

quaſdam eſſe in terra Africa familias hominum, voce atque lingua effaſcinantium: qui ſi impenſius forte laudauerint pulcras arbores, ſegetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes paſtu atque cultu opimas, emoriantur repente haec omnia, nulli alii cauſae obnoxia. H.

n. Probata) Sic enim Latine id nomen in libris antiquis etiam manu exaratis ſcribitur, quum ſit ex Graeco πρόβατα, quod oues ſignificat, pecudeſque lanigeras. Sic infra ſ. 48. *pyctam* dixit pro pugille: et L. XXXV. ſ. 36. n. 12. *pallacas* pro concubinis. Ita Cicero in Verrem *in acta* dixit, ἐν τῇ ἀκτῇ, in litore. H.

o. Eſſe eiuſdem) Haec Gellius ad verbum l. c. H.

p. Qui viſu quoque effaſcinent) Ὀφθαλμὸν βάσκανον vocat Heliod. Aethiop. vt interpretatur Theocriti Scholiaſtes κοίνοντα, καὶ φθείροντα τὸ ὁραθὲν (καὶ μάλιςα παῖδας. vt ſcribit Aphrod. 2. Probl. et Plut. v. Symp. *Dal.*

q. Iratis praecipue) Vide N. et Em. N. VIII. (hic adi.) *Iratis p.)* Toletanus cod. *irritatis*, Male. Gellius L. IX. c. 4. p. 464. *Traditurque eſſe homines in Illyriis, qui interimant videndo, quos diutius irati viderint.* H.

r. Puberes) Vide Not. et Em. N. IX. (hic adi.) *Eorum mal.) Pueros*, vel *impuberes* magis probat Rhenanus. At reclamant codices MSS. et editi omnes: ac prodigium ſignificari hoc loco ſimile veri eſt diuerſum a ſuperiore, in quo emori infantes laudantium faſcinatione dictum eſt. Nam Thibios, de quibus Plinius poſt differit, non infantibus modo, ſed et adultis viſu nocere, docet Plutarchus, vt ibi diximus. H.

s. Notabilius eſſe) Vide N. et Em. N. X. (paulo poſt) Magas eſſe duplici pupilla ſenſit Ouidius, Amor. L. II. el. 8. aduerſus Magam: *Suſpicor, et fama eſt: oculis quoque pupula duplex Fulminat, et gemino lumen ab orbe micat. Notabilius eſſe* etc.) Multo magis probauerim cum eodem

habeant. *t.* Huius generis [1] et feminas in Scythia, quae vocantur [2] Bithyae *u.*, prodit Apollonides. [3] Phylarchus et in Ponto [4] Thibiorum genus *x.*, multoſque alios eiuſdem naturae: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam: in altero equi,

1. *Et in V. d.* 2. *Viciae. Tol. quae Vitiae vocantur. Ch.* 3. *Philarchus. Gr.* 4. *Tybiorum Ch.*

eodem Rhenano, *Notabiles eſſe:* hoc eſt, nota illa inſignes eſſe, internoſcique ab aliis. Nam paulo poſt de Thibiis quoque, *Quorum notas*, inquit, etc. Fauere videtur emendationi Gellius, quum poſt adducta paulo ante verba, ſubiungit: *eoſque ipſos mares, feminaſque, qui viſu tam nocenti ſunt, pupulas in ſingulis oculis binas habere.* H.

t. Pupillas binas in oculis ſingulis habeant) Ouid. II. Amorum, -- *oculis quoque pupula duplex Fulminat, et geminum lumen in orbe manet.* Vide Brod. c. 37. I. *Dalec.*

u. Bithyae) Bithias in Thracia Stephanus memorat, gentem ab his feminis diverſam. *Dal.*

Bithyae) De his pariter Solinus c. 1. p. 10. et Gellius L. IX. c. 4. p. 464. Vereor vt Salmaſius recte coniecerit, qui Scythicam gentem, *Bituam*, nomine Latino putet appellatam: quod binas pupulas haberet, quibus tuemur. In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. legitur *Vitiae.* Si coniecturae locus, libentius *Thibiae*, permutatis ſyllabis agnouerim: Nam Heſychio, p. 444. Θίβεις γυναῖκές τινες. Et Tibii, de quibus mox agetur, Θηβεῖς a Plutarcho nomen habent. H.

x. Thibiorum genus) Plutarchus c. 7. lib. V. Sympoſ. καὶ τοὶ τὰς γὲ περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Τυβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φίλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι. Horum Gal. meminit lib. I. Methodi vt ſeruorum emptitiorum. Vide Iunium Adag. 36. Cent. 8. Haec gens adeo peſtilens fuit, vt ſolo halitu perimeret. Didymus. *Dal.*

Thibiorum) Hoc ipſum ex eodem Phylarcho refert Plutarchus Sympoſ. L. V. qu. 7. p. 680. Καίτοι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι, Θηβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φύλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι. H.

equi effigiem. *y.* Eoſdem praeterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degrauatos. Haud diſſimile [1] iis genus *z.* Pharnacum *a.* in Aethiopia prodidit Damon, quorum ſudor tabem contactis corporibus afferat. Feminas quidem omnes vbique viſu nocere, quae duplices pupillas habeant, Cicero *b.* quoque apud nos auctor eſt. Adeo naturae, quum fe-

 rarum

1. *Id genus Pharnacum in Aethiopia Damon. Ch. legit, et Turn. Pharnacum et. M. adiuante Elymo viroſi et venenati corporis.*

y. In altero equi effigiem) Nomine τῦ ἵππυ deceptum Plinium fuiſſe arbitror: Significat enim ea vox et equum animal, et ingenitum oculi vitium, quo inſtabilis et tremulus aſſiduo motu concutitur. Philarchus nictationem perpetuam intellexit, quam Plinius equi effigiem interpretatur. *Dal.*

Equi effigiem) Deceptum nonnulli Plinium arbitrantur ambiguitate Graecae vocis ἵππος, quae non equum modo ſignificat, ſed et inſitum oculo vitium, quod ſubinde tremulus nictat, ſemper inſtabilis. Verum decipi reprehenſores Plinianos ſimilius veri videtur: et quod id vitium admirabilitatem habeat omnino nullam, quam ob cauſam reddi id miraculum oportere auctori ſuo Phylarcho Plinius cenſuerit: et quod ineſſe illud oculo vni, experte interim eius mali altero nequeat: et quod geminae demum pupillae quae in oculo vno deprehenditur, ſit magis affine vitium inſueta aliqua in altero effigies. H.

z. Haud diſſimile iis genus, etc.) Legend. *Haud diſſimile his genus Pharmaceum in Aethiopia prodidit Damon. etc.* τὸ γένος τῶν Φαρμακέων. aliud Φαρμακὸς, aliud Φαρμακεὺς. Φαρμακεῖς proprie ſunt venenarii, at Φαρμακὸς, homo piacularis, qui vrbis alicuius purgamento deuotus extra fines eiiciebatur. *Salmaſ.*

a. Pharnacum) Non Scythicarum modo, vt diximus, ſed et Aethiopicarum vocum originationem ſeu ἔτυμον, repetere Salmaſius nititur e fontibus alienis, hoc eſt, Latinis Graeciſque, quum hoc loco genus Φαρμακέων legi cupit. Codices tamen MSS. *Pharmacum* legunt. H.

b. Cicero) In iis ſcilicet libris, quos iniuria temporum dolemus intercidiſſe. H.

rarum [1] morem veſcendi humanis [2] viſceribus in homine genuiſſet, gignere etiam in toto corpore, et in quorumdam oculis quoque venena placuit: ne quid vſquam mali eſſet, quod in homine non eſſet. Haud procul vrbe Roma *c.* in Faliſcorum agro familiae ſunt [3] paucae, quae vocantur [4] Hirpi *d.*: hae ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem *e.* Apollini *f.*, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non [5] aduruntur. Et ob id perpetuo Senatuſconſulto *g.* militiae omniumque aliorum

1. *more. V. et Ch.* 2. *corporibus, in homine rabiem genuiſſet, gignere in toto. V.* 3. *paruae. Tol.* 4. *Hirpiae: quae Gr. et Al.* 5. *adurantur. Ch.*

c. Haud procul vrbe Roma in Faliſcorum agro familiae ſunt paucae, quae vocantur Hirpiae, etc.) In optimo cod. ita legitur: *perpaucae familiae ſunt, quae vocantur Hirpiae, etc.* lege: *quae vocantur Hirpi: hae ſacrificio annuo, etc.* Salm.

d. Hirpi) Vide N. et Em. N. XI. (hic poſ.) *Hirpi)* Ita reſcripſimus ex codd. R. 1. 2. et Pariſ. Solinus, c. 2. *Quos Hirpos vocant.* Ab Hirpinis Italiae populis, de quibus L. III. ſ. 16. hae familiae longe ſitu magis diſſitae, quam appellatione diſſimiles: hae enim in Faliſcorum agro Etruriae: illi Samnitium vicini, et Lucanorum. Parmenſis editio, aliaeque, habent *Hirpiae.* H.

e. Soractem) Monte S. Oreſte, vt diximus L. II. ſ. 95. Ad hos Hirpos et ad hunc ritum reſpexit Virgil. L. XI. v. 785. apud quem ſic Aruns, ex eo ſacrificulorum genere, vt videtur, vnus: *Summe Deûm, ſancti cuſtos Soractis Apollo, Quem primi colimus, cui pineus arbor aceruo Paſcitur, et medium freti pietate per ignem Cultores multa premimus veſtigia pruna.* Verum per ignes caute ambulaſſe ſcito, ex Seruio, qui Varronem teſtem aduocans, ſacrificulos illos admonet per prunas ambulaturos, medicamento aliquo ſolitos ſibi plantas tingere. Strabo L. V. p. 226. non Apollini, ſed Deae Feroniae fieri haec ſacra prodidit. Maronem Silius ſequitur, L. V. H.

f. Apollini) Strabo lib. V. non Apollini, ſed Feroniae haec ſacra fieri ſolita tradit, cuius et eo loci fanum fuerit, vrbſque cognominis. *Dal.*

g. Et ob id perpetuo ſenatuſ-

rum munerum vacationem habent. Quorumdam [1]corpori *h.* partes naſcuntur [2]ad aliqua mirabiles: ſicut Pyrrho regi *i.* pollex in dextro pede, cuius tactu lienoſis medebatur. Hunc cremari *k.* cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumque loculo in templo. Praecipue India Aethiopumque tractus miraculis ſcatent. Maxima in India *l.* gignuntur animalia. Indicio ſunt canes *m.* grandiores ceteris. Arbores quidem tantae proceritatis traduntur, vt ſagittis [3]ſuperiaci *n.* nequeant. Haec facit vber-

1. *Sic M. Ch. corpore Gr.* 2. *ad alia quam mirabiles. Tol. ad aliaque mirab. Ch.* 3. *Sic et Ch. et ante Turn. ex antiquo codice. ſuperari Gr. et Al.*

tuſconſulto) Vtrumque exemplar, non *Senatuſconſulto* legit, ſed *Senatuſconſultu*: quam lectionem approbauit, qui Plinianum obſeruauit morem, quae apud alios auctores nomina aliarum ſunt inflexionum, in quartam libentiſſime mutandi. *Pint.*

h. Quorumdam corpori) Vide N. et Em. N. XII. (hic poſ.) *Quorumdam* etc.) Ita omnes codices MSS. Nec tamen aſſentior Rhenano ac Pellicerio, qui legi ſic iubent, *corpori partes adnaſcuntur, alioqui mirabiles*: vt ſit haec loci ſententia, extraordinaria quoque membra, quae inutilia plerumque ſunt ac ſuperuacanea, legitimis ceteris praeſtantiora interdum deprehendi, et admirabiliora. Nam vt illud omittam, nullis eam lectionem codicibus defendi poſſe, Plinio ipſi aduerſari plane affirmo, qui de legitimis agit, qualis fuit Pyrrhi pollex, in quo exemplum ſtatuitur: de agnatis hoc loco verbum nullum facit. H.

i. Sicut Pyrrho regi) Haec quoque Plutarchus in Pyrrho, p. 384. H.

k. Hunc cremari) Plutarchus, l. c. H.

l. Maxima in India) De his Aelianum vide L. XVI. de hiſt. anim. c. 11. et ſqq. ac L. XVII. c. 26. H.

m. Indicio ſunt canes) De cane Indico, qui cum leone dimicaret, Aelianus L. IV. hiſt. anim. c. 19. Vide et Plin. L. VIII. c. 40. H.

n. Superiaci) Vide N. et Em. N. XIII. (paulo poſt.) Haec pariter Solinus, c. 52. p. 81. *Vt ſagittis*) Ita repoſuimus ex codd. R. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. quod et Turnebus

vbertas ſoli, temperies caeli, aquarum abundantia (ſi libeat credere) vt ſub vna [1] ficu *o.* turmae condantur equitum. Arundines *p.* vero tantae proceritatis, vt ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Multos ibi quina cubita conſtat longitudine excedere: non exſpuere: non capitis, aut dentium, aut oculorum vllo dolore affici, raro aliarum corporis partium: tam moderato Solis vapore *q.* durari. Philoſophos *r.* eorum, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum [2] perſtare, contuentes Solem immobilibus oculis: feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. In monte, cui nomen eſt [3] Nulo, homines eſſe auerſis

1. *Fico. Ch.* 2. *Sic et L. praeſtare Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Nullo. Ch. Milo Gr. et Al.*

nebus et Salmaſius p. 1015 probant. Solinus item c. 52. p. 81. *Indorum*, inquit, *nemora in tam proceram ſublimantur excelſitatem, vt transiaci ne ſagittis quidem poſſint.* Antea *ſuperari* legebatur. H.

o. Vt ſub vna ficu turmae condantur equitum.) Nearchus apud Strabonem lib. XV. quadringentorum, Ariſtobulus quinquaginta. *Dalec.* *Vt ſub vna ficu*) De ficu Indica, L. XII. ſ. 11. Strabo, L. XV. p. 694. ſub vna arbore condi poſſe equites quinquagenos, ex Ariſtobulo prodidit: Oneſicritus etiam quadringentos. H.

p. Arundines vero tantae proceritatis.) Megaſthenes apud Strabonem quaſdam ſtantes eſſe vlnarum 30. refert, quaſdam humi proſtratas, 50. diametro cubitorum trium et interdum ſex. *Dal.* *Arundines*) Haec Plinius ex Herod. Thalia L. III. p. 202. n. 98. Tzetzes Chiliad. VII. v. 741. Ὁ Τζέτζης λέγει τὰς Ἰνδῶν καλάμους τῷ Κτησίᾳ Ὡς διοργυίους γράφοντι τὸ πλάτος· τίς πίστευσοι; Καὶ τοῖς τὸ ἓν γονάτιον δύο ποιεῖν ὁλκάδας. *Tzetzes recenſet Indorum arundines ex Cteſia ſcribente, inſtar habere duorum paſſuum in latitudine: quis credat? et illis vnum internorum duas facere onerarias.* Vide quae dicturi ſumus, L. XVI. ſ. 65. H.

q. Solis vapore) Hoc eſt, calore, vt diximus, L. II. ſ. 40. H.

r. Philoſophos) Haec iiſdem verbis Solinus, c. 52. p. 79. ex ipſo Megaſthene, quem

verſis plantis, octonos digitos in ſingulis [1] habentes, auctor eſt Megaſthenes. In multis *s.* autem montibus genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, vnguibus armatum venatu et aucupio veſci. Horum ſupra centum viginti millia fuiſſe [2] prodente ſe Cteſias ſcribit *t.*: et in quadam gente *u.* Indiae, feminas ſemel in vita parere, genitoſque confeſtim caneſcere. [3] Item hominum genus, qui [4] Monocoli *x.* vocarentur, ſingulis cruribus, mirae pernicitatis [5] ad ſaltum:

1. *Sic ex MSS. em. Hard. in ſingulis pedibus habentes Gr. et Al. in Ch. d. pedibus. Recte, eſt enim gloſſ. plantis.*
2. *proditur. Cteſias ſcribit in. M. prodente ſe Cteſias, etc. Ch.* 3. *Idem. Tol. et Ch.* 4. *Sic et M. Turn. et Ch. Monoſceli Gr. et Al.* 5. *aſſultim. Sabellicus.*

quem Plinius laudat auctorem. H.

s. In multis) Haec ad verbum Solinus l. c. et Gellius L. IX. c. 465. Meminit etiam Auguſt. de Ciuit. Dei L. XVI. c. 8. Apud Tartaros gentem plane facie et moribus huic ſimilem eſſe, ſcriptores idonei referunt, quos laudant Maiolus Colloq. 2. p. 31. et Nierembergius, hiſt. nat. L. VIII. c. 1. p. 132. H.

t. Cteſias ſcribit) In eo libro, quem de Indicis rebus conſcripſit. Exſtat haec eius narratio multo prolixior apud Photium in Bibl. cod. 73. p. 150. qui eam mendaciis refertiſſimam putat. Hac porro forma loquendi, *prodente ſe*, intelligitur hunc eorum hominum numerum fuiſſe, quo tempore Cteſias haec commentaretur. H.

u. Et in quadam gente) Solin. l. c. ex Cteſia. Cteſiae ipſius verba Photius recitat l. c. p. 156. fabuliſque acceſet. H.

x. Monoſceli) Fabuloſos eſſe ac rationem cur ita creditum ſit, vide apud Rhod. c. 12. lib. IV. *Dalec.*

Monocoli) Ἀπὸ τῦ μόνȣ κώλȣ, ab vnico crure. Vide N. et Em. N. XIV. (paulo poſt) E Graecorum mendaciis ſunt iſti Monopodes, Sciapodeſque. *Monocoli)* Siue Monocoli legas, ſiue *Monoσκελεῖς*, nihil intereſt. Sed codices R. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. ſequuti ſumus: ac Turnebum in Aduerſariis, a quo deſcripſit et Salmaſius in Exercitt. p. 1006. et in hiſt. Aug. p. 118. H.

tum: eoſdemque [1] Sciapodas *y.* vocari, quod in maiori aeſtu humi iacentes reſupini, vmbra ſe pedum protegant; non longe eos *z.* a [2] Troglodytis abeſſe. Rurſuſque ab his occidentem verſus, quoſdam ſine ceruice oculos in humeris *a.* habentes. Sunt et Saty-

1. *Sic Steph. et Philoſt. eoſdem Sciapodis Ch. Sciapodas Gr. et Al.* 2. *Troglodytis omiſſa part. a. Turn.*

y. Eoſdemque Sciopodas vocari) Scribo *Sciapodas* cum *a*, in ſecunda ſyllaba, ex Stephano et Philoſtrato in vita Apollonii: item Alexandrino Heſychio, adſtipulante etiam vtroque ſcripto exemplari. De reliquo notandum, haec verba paulo poſt inferenda eſſe, poſt illa quae ſequuntur: *Eudoxus in meridianis Indiae viris plantas eſſe cubitales, eoſdemque Sciapodas vocari, quod in maiore aeſtu humi iacentes reſupini vmbra ſe pedum protegant.* Pint. *Eoſdemque Sciopodas vocari, etc.*) Legend *eoſdem Sciapodes vocari, quod in calore aeſtus, etc.* Vide Salmaſ. p. 1006. a.

Sciapodus) Σκιάποδες Tzetzae, Suidae, Stephano, Heſychio. Στεγανόποδες etiam Tzetzae Chil. VII. v. 766. ex Apollodoro, qui eos fabuloſis hiſtoriis adnumerat, vti et *ἀςόμȣς*, et *ὀπισθοδακτύλους*, et *ἱμαντόποδας*, et *ἱμαντοσκελεῖς*. Cteſiae verba ex Periplo Aſiae, recitat Harpocration verbo *Σκιάποδες*, p. 270. H.

z. Non longe eos a Troglodytis abeſſe. Rurſuſque ab his occidentem verſus quoſdam, etc.) Exiſtimo conuerſo ordine legendum eſſe, *Rurſuſque ab his occidentem verſus quoſdam ſine ceruice, oculos in humeris habentes. Non longe eos a Troglodytis abeſſe.* Nam quum illos, qui oculos in humeris habent, in India eſſe conſtet, Solino etiam teſte, et Troglodytae pertineant ad Aethiopiam, ſi poſt Sciapodas, quos non longe a Troglodytis diſtare ait, alias rurſus occidentem verſus Indiae gentes collocet, videbitur Plinius in ordine et ſitu regionum aberrare. *Pintianus.*

a. Oculos in humeris) Solinus l. c. p. 80. et Gellius L. IX. c. 4. p. 465. Sunt qui haec in vno monſtro aliquo ſingulari vera eſſe poſſe fateantur: in gente aliqua vniuerſa negent. Grotius tamen, L. IV. hiſt. de reb. Belg. p. 239. de hoc hominum genere agens: *Quod certiore teſtimonio firmatur,* inquit, *capite truncos homines, qui*

Satyri *b.* Subſolanis Indorum montibus ([1] Catharcludorum *c.* dicitur regio) [2] pernicioſiſſimum animal: [3] quum quadrupedes, tum recte currentes *d.*, humana

1. *Catardudorum.* *Ch.* *Cartadulorum.* *Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. perniciſſimum Gr. et vulgg.* 3. *tamquam.* *M. Vet.* *Lego, tum vt quadr. tum vt recti. tum Gr.*

qui vultus in pectore gerant, eſſe, aut colli breuitate, erectiſque humeris tales videri, haud pertinaciter refellam: ſatis gnarus, vt alibi ignium intemperie, ita vi frigoris nimia peccare naturam. Vide et Maiolum colloq. 2. p. 30. et eum Auguſtini locum, quem extrema hac ſectione allaturi ſumus. H.

b. Satyri) In vaſto oceano repertos Satyros ab Euphemo Care in inſulis, quas Satyridas vocant, Pauſanias narrat. l. I. ruffos, caudis non minoribus quam equorum, ſalaciſſimos, vt qui mulierem expoſitam et anteriore Venere et poſteriore vexarint petulantiſſime. *Dalec.*

Subſolanis) Ad ſubſolanum ſeu aequinoctialem ortum obuerſis. De his Satyris dicemus obiter in N. et Em. N. XV, (hic adi.) *Tum quadr. etc.)* In Salmant. et Pariſ. cod. item in edit. Parm. *tamquam quadrupedes, tam recte currentes.* Vnde Pintianus emendat, approbatque Pellicerius, *quamquam quadrupedes, tamen recte currentes.* Sed videntur ii mihi nimium indulgere coniecturae ſuae. De Satyris inter ſimiarum genera libro ſequente Plinius. His praeter effigiem nihil eſſe humani abunde hic locus declarat, quum humana effigie Satyros eſſe prodit. Quadrupes fera igitur quum ſit Satyrus, interdum pedibus, vti poſterioribus tantum poteſt, dum currit: prioribus, quos vice manuum natura ei tribuit, cum reliquo corpore elatis: quo fit, vt arduus, hominum more, rectuſque feratur: quod inceſſus curſuſque genus ſimiis quoque ipſis videmus eſſe familiariſſimum: Interdum etiam pronus idem poteſt, ſicut ceterae quadrupedes, ingredi. H.

c. Catharcludorum) Ita R. 1. 2. et Par. *Catardudorum,* Colb. 1. 2. et Chiffl. *Cartadulorum,* editi. H.

d. Tum quadrupedes, tum recte currentes) Exempl. Salmanticenſe, et impreſſa lectio, *Tamquam quadrupedes, tam recte currentes.* Scribendum opinor, *Quamquam quadrupe-*

na [1] effigie, propter velocitatem, niſi ſenes *e.* aut aegri, non capiuntur. [2] Choromandarum *f.* gentem vocat Tauron, ſilueſtrem, ſine voce, ſtridoris horrendi *g.*, hirtis corporibus *h.*, oculis glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in meridianis Indiae, viris plantas eſſe cubitales: [3] feminis adeo parvas, vt Struthopodes *i.* appellentur. Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco *k.* foramina

1. *Effigie, vt propter, etc. non capiantur. V. effigie. Propter. M.* 2. *Choraneorum. V.* 3. *feminas. Ch.*

drupedes, tamen recti currentes. Pintianus.

e. Niſi ſenes etc.) Haec pariter Aelianus hiſt. anim. L. XVI. c. 21. H.

f. Choromandarum) Vide Not. et Em. N. XVI. (hic poſ.) *Chor.*) Ita codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et editi omnes. At vetus codex Dalecampii, *Choraneorum*, ex quo forte eruere liceat *Choramnaeorum*, ſi gens eſt ea ſilueſtris, cui velocitatem praeterea Cteſias attribuit L. X. hiſtor. ap. Steph. p. 725. Χωραμναῖοι, ἔθνος Περσικόν — — ὅτω δὲ ταχύς ἐςιν ὁ ἄγριος ἄνθρωπος, καὶ διώκων τὰς ἐλάφȣς καταλαμβάνειν, *ea velocitate eſt, vt ceruas curſu aſſequatur.* H.

g. Stridoris horrendi) Solin. c. 52. p. 80. H.

h. Hirtis corporibus) Eadem fere de Arimaſpis ſupra recitata ſunt ex Strabone, niſi quod iis pectus hiſpidum eſſe ait, non corpus, et aures caninas, non dentes, mendoſe forte. *Dalec.*

i. Struthopodes.) Sic Struthocephalos Themiſtius dixit in paraphraſi Phyſicorum, quibus amplius caput non eſt quam paſſeri. Quidam non à paſſere Struthopodas ducunt, ſed à Struthio camelo. *Dalec.*

Struthopodes) Ἀπὸ τȣ͂ ποδὸς καὶ τȣ͂ ςρȣθοῦ, quod pes haud maior iis quam paſſeri, vel vt volunt alii, quam ſtruthioni videretur. H.

k. Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco.) Strabo Amyctyras vocat, omniaque et cruda comeſſe, parum viuere, ante ſenectutem mori, ſuperius labrum eminentius habere tradit. *Dalec.*

Megaſthenes) Hunc Strabo pariter, L. II. p. 70. laudat auctorem, ſed ita, vt fidem ei derogandam cenſeat: qui ἐνωτοκοίτας in auribus cubantes:

mina tantum habentem, anguium [1] modo *l.* loripedem, vocari [2] Scyritas. *m.* Ad extremos *n.* fines Indiae ab oriente circa fontem Gangis, Aſtomorum gentem ſine ore, corpore toto hirtam veſtiri frondium lanugine *o.*, halitu tantum viuentem *p.* et odore

1. *Modo, Loripedes vocari Syriſtas ad, etc. Gangis, Aſtomorum. M.* 2. *Sic quoque Ch. Syrictas Gr. et Al.*

bantes: ἀςόμȣς καὶ ἄῤῥινȣς, ore naribuſque carentes: μονοφθάλμους, vnoculos: μακροσκελεῖς, longipedes: ὀπισθοδακτύλȣς, auerſis praeditos digitis, aliaſque eiuſmodi nugas venditarit: ac Pygmaeorum τρισπιθάμων fabulam Homericam inſtaurarit, et amplificarit. H.

l. Anguium modo loripedem, vocari Syrictas.) Lege: *anguium modo loripedes vocari Syrtas.* Συρτὴς eſt qui trahit; quod traherent pedes et reperent potius quam ambularent, *Syrtae* dicti, ἀπὸ τȣ̃ σύρειν τῷ πόδι *Salmaſ.* pag. 415.

m. Scyritas) Vide. Not. et Em. N. XVII. (hic coll.) *Scyritas*) Ita MSS. omnes, et editiones vetuſtae apud Hermolaum, qui recte ſe reponere credidit *Syrictas*, ex Solini teſtimonio, quod vir magnus curſim raptimque percurrit, nec vidit ad Aſtomos pertinere, de quibus poſtea: et ad gentem, qua de agimus, praue detorſit. Nec ſane felicior Salmaſius fuit, qui *Syrtas* legit, ἀπὸ τȣ̃ σύρειν τῷ πόδι. Neque enim Indicae vocis vlla e Graeco fonte petenda deriuatio eſt: et cuiuis attente Plinii mentem indaganti, naribus carentes, hoc eſt, ἄῤῥινας ſiue ἀμύκτηρας, vt Strabo vocat, L. XV. p. 711. voluiſſe eum deſcribere hoc loco conſtabit: quum et ſequentes, quia ore careant, Aſtomos appellauit. H.

n. Ad extremos) Haec Solinus c. 52. p. 80. Aſtomorum iconem exhibet Aldrovand. L. de monſtris, p. 6. H.

o. Frondium lanugine) Hoc eſt, veſtibus e frondium lanugine contextis, quem admodum vberius explicatum eſt, L. VI. ſ. 20. Ridicule Gellius, aut obſcure admodum eſt loquutus, quum de his agens, *corporibus hirtis eſſe* dixit, *auium ritu plumantibus*: niſi de veſte plumanti ſerica intelligas. H.

p. Halitu tantum viuentem et odore quem naribus trahant.) Lege hac de re Strabonem lib. XV. ex Oneſicriti ſententia

re quem naribus trahant. Nullum illis *q.* cibum, nullumque potum: [1] tantum radicum florumque varios odores et ſilueſtrium malorum, quae ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus: grauiore [2] paulo odore haud difficulter exanimari. Supra hos extrema in parte montium [3] Triſpithami *r.*, Pygmaei-

1. Radicum tantum. Tol. 2. *paulo odore, in Tol. d. et Ch.* 3. *Sic quoque Turnebus ex veteri codice legit. Alii ſunt et Pentaſpithami Megaſtheni apud Strab. lib.* XV. *vbi haec narrantur omnia, Spithami Pygmaeique Ch. Spithami, Pygmaei narrantur Gr. et Al.*

tentia Rhodiginus hunc locum c. 21. l. XXIV. ex Platone interpretatur. Dicit autem in calidis regionibus ac odoriferis homines plerumque eſſe gracili corpore, tenui cibo ac pene nullo, ex odoribus ali, et ipſam naturam loci herbarum et frugum ſuccos redigere in odores, et humanorum corporum humores in ſpiritus reſoluere. Quum igitur vterque (odor videlicet, ac ſpiritus) ſit vapor quidam, et ſimile ſimili nutriatur, nimirum et ſpiritus, qui ſpiritum ducit homo, plurimum odoribus accipit alimentum. Qui ſcripſit Homeri vitam, narrat malorum odore prorogatam ei aliquamdiu vitam. Olympiodorus ex Ariſtotele hiſtoriam citat cuiuſdam, qui aëre tantum ac ſole nutriretur. *Dalec.*

q. Nullum illis) Solin. l. c. Haec ego fabuloſa arbitror: etſi odore aliquanto tempore produci vitam, Medicorum filii aſſeuerant. In fabulis quoque Strabo adnumerat, L. XV. p. 711. H.

r. Spithamaei Pygmaei.) Scribendum puto, *Triſpithamaei Pygmaei:* quia ſubiicit ſtatim, *Ternas ſpithamas longitudine*, hoc eſt ternos dodrantes non excedentes. Strabo lib. XV. *Sed ad fabulas rediens, ait, homines quoſdam eſſe quinquepalmos, quoſdam tripalmos, quorum nonnulli naſo careant, et duo tantum ſpiramenta ſupra os habeant.* Cum tripalmis grues pugnare quod et Homerus ſignificat. *Pint.*

Triſpithami) Vide Not. et Em. N. XVIII. (paulo poſt.) De Pygmaeis, L. VI. ſ. 35. Dodrantem porro vocat, nouem ex aſſe vncias, ex pede qui XII. pollicibus conſtabat, pollices nouem. *Extrema* etc.) In editis, *Spithamaei Pygmaei.* At codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. aliique con-

gmaeique narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, ternos dodrantes non excedentes *ſ.*, ſalubri caelo, [1] ſemperque vernante, montibus ab Aquilone oppoſitis: quos a gruibus infeſtari Homerus quoque *t.* prodidit. Fama eſt, inſidentes arietum caprarumque dorſis, armatos ſagittis veris tempore vniuerſo agmine ad mare deſcendere, et oua pulloſque earum alitum conſumere: ternis expeditionem eam menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto, [2] penniſque, et ouorum putaminibus [3] conſtrui. Ariſtoteles *u.* in cauernis viuere Pygmaeos tradit: cetera de his, vt reliqui. Cyrnos Indorum [4] genus Iſigonus annis centenis, quadragenis viuere. [5] Item Aethiopas *x.* Macro-

1. *Super. M. et Ch.* 2. *pinniſque. Ch.* 3. *conſeri. Tol. conſerui. Ch.* 4. *gentem. V.* 5. *Idem.*

conſtantiſſime, *Spithami Pygmaeique.* Nos vltima praecedentis vocis litera *m* repetita, III. *Spithami*, hoc eſt *triſpithami* repoſuimus. Potuit enim facile a librariis omitti haec nota III, quid hic ea ageret non ſentientibus. At de Triſpithamis et Pentaſpithamis Strabo non ſemel meminit, L. inprimis XV. p. 711. ex eo ipſo Megaſthene, quem hoc loco Plinius auctorem ſequitur. Gellius quoque hunc locum tranſſcribens, triſpithamos legit: *Pygmaeos*, inquit, *haud longe ab ipſis naſci: quorum qui longiſſimi ſint, non longiores eſſe, quam pedes duo et quadrantem:* hoc eſt, ternas ſpithamas, ſeu ternos dodrantes, vt Plinius ait. Denique Plinius ipſe triſpithamos diſerte notat, quum ſubiicit ſtatim, vt Pintianus animaduertit, ternas eos ſpithamas habere, longitudine. H.

ſ. Ternos dodrantes non excedentes.) Id eſt, 19. pollices, nimirum pedes duos ac quinque pollices. Vide quae de hac re notata ſunt in c. 14. l. XXXV. *Dalec.*

t. Homerus quoque) Iliad. III. v. 7. H.

u. Ariſtoteles) Hiſt. animal. L. VIII. c. 15. p. 913. H.

x. Item Aethiopas) Forte rectius, *idem.* Aldrouandus, L. de hiſtoria ſerpentum, p. 155. *Noſtra aetate*, inquit, *in Italia caro viperina non in epula-*

Macrobios et Seras exiſtimat, et qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec [1] veſtibus eorum noxia corpori *y.* ineſſe animalia. Oneſicritus, [2] quibus locis Indiae *z.* vmbrae non ſint, corpora hominum cubitorum quinûm, et [3] binorum palmorum *a.* exiſtere, et viuere annos centum triginta, nec ſeneſcere, ſed vt medio aeuo, mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, [4] Gymnetas *b.* appellat, non pauci Macrobios. Cteſias gentem

1. *Viſceribus.* 2. *Sic ex MSS. emendat Hard. conſent. Ch. quibus in locis Gr. et Al.* 3. *binarum palmarum. Ch.* 4. *Gymnectas. V. et Ch.*

epularum lautitiis adhibetur, ſed ob vitae longitudinem. De viperarum vſu in cibis vide Plinium L. XXIX ſ. 38. Ad reſtituendam valetudinem vſum eſſe Commodum Imperatorem, teſtis eſt, vt quidem coniicimus, nummus inſignis ex aere magno in Muſeo noſtro; M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P. P. Capite laureato vultu barbato, ore valetudinem aegram et languorem teſtante. .)(. IOVI IVVENI. P. M. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. DES. VI. S. C. Iuppiter ſtat, fulmen dextra tenens, haſtam ſiniſtra: ad pedes, Aquila Romana, Imperii et Auguſti ſymbolum. Nos olim alios ſequuti, Iouem Iuuenem appellari Commodum in hoc titulo diximus, falſo: quum annum aetatis Commodus ageret triceſimum quintum, Imperii decimum. Sententia his literis comprehenſa haec videtur eſſe: IO*ui* VI*tali*, I*n* V*aletudine* V*iperarum* E*ſu* N*utrienti* I*mperatorem*. Infirma valetudine fuiſſe Commodum ſupremis vitae ſuae annis, alii etiam nummi, nec pauci, teſtantur. Iuppiter Vitalis, Natura eſt vitae tutatrix et altrix, reſtitutrixque iuuentae. H.

y. *Noxia corpori*) Pediculos. H.

z. *Quibus locis Indiae*) Vide quae diximus L. II. ſ. 75. H.

a. *Cubitorum quinûm, et binorum palmorum*) MSS. *binarum palmarum.* Palmus quaternos digitos habet, cubitus palmos ſenos. Vide Herodot. L. II. Euterpe, n. 149. p. 148. H.

b. *Gymnetas*) Codd. MSS. *Gymne-*

gentem ex his, quae [1] appelletur [2] Pandore *c.*, in conuallibus ſitam, annos ducenos viuere *d.*, in iuuenta candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat. [3] Contra alios, quadragenos non excedere [4] annos, iunctos Macrobiis, quorum feminae ſemel pariant: idque et Agatharchides tradit. Praeterea locuſtis eos *e.* ali, et eſſe pernices. [5] Mandorum *f.* nomen iis

1. *Appelletur. M. Ch.* 2. *Panaeore. V. Pandore. Ch.* 3. *Econtra. M.* 4. *canos. Ch.* 5. *Sic et Ch. Mandrorum Gr. et Al.*

Gymneſtas: Graeco vocabulo, corporis exercitationem ſignificante: vel Γυμνήτας potius, quod nudi incederent, vt ait Strabo L. XV. p. 719. Fuere praeter iſtos, et alii Gymnetae, inter Aethiopas, vt diximus L. VI. ſ. 35. H.

c. Pandore) Ita R. 2. At R. 1. *Pandare*. Colb. 1, 2. Pariſ. et Chiffl. *Pandere*. Pandas gentem eſſe ſolam Indorum regnatam feminis, dictum eſt L. VI. ſ. 23. H.

d. Annos ducenos viuere.) Seribus tam longam vitam eſſe Strabo auctor eſt l. XV. *Dalec.*

e. Locuſtis eos) De his dictum eſt L. VI. ſ. 35. vbi de Aethiopia. H.

f. Mandrorum nomen iis dedit Clitarchus) Vetus omnis recentiorque lectio *Mandorum* praefert, non *Mandrorum*, Scribendum videtur aut *Pandarum*, ex Plinio lib. VI. cap. 20. et item Stephano: aut *Pandaeorum* ex Arriano lib. VII. cuius verba libuit ponere, vt collata cum Plinianis huius cap. 20. lib. VI. omnem ambiguitatem lectoribus adimant: *Ornatum autem corporis, quo vtebatur hic Hercules, Megaſthenes fuiſſe illi ſimilem ſcribit, quo Thebanus Hercules vti ſolebat, quod et Indi affirmant, eique multos fuiſſe filios virilis ſexus, multas enim uxores habuiſſe: filiam vero vnicam nomine Pandaeam terramque, in qua nata eſt, quam Hercules ei tradidit, de nomine eius* Pandaeam *appellatam. Datos inſuper elephantos d. equites ad* IIII. M. *pedites circiter cxxx.* M. Et mox paulo: *Ad haec in regionibus, quas Herculis filia regno tenuit feminas, vbi ad ſeptimum vitae annum perueniunt, viris maturas cenſeri, ac nubere, viros quadraginta annos ſummum viuere.* Et rurſus, *Herculem eumdem cum filia* VII. *annorum concu-*

iis dedit Clitarchus, et Megaſthenes, trecentoſque eorum vicos [1] annumerat. Feminas ſeptimo aetatis anno parere, ſenectam [2] quadrageſimo accidere. Artemidorus, in Taprobana inſula longiſſimam vitam ſine vllo corporis languore traduci. Duris, Indorum quoſdam cum feris coire, miſtoſque et ſemiferos eſſe partus. In [3] Calingis *g.* eiuſdem Indiae gente quinquennes concipere feminas, octauum vitae annum non excedere. Et alibi *h.* cauda villoſa homines naſci pernicitatis eximiae, alios auribus totos *i.* contegi. [4] Oritas *k.* ab Indis Arbis fluvius

1. *Annumerant. M.* 2. *Sic et Ch. legit et accidere. M. quadrageſimo anno accedere Gr. et Al.* 3. *Colingis. Ch.* 4. *Soritas. M. V. Ch.*

concubuiſſe, vt ex ſe ſoboles Indorum regibus procrearetur. Pintianus.

Mandorum) Vide Not. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Mandorum etc*) Ita MSS plane omnes: Neque Pintiano aſſentior, qui *Pandarum* legi iubet: quamquam de Pandarum gente, qua de egimus L. VI. ſ. 23. eadem prodidit Arrianus L. VII. de Expedit. Alex. Potuit enim vel gens eadem, vel huic vicina et affinis a Clitarcho et Megaſthene, quos Plinius nunc in partes vocat, Mandorum nomine deſignari. H.

g. In Calingis) Indiae populis ad Gangis ripam, quae ſpectat occaſum. Refert eadem Solinus, c. 52. p. 80. H.

h. Et alibi) De Anglicana gente caudata, aliiſque ſimilibus, vide Maiol. Colloq. 2. p. 35. H.

i. Alios auribus totos) Hos Faneſios vocauit ſupra lib. IV. c. 13. ἐνωτοκοίτους Strabo vocat, auribus ad talos vſque demiſſis indormientes, adeo robuſtos vt arcus neruum frangant, et arbores euellant. Adnotatum loco citato Panôtios ab Iſidoro vocari. *Dalec.*

Alios auribus) De his diximus L. IV. ſ. 27. Sumta haec ſunt ex Cteſia, cuius excerpta exſtant apud Photium in Bibl. cod. 73. p. 157. Ἐνωτοκοίτας vocat Strabo, L. XV. p. 711. Nec recentiores deſunt, qui ſe homines eiuſcemodi v i d i ſſ e confirment, quas Maiolus appellat, colloq. 2. p. 33. H.

k. Oritas ab Indis Arbis fluuius diſterminat.) Hermolaus

vius *l.* diſterminat. [1] Hi nullum alium cibum noue-re, quam piſcium, quos vnguibus diſſectos Sole torreant: atque ita panem *m.* ex his faciant, vt re-fert

1. *Hinc vllum. Ch. Ii nullum Gr. et vulgg.*

laus pro *Soritas*, vt antea ſcriptum erat, *Oritas* ſubſtituit; pro *Arabis*, *Arbis*. Priorem caſtigationem probo, poſteriorem improbo. Nam vetus omnis lectio, Romanaque et Parmenſia exemplaria; tum hoc capite, tum lib. VI. cap. 24. item lib. IX. cap. 3. ſemper *Arabis* legunt, numquam *Arbis*. Strabonem fatemur Arbin appellare, Ptolemaeum negamus. Nam et Graece Arabis apud eum legitur: è duobus eius interpretibus prior Arabin, poſterior Arabium vocat. Item Arrianus ſeptimo: *Prope hanc*, inquit *habitat gens Indica Arabies dicti*, *quorum in maiore conſcriptione commemini*, *eſſe cognominatos à flumine Arabi*, *quod per ipſorum regionem fluens exonerat in mare*, *disterminat horum prouinciam ab Oritarum terra* et paulo poſt, bis Arabin fluuium nominat. Porro idem auctor in maiore conſcriptione, cuius hic mentionem habuit, Arabium vocat fluuium, non Arabin, nec ſemel, et Arabitas populos. Stephanus ſeu dubius in vtram partem inclinaret, modo Arabium vocat. Neque illud omiſerim, ſaepe apud eumdem Arrianum ſcriptum inueniri per duplex *rr*. Arrabis et Arrabitae populi. *Pint.*

Oritas) Vide N. et Em. N. XX. (hic conſp.) *Oritas*) MSS. omnes, *Soritas*, et paulo poſt, *Arabis*. Hermolaus, *Oritas* emendat, et *Arbis*. Pintianus, *Oritas* probat, damnat *Arbis*. Strabo L. XV. p. 720 in Ariana ait Ἄρβιες habitare, quibus ab Arbi fluuio nomen ſit impoſitum, Arabim Ptolemaeus, L. VI. c. 21. et Arrianus L. VII. appellitant, et MSS. omnes; accolas, Arabitas. Vtramque appellationem eſſe legitimam Stephanus innuit. Nam p. 96. Ἄραβις, ποταμὸς Ἰνδικῆς. Et poſtea, Ἄρβις ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς, ἔθνος Ἄρβιος, ἢ Ἀρβῖται. De Oritis Ichthyophagis, L. VI. ſ. 25. H.

l. Arbis fluuius) Siue Cophes, vt diximus L. VI. ſ. 25. H.

m. Atque ita panem) Furnerius L. IV. Hydrogr. c. 25. p. 180 auctor eſt hodieque eſſe gentes plurimas, verſus ſeptemtrionem, aliasque in America poſitas, quae pane ex diſſectis piſcibus, atque

fert Clitarchus. Troglodytas *n.* ſuper Aethiopiam velociores [1] eſſe equis, Pergamenus Crates. [2] Item Aethiopas *o.* octona cubita longitudine excedere: Syrbotas vocari gentem eam. Nomadum *p.* Aethiopum, ſecundum flumen [3] Aſtragum *q.* ad ſeptemtrionem [4] vergentium. Gens [5] Meniſminorum *r.* appellata, abeſt ab oceano dierum itinere viginti: animalium, quae Cynocephalos [6] vocamus, lacte vivit, quorum armenta paſcit maribus interemptis, prae-

1. *Equis eſſe. M.* 2. *Idem.* 3. *Sic et Ch. Aſtrapum. M. Aſtapum Gr. et Al.* 4. *vergentem. V.* 5. *Medimnorum. V. Maeniſmorum. Ch.* 6. *vocavimus. Pint.*

atque in pollinem deinde contuſis confecto viuant: quod imbecillo nimium in his regionibus ſolis calore, maturitatem aſſequi frumenta nequeunt. H.

n. Troglodytas) De his dictum eſt ſuperiore libro, ſ. 54. Ὠκύποδας ἵππων μᾶλλον ἀπίοντας, appellat Strabo, L. XV. p. 711. H.

o. Item Aethiopas) Recti-us, *idem*, vt ſupra monuimus. Haec Solinus pariter refert c. 30. p. 55. Sed furtum diſſimulat, quum pro cubitis octonis, pedes duodecim longitudine excedere gentem eam ſcribit. De Syrbotis vero actocubitalibus, actum eſt L. VI. ſ. 35. H.

p. Nomadum) Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Syrbotas* etc.) Ab his poſtremis vocibus nouae periodi ducendum eſſe initium ex ipſo Plinio didicimus, qui L. VI. ſ. 35 Syrbotas docet a Nomadibus fuiſſe diuerſos: Nomadaſque eos appellat, qui Cynocephalorum lacte vivant, qui mos eſt horum Nomadum, qui Meniſmini appellantur. H.

q. Aſtragum) Vide N. et Em. N. XXII. (hic poſ.) *Aſtr.*) Ita R. 1. 2. Colb 1. 2. Chifl. aliique, et vetuſtae editiones omnes ante Gelenium, qui Aſtapum, hoc eſt, Nilum obtruſit, quod is Aethiopas medios ſecare dicatur, L. V. ſ. 10. ſed a fide codicum primitiuorum temere deſciſcere, religio eſt. H.

r. Meniſminorum) Ita omnes, quos vide, codices. Caue putes *Medimnos* legi hic oportere, quorum mentio eſt L. VI. ſ. 35. Hi enim Nomadum Aethiopum vicini, non ipſi Nomades eſſe dicuntur. H.

[1] praeterquam ſobolis cauſa. In Africae ſolitudinibus hominum ſpecies obuiae ſubinde fiunt, momentoque euaneſcunt. Haec atque talia *s.* ex hominum genere ludibria ſibi, nobis miracula, ingenioſa fecit natura. Et [2] ſingula quidem, quae facit in dies, ac prope horas, quis enumerare valeat? Ad detegendam eius potentiam, ſatis ſit inter prodigia poſuiſſe gentes. Hinc ad confeſſa in homine pauca.

III. (III.) Tergeminos *t.* naſci certum eſt, Horatiorum *u.* Curiatiorumque exemplo: [3] ſupra *x.*, inter

C 2

1. *Praeter ſobolis cauſam. M.* 2. *ſingulis. Ch.* 3. *ſuper. Ch.*

s. Haec atque talia) De monſtris huiuſmodi ſapienter pronunciat Auguſt. de ciu. Dei L. XVI. c. 8. *Non nobis videri abſurdum debet, vt quemadmodum in ſingulis quibuſque gentibus quaedam monſtra ſunt hominum, ita in vniuerſo genere humano quaedam monſtra ſint gentium. Quapropter vt iſtam quaeſtionem pedetentim, cauteque, concludam: aut illa, quae talia de quibuſdam gentibus ſcripta ſunt, omnino nulla ſunt: aut ſi ſunt, homines non ſunt: aut ex Adamo ſunt, ſi homines ſunt.* Vide locum integrum. H.

t. Tergeminos) Τριδύμους, inquit Dion. Halic. A. R. L. III. p. 150. hoc eſt, tres vno partu editos: vt διδύμοι ſunt gemelli. Columella item mox laudandus. Quoniam tergemini nati ſunt Horatii Curiatiique, et in nummis antiquis legitur, C. CVR. et TRIGE. qui nummi delineantur a Patino, in Famil. p. 97. n. 1. et. 2. imprudenter in iiſdem putarunt aliqui ſe pictam videre familiam Trigeminorum. Atqui profecto, quamuis tergemini nati ſint Horatii, Curiatiique; non potuit propterea *Tergeminus* aut cognomen eſſe ſingulorum in vna familia, aut Curiatiorum potius, quam Horatiorum, vel e conuerſo. Patini nummus ex vna parte caput Romae Victricis exhibet: retro: TRIGE. In Regio ſimili, qui et apud Gorlaeum exſtat p. 30. eſt TRIGE)(Imperator in curru quadriiugo triumphali, ſcipionem ſiniſtra Conſularem tenet, cuius in apice Romana Aquila eſt, Imperii ſymbolum: a Victoria retro volitante coronatur Imperator. Sub quadrigis, C. CVR. in aliis C. CVR. F.

Caius

ter oſtenta [1] dicitur: praeterquam in Aegypto *y.*, vbi fetifer potu *z.* [2] Nilus amnis. [3] Proxime *a.*, ſupremis

1. Adducitur. V. dicitur. Ch. 2. *Nilus amnis proxime ſupra. Ch. Nilus, annis proximis, ſupremis Gr. et Al.* 3. *proximis. vulgg.*

Caius Curius filius, Triumvir Monetalis, ſed non Curiatius eſt. Infra, Romae. Eſt hic TRIG. vel TRIGE. Id quod ipſa pictura paginae alterius in his nummis admonet. *TRaianus Imperator GErmanicus.* Nihil certius aut ſimplicius. Vereor etiam vt *trigeminus* latine dici poſſit pro *tergemino*. H.

u. Horatiorum Curiatiorumque exemplo.) Liuius lib. I. Decad. 1. *Dalec.*

Horatiorum) De his videndus Liuius L. I. p. 9 Columella de R. R. L. III. c. 8. p. 97. *Aegyptiis et Afris gemini partus familiares, ac paene ſolennes ſunt: ſed et Italici generis eſſe natura voluit eximiae fecunditatis Albanas Curiatiae familiae trigeminorum matres.* H.

x. Supra.) Numerum tergeminorum. *Dal.*

Supra) Hoc eſt, ſupra eum numerum: ſi plures, quam tres, vno partu edantur in lucem, id inter oſtenta narratur. Sic MSS. Editi, *ducitur*. H.

y. Praeterquam in Aegypto, vbi fetifer potu Nilus, etc.) Lege: *praeterquam in Aegypto, vbi fetifer potu Nilus amnis. Proxime ſupremis Diui Augusti, Fauſta quaedam e plebe, Oſtiae duos, etc.* Salmaſ.

In Aegypto) Columella l. c. H.

z. Fetifer potu) Solin. c. 1. p. 5. *Cum fetifero potu Nilus, non tantum terrarum, ſed etiam hominum materna fecundat arua.* Seneca Nat. Quu. L. III. c. 25 p. 873. *Quorumdam cauſa non poteſt reddi, quare aqua Nilotica fecundiores feminas faciat, adeo vt quarumdam viſcera longa ſterilitate praecluſa, ad conceptum relaxauerit*, etc. H.

a. Proxime) Vide N. et Em. N. XXIII (paulo poſt) Plinius ita loquutus L. II. ſ. 106. *Neronis Principis annis ſupremis* etc. *Proxime etc.*) Cod. R. 1. Colb. 1. 2. Par. et Chiffl. ita legunt: *fetifer potu Nilus amnis. Proxime, ſupremi Diui Augusti*, vti nos edidimus, hoc eſt, ſub exceſſum Diui Auguſti. Defendi ea lectio eximie poteſt primum ex ipſo Plinio L. XVI. ſ. 86. *circa ſuprema Neronis principis*, iterum dicente: tum ex Solino, c. 1. p. 5. vbi de Auguſto: *Huius tamen*, inquit, *ſuprema quaſi*

premis Diui Auguſti, Fauſta quaedam e plebe, Oſtiae duos mares, totidem feminas enixa, famem, quae conſequuta eſt, portendit haud dubie. Reperitur et in Peloponneſo [1] binos quater enixa *b.*, maioremque partem ex omni eius vixiſſe partu. Et in Aegypto ſeptenos vno vtero *c.* ſimul gigni, auctor eſt Trogus. *d.* Gignuntur *e.* et vtriuſque ſexus,

 quos

1. *Sic M. et Ch. quinos quater Gr.*

ſi legeret ſaeculum, penuria inſequuta eſt frugum, etc. Haec fames eſt, de qua Plinius hoc loco agit. Libri quidam editi perperam habent, *fetifer potu Nilus. Annis proximis, ſupremis Diui Auguſti.* Neque enim ſupremos Auguſti annos, Plinius annos proximos appellaret. H.

b. Quinos quater enixa) Strabo l. XV. quatergeminos. Idem ex Ariſtotele tradit, quamdam peperiſſe ſeptemgeminos. Albertus prodidit, mulierem in Germania conformatis iam in vtero 22. infantium corpuſculis abortum feciſſe: aliamque eieciſſe in peluim Embryonum auricularis digiti magnitudine CL. corpuſcula: aliam LXX. Neque enim quod de Margareta Hollandiae Comite ferunt, affirmare libet: quae vno partu 360. filios peperiſſe viuos ann. Dom. 1314. traditur. *Dalec.*

Binos quater) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Binos)* Codices ad vnum omnes miro conſenſu, ac vetuſtae editiones, *binos* legunt. Quinos igitur perperam ex Ariſtotele adſtruas, qui hiſt. L. VII. c. 5. p. 822. vicenos ait quarto partu editos, vnoquoque quinos: *μία δέ τις ἐν τέταρσι τόκοις ἔτεκεν εἴκοσιν· ἀνὰ πέντε γὰρ ἔτεκε, καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐξετράφη.* Paulus item ICtus in Pand. Iuſtin. L. V. tit. 4. *mulierem Peloponneſiam* prodidit *quinquies quaternos enixam eſſe fetus*, idque tradidiſſe *non leues auctores.* H.

c. Vno vtero) Vnica et ſimplici praegnatione. Haec quoque Solinus ex Trogo c. 1. p. 5. Paulus item ICt. L. V. Dig. tit. 4 *Non leues auctores tradidere multas Aegypti vno vtero ſeptenos enixas.* H.

d. Auctor eſt Trogus) Et Ariſtoteles quoque apud Strabonem, L. XV. p. 695. Sed mendoſus forte eſt locus, neque ἑπτάδυμα, ſed πεντάδυμα legendum: quum Ariſtot. et de gener. animal. L. IV.

quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos *f.*, et in prodigiis *g.* habitos, nunc vero in deliciis.

L. IV. c. 4. et 5. et hiſt. animal. L. VII. c. 5. p. 822. quinque modo enixam refe-rat: et Gellius L. X. c. 2. p. 504. ex eodem affirmet, *finem hunc eſſe multiiugae hominum partionis, neque plures vmquam ſimul genitos compertum.* Quae porro Albertus *M* de animal. L. IX. tr. 2. c. 5. p. 291. de prodigioſis partubus tradit, fabulis arbitror propiora. Quae vero de Margarita, Comitis Hollandiae filia, vulgo ſunt iactata, pepeiiſſe ſcilicet vno partu 360. filios. viuos, anno 1314. ea fictitia eſſe ex temporum collatione oſtendit Petrus Scriuerius in Antiqq. Batau. H.

e. Gignuntur) Hunc locum exſcripſit ad verbum e Plinio Gellius L. IV. c. 9. p. 467. H.

f. Androgynos vocatos) Vocant et διφυεῖς, et ἀνδρο-θήλυας et ἀρσενο-θήλυας. In maribus id fit tribus modis, quum in perinaeo, ſiue interfemineo muliebre pudendum exiguum videtur: quum itidem in ſcroto, ſed nullo excrementi profluuio: quum ibidem, exeunte lotio. In feminis vnico, quum penis ſupra genitalis faſtigium, n clitorio et ima pube prominet. Addunt quidam in maribus, quum ſupra colis radicem muliebris natura exſtat: in feminis, quum penis ad inguina vel in perinaeo profertur. Rhodig. cap. 10. XV. et 12. XIX. Androgynos vocauit et Pollux concubinos. Cornel. Gemma Coſmocrit. lib. I. cap. 6. *Dal.*

Androgynos) Hoc eſt, homines, qui vtriuſque ſexus virilis ac muliebris τὰ αἰδοῖα habuerint: quibus etiam Hermaphroditorum, a Mercurio et Venere nomen eſt inditum: Mercurius enim Ἑρμῆς eſt, Venus Ἀφροδίτη. Referunt ſcilicet Aſtrologi androgynorum ortus cauſam, in certum quemdam vtriuſque ſtellae, Mercurii Venerisque coitum: inde nomen. Negant autem in re Anatomica ſummi artifices vllum hominem eſſe poſſe, in quo ſexus vterque perfectus ſit: Signa tantum ſexus alterius, et inchoatas notas agnouerunt, in iis, quibus huiuſmodi naturam geminam ineſſe exiſtimatum ſit: in viris quidem aliquam ἐν τῷ αἰδοίῳ rimam, ſed illam quidem haud permeabilem, neque, vt Ariſtoteles loquitur δίοδον τῷ αἰδοίῳ τοῦ ἄῤῥενος: in feminis, nympham ad tres interdum digitos productiorem ſolito, ſed quae

deliciis. Pompeius Magnus in ornamentis theatri mirabiles fama poſuit effigies, ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elaboratas: inter quas legitur [1] Eutychis *h.*, a xx. liberis rogo illata, [2] Trallibus enixa xxx. *i.* partus. Alcippe *k.* elephantum, C 4 quam-

1. *Sic et. Ch. Euthyce. Gr.* 2. *Taxylis. Ch. Tralleis. M.*

quae flaccida foret, neque poſſet ἀκριβῶς τείνεσθαι, ἐν ταῖς συνεσίαις. Vide Sennertum T. III. P. IX. c. 13. p. 607. H.

g. *Et in prodigiis)* Vide Liuium L. XXVII. p. 303. et 313. et L. XXXI. p. 371. Item Iul. Obſeq. c. 56. p. 32. H.

h. *Eutychis)* Ita R. 1. 2. Pariſ. et Solinus ipſe, qui c. 1. p. 5. eadem referens Eutychidem vocat. Errat tamen Solinus, qui mulierem ipſam putat exhibitam in theatro, quum id de ſola effigie mulieris proditum ab aliis ſcriptoribus fuerit, atque adeo a Plinio ipſo plane modo, quum ait in ornamentis theatri Pompeiani mirabiles fama poſitas eſſe effigies. H.

i. *Enixa XXX.)* Totidem numerat et Tatianus, orat. contra Gentes p. 183. vbi hunc partum prodigioſum a Periclymeno ſtatuario expreſſum fuiſſe ſcribit. Vidimus aetate noſtra feminam, quatuor et xxx. partus enixam: ſed vix duodecim in iis vitales. H.

k. *Alcippe)* Vide N. et Em. N. XXV. (paulo poſt) Collegit ſimiles prodigioſos partus Ioh. Schenkius, Obſſ. med. L. I. p. 9. et 10. ac L. IV. p. 691. *Alcippe elephantum)* Idem de Glaucippe ait Tatianus in orat. contra Graecos, p. 182. ἡ Γλαυκίππη ἐκύησεν ἐλέφαντα, etc. idque aerea ſtatua expreſſum a Nicerato Athenienſi ſcribit. Quum eamdem vtrobique ſignari feminam veriſimile, tum in alterutro contextu nomen illius in mendo cubare. Illud vero eſſe arbitror, quod Liuius L. XXVII. p. 303. et Val. Max. L. I. c. 6. n. 5. p. 40. inter oſtenta referunt, puerum cum elephantino capite natum. Videtur ea porro quae peperit femina cum elephanto, vt Semiramis olim cum equo, concubuiſſe: quemadmodum dicetur L. VIII. ſ. 64. Simile prodigium in Hungaria accidiſſe, ex relatu virorum fide digniſſimorum, ait Aldrou. L. de monſtris p. 436. Iconem exhibet p. 431. H.

[1]quamquam id inter oſtenta eſt. Namque et ſerpentem *l.* peperit inter initia Marſici *m.* belli [2]ancilla. [3]Multiformes *n.* pluribus modis inter monſtra partus eduntur. Claudius Caeſar ſcribit Hippocentaurum *o.* in Theſſalia natum eodem die interiiſſe. Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto *p.* in melle

1. *Quod et inter. M.* 2. *Achille. M.* 3. *et multif. Ch.*

l. Namque et ſerpentem peperit inter initia Marſici belli ancilla.) Vt et Sullanis temporibus Cluſiana materfamilias, teſte Iul. Obſeq. de prodig. cap. 118. et App. Alexand. de bel. ciu. lib. I. mihi p. 411. Legatur et recens exemplum apud Cornel. Gem. Coſmocrit. tom. II. pag. 201. *Dal.*

Namque et ſerpentem) Iul. Obſequens c. 118. p. 64 *In Etruria, Cluſii, mater familiae viuum ſerpentem peperit,* etc. H.

m. Marſici) Ante Marſicum bellum quae oſtenta viſa ſunt, ea collecta eſſe a Siſenna, ſcribit Cicero de diuin. L. II. p. 233 De hoc bello diximus L. II. ſ. 85. H.

n. Multiformes) Vide Phlegontem de rebus mirabil. c. 20. et ſeqq. H. Conf. ibi Notas Meurſii.

o. Hippocentaurum in Theſſalia natum.) Vide cap. 24. lib. XXII. Centauros, Scyllas et id genus monſtra gigni fierique non poſſe, multis verſibus oſtendit Lucretius lib. V. An exiſtere poſſint, vide Magium cap. 20. lib. I. *Dal.*

Hippocentaurum) Monſtra huiuſcemodi ex equo et homine conflata, merito negant vlla aut exſtitiſſe aliquando, aut vera eſſe poſſe, viri eruditi ex omni diſciplina. Ex Medicis Galen. L. III. de vſu part. c. 1. Tom. IV. p. 339 rem validis omnino argumentis conficit. E Philoſophis Cicero de diuin. L. II. p. 231. E Iuriſconſultis, Iuſtinianus, tit. de inutili ſtipulat. E Poetis denique ipſis, quibus tamen haec maxime figmenta olim placuere, Lucretius L. V. p. 875. *Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in vllo Eſſe queat duplici natura, et corpore bino, Ex alienigenis membris compacta poteſtas,* etc. H.

p. Ex Aegypto) Vide Not. et Em. N. XXVI. (hic adi.) Hic ille eſt quem Phlegon Trall. L. de mirab. hiſt. c. 34. p. 97. accurate ac eleganter deſcribit: Εὑρέθη ἐν Σαύνῃ τῆς Ἀραβίας πόλει, ἱπποκένταυρος, ἐπὶ ὄρους μάλα ὑψηλοῦ — — τὸν δὲ ἱπποκέν-

melle *q.* vidimus. Eſt inter exempla, in vterum protinus reuerſus infans Sagunti, quo anno ab Hannibale deleta eſt. (IV.) Ex feminis *r.* mutari in mares *s.*, non eſt fabuloſum. Inuenimus in Annali-

C 5 bus,

ποκένταυρον συλλαβὼν ὁ βασιλεὺς ζωὸν, ἀποπέμπει νῦν σὺν ἑτέροις πρὸς Καίσαρα εἰς τὴν Αἴγυπτον, τροφὴ δὲ ἦν αὐτοῦ, κρέα· οὐ Φέρων δὲ τὴν μεταβολὴν τῆς ἀέρος, τελευτᾷ. Καὶ οὕτως ὁ ἔπαρχος τῆς Αἰγύπτου ταριχεύσας, ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην. Καὶ πρῶτον ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεδείχθη· τὸ μὲν πρόσωπον ἀγριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου ἔχων· χεῖρας δὲ καὶ τοὺς τούτων δακτύλους τετριχωμένους —— ὁπλαὶ δὲ ἦσαν αὐτῷ ἵππου στερεαί. etc. Inuentum ait in Arabiae vrbe Sauna, viuumque captum a Rege, miſſum in Aegyptum ad Caeſarem: carnibus ſolitum veſci: ſed aeris mutati impatientia obiiſſe. Conditum deinde, a praefecto Aegypti miſſum in Vrbem, primumque in Palatio eſſe monſtratum: Faciem ei humana truculentiorem: manus ac digitos, vngulas equi more ſolidas, iubam ſubfuluam, etc. H.

q. In melle) Mellis enim natura talis eſt, vt dicetur L. XXII. ſ. 50. *vt putreſcere corpora non ſinat.* Vide quae ibi dicturi ſumus. H.

r. Ex feminis mutari in mares.) Pontano Caietana

muliercula piſcatoris per annos 14. vxor repente vir facta eſt. Idem contigit Aemiliae coniugi Antonii Spenſae, ciuis Ebulani anno 12. poſtquam nupſerat. Sexu mutato ea duxit vxorem, et liberos ſuſtulit. Idem et alteri mulierculae accidit, quum iam ſemel peperiſſet. Temporibus Ferdinandi primi Neapolitanorum regis, Charlotta et Franciſca filiae Ludouici Quarna Salernitani, annos XV. natae, ſexum mutarunt. Videſis A. Gell. noct. Att. lib. IV. cap. 4. et Phlegontem Trall. de admirand. pag. 74. *Dal.*

Ex Feminis) Haec plane ad verbum exſcripſit e Plinio Gellius L. IX. c. 4. p. 466. vſque ad eum locum *Editis geminis* etc. H.

s. Mutari in mares) Non contra, e maribus in feminas: quoniam ab agnata cute, obducto τῷ αἰδοίῳ cum teſtibus, interdum editus infans, vt femina habeatur, vſu venit: donec in adoleſcentia, virilitatis munere diſrupta membrana illa, prodeat, quod ſub ea latuerat virile pudendum, appareatque. Contra vero exſerto αἰδοίῳ qui in lucem genitus fuerit,

bus, [1] P. Licinio *t.* Craſſo, C. Caſſio Longino coss. Caſini *u.* puerum factum ex virgine ſub parentibus, iuſſuque Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Mucianus prodidit, viſum a ſe Argis [2] Areſcontem *x.*, cui nomen Areſcuſae fuiſſet: nupſiſſe etiam, mox barbam et virilitatem *y.* prouenisse,

1. *C. Ch.* 2. *Ariſtontem. M. et Ch.*

fuerit, vt numquam credatur femina, non poſſe fieri manifeſtum eſt. Nec reapſe igitur mutantur in mares feminae, ſed mutari, qua diximus ratione, videntur. Plura huiuſmodi exempla reperies apud Hippocr. L. VI. Epid. Sennertum. T. III. P. 9. p. 607. Schenkium Obſeruu. L. IV. et Mart. Del Rio Diſquiſitt: Magic. L. II. Qu. 22. H.

t. P. Licinio) A. V. C. DLXXXIII. quo Conſules nominantur a Liuio, L. XLII. p. 538. P. Licinius Craſſus, C. Caſſius Longinus. In Chiffl. cod. legitur *C. Licinio Craſſo*: et apud Gellium, *Q. Licinio.* Verum in MSS. Plinii quos vidimus, et in vetuſtis editionibus, nullum huic Licinio praenomen eſt. In nummis certe Auguſtorum, qui primus e ſua gente eo magiſtratu fungebatur, praenomen non adſcribebat in titulis. Veſpaſianus, exempli gratia, qui primus e gente Veſpaſia Imperator fuit, caret praenomine. At eiuſdem filius praenomen apponit, T. CAESAR VESPASIANVS. Caret praenomine primus e gente Licinia Imperator Nerua: ex eadem gente Valerianus et Gallienus Publii praenomen gerunt: Et ſic ceteri vſque ad Diocletianum. H.

u. Caſini) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic adi) *Caſini*) Quum hunc Plinii locum Gellius exſcriberet, *C. Aſinii* videtur legiſſe: ſed ſane perperam. Loca enim et oppida Plinius diligenter notat, vbi ſingula contigere, quae commemorat. Caſini exemplum primum, quod Italiae oppidum eſt: alterum Argis, in Graecia: tertium Smyrnae, quod Aſiae eſt: Thyſdri denique, quod in Africa, quartum. H.

x. Areſcontem) Latine Placentem, ſiue Placidium, non incommode dixeris: eſt enim id ab *ἀρέσκω placeo.* H.

y. Virilitatem) Virilitas idem quod virilia et pudenda. Martialis L. IX. *Non puer auari ſectus arte mangonis Virilitatis damna moeret ereptae.* H.

niſſe, vxoremque duxiſſe. Eiuſdem ſortis et Smyrnae puerum z. a ſe viſum. Ipſe in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die, L. [1] Coſſicium ciuem [2] Thyſdritanum. *a.* Editis geminis *b.* raram eſſe, aut puerperae *c.*, aut puerperio, praeterquam alteri,

1. *Conſitium. Ch.* 2. *Tiſaritanum: viuebatque quum proderent haec; Edit. et Vet. Long. Tiſdritanum Gr. et Al.*

z. *Et Smyrnae puerum*) Puellae nomen Philotis fuit, teſte Phlegonte L. de reb. mirab. c. 7. p. 61. vbi rem accidiſſe narrat, Archonte Athenis Dionyſodoro, CoSS. D. Iunio Silano Torquato, et Q. Haterio Antonino, hoc eſt, anno Neronis primo. Exempla ſimilia haud pauca ibidem commemorat. H.

a. Thyſdritanum) De hoc oppido dictum eſt L. V. ſ. 4. Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic poſ.) *Ipſe in Africa* etc) Poſt eam vocem, ex Gellio ipſa Plinii verba referente, deſiderantur iſta: *Viuebatque quum proderem haec.* Sed abſunt ea ab omnibus etiam codicibus manuexaratis. Spectauit porro hunc Plinii locum Auſonius, epigrammate non ineleganti, LXVIII. cui titulum fecit: QVAE SEXVM MVTARINT. *Valle Banae res nota et vix credenda poetis: Sed quae de vera promitur hiſtoria. Femineam in ſpeciem conuertit maſculus ales: Pauaque de pauo conſtitit ante oculos. Cuncti admirantur monſtrum: ſed mollior agna Aſtitit in tenerum de grege verſa marem. Quid ſtolidi ad ſpeciem notae nouitatis habetis? An vos Naſonis carmina non legitis? Caenea conuertit proles Saturnia Conſus: Ambiguoque fuit corpore Tireſias: Vidit ſemiuirum fons Salmacis hermaphroditum: Vidit nubentem Plinius Androgynum. Nec ſatis antiquum, quod Campana in Beneuento Vnus epheborum virgo repente fuit, etc.* H.

b. Editis geminis) Eadem prodit Ariſt. de generat. anim. L. IV. c. 6. p. 1230. Quum geminos parit mulier, inquit, raro contingit, vt ipſa cum geminis vtriſque ſeruetur: perſaepe enim accidit, vt altero ex geminis pereunte, alter tamen cum puerpera viuat. Quamobrem rectius fortaſſe legatur, *et puerperae, et puerperio.* Quod ſi editis geminis raro viuere aut puerperam, aut puerperium voluit dicere, falſum id quotidianis deprehenditur experimentis. H.

c. *Geminis raram eſſe, aut puer-*

alteri, vitam. Si vero vtriuſque ſexus editi ſint gemini, rariorem vtrique ſalutem: Feminas gigni *d.* cele-

puerperae.) Ex Ariſtot. L. IV. de Gener. animal. c. 6. *Dalec.*

Si vero) Ariſtot. l. c. et hiſt. L. VII. c. 5. p. 822. ac denique problem. ſ. 10. probl. 30. p. 227. *Huius cauſa eſt,* inquit Albertus M. de animalibus L. I. tract. 1. c. 5. p. 291. *delicatio complexionis humanae*, etc. Tamen D. Auguſtin. de ciuit. Dei, L. V. c. 6. *Nouimus*, inquit, *geminos diuerſi ſexus: ambo adhuc viuunt, ambo aetate vigent adhuc* — — *Ille in officio Comitis militat, et a ſua domo paene ſemper peregrinatur: illa de ſolo patrio, et de rure proprio non recedit:* — — *ille coniugatus, illa virgo ſacra eſt. etc.* H.

d. Feminas gigni celerius quam mares, etc.) Siue verbum *gigni* ſignificet formari in vtero fetum, ſeu ſignificet in lucem prodire infantem, falſum eſt feminas gigni celerius quam mares. Docet id Ariſtoteles lib. de hiſtoria animalium VII. c. 2. his verbis: *Quum itaque fetus in vtero formatur, femina tardius quam mas perfectionem omnium partium recipit, et ſerius in decimum menſem quam mas protrahitur.* Et cap. 4. *Plus etiam motus magna ex parte mas in vtero infert quam femina, et celerius prodit, feminae enim partus tardior eſt.* Poſſem etiam, niſi me pudor auocaret, citare Auicennam lib. IX. de animalib. cap. 5. de tranſmutatione ſpermatis et Albertum Magnum alioſque Ariſtotelicae doctrinae affectatores. Ceterum in exemplari Toletano non *gigni* legitur, ſed *naſci.* Quod ſi duo haec verba iungerentur *gigni naſci.* et pro eis ſcriberetur *iuueneſcere*, belliſſime locus reſtitueretur. Ariſtoteles loco proxime citato: *Sed quum in lucem prodierit femina, ocyus quam mas et accreſcit, et aetate floret, et ſenectute maceratur.* Poſſet etiam locus minus ſuperſtitioſe reſtitui, ſi pro duobus illis verbis, *gigni celerius*, poneretur *iuueneſcere*, deinde permutatione verborum ſequentium legeretur, *feminas iuueneſcere celerius quam mares, ſicut ſeneſcere*, vel ſic *feminas iuueneſcere quam mares celerius, ſicuti ſeneſcere.* Pintianus.

Feminas gigni) Hoc eſt, creſcere, perfici, vigere, adoleſcere. Tardius enim formari, perficique in vtero, aut ex eo prodire feminas, quam mares, tum experientia conſtat, tum vero Philoſo-

celerius, quam mares, [1] ſicuti celerius ſeneſcere: Saepius in vtero *e.* moueri mares, et in dextera *f.* fere geri parte, in laeua feminas, conſtat.

IV. (V.) Ceteris *g.* animantibus ſtatum, et pariendi, et partus [2] gerendi *h.* tempus eſt: homo toto

1. *Sicut.* Gr. 2. *Egerendi.* M. V.

loſophus aperte prodit, hiſt. animal. L. VI. c. 22. p. 752. et L. VII. c. 3. pag. 812. At illud Plinius hoc loco docet, quod Albertus M. l. c. cap. 3. p. 289. *Poſtquam*, inquit, *natae ſunt feminae, citius creſcunt et maturantur, quam maſculi, eo quod etc.* — — *Et haec eſt etiam cauſa, quod citius vetulae efficiuntur feminae, quam viri* etc. Sic et Ariſtoteles, tum locis proxime citatis, tum de generat. anim. L. IV. c. 6. p. 1230. Ἐξελθόντων δὲ, πάντα πρότερον ἐπιτελεῖται, οἷον ἥβη, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας τοῖς θήλεσιν, ἢ τοῖς ἄῤῥεσιν. *Vbi in lucem venerint, celerius feminae, quam mares, perficiuntur, nam et pubes, et vigor, et ſenectus feminis prius venit, quam maribus.* Vide N. et Em. N. XXIX. (hic poſit.) *Feminas*) Ita MSS. omnes, et libri editi. Legit Pintianus, *feminas iuueneſcere.* Pellicerius in Not. MSS. *Feminas gignere*, hoc eſt, generationi idoneas citius fieri. Nam Feſtus: *Pubes et qui pubem generare poteſt, incipit eſſe a XIV. annis: femina a XII. viri potens, ſeu patiens.* Sed noſtra interpretatio Ariſtotelicae menti, et codicibus MSS. editiſque libris multo eſt affinior. H.

e. Saepius in vtero) Sic quoque Ariſtot. hiſt. anim. L. VII. c. 3. p. 810. Galenus quoque, multis in locis, inter maris concepti ſigna, frequenter ac validos fetus ipſius motiones enumerat. H.

f. Et in dextera) Haec totidem verbis Hippocr. Aphoriſm. L. V. aph. 48. Ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖς δεξιοῖσι· τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστέροις μᾶλλον. Id ita plerumque euenire etiam animaduertit Philoſophus hiſt. L. VII. c. 4. p. 810. H.

g. Ceteris) Sic Ariſtot. hiſt. anim. L. VII. c. 4. p. 818. Certo, inquit Plinius, anni tempore fetus ſuos edunt, eodemque temporis ſpatio geſtant in vtero cetera omnino animalia: homini tantum incertum eſt naſcendi tempus, vt qui toto naſcatur anno: incerta item in vtero mora, quum alius ſeptimo menſe, octauo alius, quidam nec ante vndecimi initia prodeat. H.

h. Partus) Mirum Plinium

toto anno, et incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo *i.* menſe, alius octauo *k.*, et vſque [1] ad initia *l.* deci-

1. *Ad initia vndecimi.* Ch.

nium partum τὸν τόκον pro fetu, aut conceptu ἀντὶ τῆς συλλήψεως, ἢ τȣ͂ κυήματος vſurpaſſe καταχρηστικῶς. *Dalec.*

Partus gerendi) Hoc eſt, fetus geſtandi: τοῦ τόκου, dixit Philoſophus. H.

i. Alius ſeptimo.) Quinto menſe vitales in Hiſpania editos fuiſſe ſcribit Ferdinandus Mena ſuis Commentariis in libr. Hippocr. De ſeptimeſtri fetu. Vide Ariſtot. lib. VII. cap. 4. de nat. animal. et D. Gothofred. ad Nov. 39. cap. 2. et Fab. Paulin. de Hebdom. lib. VI. c. 4. Cenſorin. de die nat. cap. 7. Plutarch. de placit. Phil. lib. V. cap. 18. et ſeq. Hier. Mercurial. Var. lect. II. c. 16. etc. *Dalec.*

k. Alius octauo.) Cur vitalis partus non ſit octauo menſe vide Rhodig. c. 22. XIX. et I. XX. 13, XXII. Octauo quidem menſe in Aegypto fere naſci, vt nono apud nós, fabuloſum putant, verum qui octauo gignuntur raro mori. Aſclepiades Naxias mulieres edere ὀκτόμηνα prodit, ſiue Iunone Lucina id gratificante ob Dionyſii beneuolentiam, ſiue quia Bacchus eo menſe in lucem prodiiſſet, cuius nomine et Dionyſiam Naxum appellarunt: tametſi quidam a vitium fecunditate, quod auctor ſcribit c. 12. IV. ita dictam interpretantur, et quod fons vini ſapore in ea fluat. *Dalec.*

l. Ad initia decimi) Vide N. et Em. N. XXX. (hic inf.) *Ad initia)* In R. 1. 2. Chiffl. legitur tantum, *ad initia vndecimi.* At cod. Par. et editt. omnes vetuſtae cum vulgata conſpirant: ſed et Ariſtot. ipſe H. A. L. VII. c. 4. p. 810. Καὶ γὰρ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον· ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνȣσι καὶ τȣ͂ ἑνδεκάτȣ μηνός. Hinc illud ſacrorum codicum, Sap. VII. v. 2. *In ventre matris figuratus ſum caro decem menſium tempore.* Vndecimum porro menſem, inquit Cenſorinus, c. 7. p. 45. Ariſtoteles ſolus recipit: ceteri vniuerſi improbarunt. Varro tamen etiam probauit, L. XIV. rerum diuinarum, teſte Gellio, L. III. c. 16. p. 253. qui de toto hoc argumento ibi accurate diſputat: animaduertitque: *quamvis Decemuiri, in legibus duodecim tabularum, in duodecim menſibus gigni hominem, non in vndecimo ſcripſiſſent: Diuum Hadrianum decreuiſſe in vno*

decimi vndecimique. Ante ſeptimum *m.* menſem haud vmquam vitalis eſt. Septimo non niſi pridie poſteroue plenilunii die, aut interlunio concepti naſcuntur. [1]Tralatitium *n.* in Aegypto eſt et octavo gigni. Iam quidem et in Italia *o.* tales partus eſſe [2]vitales, contra priſcorum *p.* opiniones. Variant haec *q.* pluribus modis. Veſtilia [3]C Herdicii *r.* ac poſtea Pomponii, atque Orfiti *s.* clariſſimorum civium

1. *Et ſic Ch. translatitium Gr. et Al.* 2. *vitales. Contra, etc. variant. M. V.* 3. *C. Lili.*

vno quoque menſe partum edi poſſe: idque ſe ſtatuere requiſitis veterum Philoſophorum et Medicorum ſententiis. Schenkius Obſeruatt. L. IV. quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, nono, et vndecimo menſe natos refert, eoſque vitales. Vide et Iac. Fontanum Medicum, P. I. vniuerſae artis medicae, L. V. Phyſiol. c. 16. H.

m. Ante ſeptimum) Ariſtot. l. l. p. 819. et Plutarch. de plac. Phil. L. V. c. 18. p. 907. Soranus Epheſius c. 17. aliique. H.

n. Tralatitium) Ita vett. codd. non *translatitium.* Hoc eſt, vulgare, commune. Haec habet et Ariſtot. l. c. H.

o. Iam quidem et in Italia) Pluribus id exemplis recentioris aeui ſtabilitum vide apud Ioh. Schenkium Obſſ. med. L. IV. p. 693. H.

p. Contra priſcorum) Hippocratis ſimiliter, L. de carnibus, c. 8. p. 309. T. V. ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον, οὐδὲν βιοῖ πώποτε. Et aliorum, qui Epicharmum ſequuti ſunt, vt ſcribit Cenſorinus c. 7. H.

q. Variant haec) Neque vero vel in eadem muliere ſtatum idem certumque pariendi tempus: ſed ſaepe diverſum. Argumento eſt Veſtilia, etc. H.

r. C. Herdicii) Ita Romana anni 1470. Parmenſis a. 1476. et aliae editt. vetuſtae. In MSS. R. 1. Par. Colb. 1. 2. *C. Diti.* Forte C. vel Cneius Didius Geta is fuit, de quo Dio in Claudio, L. LX. p. 670. qui poſt Suetonium Paulinum Mauros ſubegit. Belle certe tempora congruunt. H.

s. Orfiti) Orfitum repeperio Conſulatum geſſiſſe cum Claudio Imperatore A. V. C. 804. H.

vium coniux, ex his quatuor partus [1] enixa *t.*, ſeptimo ſemper *u.* menſe, genuit Suilium *x.* Rufum vnde-

1. *Enixa ſeptimo ſemper menſe. Ch. Sempronium ſeptimo menſe genuit. Gr. et Al.*

t. Ex his quatuor partus enixa Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suilium Rufum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, vtrumque conſulem: poſtea Caeſoniam C. principis coniugem octauo. In quo menſium numero genitis intra quadrageſimum diem maximus labor.) Locus non vulgari indigens cenſura. Ante omnia ſcripta omnis et impreſſa lectio non *Sempronium* agnoſcit, ſed *ſeptimo ſemper*: ſicque haud dubie legendum eſt. Deinde pro duobus illis verbis, *In quo*, ſcribendum eſt, *iniquo:* et id verbum cum duobus ſequentibus, ad praecedentia adiunge. Poſtremo dictionem, *Genitis*, cum maiore litera ſcribe, vt ſit principium ſequentis caeſi, hoc ſenſu: Veſtiliam C. Herdicii ac poſtea Pomponii atque Orphiti coniugem, quatuor ex his partus enixam, aequo ſemper menſium numero genuiſſe, hoc eſt ſeptimo ſemper menſe. Deinde e contrario, peperiſſe tres alios filios iniquo numero menſium, Suilium Rufum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, Caeſoniam octauo. Genitis vero, hoc eſt, fetui adhuc intra maternum vterum clauſo intra quadrageſimum diem maximum eſſe laborem, hoc eſt, periculum illis imminere, ne abortu eiiciantur. Ariſtoteles libro ſeptimo De hiſtoria animalium, capite tertio: *Effluxiones vocantur quae intra ſeptimum menſem corruptiones incidunt, Abortiones autem quae intra quadrageſimum diem: et quidem plurimi fetus intra tot numero dies deprauantur.* Pint.

u. Septimo ſemper) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic adi.) *Septimo)* Ita reſtituimus ſequuti codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. alioſque, Eruditi ex ea voce *ſemper*, *Sempronium* temere confinxerunt. Varietatem partus in vna eademque femina auctor proponit: quae primum quatuor partus continuos, ſeptimo ſemper menſe: mox et alium vndecimo, ſeptimo deinde et alterum, poſtremum denique octauo ediderit. H.

x. Suilium) Is eſt M. Suilius Rufus, qui cum C. Antiſto Conſulatum geſſit, Claudii principatus anno decimo. De his Coſſ. Tacitus Annal. L. XII. p. 178. Onuphrii Faſti M. Seruilium Rufum per-

vndecimo [1] Corbulonem *y.* ſeptimo, vtrumque Conſulem: poſtea Caeſoniam *z.* Caii principis coniugem, octauo. In quo menſium *a.* numero genitis, intra quadrageſimum diem maximus [2] labor. Grauidis *b.* autem, quarto et octauo menſe, letaleſque in

1. *A Corbulone. Ch.* 2. *labor grauidis. Quarto autem et oct. menſe letales in iis. V.*

perperam vocant. Hunc Corbulonis fratrem laudat Dio L. LXIII. p. 722. dum eos recenſet, quos Nero iuſſit interfici. Τοῦ δὲ δὴ Κορβούλωνος, καὶ Σουλπικίων, καὶ Σκριβωνίων, Ῥούφου τε καὶ Πρόκλου, μνημονεύσω· τούτων μὲν, ὅτι ἀδελφοί τε, καὶ ἡλικιῶται, etc. Ex Pomponio natum hunc ſuſpicamur: fuit enim in Pomponia gente Ruforum familia et cognomen. H.

y. Corbulonem) Neronis ducem, de quo L. VI. c. 8. H.

z. Caeſoniam) Μιλωνία Καισωνία Dioni appellata, L. LIX. p. 658. quae C. Caeſari Germanico Aug. nupſit, vt ibi prolixius narratur. Vide Suetonium quoque, in Caligula, c. 25. H.

a. In quo menſium) Octavo menſe geniti, per totos quadraginta a ſuo natali dies morbo conflictantur. Vide N. et Em. N. XXXII. (paulo poſt) De fetuum quorumuis periculo circa XL. diem, conſentiunt Cenſorinus c. 11. Celſ. L. II. c. 1. Hippocr. de ſeptim. partu, et aphor. 28. Ariſtot. H. A. L. VII. c. 3. p. 811. *In quo.)* Ita MSS. omnes, librique editi: neque hunc locum tamen concoquere potuerunt Pintianus in obſſ. et Pellicerius in notis MSS. Ille inuerſa interpunctione ſic legit, *iniquo menſium numero. Genitis, intra* etc. Iſte pro iis reponit, *in vniuerſum vero genitis* etc. atque adeo omnino eas voces induci cenſet oportere: quippe quas ille ex margine, vbi olim quiſpiam, vt fit, adnotaſſet, *In quo menſium numero geniti forent vitales*, in ordinem mox irrepſiſſe credat. Fugit vtrumque ſcilicet, traditum hoc placitum Plinianum, vt alia pleraque, etiam ab Hippocrate: ſententiamque eius loci eſſe, patere quidem plurimis morbis fetus recens editos in lucem, intra quadrageſimum ortus ſui diem: potiſſimum vero octimeſtres. Vide Hippocr. L. de ſeptim. partu, ſub finem. H.

b. Grauidis) Praegnantes quarto et octauo menſe plerum-

in iis abortus. [1] Maſurius *c.* auctor eſt, L. Papirium Praetorem, ſecundo herede lege agente *d.*, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, quum mater partum ſe [2] XIII. menſibus *e.* diceret tuliſſe, *f.* quoniam

1. *Maſſurius per duplex ſſ.* Gr. 2. *ſedecim.* M.

rumque infeſtantur: fetus corrumpuntur, abortuque excidunt. Ariſtot. l. c. p. 820. H.

c. Maſſurius auctor eſt, L. Papyrium praetorem ſecundo herede lege agente.) Exemplar Salmanticenſe *coherede* praefert, non *herede.* Praeterea vix credo ordinem horum verborum non eſſe inverſum. Rectius enim multo et magis è communi intellectu, verba hoc ordine fluerent: *Maſſurius auctor eſt, L. Papyrium praetorem, ſecundo coherede lege agente, cum mater partum* XIV *menſibus diceret tuliſſe, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur.* Pint.

Maſurius) Hunc Plinii locum integrum ad verbum Gellius tranſſcripſit, L. III. c. 16. p. 260. H.

d. Lege agente.) Briſſon. cap. 20. IV. *Dalecamp.*

Lege agente) Quum ex lege is ageret a Decemuiris lata, de qua in N. et Em. N. XXX. vide ſupra p. 46. H.

e. XIII. *menſibus)* In MS. noſtro, *tredecim.* Ita Gellius l. c. Qui *ſedecim* legunt, tum Gellii, et MSS. auctoritate refelluntur, tum vero Indice ipſo, in quo huius loci lemma ſeu titulus ita exprimitur: *Pariendi tempora perilluſtria: Exempla a menſibus* VII. *ad* XIII. Romana editio a. 1470. et Parm. a. 1476 habet, XIV. *menſibus.* Sunt exempla partus menſe decimoquinto, etiam et viceſimo tertio, etiam poſt biennium editi; atque adeo ſerius, apud Ioh. Schenkium obſſ. med. L. IV. p. 640. H.

f. Quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur.) Gellius *Decemuiri partum legitimum eſſe menſe decimo voluerunt* lib. III. c. 16. Victorius cap. 18. V. lege Nonium in vocabulo Spiſſum. Tertul. lib. de Anima. Legitima natiuitas decimi menſis ferme ingreſſus eſt, Raeuard. c. 28. in leg. XII. tabul. Apud Hom. Neptunus ſic nympham alloquitur: χαῖρε γυνὴ φιλότητι, περιπλομένε δ' ἐνιαυτε̃, Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, id eſt, anno circumacto ſpecioſum partum edes, nimirum decimo menſe. Tot enim menſibus apud Aeolas, vt et apud priſcos Romanos con-

niam nullum certum tempus pariendi [1] ſtatum videretur. *g.*

V. (VI.) A conceptu *h.* decimo die *i.*, dolores capitis, oculorum vertigines *k.* tenebraeque *l.*, faſtidium in cibis *m.*, [2] redundatio ſtomachi *n.*, indices ſunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti, et facilior partus *o.*: motus in vtero *p.* quadrageſimo

1. *Statutum Gr. et Al.* conſtabat annus: et Homerum Aeolem fuiſſe indubitatum. Vide hæc de re D. Gothofred. ad Nov. 39. cap. 2. et Anton. Auguſtin. ad XII. tab. cap. 24. *Dalec.*

Nullum certum) Vide N. et Em. N. XXX, ſupra p. 46. H.

g. Statum videretur) Ita R. 1. et 2. Gellius l. c. *Statum ei videretur.* Alii *Statutum* legunt. Haec porro opinio Papirii a Iuriſconſultis merito reiecta eſt: valet enim pertinetque ad reddendas ſucceſſiones incertas, et impudicitiae frena laxat. H.

h. A conceptu) Haec deinceps totidem ferme verbis Ariſtot. H. A. L. VII. c. 4. p. 814. et ſeq. et ex Plinio Solinus, c. 1. p. 6. H.

i. Decimo die) Aliis aliquando ſerius dicit Ariſtot. l. c. * H.

k. Vertigines.) Δίνοι. *Dal.*

l. Tenebraeque) Σκοτώματα. *Dal.*

Tenebrae) Obtenebrato viſu, σκότοι πρὸ τῶν ὀμμάτων, inquit Ariſtot. H.

m. Faſtidium in cibis)

2. *redundantia. V. et Tol.* Graeci μαλακίαν et κίτταν eam aegritudinem vocant. Moſchopulus quoniam hedera (κίττα) συμπλέκεται ἀεὶ τοῖς παρατιθεμένοις, in mulieribus, τὸ κιττᾷν eſſe putauit inconſiderate τὸ μεθ' ἡδονῇ συλλαμβάνειν. Brod. cap. 30. 5. Conceptus ſigna vide apud Ariſtot. c. 3. l. VII. de Hiſtor. Animal. *Dal.*

n. Redundatio ſtomachi.) Nauſea. *Dal.*

Redundatio) Nauſea, vomituſque. H.

o. Facilior partus) Facilius pariunt marem, quam feminam praegnantes. Ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν αἱ ἄῤῥενα κύουσαι, inquit Ariſt. l. c. *facilius expediuntur, quae marem gerunt.* Ad colorem quod attinet, Ariſtotele prior Hippocr. Aphor. L. V. aph. 29. Γυνὴ, ἢν μὲν ἄῤῥεν κύει, εὔχρους ἐστίν. Ἢν δὲ θῆλυ, δύσχρους, *Mulier, ſi marem concepit, colorata eſt, ſi feminam, decolor.* Barbare Solinus, vt aſſolet, p. 6. *Proniorem partitudinem vteri* dixit. H.

p. Motus in vtero quadrageſi-

ſimo die. Contraria omnia in altero ſexu: ingeſtabile onus *q.*, crurum et [1] inguinis leuis *r.* tumor: primus autem nonageſimo die motus. Sed plurimum

1. *Sic et Ch. inguinis laeui. Tol. inguinum leuis Gr. et Al.*

geſimo die.) Hoc incertum. Quia fetus, ſiue mares, ſiue feminae abſoluuntur 35. die, auctore Hippocrate, mouentur 70 naſcuntur triplo, hoc eſt, 210. die, et ſeptimo menſe: qui vero formantur 40. mouentur 80. et eduntur 240. id eſt, octauo menſe: ſic qui perficiuntur die 45. mouentur 90. prodeunt 270. id eſt, nono menſe: qui quinquageſimo die delineantar, mouentur 100. exeunt 300. id eſt decimo menſe. *Dalec.*

Motus in vtero) Hoc pariter motus diſcrimen agnoſcit Philoſophus, maſculam inter, femellamque prolem: vt illa quadrageſimo, haec nonageſimo die ſentiatur: hiſt. anim. L. VII. cap. 3. p. 810. H.

q. Ingeſtabile onus, crurum) Obſerua ἀφόρητον *Dal.* *Ingeſtabile onus, crurum et inguinum leuis tumor)* Scribe: *et inguinis laeui tumor.*

r. Et inguinis leuis) Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic adi.) *Inguinis)* Ita Colb. 1. 2. Par. et Chifl. At R. 1. 2. et codex Pintiani, habent, *inguinis leui tumor:* quos Pellicerius ſequutus in notis MSS. emendat: *Et inguinis laeui tumor,* hoc eſt, quoniam ſicuti a Plinio dictum eſt ſ. 3. mares in dextris vteri partibus, feminae in ſiniſtris plerumque geſtantur. Vnde intelligi perfacile queat, gerenti feminam, laeuum inguen, magis quam dextrum intumeſcere: quippe quod fetus ipſius onere magis etiam praegrauetur, ac laboret. Ego vero a MSS. fide diſcedere religioni duco: tum quod illud ipſum repetere, quod plane paulo ante dixit, de femellae prolis motu in laeua parte, frigidiuſculum videatur: tum quod aliud plane ab ipſo nunc ſignificari putem: tumorem ſcilicet, non ab ipſa fetus mole, profectum, ſed a mucis ſuperfluis, quibus in crura et inguina et reliquam carnem dilapſis, tota quae inferne eſt, intumeſcat. Haec enim Philoſophi etiam mens eſt, hiſt. anim. L. VII. c. 4. p. 815. Καὶ πολλαῖς περὶ τὰ σκέλη οἰδήματα, καὶ ἐπάρσεις γίνονται τῆς σαρκός. *Pleriſque etiam crura circum intumeſcunt, et caro protuberaſcit.* H.

mum [1] languoris *ſ.* in vtroque ſexu, [2] capillum germinante *t.* partu *u.*, et in plenilunio: quod tempus *x.* editos quoque infantes praecipue infeſtat. Adeoque inceſſus *y.*, atque omne, quidquid dici poteſt,

in

1. *Laboris. M.* 2. *capillo germinante partus.*

ſ. Languoris) Solinus c. I. p. 7. *In vtroque ſexu*, inquit, *quum capilli germinant, incommodum maius eſt.* Ἄσην Ariſtot. vocat l. c. c. 4. hoc eſt, languorem, animique moleſtiam, quo nos hominum rerumque ſatietas tenet. H.

t. Germinante) Quum fetui incipiunt oriri capilli, ὅταν ἄρχονται τὰ παιδία τρίχας ποιεῖν, inquit Ariſtot. l. c. H.

u. Partu) Partum dixit, non pro prole tantum, ſed et pro fetu nondum edito, ἀντὶ τοῦ κυήματος. Ita ſ. 13. *Alere partum* dixit, hoc eſt, *fetum*, ſeu prolem. Et. L. X. ſ. 83. *Partus duodeni*, vbi Ariſtoteles σκυλάκια, *catuli, fetus.* Virg. Aen. L. VII. *Quin idem Veneri partus ſuus, et Paris alter.* Et Lucretius L. IV. *Et multae ſteriles hymenaeis ante fuerunt Pluribus, et nactae poſt ſunt tamen vnde puellae Suſcipere, et partu poſſent diteſcere dulci.* Dig. de ventr. inſpiciend. L. I. §. *Ex hoc reſcripto: Partus enim antequam edatur, mulieris portio eſt, vel viſcerum.* Plin. ipſe. L. II. ſ. 52. *Marcia princeps Romanarum icta* fulmine *grauida, partu exanimato, ipſa citra vllum aliud incommodum vixit.* H.

x. Quod tempus) Solin. l. c. et Ariſt. hiſt. L. VII. c. 15. p. 849. At Solinus id tempus, non *praecipue* modo, ſed *ſemper* infeſtare pueros dixit. H.

y. Adeoque inceſſus atque omne, etc.) Lege: *adeoque et ineſus, atque, etc.*

Adeoque inceſſus) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic. poſ.) *Adeoque*) Sane refert, quomodo incedat grauida; ſi enim cadat, abortionis periculum eſt. Non fuit hoc ſenſu, qui ſane obuius vnicuique eſt, contentus Salmaſius: qui p. 30. Exercitt. in Solin. vt nouum excogitaret, nouum excudit in Latina lingua vocabulum, *ineſus* pro *eſus:* eſum vero deinde pro cibo accepit: de quo, cuiuſmodi is debeat eſſe, ſtatim a Plinio animaduertetur, quum ſalſiorem vetat a praegnantibus adhiberi: ſed diuerſum quiddam nunc a ſe indicari, quod cauere pariter praegnantes oporteat, haud obſcure ſignificat. H.

in grauida refert: vt ſalſioribus z. cibis vſae, [1] carentem vnguiculis partum edant: et, ſi [2] reſpirauere a., difficilius enitantur. Oſcitatio quidem in enixu letalis eſt b.: ſicut [3] ſternuiſſe c. a coitu, abortiuum. (VII.) Miſeret atque etiam pudet aeſtimantem quam ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, quum [4] plerumque d. abortus cauſa fiat odor a lucernarum exſtinctu. [5] His principiis naſcuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui

1. *Carentes vngulis partus. M.* 2. *ſuſpicauere. V. Sabellicus.* 3. *ſternutaſſe. M.* 4. *plerique abortus cauſa, odor e lucernarum fiat extinctu. Tol.* 5. *Sic quoque Ch. et Turn. c. 42. lib.* XXIV. *id eſt, crudelis et cruenta. tu cuius ſemper in victoria eſt m, Gr. et Al.*

z. *Vt ſalſioribus*) Ariſt. H. A. L. VII. c. 5. p. 825. Albert. M. de anim. L. IX. tr. I. c. 5. p. 292. Ex Plinio Solinus c. I. p. 7. H.

a. *Si reſpirauere*) Si ſpiritum continere non poſſint: ſed vrgente eo nimium, reſpirarint, inquit Ariſt. hiſt. L. VII. c. II. p. 848. δυστοκοῦσι δὲ μᾶλλον, καὶ ἐὰν μεταξὺ ἀποπνεύσωσιν, ἀποβιαζόμεναι τῷ πνεύματι. Solinus l. c. *Enitenti ſpiritum continere, plurimum congruit: quandoquidem letali mora oſcitatio ſuſpendit puerperia.* H.

b. *Letalis eſt*) Quia lapſas defectaſque vires oſtendit oſcitatio, quibus integris ad enitendum opus eſt: oſcitatione vires flaccefcunt. Gell. L. III. c. 16. p. 260. Plinii verba referens: *oſcitatio*, inquit, *in nixu* etc. H.

c. *Sicut ſternuiſſe*) Solin. c. I. p. 6. *Ante omnia ſobolem cogitantibus ſternutatio cauenda poſt coitum: ne prius ſemen excutiat impulſus repentinus, quam penetralibus matricis ſe inſinuet paternus humor.* H.

d. *Quum plerumque*) *Abortum facit equa feta*, inquit Ariſtoteles, hiſt. L. VIII. c. 29. p. 973. *lucernae odore: id quod praegnantibus quoque mulieribus nonnullis vſu venit:* συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἐνίαις κυούσαις. Ita enim Alb. M. de anim. L. VII. tr. 3. c. 2. p. 233. et Aelian. H. A. L. IX. c. 54. ex Ariſtot. vterque. Item Porphyr. de abſtin. L. III. p. 109. H.

qui fortunae munera amplexaris, et te ne alumnum quidem eius exiſtimas, ſed partum: tu tamen cuius ſemper tinctoria eſt mens *e.*, tu qui te Deum credis,

 aliquo

e. Tu cuius ſemper in victoria mens) Aliam hic lectionem manuſcriptus codex habet, ſed mendoſiſſimam, nempe hanc, *Tamen cuius ſemper tinctoria eſt mens.* Haec corruptiſſima verba doctus quiſpiam in hunc modum caſtigavit, vt legendum affirmaret, *Tu cuius ſemper in victoria eſt mens.* At cum nullo modo mihi ſatisfaceret haec ſententia, coepi aliam eruere: Verum non ſuccedebat expedite diuinatio. Deſperanti iam ſemel atque iterum, tandem in mentem venit ipſiſſima Plinii lectio, ni fallor; haec videlicet, *tamen cura pertinaci aeſtuans.* Porro haec clauſula à nobis maximo labore reſtituta, aptiſſime ad praecedentia reſpondet. Id quod nullus negabit, modo totam ſententiam inſpiciat, ac conſideret, quae ſic habet: *Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunae munera amplexaris, et te ne alumnum quidem eius exiſtimas, ſed partum, tamen cura pertinaci aeſtuans, tu qui te deum credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti.* Rhenanus. *Tu cuius ſemper in victoria eſt mens.*) Lege: *Tu cuius ſemper cinctoria mens eſt. Mens cinctoria*, idem, quod apud Terentium, *gladiatorius animus.* Vide Voſſium in Melam p. 114.

Tinctoria eſt mens) Cruentus eſt animus. Cruenta ſeu crudelitatem anhelans. Vide N. et Em. N. XXXV. (hic adi.) *Tinctoria*) Editi hactenus libri habent: *Tu cuius ſemper in victoria eſt mens:* quam lectionem nullum plane exemplar manu exaratum, paulo vetuſtius, approbat. R. 2: *Tu tamen cuius ſemper victoria eſt mens.* At R. 1. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. et quos videre Rhenanus ac Turnebus, ita habent omnino, vt edi curauimus: quamquam id Rhenano non placuit, ſed maximo labore, vt ipſe ait, ſucceſſu admodum infelici, vt nos putamus, clauſulam hanc ſic emendat, *Tu tamen cura pertinaci aeſtuans.* Nec magis apte Voſſius in Melam, p. 114. *Tu cuius ſemper cinctoria mens eſt.* Tinctoriam mentem dixit Plinius, eo plane ſenſu quo Terentius, et Auguſtinus, Enarr. in Pſ. LXX. n. 1. gladiatorium animum. Iſidori Gloſſae: *Tinctorium, gladius.* Quae gloſſae quum ſint per elementorum ſeriem digeſtae atque compoſitae, qui *cinctorium*

aliquo ſucceſſu tumens, [1] tanti perire *f.* potuiſti: [2] atque etiam hodie minoris potes; quantulo ſerpentis ictus dente: aut etiam, vt Anacreon *g.* poëta, acino vuae paſſae: vt Fabius Senator [3] Praetor *h.*, in lactis hauſtu vno pilo [4] ſtrangulatus. Is demum profecto vitam aequa lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanae memor fuerit.

VI.

1. *Tanti tum perire. M. tanti tamen perire. V.* 2. *Atqui.* 3. *poto in lactis hauſtu vno pilo Tol.* 4. *ſtrangitatus. Ch.*

ctorium reponunt, confidenter nimium facere nobis videntur. H.

f. Tanti perire) In R. 1. 2. *tante perire.* Certe *tanto* mallem, et mox *minori*, quam *minoris.* Tanto, hoc eſt, tanta re, cuiuſmodi eſt lucernae exſtinctae fumus H.

g. Vt Anacreon poëta, acino vuae paſſae) Eadem de re et Valer. Max. lib. IX. c. 12. Idem Sophocli eueniſſe Neanthes annotaſſe traditur. Qua de re et Pet. Crinit. de hon. diſcip. lib. II. cap. 6. *Dalec.*

Anacreon) Val. Max. L. IX. c. 12. p. 456. *Sicut Anacreonti quoque, quamuis ſtatum humanae vitae ſupergreſſo, quem vuae paſſae ſucco tenues et exiles virium reliquias fouentem, vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor abſumpſit. H.*

h. Senator Praetor) Hoc eſt, Senatorii ordinis vir ſtrangulatus eſt pilo vno in hauſtu lactis, Praeturam quum exerceret. Vide N. et Em. N. XXXVI. (hic adi.) *Sen. P.*) Ita conſtanter R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. aliique codd. Pintianus tamen ex ſuo emendat: *Senator, poto in lactis hauſtu vno pilo.* Suſpicatur Cuiacius in vet. cod. ſcriptum fuiſſe *Senator P. R.* hoc eſt, Senator Populi Romani, quibus in verbis haud leuem energiam latere ait Laelius Biſciola, L. II. horar. ſubciſ. c. 22. p. 154. perinde ac ſi dicat: Tantus vir, et vnus ex tam nobili populo Princeps: eo enim miſerius eſt id leti genus, quo cui illud accidit, nobilior vir fuit. H.

VI. (VIII.) In pedes [1] procedere naſcentem *i.*, contra naturam eſt: [2] quo argumento *k.* eos appellavere Agrippas, [3] vt aegre partos *l.*: qualiter M. A-

D 5 grip-

1. Procidere. Tol. et Ch. 2. *ex quo. M. V.* 3. *vt aegri partus qualiter et. Ch.*

i. In pedes procedere naſcentem) Hoc nimirum eſt quod inquit Varro pueros in lucem prodeuntes in vtero confixos eſſe, capite infima obtinente, pedibus in ſuperna porrectis arborum modo, non hominis, eoſque nonnunquam praeter rationem conuerſos, diductis paſſiſque brachiis, in pedes exire magno periculo maloque parentis, cuius deprecandi cauſſa Carmentibus Poſtuerſae ac Proſae erectae ſtatuae ſunt. De peruerſi rectique partus nomine Rhodig. c. 15. Vide Suetonium in Auguſto. *Dal.*

In pedes procedere) Haec Solinus quoque iiſdem verbis c. 1. p. 7. Vide N. et Em. N. XXXVII. (paulo poſt) Porro de recti partus ritu dicemus L. X. ſ. 84. ex Ariſtotele. In pedes naſcentem procedere, aut fetui fere, aut puerperae, aut vtrique pariter, exitioſum eſſe docet Hippocrates, L. I. de morb. mul. t. 50. p. 448. *In pedes p.*) Ita Colb. 1. 2. Par. et Solinus ipſe, ac vetuſtae editiones omnes. At R. 1. 2. et Chiffl. *procidere*: fortaſſis aptius: cadere enim ac decidere fetus ex vtero olim dicebatur: vnde Statius, *Cadentem excepi gremio.* Lucanus L. IX. v. 899. *In terram paruus quum decidit infans.* H.

k. Quo argumento) Haec de M. Agrippae nomine et ortu, Solinus l. c. et Gell. L. VI. c. 16. p. 907. Hic ab aegritudine et pedibus dictum Agrippam refert: haud aliter fere ac de Oedipo Seneca: *Tumore nactus nomen ac vitio pedum.* H.

l. Vt aegre partos) Senſit id quoque Nonius, c. vlt. n. 2. ab aegritudine partus confictum vocabulum eſſe: *Agrippae*, inquit, *qui cum labore matris educuntur, hoc eſt, per pedes contra naturam, non per caput: quaſi ab aegro partu.* Sed vetuſtius multo illud nomen videtur, et inter mere Graeca a Soſipatro recenſetur: eſt enim ἀπὸ τοῦ ἀγρεῖν *venari, captare*, et ἵππος *equus.* Aegritudo partus fortaſſe occaſio fuit, cur hoc nomen prae ceteris M. Agrippae attribueretur, ob affinitatem morbi, vociſque. H.

grippam ferunt genitum, vnico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quamquam is quoque aduerſa pedum valetudine, miſera iuuenta, exercito aeuo inter arma morteſque, ad noxia *m.* ſucceſſu, infelici terris ſtirpe omni, ſed per vtraſque Agrippinas maxime, [1] quae Caium *n.* et Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani: praeterea breuitate aeui, quinquageſimo vno raptus anno, in tormentis adulteriorum coniugis *o.*, ſocerique *p.* praegraui ſeruitio, luiſſe [2] augurium praepoſteri *q.* natalis exiſtimatur. Neronem quoque paulo ante principem, et toto principa-

1. *Quaeque.* 2. *praepoſteri ortus augurium. M.*

m. Exercito aeuo inter arma morteſque, ad noxia ſucceſſu) Quis ille ſucceſſus ad noxia, aut quomodo ſumendus? ſcribe: *obnoxio ſeceſſu.* Intelligit ſeceſſum Agrippae, quum ille ex leui frigoris ſuſpicione, et quod Marcellus ſibi auteferretur, relictis omnibus Mitylenas ſe contulit; quem ſeceſſum *obnoxium* vocat. Vide et Sueton. lib. CXI. de Tiberio in ſeceſſu Rhodi. Salmaſ. pag. 31.

Ad noxia) Ad infortunium orbis fuit, quum ei proſpere ſucceſſit: nam infelix terrae ſtirps omnis eius exſtitit. Felicitatis pars quaedam videtur, inquit Plinius, prolem genuiſſe, cui regimen orbis terrarum aliquando poſſit obtingere: Agrippae noxius ille ſucceſſus, exitioſa illa felicitas fuit, qui infelicem ediderit terris ſtirpem omnem, etc. Variant hic exemplaria mirum in modum, interpretes ſilent. In R. 1. Colb. 1. 2. Par. legitur *adnoxio acceſſu.* Salm. p. 31. *obnoxio ſeceſſu*, quum ſe Agrippa ſcilicet Mytilenas contulit. Sed quamobrem, quorſumue *obnoxius?* H.

n. Caium) Germanici F. ex Agrippina Agrippae filia. Eiuſdem Germanici filia, altera Agrippina, Neronis mater. H.

o. Coniugis) Iuliae. *Dalec.*

Coniugis) Iuliae, Auguſti filiae, de qua rurſum ſ. 46. H.

p. Socerique) Auguſti. *Dal.* et Hard.

q. Praepoſteri) Ortus perverſi, quo non ritu naturae conſueto, in caput, ſed in pedes primum proceſſerit. H.

cipatu ſuo hoſtem generis humani, pedibus genitum parens eius *qq.* ſcribit Agrippina. Ritu naturae *r.* capite hominem gigni mos eſt, [1] pedibus efferri.

VII. (IX.) Auſpicatius *s.* enecta parente gignuntur: ſicut Scipio Africanus *t.* prior natus, *u.* primuſque

1. *Pedibus efferri auſpicatius. Directa parente, etc.* Ch.

qq. Parens eius) Nerbnis mater: quae, vt Tacitus Annal. lib. IV. Commentariis vitam ſuam caſuſque ſuorum poſteris memorauit. *Dal.*

r. Ritu naturae) Ariſt. H. A. L. VII. c. 13. Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic adi) *Ritu n.*) Ita codd. MSS., et editi. Forte rectius tamen: *Ritus naturae capite hominem gigni: mos eſt, pedibus efferri.* Mos enim, qui hominum et arbitrii, non naturae, eſſe videtur, ad elatos tunc, non ad naſcentes, aptiſſime pertinebit. Hunc porro ſitum eleganter Perſius deſcribit Sat. 3. *Tandemque beatulus alto Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis In portam rigidos calces extendit.* Mos erat veterum, vt mortuus facie pedibuſque eſſet ad ianuam verſis. H.

s. Auſpicatius enecta parente gignuntur) Diſpice an legendum potius ſit, *Execta parente*: quoniam ſubiungat ſtatim, *primuſque Caeſarum è caeſo matris vtero dictus.* Pintianus. *Auſpicatius enecta parente gignuntur*) Lege: *Auſpicatius e necata parente gignuntur.* Salmaſ.

Auſpicatius) Solin. c. 1. p. 7. *Necatis matribus natus eſt auſpicatior.* Legiſſe apud Plinium is videtur, *Auſpicatius e necata parente.* Sed MSS. omnes, *enecta.* H.

t. Sicut Scipio Africanus) Tertul. lib. de Anima: *Poſſumus illos quoque recogitare, qui execto matris vtero viui aërem hauſerunt, Liberi aliqui, et Scipiones.* Fortaſſis, *Laberii.* Dalec.

Sicut Scipio) Africanus maior appellatus, caeſo matris Pomponiae vtero in lucem prodiit. Meminit Tertull. L. de anima c. 25. p. 283. H.

u. Primuſque Caeſarum) Et is, inquit, e familia Caeſarum, cui primum id nomen eſt inditum. Caue enim Scipionem intelligas: quum ſermo ſit de Caeſarum ſtirpis auctore, cui par cum Scipione naſcendi modus, ac praeterea ex ea re nomen. Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic poſ.) *Primuſque C.*) Ita omnes plane codd. Male porro Solinus h. l., et iuniores quidam

que Caeſarem a caeſo *x.* matris vtero dictus: qua de cauſa et Caeſones appellati. *y.* Simili modo natus et [1] Manilius *z.*, qui Carthaginem cum exercitu intrauit.

VIII.

1. *Manlius Gr. et Al.*

dam, *Primuſque Caeſar*, legerunt: vnde priorem Scipionem Africanum, primum Romanorum dictum eſſe Caeſarem tradiderunt. Id quod Salmaſius, poſt Hermolaum, merito reprehendit, quamquam eodem quo vir ille ſummus, ſed falſo illo quidem ac plane nullo, argumento vſus. *Ante bellum Samniticum,* inquit Salm. in Exerc. ad Solin. p. 32 et Hermolaus in Caſtigg. Plin. *Claudius quidam Caeſar exſtitit.* Quis ille fuerit, planum facere nititur Hermolaus ex inſcriptione vetere, CAES. AP. CLAVDIVS. Sed huius vitium ex Tabulis Capitolinis reſtituere pronum fuit: ibi enim recte ſcribitur CENS. AP. CLAVDIVS. H.

x. A caeſo) Cum Plinio Nonius *Caeſares dictos, qui caeſa matre naſcuntur*, prodidit. Diuerſe Feſtus: *Caeſones*, inquit, *appellantur, ex vtero matris exſecti: Caeſar, quod eſt cognomen Iuliorum, a caeſarie dictus eſt, quia ſcilicet cum caeſarie natus eſt.* Vide et Spartianum in Aelio Vero, p. 14. Inde D. Raymundo etiam Nonnanto cognomen, quod non natus, ſed matris ex vtero exſectus in lucem prodierit. H.

y. Caeſones appellati) Caeſones Probo dicuntur, qui necatis matribus nati ſunt. *Dal.*

Et Caeſones) In gente Fabia, ex qua Caeſo Fabius Conſul, de quo Liuius L. II. p. 35. H.

z. *Et Manilius*) Vide N. et Em. N. XL. (hic conſp.) *Et M.*) Ita MSS. omnes editioneſque vetuſtae ante Hermolaum, qui Manilium ſcribendum pronunciat, ex omnibus hiſtoricis. Qui vero illi ſint, fateor me neſcire, aeque atque quem Manilium ipſe intelligat. Manium Manilium interim certus ſum hoc loco ſignificari, qui cum M. Cenſorino Conſul notatur in Faſtis, anno primo belli Punici tertii V. C. 605. quo auctore ac duce populus Romanus, vt ait Florus L. II. c. 15. p. 83. aggreſſus tertium cum Africa bellum, quo tandem Carthago finita eſt. H.

VIII. (X.) Vopiſcos [1] appellabant *a.* e geminis, qui [2] retenti vtero naſcerentur, altero interempto abortu. Namque maxima, [3] etſi rara, circa hoc miracula exiſtunt. *b.*

IX. (XI.) Praeter mulierem *c.*, pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem *d.* omnino, aut alterum ſuperfetat. Exſtat in monumentis etiam medicorum, et quibus talia conſectari curae fuit, vno abortu duodecim puerperia *e.* egeſta. Sed vbi paululum temporis inter [4] duos conceptus interceſſit, [5] vtrumque [6] perfertur *f.*: vt in Hercule et

1. *Vopiſcum appellabant vnum e. M. V.* 2. *recenti vtero naſceretur. V. lego, qui retentus naſceretur.* 3. *et rara Gr. et Al.* 4. *duo. M.* 5. *vtrumque. Tol. et Ch. ſubaudi puerperium. vterque profertur. Gr. et Al.* 6. *eſt perfectus. M. V.*

a. Vopiſcos appellabant) Probo, Opiſcus qui in vtero matris geminus conceptus, altero abortu eiecto editus eſt. *Opiſcum* dictum puto, quaſi ὀπίσθιον, quod alterum pone ſequatur. *Dal.*

Vopiſcos) Vopiſcum, inquit, dixere veteres noſtri, e geminis, illum qui vtero retineretur vſque ad legitima partus tempora, geminorum altero prius eiecto expulſoque per abortum. Solini paraphr. c. 1. p. 7. *E geminis, ſi remanente altero, alter abortiuo fluxu exciderit, alter qui legitime natus eſt, Vopiſcus nominatur.* In Flauia gente, Flauius Vopiſcus, hiſtoricus, temporibus Diocletiani. In Pompeia, Pompeius Vopiſcus, deſignatus Conſul ſub Othone, ex Tacito, L. XVII. Vide etiam Plut. in Coriol. p. 218. H.

b. Namque maxima, et rara, circa hoc miracula exiſtunt) Lege: *namque maxima, etſi rara, circa hoc exempla exiſtunt.* Salmaſ.

c. Praeter mulierem) Haec Ariſtoteles totidem plane verbis, H. A. L. VII. c. 5. p. 823. et c. 9. p. 830. H.

d. Vnum quidem) Lepus cum daſypode, vt dicetur L. VIII. ſ. 81. H.

e. Duodecim puerperia) Haec Ariſt. l. c. et ex Plinio Solin. c. 1. p. 6. H.

f. Vterque profertur.) Apograph. Tolet. *Vtrumque profertur.* vt referatur ad puerperium,

et [1]Iphicle *g.* fratre eius apparuit: et in ea, quae gemino partu, alterum marito ſimilem, [2]alterumque adultero genuit: Item in *h.* Proconneſia ancilla, quae eiuſdem diei coitu, alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius: et ita alia, quae vnum *i.* iuſto

1. *Iphiclo.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſent. Ch. alterum adultero Gr. et Al.*

perium, non ad conceptus. *Pint.*

Vtrumque perfertur) Vtrumque puerperium ad iuſtum vſque pariendi tempus vtero geſtatur. Vide N. et Em. N. XLI. (hic conſp.) *Vtrumque p.)* Ita R. codex 2. Chiffl. cod. Tolet. et Colb. 1. 2. pariter *vtrumque* R. 1. et Par. *Vtrumque perfectus.* Editi vulgo, *vterque profertur.* Rectius *vtrumque*, vt ad puerperium referatur; *et perfertur*, vt explicuimus. Adiuuant hanc lectionem codices, in quibus legitur *perfectus.* Sic infra ſ. 11. Plinius, *Quaedam non perferunt.* Neque tamen omnino diſplicet *profertur*, hoc eſt, editur in lucem. Verbis enim Philoſophus vſus eſt, quae vtrique voci reſpondeant: ἐὰν δὲ ἐγγὺς ἡ σύλληψις ἐγένετο, τὸ ἐπικυηθὲν ἐξήνεγκαν, καὶ τίκτουσιν, vterque fetus geſtatur, ſiue perfertur, et gignitur: ſeu profertur in lucem. H.

g. Iphicle) Ita R. 1. 2. et Par. ab Ἰφικλῆς, qui Amphitryonis F. Herculis frater. In editis *Iphiclo* mendoſe. H.

h. Item in) Ariſt. et Sol. l. c. H.

i. Et in alia quae vnum iuſto partu, quinque menſium alterum edidit) Lego, *Et in alia quae geminos iuſto partu, etc.* ex Ariſt. lib. VII, De hiſtoria animalium, cap. 4. *Iam et quum geminos quaedam ferret, tertium ſuperfoetauit; et quum tempus pariendi iuſtum iam eſſet primos vitales peperit, ſecundum quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt.* Ex quibus Ariſtotelis verbis liquebit rem ſubtilius rimanti, legendum eſſe, non, *Et in alia*, vt hactenus lectum eſt, ſed *Eſt alia.* Neque enim exemplum, quo vtitur, eamdem cum ſuperioribus rem indicat. Illa oſtendunt, ſi inter duos conceptus parum temporis intercedat, vtrumque perfectum edi, vt apparuit in Hercule et Iphiclo: hoc docet, ſi poſt conceptos geminos tertius ſuperfoetetur, geminos naſci vitales, tertium perire abortione.

iuſto partu, quinque menſium alterum edidit. Rurſus in alia *k*, quae ſeptem menſium edito puerperio, inſequutis menſibus geminos enixa eſt.

X. Iam illa *l*. [1] vulgata, varie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademque parte truncos: ſigna quaedam, naeuoſque, et cicatrices etiam [2] regenerari. Quarto partu [3] Dacorum *m*. originis nota

1. *Vulgata varia. Ch. Dacorum, etc. Ch.* 2. *regenerari quarto partu.* 3. *aliquorum. V.*

tione. Quare et paulo poſt ſcribendum videtur, *Rurſus alia*, non, *Rurſus in alia*. Pintianus.

Quae vnum) Ariſtoteles, gemellos dixit, δίδυμα l. c. Haec recentioribus exemplis confirmat Schenkius Obſſ. med. L. IV. p. 618. H.

k. Rurſus in alia) Ariſt. l. c. Καὶ ἑτέρᾳ δέ τινι συνέβη τεκούσῃ, πρῶτον μὲν ἑπτάμηνον, ὕςερον δὲ δύο τελεόμηνα τεκεῖν etc. *Alii contigit, vt quum vnum ſeptimeſtrem peperiſſet, poſtea duos menſium iuſtorum ſine abſoluto pareret, quorum ille mortuus eſt, hi vixere.* H.

l. Iam illa) Ariſtot. H. A. L. VII. c. 9. p. 830. H.

m. Quarto partu Dacorum originis nota in brachio redditur.) Locus eſt corruptiſſimus, et in quo reſtituendo fruſtra à viris etiam doctiſſimis laboratum eſt. Vtcumque minus male legetur, *Tertio partu auorum originis nota in brachio redditur.* Sumptum id ex Ariſtotele, vt fere omnia, ex libro ſeptimo, capite ſexto De hiſtoria animalium: *Iam tale quid vel tertia prole poſt regeneratum eſt: vt quum quidam ſuo in brachio puncti notam haberet, filius non retulit, ſed nepos ea corporis parte nigritiam quamdam habens confuſam prodiit.* Sed raro haec eueniunt. *Pint.*

Quarto partu Dacorum) Vide N. et Em. N. XLII. (hic adn.) *Quarto p.)* Ita R. 1. 2. Col. 1. 2. Par. Lugd. et Chiffl. Eſt apud Ariſt. ſimile quiddam, hiſt. L. VII. c. 7. p. 830. Ἤδη δὲ ἀπέδωκε τῶν τοιούτων τι καὶ διὰ τριῶν· οἷον ἔχοντός τινος ςίγμα ἐν τῷ βραχίονι, ὁ μὲν υἱὸς οὐκ ἐγένετο· ὁ δὲ ἠϊδοῦς ἔχων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ συγκεχυμένον μέλαν. *Iam vero tale quiddam repraeſentatum eſt etiam tertia prole. Quum enim haberet quidam in brachio punctum ſiue notam, eius filius non habuit: ſed nepos eodem in loco atrum confuſum.* In ora-

nota in brachio redditur. (XII.) * In Lepidorum *n.* gente tres, intermiſſo ordine *o.*, obducto membrana oculo *p.*, genitos accepimus. Similes quidem alios auo: et ex geminis *q.* quoque alterum patri, alterum matri: annoque poſt genitum *r.*, maiori ſimilem

oratione Pliniana, Budaeus *decorum*, vel *dedecorum*, conatus eſt olim reponere: *aliquorum*, Barbarus. Pintianus, *auorum*. Pellicerius in notis MSS. permutatis ita ſyllabis, vt quae in ea voce *dacorum*, prior eſt, reiiciatur in poſteriorem locum, *corundam* pro *quorundam* agnoſcit: atque item *tertio*, non *quarto* partu, et *reddita* quoque magis quam *redditur*. *Nota* porro *originis* nunc ea eſt, quae a patribus, auo, maioribuſque accepta ſit. Solin. c. I. p. 8. *Paruuli modo naeuos, modo qualeſcumque originis ſuae notas ferunt, vt in Lepidis.* Salmaſius p. 39. ſic emendat, *Dacorum virginis nota:* etſi Solinus *originis* legerit, idque ipſa orationis ſeries poſtulare videatur. Vriginis notam vocat, quam Daci ſic inurunt, quod vt ait Plin. L. XXII. ſ. 2. *Mares etiam apud Dacos et Sarmatos corpora ſua inſcribunt.* H.

* *Inſcriptio eſt: Exempla ſimilitudinum.)* Vide et conſule Ariſtotelem cap. 16. lib. XVII. Hiſtor. animal. ex quo auctor totum hoc caput mutuatus eſt. *Dalec.*

n. In Lepidorum) Solinus totidem verbis c. I. p. 8. H.

o. Intermiſſo ordine) Nempe vt in abauo id vitium animaduerſum fuerit, mox in auo: demum in nepote: caruerint eo proauus, pater. H.

p. Obducto membrana oculo) Fuerunt et in quibuſdam ſtirpibus gentilitia quaedam ſigna, vt Spartis Thebanis lancea, quibuſdam ſtellae, Thyeſti cancer, innata et inſita ſtatim ab ortu: quae interdum exſtincta et tecta in filiis proximiſque nepotibus, longo poſt tempore in remotis poſteris veluti reuiuiſcerent. Victorius cap. 16. VIII. vide notata lib. XLIV. cap. 9 Seleuco eiuſque poſteritati anchorae imago in femore viſebatur. Alex. ab Alex. cap. 19. II. *Dalec*

q. Et ex geminis) Ariſtot. H. A. L. VII. cap. 9. p. 831. et 832. Quae cauſa ſit ſimilitudinum cum alterutro parente, explanat erudite Hippocr. L. de genit. p. 13c. H.

r. Annoque poſt genitum maiori ſimilem fuiſſe, vt geminum.) Scribendum arbitror, *pauloque poſt genitum* maio-

milem fuiſſe, vt geminum. Quaſdam ſibi ſimiles ſemper parere, quaſdam viro, quaſdam nulli, quaſdam feminam patri, marem ſibi. Indubitatum exemplum eſt Nicaei nobilis [1]pyctae *s.* Byzantii *t.* geniti, qui adulterio Aethiopis *u.* nata matre, [2]nil a ceteris colore differente, [3]ipſe auum *x.* regenerauit *y.* Aethio-

1. *Pictoris. M. poetae. V.* 2. *Nihil. Ch.* 3. *ipſe in auum degenerauit. M. V.*

maiori, etc. Genitum, hic accipio conceptum. Ariſtoteles libro et capite citato, *Gemini vel diſſimiles inter ſe nati iam ſunt, ſed plurimi magna ex parte ſimiles prodeunt. Nam et quaedam quum ſeptimo die à partu concubuiſſet, conçepiſſetque, peperit ſimilem ſuperiori, vt geminum.* Pintianus.

s. Nicaei nobilis Pyctae Byzantii geniti.) Annotauerunt alii *Pyctae* legendum eſſe, vbi antea, *poëtae*, ſcriptum erat. Nos addimus, hunc qui regenerauerit in auum Aethiopem, non Byzantii natum videri, ſed in Sicilia, ſi Ariſtoteli credimus libro et capite toties allegato. *Aliqui,* inquit, *ſimilitudinis nihil referunt. Redditur etiam vel poſt plures eiuſdem proſapiae, vt in Sicilia eius, quae adulterium cum Aethiope commiſerat filia, non colorem patris Aethiopis reddidit, ſed qui natus ex hac eſt, in auum Aethiopem regenerauit.* Idem tamen Ariſtoteles à ſeipſo diſſentiens libro primo De generatione animalium, in Elide rem geſtam prodit. *Pint.*

Nobilis pyctae) Pugilem vox ea Graecis ſignificat: iam a pleriſque Latinorum fere recepta, vt Lampridio et Materno: vnde nec reformidanda fuit Solino, qui quum haec l. c. exſcriberet, pugilem reddidit. Vide quae dicemus, ſ. 48. H.

t. Byzantii) Ariſt. l. c. p. 831. in Sicilia genito id tribuit: idem de gen. anim. L. I. c. 18. p. 1057. non in Sicilia, ſed in Elide nato. Acheloum credas ſubterraneo curſu hanc hiſtoriam ex Elide in Siciliam ſecundo flumine deuexiſſe. H.

v.) Aethiopis) Αἰθίοψ apud Ariſt. l. I. qui eadem refert, non gentis nomen eſt, ſed coloris. H.

x. Ipſe auum) Ipſe auo ſuo Aethiopi ſimilis exſtitit. H.

y. Regenerauit) Plinii paraphraſtes Solinus, c. I. p. 8. Plinius iterum L. XIV. ſ. 28. ea voce vſus: *Nec alio magis* Dru-

Aethiopem. Similitudinum quidem in mente z. reputatio eſt, et in qua [1] credantur multa fortuita pollere, viſus, auditus, memoria, hauſtaeque imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam vtriuſlibet [2] animum [3] ſubito tranſuolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures in homine, quam in ceteris omnibus animalibus differentiae: quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, et ingenii varietas multiformes notas [4] imprimat: quum ceteris animantibus immobiles ſint animi, [5] et ſimiles omnibus *a.*, ſinguliſque in ſuo cui-

1. *Creduntur.* 2. *animo. V. et Rhodig.* 3. *ſibi. Ch.* 4. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſentit. Ch. imprimit Gr. et Al.* 5. *et ſimilis omnibus ſingulique in ſuo genere. M.*

Druſus Caeſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur. H.

z. *Similitudinum quidem in mente*) Vide Rhod. cap. 15. lib. XX. *Dalec.*

Similitudinum) Similitudinum quidem repetenda cauſa videtur ex mente vtriuſque parentis. Effinguntur et exſiſtunt hae ſimilitudines in corporibus naſcentium, ex parentum amborum, ſiue eorum vtriuſlibet, cogitatione in vſu venereo: in qua cogitatione excitanda valent fortuita plurimum, audita, viſa, etc. Vide N. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *Similit.*) Scribit Pellicerius in not. MSS. repugnantibus licet omnibus exemplaribus, *Similitudinum quidem immenſa reputatio eſt:* ſcilicet, late patet ſimilitudinum conſideratio: quippe in qua multa fortuita, quae plurimum in his poſſe exiſtimentur, attendere oporteat. Quare libentius quoque agnoſcit, *vt in quo*, id eſt, in qua re, quam *in qua*, ſimilitudinum ſcilicet reputatione. H.

a. Similes omnibus, ſinguliſque in ſuo cuique genere) Cicero Tuſcul. I. *Similitudo,* inquit, *magis apparet in beſtiis, quarum animi ſunt rationis expertes.* Dal.

Et ſimiles omnibus) Tullius Tuſc. Quu. L. I. n. 86. a Dalecampio hic laudatur. Sed de animi morumque ille ibi, non de corporum ſimilitudine loquitur. H.

cuique genere. Antiocho regi Syriae *b.* e plebe *c.* nomine [1]Artemon in tantum ſimilis fuit, vt Laodice *d.* [2]coniux regia, necato iam Antiocho, [3] mimum *e.* per eum commendationis, regnique ſucceſſionis peregerit. Magno Pompeio *f.* Vibius quidam e plebe, et Publicius etiam ſeruitute liberatus, indiſcreta prope ſpecie fuere ſimiles, illud os pro-

 bum

1. *Artemus.* *M.* *Arteon.* *V.* 2. *coniunx* *Gr.* 3. *munus.* *V.*

b. Antiocho regi Syriae) Valer. Max. cap. 12. lib. IX. *Dal.*

Antiocho) Haec Solin. ad verbum c. 1. p. 8. Vberius explicatiuſque Val. Max. L. IX. c. 14. p. 468. *Regi Antiocho*, inquit, *vnus ex aequalibus, et ipſe regiae ſtirpis, nomine Artemon, perquam ſimilis fuiſſe traditur. Quem Laodice vxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia, in lectulo quaſi ipſum regem aegrum collocauit: admiſſumque vniuerſum populum, et ſermone eius et vultu conſimili fefellit: crediderruntque homines ab Antiocho moriente Laodicen et natos eius ſibi commendari.* Fuit hic Antiochus Magnus cognominatus. H.

c. E plebe) Regia ſtirpe natum Valerius ait fuiſſe loco allato. H.

d. Vt Laodice) Vt Laodice coniux Regis Antiochi, iam necato eo, Artemonem induxerit, qui ſe Antiochum eſſe ſimularet, commendaretque reginae adminiſtrationem ſucceſſionemque regni. H.

e. Mimum) Hoc eſt ſimulationem. Simulatae enim illius perſonae actio, repraeſentatioque, regis Laodicen populo commendantis, regnique ſucceſſores notantis, exactius nulla alia voce potuit ſignificari. Ita Suetonius in Othone, c. 3. p. 56. *Ne poena acrior mimum omnem diuulgaret*, hoc eſt, ludum omnem ac fictionem. Idem in Caio, c. 45. *In hoc quoque mimo praeter modum intemperans.* H.

f. Magno Pompeio) Val. Max. l. c. p. 459. *Magno Pompeio Vibius ingenuae ſtirpis, et Publicius libertinus, ita ſimiles fuerunt, vt permutato ſtatu, et Pompeius in illis, et illi in Pompeio ſalutari poſſent.* Quos ingenuae ſtirpis Valerius ait fuiſſe, hos e plebe Plinius appellat, tum hoc loco, tum ſ. 36. Et in plebe igitur ingenui ſunt. H.

bum *g*. reddentes, ipſumque honorem eximiae frontis. Qualis cauſa patri quoque eius *h.*, Menogenis coci ſui cognomen impoſuit [1] Strabonis a ſpecie [2] oculorum nomen habentis, vitium imitata: et Scipioni *i.* in ſeruo victimarii Serapione negotiatoris vili

1. *Iam, in M. d.* 2. *oculorum nomen habenti. M. vitium imitatus et ſerui Serapionis Scipio. Is erat, etc. (Vide huius operis lib.* XXI. *c.* 3. *) vitium imitata: et Scipioni in ſeruo Serapione victimarii negotiatorio vili mancipio. V. impoſuit, iam Strabonis a ſpecie oculorum habenti, vitium imitata, et in ſeruo: Scipioni Serapionis: is erat ſuarii negotiatoris vile mancipium. Gr.*

g. Illud os probum) Liberale, venuſtum, gratum, venerandum. Plinius L. XXXVII. ſ. 6. de Pompeio ipſo: I*mago Cn. Pompeii, illa regio honore grata, illius probi oris venerandique per cunctas gentes.* H.

h. Patri quoque eius) Pompeii Magni ſcilicet, cuius pater Strabonis cognomen ab oculorum vitio conſequutus erat ex Menogenis coci ſui ſimilitudine, qui ſtrabo fuit: *Vt vir et ferox animo, et praepotens armis,* inquit Val. Max. l. c. *Sordidum eius coci nomen a ſe repellere non valuerit.* H.

i. Scipioni Serapionis, etc.) Lege: *Scipioni Serapioni inerat ſuarii negotiatoris vile mancipium, etc,* Salmaſ.

Et Scipioni) Eadem, inquit, cauſa ſimilitudinis, quae Pompeio Straboni impoſuit cognomen, impoſuit quoque Scipioni cognomen Serapionis: qui quidem Serapio vile mancipium erat ſuarii negotiatoris: vel vt ait Val. Max. l. c. victimarius. Vide N. et Em. N. XLIV. (paulo poſt) et ea quae dicturi ſumus ad L. XXI. ſ. 7. *Et Scip.*) Hunc locum ſic emendarant eruditi: *Cognomen impoſuit, iam Strabonis a ſpecie oculorum habenti, vitium imitata, et in ſeruo: Scipioni Serapionis; is erat ſuarii negotiatoris vile mancipium* etc. Quum vero ex hoc loco expedire ſe Salmaſius vix poſſet, ſic locum immutauit p. 40. Exercitt. in Solin. *Scipioni Serapioni inerat ſuarii negotiatoris vile mancipium* etc. At Rom. editio a. 1470. et Parmenſ. a. 1470. locum hunc ſic exhibent: *Qualis cauſa, patri quoque*

vili mancipio. Eiuſdem familiae Scipioni [1] poſt eum *k.* cognomen Salutio [2] mimus *l.* dedit: *m.* ſicut

E 3 Spin-

1. Cneum. V. *2. Mimus Gr.*

quoque eius Maenogenis coci ſui cognomen impoſuit Strabonis a ſpecie oculorum nomen habentis vitium imitata. Et Scipioni in ſeruo Serapione, Victimarii negotiatoris vili mancipio. Eiuſdem familiae Scipioni poſt Cneum cognomen Salunto mimus dedit. Lectionem hanc veterem recentiorum emendationi praetulimus, qnoniam illa Valerium Max. ſuffragatorem habet. H.

k. Poſt eum) Alter Scipio, inquit, in eadem familia, hoc eſt, filius aut nepos prioris Scipionis Serapionis, qui de mimi cuiuſdam cognomine, cui perquam ſimilis erat, Salutio eſt cognominatus. Vide N. et Em. N. XLV. (paulo poſt) quibus adde ea, quae dicturi ſumus L. XXXV. ſ. 2. *Eiuſdem* etc.) In R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Par. *Saluitto*, vel *Saluitio* legas. *Salutionem* Suetonius appellat, in Iulio, c. 59. Σαλάττωνα Dio L. XLII. Quid ſi illud opprobrii cognomen Salucio fuerit, a ſalace, hoc eſt, libidinoſo: vt a ſene ſit Senecio? Verum obſtat, ne quid immutem, Plutarchus in Caeſare, p. 732. Σκιπίων ἐκαλεῖτο Σαλλουτίων. Haec auctorum Graecorum teſtimonia Gronouius ſi vidiſſet, non fixiſſet crucem ipſe ſibi, vt tandem portentoſum neſcio quod *Salpittoſum* vocabulum, ab hoc certe loco alienum obtruderet. H.

l. Cognomen Salutio Mimus) Quemdam ex Scipionibus adoptione teſtamentaria Salutionem cognominatum fuiſſe auctor ſcribit cap. 2. L. XXXV. non ob ſimilitudinem cum Salutione Mimo. *Dalec.* Patietur Dalechamp. aequo animo, ſi noſtram ſententiam in aduerſa inclinare dixerimus. Neque enim allegatus alter huic repugnat locus, ſed egregie potius conſentit. Salutio namque in Africanam adoptatus familiam, Cornelii inde nomen eſt aſſequutus, quod et Salutionis proprio a vitio tracti foeditate conſpurcaſſet: ni Corneliae gentis ſuam aſſeruiſſet laudem Meſſala, oſtendiſſetque diſcrimina gentium et quae cui natiua, quae per adoptionem quaeſita. Videatur Sueton. lib. I. cap. 59. et ibi Caſaub.

m. Sicut Spinther) Mimi duo, inquit, Spinther et Pamphilus pari Conſulum et colle-

Spinther [1] ſecundarum *n.*, tertiarumque Pamphilus, collegio Lentuli et Metelli coss. In quo perquam [2] importune fortuitum hoc quoque fuit, duorum ſimul Conſulum in ſcena imagines cerni. E diverſo *o.* L. Plancus orator, hiſtrioni Rubrio cognomen impoſuit. Rurſus Curioni patri *p.* Burbuleius, itemque Meſſalae *q.* Cenſorio Menogenes, perinde hiſtri-

1. *Secundarius, tertiariuſque. V.* 2. *infortune. V.*

collegarum cognomen dederunt, Lentulo Spinther, Pamphilus Metello. Lentulus Spinther is eſt, ad quem Cicero primum librum ſcripſit Epiſtolarum: Conſulatum geſſit cum Q. Caecilio Metello Nepote, quo anno ab exſilio Cicero eſt reuocatus. H.

n. Secundarum) Is primarum partium hiſtrio dicitur, auctore Aſconio Pediano, in orat. Cic. de Diuin. p. 54. qui ſaepius in ſcenam prodit, quique demum negotii maioris, actioniſque perſonam ſuſtinet: ſecundarum vero partium, ac tertiarum illi, qui ſecundum, tertiumque in agendo locum obtinent. Vide N. et Em. N. XLVI. (hic adi.) *Sic Sp.*) In edit. Parm. *ſecundarius tertiariuſque*: inepte. Val. Max. L. IX. c. 14. n. 4. p. 460. *Generoſiſſimum Conſulatus Collegium Lentuli et Metelli fuit: qui ambo in ſcena propter ſimilitudinem hiſtrionum, propemodum ſpectati ſunt. Sed alter ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris traxit: alter, niſi Nepotis a maioribus accepiſſet, Pamphili tertiarum, cui ſimillimus eſſet, ferebatur, habuiſſet.* Retiarii certe nomen, ad gladiatores pertinet, non ad hiſtriones, de quibus hic ſermo. H.

o. E diuerſo) Reliquum caput expreſſit ad verbum e Plinio Solin. c. 1. p. 8. H.

p. Curioni patri) Patri Curionis illius, qui Tribunus plebis confugit ad Caeſarem: ad quem Ciceronis exſtant epiſtolae. Val. Max. L. IX. c. 14. p. 460. *M. Meſſala Conſularis, et Cenſorius, Menogenis: Curioque, omnibus honoribus abundans, Burbuleii: ille propter oris aſpectum, hic propter parem corporis motum, vterque ſcenici nomen recipere eſt coactus.* H.

q. Meſſalae) Qui cum Piſone Conſul fuit, A. V. C. DCXCIII. H.

hiſtriones. Surae *r.* quidem Procunſulis etiam [1]ri-ctum *s.* in loquendo, contractionemque *t.* linguae, et ſermonis tumultum *u.*, non imaginem modo, piſcator quidam in Sicilia reddidit. Caſſio Seuero *x.* celebri oratori, armentarii *y.* Mirmillonis *z.* obiecta ſimili-

E 4

1. *rictus. Ch. ritum. M. rictum in loquendo contra-ctiorem linguaeque et ſermonis. V. cunctationem. Pint. ex Solino.*

r. Surae quidem Proconſu-lis etiam, etc. et ſermonis tu-multum) *Sermone tumultuari* dixit Tertullianus, quod Graeci παφλάζειν dicunt. *Salmaſ.*

Surae) Ita MSS. omnes, Sura Lentulorum, Aemilio-rum, aliarumque familia-rum cognomen apud Roma-nos frequens fuit. Caue hoc loco Syriae Proconſulem le-gas, vt in quibuſdam Solini exemplaribus deprauatis. H.

s. Etiam rictum) Solin. l. c. *rictum oris.* H.

t. Contractionem) Solin. *tardatae ſonum linguae.* MSS. omnes, R. 1. 2. Par. etc. *in-tractionemque linguae.* Pintia-nus ex Solino, *cunctationem* legit. H.

u. Sermonis tumultum) So-linus; *impedimenta vocis*: quum ſcilicet verba franguntur, dictioque confunditur: Galli vocant, *bredoüillement, bredoüiller, parler en bredoüil-lant.* H.

x. Caſſio Seuero celebri ora-tori, etc.) Lege: *Caſſio Se-vero celebri oratori Armenta-rii Myrmillonis.* Armentarius nomen proprium Myrmillo-nis illius, id eſt, gladiatoris. in ſcriptis Plinii ſemper *Mur-millo* reperitur, aut *Murmi-lio.* Salm.

Caſſio Seuero) De quo in Auctorum Indice. H.

y. Armentarii) Cui cura armentorum erat. Vide N. et Em. N. XLVII. (hic poſ.) *Caſſio S.)* Salmaſius in Solin. p. 39. ait Armentarium fuiſſe nomen proprium illius mir-millonis, id eſt, gladiato-ris. Ego vero non magis Armentarium proprium no-men eſſe agnoſco, quum ſua-rium, de quo proxime ante dictum eſt: altera voce de-ſignari hominem cenſeo, cu-ius in armentis: altera, cu-ius in ſuibus tota opera in-duſtriaque verſatur. H.

z. Mirmillonis) In hoc loco nomen eſt proprium, quod a ſimilitudine armen-tarii illius cognominis, im-pactum quoque Caſſio Seuero eſt; vt Scipioni Serapionis. Alioqui Mirmillo gladiato-rum genus eſt, de quo accu-rate

ſimilitudo eſt. [1] Toranius mango *a.* Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit: tanta vnitas erat. *b.* Poſtquam deinde ſermone puerorum detecta fraude a [2] furente increpitus Antonio eſt: inter alia magnitudinem pretii [3] conquerente, (nam ducentis *c.* mercatus erat ſeſtertiis,) reſpondit verſutus ingenii mango, ob id ipſum ſe tanti vendidiſſe, quoniam non eſſet mira ſimilitudo in vllis eodem vtero editis: diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem

1. *Sic Vet. cod. et Ch. Toranius M. Antonio Gr. et Al.* 2. *fruente. Ch.* 3. *requirente. V. conquirente. Ch.*

rate Lipſius Saturn. L. II. c. 9. H.

a. Toranius M. Antonio iam Triumuiro) Lege: *Toranius mango Antonio iam Triumuiro.* Vide Macrob. lib. XI. cap. IV. Sed ibi legitur *Toronius* pro *Toranius.* Salmaſ. Pint.

Toranius mango) Huius Toranii puerorum mangonis meminit Suetonius in Auguſto, c. 69. Toranium Flaccum vocat Macrob. Saturn. L. II. c. 6. p. 336. Vide N. et Em. N. XLVIII. (hic adi.) *Toran.*) Ita reſcripſimus ex R. 1. 2 Pariſ. et Chiffl. codice adſtipulante Pintiano: quum antea legeretur, *Toranius M. Antonio*, hoc eſt, *Marco* Antonio, Plinius ipſe paulo poſt: *Reſpondit verſutus ingenii mango.* H.

b. Tanta vnitas erat) Eam oris et faciei ſimilitudinem venuſte Plautus in Menaech. expreſſit his verbis: *Ei ſunt nati filii duo gemini: Ita forma ſimili pueri, vti mater ſua Non internoſſe poſſet, quae mammam dabat, Neque adeo mater ipſa quae eos pepererat.* Vbi matrem eam et quae parit, et quae nutrit, dici obſeruandum. *Dal.*

c. Nam ducentis) Solin. c. 1. p. 8. ipſum referens, trecenta ait fuiſſe ſeſtertia: quod veriſimilius eſt, magnitudinem pretio conquerente Antonio, et aegre ferente. Sunt autem ducenta ſeſtertia, monetae Gallicae 20000 librae, vt vocamus: alii florenos appellant. Trecenta, librae 30000. H.

omnem eſſe taxationem. Adeoque tempeſtiuam admirationem intulit, vt ille proſcriptor *d.*, animus [1] modo et contumelia *e.* furens, non aliud *f.* in cenſu magis [2] ex fortuna ſua *g.* duceret.

XI. (XIII.) Eſt quaedam *h.* priuatim diſſociatio *i.* corporum: et inter ſe [3] ſteriles, vbi cum aliis iunxere *k.*, gignunt: ſicut Auguſtus et Liuia. *l.* Item [4] alii *m.* aliaeque feminas tantum generant, aut ma-

 res;

1. *Mere. V. proſcr. animus modo, et cont. Ch.* 2. *Et in. M. et Vet. Rom.* 3. *ſterilis. At vbi V.* 4. *aliae, aliique. Ch.*

d. Proſcriptor), Hoc eſt, proſcriptione gaudens, Legit Rhenanus: *vt ille proſcriptor, minis modo*, etc. Codices refragantur H.

e. Modo et contumelia) Ille, inquit, cui proſcribere promtum erat, et furor praeterea plane modo acceſſerat ob contumeliam a Toranio illatam, *a quo ſe irriſum grauabatur*, inquit, Solinus, *ita mitigatus eſt, vt deinceps nihil ſe habere carius in ſubſtantia iactitaret. H.*

f. Non aliud) Non aliud quidquam duceret magis dignum fortuna ſua. H.

g. Ex fortuna ſua) Importuni emendatoris eſt ea lectio, quam Parmenſis habet editio, *et in fortuna ſua* repugnantibus MSS. atque adeo ipſa latinitate: E fortuna etenim noſtra dicimus, vti e re et dignitate noſtra. H.

h. Eſt quaedam) Habet eadem Ariſt. H. A. L. VII. c. 8. p. 827. Solinus accepit a Plinio c. 1. p. 6. Praeiuit omnibus Hippocrates, L. de genitura ſ. 7. p. 129. vbi cauſam eius rei expedit. H.

i. Diſſociatio) Antipathia. H.

k. Cum aliis iunxere) Rectius fortaſſis, *ſe iunxere*: Lucretii locum vide, quem retulimus, ſ. 5. H.

l. Et Liuia) Sueton. de Aug. c. 63. *Ex Scribonia, Iuliam: ex Liuia, nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet: infans, qui conceptus erat, immaturus eſt editus.* Liuiam praegnantem a priore marito Tiberio Nerone abduxerat Auguſtus: ex ea prolem nullam habuit: quum ea ex Nerone Tiberium, qui poſtea imperauit, et Druſum peperiſſet, qui in nummis antiquis appellatur GERMANICVS IMP. H.

m. Item alii) Solin. l. c. Sunt

res: plerumque et alternant: ſicut Gracchorum mater *n.* duodecies, et Agrippina *o.* Germanici novies. Aliis ſterilis *p.* eſt iuuenta, aliis ſemel in vita datur gignere. Quaedam non perferunt *q.* partus: quales, ſi quando medicina et cura vicere, feminam fere gignunt. Diuus Auguſtus in reliqua *r.* exemplorum

Sunt mares, qui feminas tantum, feminae, quae tantum mares generent, inquit Ariſt. l. c. p. 889. H.

n. *Gracchorum mater)* Cornelia. Plutarch. in Gracchis p. 824. Laudat Corneliae epiſtolas Cicero in Bruto n. 211. H.

o. *Agrippina)* Sueton. in Caligula, c. 7. agens de Germanico: *Habuit in matrimonio*, inquit, *Agrippinam, M. Agrippae et Iuliae filiam, et ex ea nouem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, vnus iam puerafcens. Ceteri ſuperſtites patri fuerunt. Tres ſexus feminini, Agrippina, Druſilla, Liuilla, continuo triennio natae: totidem mares, Nero, et Druſus, et C. Caeſar.* H.

p. *Aliis ſterilis)* Ariſt. l. c. p. 828. H.

q. *Quaedam non perferunt)* Partum ferunt vſque ad legitima tempora pariendi, οὐ δύνανται ἐκφέρειν, Ariſt. l. c. p. 829. H.

r. *Diuus Auguſtus in reliqua exemplorum raritate, neptis ſua nepotem vidit genitum quo exceſſit anno M. Syllanum, qui quum Aſiam obtineret poſt conſulatum, Neronis principis ſucceſſione veneno eius interemptus eſt.)* Scribo non *M. Syllanum*, ſed *Iunium Syllanum.* Item *Proconſulatu*, non *poſt conſulatum.* Fuit nihilominus Marcus Syllanus Tiberii principatu potens, inſignique nobilitate praecellens ciuis, auctore Cornelio Tacito libro III. non tamen is proconſul Aſiae fuit, neque veneno Neronis ſublatus: ſed vtrumque hoc Iunio Syllano congruit, qui eiuſdem Tiberii tempore conſulatum cum Silio Nerua geſſit, eodem teſte. De eo, libro XII. Hiſtoriarum idem Cornelius Tacitus circa initia ſic ſcribit: *Prima nouo principatu mors Iunii Syllani proconſulis Aſiae ignaro Nerone, per dolum Agrippinae patratur.* Et mox paulo: *Quippe et Syllanus diui Auguſti abnepos erat: haec cauſa necis. Miniſtri fuere P. Celerius eques Romanus, et Aelius libertus rei familiari Principis in Aſia impoſiti: ab his Proconſuli venenum inter epulas datum eſt, apertius quam vt fallerent.*

Hacte

rum raritate, neptis ſuae *s.* nepotem vidit genitum quo

Hactenus Tacitus. Porro ſucceſſionem hanc Iunii Syllani à principe Auguſto, de qua hic Cornelius Tacitus, exiſtimo ſic deduci poſſe. Decius Syllanus, auctore eodem Tacito frater praedicti M. Syllani Iuliam Auguſti neptem temerauit, ob id in exilium miſſus, Iulia ob adulteria damnata in exilio pepererit infantem, vt ſcribit Tranquillus, quem agnoſci et ali vetuit Auguſtus. Hic forte adulta iam aetate Iunium hunc Syllanum procreauit,

IVLIA AVGVSTI F.
nupſit M. Agrippae.
|
IVLIA AGRIPPINA
Iuliae et Agrippae F.
coniux Germanici Caeſ.
neptis Auguſti.
|
DRVSILLA,
Germanici et Agrippinae F.
Nupſit Licinio Neruae
Silano.
In Nummis

Auguſti abnepotem. Patet item ex antedictis, Tacito cum Plinio non conuenire. Ille, ignaro Nerone, veneno Agrippinae ſublatum Iunium Syllanum tradit: hic non ab Agrippina, ſed à Nerone ſcelus patratum aſſerit. *Pintianus.*

s. Neptis ſuae) Auguſto e Iulia filia neptes duae: Iulia et Agrippina. M. Silanus, Agrippinae nepos fuit, vt recte Pelicerius vidit in Not. MSS. M. Silani ſtemma ex Agrippina ſic deducimus

M. SILANVS AVGVR
| Q. PROCOS
A. LICIN. NERVA
SILANVS III. VIR
Monetalis
N.
|
Licinius Nerua
SILANVS
ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΣΙΛΑΝΟΣ
|
M. SILANVS, Agrippinae neptis, Auguſti nepos. Neruae Caeſaris Aug. Germanici pater et Aelii Silani, qui in nummis ſcribitur Ageſilas Q. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, h. e. A*Elius* SIL*anus* *Legatus Auctoritate Senatus*, *Quaeſtor* Μακεδόνων.

Cetero *nepos* apud Plinium certe, vt in nummis antiquis non niſi de eo dicitur, qui ex filio filiaue ſit genitus. Sic Hadrianus Aug. in nummo aureo ex Gaza Regia appellatur DIVI NERVAE NEP. et in plurimis nummis graecis ΝΕΡ. ΥΙΩΝ hoc eſt Νερούα υἱωνὸς, qui natus

quo exceſſit anno, M. Silanum *t.*: qui quum Aſiam obtineret poſt Conſulatum, Neronis principis ſucceſſione, veneno eius *u.* interemtus eſt. Q. Metellus *x.* Macedonicus, quum [1] ſex liberos *y.* relinqueret, vndecim nepotes reliquit: nurus vero generoſque, et omnes, qui ſe patris appellatione ſalutarent *z.*, viginti ſeptem. In actis [2] temporum Divi

1. *quatuor. cap. 44. poſthac.* 2. *temporibus, M.*

tus ex Aelia Plotina Neruae Auguſti filia. Vide Not. et Em. N. XLIX. (hic poſ.) *Neptis.)* In libris hactenus editis praue *M. Syllanum* legebatur. H.

t. M. Silanum) Ita ſcribi oportet, non vt vulgo *Syllanum.* Fuit is e Licinia gente, Licinii Neruae Imp. Caeſaris Aug. pater, et Aelii Silani. Is in nummo argenteo tetradrachmo, e Muſeo noſtro, Aesillas ſcribitur, vt diximus. Simul ab ea nummi parte inſignia Quaeſtoris ſunt, cum litera Q. Menſa ſcilicet ſiniſtro latere, ad pecuniam numerandam: dextro arca, in qua reconditur. In medio, claua Herculea, Macedoniae ſymbolum. In altera nummi parte, caput eſt iuuenile Populi Romani, cuius ea prouincia ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Plura de nummo iamdudum diximus, quae ſunt in Diarium Treuoltianum inſerta. H.

v. Veneno eius) Quod Neroni Plinius nunc adſcribit, hoc Tacitus ſtatim Annal. L. II. p. 195. confert in matrem Neronis Agrippinam. H.

x. Q. Metellus) Vide Plutarch. L. de fort. Rom. p. 318. Bello Macedonico tertio feliciter geſto, Macedonici nomen adeptus eſt: de quo Florus L. II. c. 14. p. 83. H.

y. Sex liberos) Vide N. et Em. N. L. (hic colloc.) *Sex)* Dalecampius *quatuor liberos,* IV. non VI. permutatis numeris, ſcribendum monet, ex ſ. 45. libri huius. Verum praeter quatuor filios, Praetorem vnum, et tres Conſulares, quibus, vt ibi dicitur, eſt illatus rogo, generos habuit duos Conſulares, quorum Plutarchus meminit L. de fort. Rom. p. 318. imo et Plinius ipſe hoc loco. Quare filias duas in liberorum numero cenſet, vt ſex numerentur: alteram Seruilii Iſaurici matrem, Scipionis alteram: Caeciliam vtramque appellatam. H.

z. Qui ſe patris appellatione ſalutarent) Socer enim, vitricus,

vi Auguſti inuenitur, XII. Conſulatu eius, [1] Lucioque *a.* Sylla collega, a. d. III. Idus Aprilis, C. Criſpinum Hilarum ex ingenua plebe Feſulana, cum liberis [2] nouem *b.*, (in quo numero filiae duae [3] fuerunt) nepotibus XXVII. pronepotibus XXIX. *c.* neptibus [4] octo *d.* [5] prolata pompa *e.*, cum omnibus his in Capitolio immolaſſe.

XII. (XIV.) Mulier *f.* poſt quinquageſimum annum non gignit, maiorque pars quadrageſimo profluuium genitale *g.* ſiſtit. Nam [6] in viris *h.* Maſſiniſſam

1. *Quem Sylla, etc. Aprilis geſſit, Criſpinum. M. Hilarium. V.* 2. *octo. M. et Ch.* 3. *fuere. Ch.* 4. *Sic et M. et Ch.* IX. *Gr.* 5. *Sic et Ch. praeclara: praealta. V. praelata Gr. et Al.* 6. *e viris. M. Nam viris. Ch.*

tricus, nouerca, parentum loco ſunt: nurus autem, generi, et priuigni filiorum. Cuiacius lib. XVIII. 9. Obſerv. *Dalec.*

a. Lucioque) L. Cornelio Sylla, qui cum Auguſto duodecimum Conſul fuit A. V. C. 749. ante Chriſtum natum, quinto. H.

b. Liberis nouem) R. 1. 2. Chiffl. VIII. Par. *octo*, cum Rhenano. H.

c. Pronepotibus XXIX) Laudati codices cum Colb. 1. 2. et Rhenano XIX. H.

d. Neptibus octo) Ita omnes MSS. At editi IX. H.

e. Prolata pompa) In longum producta pompa. Vide N. et Em. N. LI. (hic poſ.) *Prol. p.)* Chiffletiani codicis lectionem ceteris anteтulimus. In R. 1. et 2 *praeluta.* In Pariſ. *praelata*, vt vulgo editi libri habent. Parm. editio, *praealta.* Pellicerii coniectura lector hoc loco fraudandus non eſt, qui Plinii textum ſic emendat, *Praelata pompa tum omnibus, in Capitolio immolaſſe:* idque ſic interpretatur, pompam illam tot liberorum, nepotum, neptium, pronepotumque, in Capitolium ſimul aſcendentium, quibuſlibet aliis pompis, tunc habitam inſigniorem: rarae id enim felicitatis exemplum. H.

f. Mulier) Idem prodidit etiam Ariſt. H. A. c. 7. p. 827. Quaedam tamen mulieres poſt LIV. annum partus fecerunt: ſed rarius. H.

g. Profluuium genitale) Inepte Plinius menſtruam feminarum purgationem τὰ κατα-

niſſam regem *i.*, poſt LXXXVI. [1] annum generaſſe filium, quem [2] Methymathnum appellauerit, clarum eſt: Catonem *k.* Cenſorium octogeſimo exacto, e filia [3] Salonii clientis ſui. *l.* Qua de cauſa, aliorum eius [4] liberorum propago, Liciniani *m.* ſunt cogno-

1. *Annos. Ch.* 2. *Methymnum. V. Methymannum. Ch.* 3. *Salonis. Ch.* 4. *liberûm. Ch.*

καταμηνία, profluuium genitale, τὴν γονόῤῥοιαν hic vocat. *Dal.*

Profluuium genitale) Τὰ καταμήνια, *menſtrua.* Genitale haud abſurde dicitur, quo ceſſante in mulieribus vis genitalis abiit, et fecunditas conquieſcit. Immerito hoc loco a Dalecampio Plinius ineptiarum arguitur. H.

h. Nam in viris) Haec quoque Solin. ex Plinio c. 1. p. 6. Valerius M. fortaſſis ex Polybio, qui in Excerptis p. 174. Maſſiniſſam prodidit, XC. annos natum, quum ex vita deceſſit, quadriennem filium ſuperſtitem reliquiſſe, nomine Στέμβανον, qui poſtea a Micipſa eſt adoptatus. Quod ex Polybio etiam recitat Plutarchus L. an ſeni gerenda ſit Reſp. p. 791. Solinus *Mathumannum* vocat, atque ita ſcriptum id nomen in omnibus Solini libris ait ſe repeꝛiſſe Salm. p. 28. Valerius Max. L. VIII. c. 13. p. 405. *Mathumnatum.* Suidas T. II. p. 103. Στέμβαν. Nos ſequuti ſumus codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. Vide Appianum in Punicis, p. 39. vbi egregia prodit de cruda ac viridi admodum Maſſiniſſae ſenectute. H.

i. Maſſiniſſam regem). Eadem de re Valer. Max. lib. VIII. cap. 14. *Dal.*

k. Catonem) Solinus c. 1. p. 6. *Cato LXXX exacto ex filia Saloni clientis ſui, auum Vticenſis Catonis procreauit.* Vide Plutarch. in Cat. M. p. 351. Gemino huic Catonis et Maſſiniſſae exemplo, addemus et tertium Vladislai Lithuani Regis Poloniae, cui XC. ferme annum agenti, nati ſunt filii duo, Vladislaus et Caſimirus, vt refert Aeneas Syluius in Europa, c. 25. p. 416. Etiam anno centeſimo procreaſſe Nicolaum de Palauicinis, auctor eſt Sauonarola apud Schenk. Obſſ. med. L. IV. p. 616. H.

l. E filia Salonii clientis ſui) E filia coloni ſui, Seneca Controv. lib. VII. E filia ſcribae ſui Salonii, Plutarchus in eius vita. *Dal.*

m. Liciniani) A Licinia priore coniuge ſic appellati, et a poſteriore Salonia, Salonia-

cognominati, hi Saloniani, ex [1] quibus Vticenſis fuit. Nuper etiam L. Voluſio *n.* Saturnino in Vrbis praefectu-

1. *Queis. Cb.*

loniani. Sic Imperator Licinius a coniuge Licinia ex eadem gente Liciniani traxit cognomen. At alterius Liciniani eſt nummus ex aere mediocri, qui fuit olim e cimelio D. *Foucault.* Sic parte priore inſcribitur: IMP. C. GAL. VAL. LICINIANVS P. F. AVG. *Imperator Caeſar Galerius Valerius Licinianus Pius Felix Auguſtus*, caput laureatum.)(. GENIO POP. ROM. *Genio Populi Romani.* Stat Genius; dextra tenet pateram, laeua cornucopiae. Infra SMNΔ. *Societatis Mercatorum Narbonenſium* numiſma *quartum.* Nomina *Galerii Valerii* oſtendunt hunc eſſe ex eadem gente, ex qua Galerius Valerius Maximianus geminus, et Gal. Val. Maximinus. Liciniani vero cognomen, Liciniam ei fuiſſe coniugem, vt Maximam Maximiano, docet. Diuerſum autem eum eſſe a Licinio Auguſto conſtare ex gemino capite oportet. Primum quidem, quod Galerius ipſe ſit, Licinius autem, Valerius tantum, non et Galerius fuerit. Deinde quod ſi Licinius foret, Licinii nomen haud abeſſet: ſiquidem inſignius eſt ad nobilitatem eſſe Licinium, quam Licinianum; ſicuti nobilius eſt ex patre eſſe Borbonium, quam ex coniuge, vel etiam ex matre, tantum. Fratrem hunc fuiſſe Gal. Val. Maximini haud temere ſuſpicamur. Catonum ſtemma vide in Not. et Em. N. LII. (hic adi.) *Liciniani)* Operae pretium fuerit Catonum ſtemma ex ſcriptis hiſtoricorum breuiter hoc loco oculis ſubiicere, quatenus id inſtituti noſtri ratio poſtulat:

M. PORC. CATO CENSORIVS, *vulgo* CATO MAIOR

Ex Licinia	*Ex Salonia*
M. Porc. Cato Licinianus	M. PORCIVS CATO SALONIANVS.
M. CATO, Orator et Cos. de quo Plutarch. p. 352.	M. PORCIVS CATO. Vxor Liuia, Druſi F.
M. CATO, Poſt Praeturam in Gallia Narbonnenſi deceſſit.	M. CATO VTICENSIS.

n. L. Voluſio) Qui etiam viuendo exceſſit annum,

ſectura exſtincto, notum [1] eſt Cornelia *o.*, Scipionum [2] gentis, Voluſium *p.* Saturninum, qui fuit Conſul, genitum poſt LXII. *q.* annum. Et vſque ad [3] LXXV. apud ignobiles vulgaris reperitur generatio.

XIII. (XV.) Solum autem *r.* animal menſtruale mu-

1. *E. M.* 2. *gente. M.* 3. *Sic emend. ex MSS. Hard. conſ. Ch. et M.* LXXXV. *Gr. et Al.*

num, vt dicetur L. XI. ſ. 90. Et Tacit. Annal. L. XIII. p. 298. *L. Voluſius egregia fama conceſſit, cui tres et nonaginta anni ſpatium viuendi,* etc. De eo rurſum libri huius ſ. 49. H.

o. Notum eſt Cornelia Scipionum, etc.) Lego: *notum, eum Cornelio Scipionum gentis, Voluſium Saturninum, qui conſul fuit, etc.* Vide Dorleans in Tacitum pagina 371.

Notum eſt Cornelia) In MS. noſtro rectius, *Notum e Cornelia,* Romana editio, anni 1470. ex coniectura, vt videtur, et emendatione Iohannis Andreae epiſcopi Alerienſis: *Notum eſt Corneliam — — genuiſſe.* Sed minus recte, reclamantibus MSS. E matre Cornelia, quae Scipionum e gente fuit. H.

p. Voluſium) Q. Voluſium, qui Conſulatum geſſerat anno DCCCIX Nerone Imperante, cum P. Cornelio Scipione, cui ex eius matre conſanguineus fuit. H.

q. Poſt LXII.*)* Quum annos ſexaginta duos Saturninus pater expleſſet. Vide N. et Em. N LIII. (hic poſ.) *Genitum p.)* In MS. noſtro, *poſt ſexaginta duos annos.* Itaque nihil hic mutandum, MSS. inuitis. Sed mox LXXV. non LXXXV. ex R. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. reſcripſimus. Eſt etiam in exemplis apud Schenkium obſſ. med. L. IV. p. 6, 6. mulier altera, quae anno aetatis LXVII. legitimum partum ediderit: altera quae ſeptuageſimo ex vehementiore concitatu rhedae abortum fecerit. H.

r. Solum autem) Solin. c. 1. p. 6. *Itaque, vt Democritus phyſicus oſtendit, mulier ſolum animal menſtruale eſt* etc. Contra Ariſtot. Hiſt. L. VI. c. 7. p. 724. et 725. equabus, vaccis, canibus, aliiſque menſes contingere ait: ſed mulieribus, quam ceteris, largiores. Et Virg. Georg. L. III. v. 281. *Lentum diſtillat ab inguine virus* etc. Haec paulo vberius explicatiuſque tradit Albertus M. de animal. L. VI. tr. 3. c. 1. p. 208. vnde Plinius egregie illuſtratur, ac defenditur. *Praecipue*

mulier eſt *s.*: inde *t.* vnius vtero, quas appellarunt [1] molas. *u.* Ea eſt caro informis *x.*, inanima *y.*, ferri ictum et aciem reſpuens. Mouetur, ſiſtitque menſes

1. *Molae.* V.

pue tamen, inquit, *in femi-nis vaccarum et equarum appa-ret menſtruum in quadrupedi-bus: et reditus ſuus non eſt quolibet menſe, ſed potius in quatuor aut ſex menſibus, et parum diſtillat: et ideo diffi-culter hoc ſcitur, niſi a pa-ſtoribus obſeruantibus tempora earum: et ideo etiam opinio vulgi eſt has non menſtruare feminas. Mulae autem non menſtruant omnino, ſed pur-gantur vrinae ſuae ſpiſſitudine*, etc. H.

s. Animal menſtruale mulier eſt) Mulieres quibus menſes fluunt veteres Ancunulentas dixerunt quaſi inquinatas. Feſtus. Vide Ariſtot. lib. IV. de gener. anim. cap. 7. *Dal.*

t. Inde) Id eſt, ex ea cauſa, quod menſtruum videlicet profluuium habeat, *Rhenanus.*

Inde) Nimirum ex menſtruis, quibus mulier abundat prae ceteris: inde aut in mulieribus ſolis, aut in iis maxime hae molae gignuntur, ἔν τε γυναιξὶν εὐλόγως, ἢ μάλιςα, ἢ μόναις, inquit Ariſtot. de gener. anim. L. IV. c. 7. p. 1131. Perinde quaſi ex ſolo ſanguine menſtruali, ſine viri congreſſu, gigni etiam in virgine mola poſſit, quod Scaliger quidem affirmat: plures cum Sennerto negant. Vide quae dicturi ſumus L. X. ſ. 84. H.

u. Molas) Molucrum vocauit Afranius. *Ferme virgini tanquam grauidae mulieri, creſcit vterus: molucrum vocant: tranſit ſine doloribus.* Apud Feſtum. *Dalec.*

Molas) Μύλην Ariſt. vocat. l. c. Eſt autem mola, caro et maſſa ſine oſſibus ac viſceribus, ex imperfecta conceptione loco fetus genita. Vide Sennertum Practicae L. IV. p. 712. H.

x. Informis) Hiſtoria ab Hippocrate relata L. II. Epid. forma etiam humana edi poſſe molam arguit, modo neque oſſa, neque viſcera habeat. Vide Sennert. l. c. H.

y. Inanima) Inanimam quum dicit carnem, et moveri tamen, paulo laxius loquutus eſt. Et creſcit ſane mola per exceptionem alimenti: vnde et ſiſtit menſes, quoniam in eam aſſumitur ſanguis ad menſtrua deſtinatus. Quod ſi alitur, viuit certe. Palpitatio tamen verius, quam motus, dici poteſt: quoniam et aequabilis eſt,

ſes *z.*: et vt partus *a.*, alias letalis, alias vna ſeneſcens *b.*, aliquando *c.* aluo [1] citatiore *d.* excidens. Simile quiddam et viris in ventre gignitur, quod vocant ſcirron *e.*: ſicut Oppio Capitoni Praetorio viro. Sed nihil facile *f.* [2] reperiatur mulierum profluuio magis monſtrificum. Aceſcunt *g.* ſuperuentu muſta, [3] ſterileſcunt tactae *h.* fruges, moriuntur inſita *i.*,

1. *Citatior. Ch.* 2. *reperietur. M. reperiatur. V.* 3. *orta ſterileſcunt, fruges moriuntur. M.*

eſt, neque ab organicis partibus oritur. H.

z. Mouetur ſiſtitque menſes, etc.) Lege: *Mouetur ſiſtitque menſes vt partus: alias letalis, alias vna ſeneſcens, aliquando aluo citatior excidens.* *Ferri ictum*) Ariſt. l. c. ὥςε μόλις διακόπτεσθαι τῷ σιδήρῳ, *vt ferro vix tranſigi poſſit.* H.

a. Et vt partus) Vt fetus. Vide N. et Em. N. LIV. (hic adi.) *Et vt p.*) Scribendum ſuſpicatur Pellicerius, *vt et partus*: quod partu, hoc eſt, conceptu ſiſti menſes, norunt omnes. Sed refragantur MSS. omnes, ipſaque loci ſententia, quae huiuſmodi eſt: edi molam eam aliquando partus inſtar, ſeu fetus, mortiſque inde diſcrimen haud leue impendere mulieri, aliquando non edi: ſed ſine pernicie vna cum muliere ſeneſcere. H.

b. Alias vna ſeneſcens) Et commoriens, inquit Ariſtot. l. I. συγκαταγηράσκει, καὶ συναποθνήσκει H.

c. Aliquando) Aliquando quum dyſenteria laborat aluus, ex vtero mola ſimul excidit. H.

d. Aluo citatiore) Si dyſenteria mulier afficiatur, tum carnem eiicit, quam molam vocant, ἕως δυσεντερίας γενομένης, ἔτεκε σάρκα ἣν καλοῦσι μύλην, inquit Ariſt. l. c. In MSS. codd. legitur *aluo citatior*: ſed mendum iis ſubeſſe Ariſtoteles arguit. H.

e. Scirron) Σκίῤῥον Medici tumorem induratum vocant, cum nullo aut modico dolore. In nummis gentis Oppiae legitur Q. OPPIVS PR. et OPPIVS CAPITO. H.

f. Sed nihil facile) Haec Solinus, ad verbum tranſcripſit c. I. p. 6. Pleraque iterum repetuntur L. XXVIII. ſ. 23. H.

g. Aceſcunt) Si ſuperuenerit mulier, cui menſes fluunt, quum muſtum fit, aceſcit protinus. H.

h. Tactae) Forte *tactu*, vt prius *ſuperuentu*. H.

ta *i.*, exuruntur hortorum germina, et fructus arborum, quibus [1] inſedere *k.*, decidunt: ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur *l.*, acies ferri praeſtringitur, eboriſque nitor: [2] aluei apium *m.* emoriuntur: aes etiam ac ferrum rubigo protinus [3] corripit *n.*, [4] odorque *o.* dirus: et in rabiem aguntur guſtato eo

1. *Inſidere. Ch. forte incidere. B.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. aluei apum Gr. et Al.* 3. *corrumpit M. corrigit.* 4. *ſic em. ex MSS. H. odorque dirus aëra Gr. et Al.*

i. Moriuntur inſita, exuruntur, etc.) Moriuntur inſita, exuruntur hortorum germina, fructus arborum quibus incidere decidunt. ita legendum ἀσυνδέτως. *inſita* ſunt τὰ ἔμφυτα vt Gloſſae interpretantur. Nouellas arbores intelligit per inſitionem plantatas. *Salmaſ.*

Inſita) Nouellae arbores per inſitionem plantatae. Gallis, *les entes.* H.

k. Inſedere) Ita Par. cod. At R. 1. 2. et Chiffl. *inſidere* Forte, pro *incidere.* H.

l. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur) Inde priſcis *Bubinari*, menſtruo ſanguine inquinari, vt *bulbitari* puerili ſtercore, quod Graeci βόλβιτον appellant. Lucilius, *Haec te imbubinat, et contra te imbulbitat.* Feſtus in explicanda cauſa, multa philoſophatur. Rhodig. cap. 28. III. *Dalec.*

m. Apium) Ita MSS. omnes vbique, non *apum*, vt editi. H.

n. Corripit) Vide N. et Em. N. LV. (hic adi.) *Aes etc.)* Parm. editio *corrumpit.* Minus recte, Solin. c. 1. p. 6. *Ferrum rubigo corripiet: nigreſcent aera.* Paulo poſt, vbi libri hactenus editi habent, *odorque dirus aera*, poſtremam hanc vocem expunximus, quam non agnoſcunt probati codices R. 1. 2. Tolet. aliique. H.

o. Odorque dirus aëra) Caue, ne poſtrema dictione ſignificari elementum, non metallum putes. Oſtendit id Plinius libro XXVIII. capite ſeptimo, *Aes contactum graue virus odoris accipere et aeruginem.* Quid ſi non *virus* legas, ſed *viri*, more Pliniano? vt lib. IX. capite 30. de portentoſo illo Polypo? *Primum omnium magnitudo inaudita erat. Dein color muria obliti, odore viri.* Et paulo poſt Plinius hoc ipſum malum virus appellat. Ceterum verbum *aera*, in apographo

eo canes, atque inſanabili *p.* veneno morſus [1] inficitur. *q.* Quin et [2] bituminum ſequax alioquin ac lenta natura, in lacu Iudaeae, qui vocatur Aſphaltites, certo tempore anni ſupernatans, [3] non quit ſibi auelli, ad omnem contactum adhaerens *r.*, praeterquam filo, quod tale virus infecerit. *s.* Etiam formicis, [4] animali minimo, [5] ineſſe ſenſum eius ferunt: abii-

1. *Infigitur. V. Ch. lego, infligitur. Gr.* 2. *bituminibus.* 3. *ex MSS. ſic em. Hard. conſ. Ch. nequit Gr. et Al.* 4. *animalium. Ch.* 5. *eſſe. Ch.*

grapho Toletano non habetur: vt ſentio, recte. *Pint.*

Odorque). Plinius L. XXVIII. ſ. 23. *Aes contactum graue virus accipere, et aeruginem,* etc. H.

p. Atque inſanabili) Et canum morſus guſtato eo exitioſus homini redditur, inſanabili tum morſus illius veneno. H.

q. Morſus inficitur) Ita R. 1. 2. etc. At Chiffl. *infigitur,* quod Salmaſius magis probat p. 26. H.

r. Ad omnem contactum adhaerens, etc.) Lege: *Ad omnem contactum adhaerens, praeter quam filorum quae tale virus infecerit.* Vel *ad omnem contactum adhaerens praeterquam fili.* Ad omnem, inquit, contactum adhaeret bitumen, praeterquam ſi filis contingas, quae infecta ſunt cruore menſtruo. *Salmaſ.*

s. Filo quod tale virus infecerit) Vel aſperſum lotio ſecari ſolet. Ioſeph. VI. de captiuitate. Strab. XV. ex Poſidonio refert lacus accolas incantatores carmina quaedam recitare, deinde vrinam et alios foetidos ſuccos affundere. Brod. cap. 23. 4. *Dalec.*

Praeterquam filo) Vide N. et Em. N. LVI. (hic poſ.) *Ad omnem* etc.) A MSS. non diſcedo latum vnguem: etſi Salm. p. 27. Exercit. in Solin. legi vult: *praeterquam fili,* vel *filorum quae.* Rem Solin. explicat c. 1. p. 6. *Bitumen in Iudaea,* inquit, *Aſphaltites lacus gignit, adeo lentum mollitie glutinoſa, vt a ſe nequeat ſeparari — — ſcindique non poteſt: quoniam in quantum ducatur, extenditur: ſed vbi admota fuerunt cruore illo polluta fila, ſponte diſpergitur,* etc. Lotio tamen adſperſum ſcindi quoque ſolere auctor eſt Ioſeph. de Bello Iud. L. IV. H.

abiicique [1] geſtatas fruges *t.*, nec poſtea repeti. Et hoc tale *u.* tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere exſiſtit, et trimeſtri ſpatio largius. *x.* Quibuſdam *y.* vero ſaepius menſe: ſicut aliquibus

1. *Et ſic M. vaſtatas. Ch. cui librarius ſuperne, vel geſtatas. Eadem manus. guſtatas Gr. et Al.*

t. Geſtatas fruges) Vide N. et Em. N. LVII. (hic conſp.) *Abiicique* etc.) Editi hactenus, *guſtatas fruges.* At R. 1. et Par. cum editis vetuſtis, *abicique geſtatas fruges.* Quam lectionem defendimus cum Pellicerio aduerſus Hermolaum: nam ad res geſtas proprie pertinet abiici. Sententia eſt, Formicam, quum primum offecerit, abiicere ſtatim quas gerebat fruges, nec poſtea repetere. Quo ſenſu tolerabilis quoque lectio eſt R. 2. et Chiffl. cod. *vaſtatas fruges*, hoc eſt, quas formicae diripuerunt. H.

u Et hoc tale) Cautius haec multo, veriuſque Plinius, quam Ariſt. qui hiſt. an. L. VII c. 2. p. 800. Luna decreſcente ſolui menſtrua vniuerſe pronunciat. Nam, vt in eum locum Scaliger animaduertit, vix menſtrua demittit decima quaeque mulier, Luna ſic decreſcente: ſed virgines tantum aliquae, quamquam nec omnes. Cur autem ab eo tempore mulierum menſes aberrent, in cauſa ſunt tempora partuum. Nam ſi contingit purgari puerperas, ita vt in plenilunio deſierint, altero plenilunio, ſeu tricenis fere poſt diebus repetent. H.

x. Trimeſtri ſpatio largius) Ariſtoteles cap. 1. VII. hiſtoriae, paucis feminis purgationem eam ſingulis menſibus συνεχῶς, id eſt, continuata vacuatione, nec intermiſſa, fieri tradit: quod Plinius largius hoc interpretari videtur, plurimis autem tertio quoque menſe, quoniam humor copioſior, et ad motum imparis numeri poteſtate concitatior, naturam, veluti reſumptis viribus alacriorem vehementius irritat. *Dalec.*

Et trimeſtri) Rurſum id propius vero eſt, quam quod Philoſophus ait l. c. euenire paucis, vt quot menſibus purgentur, ſed tertio quoque menſe plurimis. Nam prorſus e contrario fit. H.

y. Quibuſdam) Philoſophus l. c. p. 803. καὶ τὰ γυναικεῖα γίνεται πολλάκις τρὶς τοῦ μηνὸς, ἕως ἂν συλλάβωσι: *quibuſdam ter in menſe, donec concipiant.* H

quibus z. numquam: ſed tales non gignunt, quando haec eſt generando homini materia, [1] ſemine e maribus coaguli modo [2] hoc in ſeſe glomerante *a.*, quod deinde tempore ipſo animatur, corporaturque. Ergo quum *b.* grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus eduntur, aut ſanioſi *c.*, vt auctor eſt Nigidius. (XVI.) Idem, lac *d.* feminae non corrumpi alenti partum, ſi ex eodem viro rurſus conceperit, arbitratur.

XIV. Incipiente autem hoc ſtatu *e.*, aut deſinente, con-

1. *Germine e matricibus.* M. *germine maribus.* Cb.
2. *hinc in ſeſe glomerat.* Cb.

z. *Sicut aliquibus*) Ariſt. de gen. anim. L. I. c. 22. p. 1068. H.

a. Glomerante) Ariſtotelis haec doctrina eſt de gener. L. II. c. 4. p. 1081. aientis ſemen e maribus inſtar eſſe coaguli, quo vnito commixtoque cum menſtruis feminarum, cogantur ea et fermenteſcant ad concipiendum fetum. H.

b. Ergo quum) Ariſtot. H. A. L. VII. c. 2. p. 803. fetum ait tum fore eiuſmodi, vt aut ſeruari non poſſit, vt creſcat, aut imbecillus ſit futurus: ἢ μὴ σώζεσθαι εἰς αὔξην, ἢ ἀσθενῆ τὰ ἔκγονα γίνεσθαι. H.

c. Sanioſi) Quod Graeci, quod Philoſophus ipſe Φαῦλον ἔκγονον appellauit l. c. hoc ſanioſum a Nigidio nunc dici arbitror. Obuium alioqui, quae vis alia praeterea huic voci ſubſit, a ſanie. H.

d. Idem lac) Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic coll.) *Idem l.* etc.) Hoc vero eſſe falſiſſimum ipſa experientia docet, et Galen. de ſanit. tuend. L. I. c. 9. p. 54. T. VI. Ἀφροδισίων τε παντάπασιν ἀπέχεσθαι κελεύω τὰς θηλαζούσας παιδία γυναῖκας· αἵτε γὰρ ἐπιμήνιοι καθάρσεις ἐρεθίζονται μιγνυμέναις ἀνδράσι· καὶ οὐκ εὐῶδες ἔτι μένει τὸ γάλα, etc. *A Venere omnino abſtinere iubeo omnes mulieres, quae pueros lactant: Nam et menſes conſuetudine viri excitantur, et lac odoris gratiam in deterius mutat*, etc. Quam rem ita ſe habere ſubodoratus auctor, caute admodum contrariae ſententiae Nigidium appellat vadem. H.

e. Hoc ſtatu.) Menſtrua purgatione. *Dalec.*

Hoc ſtatu) Purgatione menſtrua. Galenus L. de vteri

conceptus facillimi traduntur. Fecunditatis *f.* in feminis praerogatiuam *g.* [1] accepimus, inunctis medicamine oculis, ſaliuam inſici *gg.*

XV. Ceterum *h.* editis primores ſeptimo *i.* menſe gigni dentes, priusque in ſupera fere parte, haud dubium eſt. Septimo eoſdem decidere anno, alioſque ſuffici. Quoſdam *k.* et cum dentibus naſci, ſicut

1. *Accipimus.* *M.*

vteri diſſectione c. 10. p. 279. T. IV. Ἔςι δὲ ὁ χρόνος συλλήψεως ἀρχομένων τῶν ἐπιμηνίων, ἢ παυομένων. Extraordinarie tamen concicipiunt, etiam dum menſtruantur. H.

f. Fecunditatis) Fecunditatis in feminis dotem intelligi eo argumento accepimus, ſi videlicet inunctis aliquo medicamine oculis, ſaliua oris eo medicamine inficiatur. Morem exponit, quo vſae olim mulieres, ad propriam fecunditatem experiendam: inunctis videlicet linimento quodam, ac potiſſimum croco, oculorum angulis: Nam ſi ex eo illitu ſaliua oris inficeretur, et eumdem redderet ſaporem, id vero inter ſigna praecipua fecunditatis adnumerabant. Haec Ariſtoteles totidem ferme verbis de gener. anim. L. II. c. 7. p. 1091. Simile eſt quod habet Hippocrates L. de nat. mul. n. 94. Ἢν βούλῃ γυναικὸς ἐμπειρηθῆναι, εἰ ἐςὶ παιδέουσα, εἴτε καὶ μὴ, τῇ ἐρυθρᾷ λίθῳ (an ἐρυθρίᾳ, potius?) τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλεῖψαι· καὶ ἢν μὲν ἐσέλθῃ τὸ φάρμακον, παιδέουσα γίνεται· ἢν δὲ μὴ, οὔ. *Si periculum facere velis in muliere, praegnans ſit, necne, rubro lapide, ſiue terra erythra oculos ſublinito. Et ſiquidem medicamentum inſinuet ſeſe, praegnans eſt: ſecus, non eſt.* H.

g. Praerogatiuam.) Argumentum certum ac minime fallax. *Dal.*

gg. Inſici.) Medicamento in os defluente. *Dal.*

h. Ceterum) Eadem habet Ariſtotel. H. A. L. VII. c. 13. Cenſorin. item c. 7. Macrob. in Somn. Scip. L. I. c. 6. p. 40. H.

i. Septimo) Soranus Epheſius c. 16. Auſonius in Monoſyll. p. 111. *Indicat in pueris ſeptennia prima nouus dens.* H.

k. Quoſdam) Solinus ad verbum haec tranſſcripſit e Plinio c. 1. p. 7. Natam ſibi filiolam menſe Septembri 1676.

[1] M' Curium *l.*, qui ob id Dentatus cognominatus eſt; et Cn. [2] Papirium *m.* Carbonem, praeclaros viros. In feminis ea res inauſpicati fuit exempli, regum temporibus. Quum ita nata eſſet Valeria, exitio ciuitati, in quam delata eſſet, [3] futuram, reſponſo aruſpicum vaticinante, [4] Sueſſam Pometiam *n.* illa tempeſtate florentiſſimam deportata eſt, veridico [5] exitu conſequuto. Quaſdam concreto *o.* genitali

1. *M. Curium vulgg.* 2. *Papyrium Gr.* 3. *futurum. Gr.* 4. *Seſſapiam etiam. V.* 5. *Exilio. M.*

1676, cui tertio ſtatim a natali die, denticulus prodire ceperit, ſcribit Georg. Abr. Merklinus, anno 8. Miſcell. Curioſ. ſiue Ephem. German. obſ. 47. p. 75. Vide et Schenkium obſeruu. med. L. I. p. 215. Puellam, Oximi cum dentibus natam, inter prodigia refert Liuius L. XLI. p. 528. Columbus Anat. L. I. c. 10. apud Schenkium l. c. narrat obſeruaſſe ſe non ſemel in infantibus recens natis, atque adeo in abortibus ſeptem octoue menſium perexiguos dentes, gingiuis ſuis obuelatos: atque inde efficit iam in vtero matris gigni dentes. H.

l. M. Curium.) Vide Valer. Max. c. 3. l. VI. *Dal.*

M'. Curium) Hoc eſt, non Marcum, ſed Manium Curium. Vide quae dicturi ſumus ſ. 51. huius libri. Μάνιος Κούριος Plutarcho in Apophtheg. p. 194. H.

m. Papirium) Qui Conſul a Cimbris cum exercitu fuſus eſt. Liuius in epitome L. LXIII. H.

n. Pometiam) Oppidum id in Latio olim fuit. Vi captum a Tarquinio Superbo Liuius narrat, L. I. p. 19. indeque praeda diuendita, XL. talenta argenti aurique recepta. H.

o. Quaſdam concreto genitali gigni.) Ἀζήτες Graeci vocant. *Dal.*

Quaſdam concreto) Haec Solinus ad verbum, c. 1. p. 7. a Plinio Ariſtotel. H. A. L. X. c. 4. p. 1214. et de gener. anim. L. IV. c. 4. Aetius, ceterique has vocant ἀτρήτους. Corn. Celſ. L. VII. c. 28. *Quarum naturalia, inter ſe glutinatis oris, concubitum non admittunt.* Theod. Priſcianus de mulier. paſſion. L. III. c. 4. quod *de arthriticis*, falſo inſcribitur, pro *de arthretis*, hoc eſt, de imperforatis: ſunt enim ἄτρητοι, qui-

tali *p.* gigni, infauſto omine *q.*, Cornelia Gracchorum *r.* mater indicio eſt. Aliqui vice dentium, continuo oſſe gignuntur: ſicuti Pruſiae regis *s.* Bithyniorum filius, ſuperna parte oris. Dentes autem *t.* tantum inuicti ſunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore. Iidem flammis indomiti, [1] cauantur tabe pituitae. Candorem trahunt quodam medica-

 mine.

1. *Tabe cauantur pituitaue. V.*

quibus meatus coaluit. *Contingit interea frequenter*, inquit, *certa et ſpecialis paſſio feminarum, vt qui naturaliter aliquando clauſae fiant, aut praeſentis indignationis interuentu penitus concludantur*, etc. H.

p. Genitali) Solino, l. c. *virginal* appellatur. H.

q. Infauſto omine) Quia editis Gracchis oſtentum hoc piauit ſiniſtro exitu liberorum, inquit Solinus. Hoc eſt, vt ait Seneca, L. de conſol. ad Marciam, c 16. p. 774. *Quia duodecim illa partus, totidem funeribus recognouit: et de ceteris facile eſt, quos nec editos, nec amiſſos ciuitas ſenſit: T. Gracchum et Caium (quos etiam qui bonos viros negauerit, magnos fatebitur,) et occiſos vidit, et inſepultos*, etc. H.

r. Gracchorum.) Vide huius libri caput 36. et lib. XXXIV. cap. 6. *Dal.*

s. Pruſiae regis.) Μονόδους apud Feſtum dictus, vt et Pyrrhus rex Epirotarum. Alex. ab Alex. cap. 9. I. Dentatos Romae vocatos fuiſſe tradit, quod illis dentium vice continuum os foret, aut quod auctor gentis dente iam nato in lucem prodierit. Vide Valer. Max. cap. 8. lib. V. *Dalec.*

Sicuti Pruſiae) Val. Max. L. I. c. 8. p. 75. *Nam et Pruſiae*, inquit, *Regis Bithyniae filius, eodem nomine, quo pater pro ſuperiori ordine dentium, vnum os aequaliter extentum habuit, nec ad ſpeciem deforme, neque ad vſum vlla ex parte incommodum.* Feſtus: Μονόδους *appellatus eſt Pruſiae filius, quia vnum os habuit dentium loco: ſimiliter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum.* De Pyrrho Plutarch. p. 384. Iul. Pollux L. II. c. 4. p. 92. vbi plures ſimiliter natos enumerat; quod et Tzetzes facit, Chiliad. 3. hiſt. 115. v. 950. H.

t. Dentes autem) Falſum hoc eſſe, ait Laurentius in Anat. L. II. c. 20. Veterum teſtimoniis defendi poſſe reponit

mine. Vſu atteruntur, multoque *u.* [1]primum in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum et alimentis neceſſarii: quippe vocis ſermoniſque regimen primores *x.* tenent, [2] concentu quodam excipientes ictum linguae, [3] ſerieque ſtructurae *y.*, [4] atque magnitudine mutilantes [5] mollienteſue, aut hebetantes verba: et quum [6] defuere, explanationem omnem adimentes. Quin et augurium in hac eſſe creditur parte. *z.* Tri-

1. *Prius. V.* 2. *conceptu, etc. ſerieque. M.* 3. *ſeriemque Gr.* 4. *atque magnitudinem mutilantes molienteſue. Ch.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. molientes Gr. et Al.* 6. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. defluxere Gr. et Al.*

ponit Riolanus, in Animadv. ad Anatomica Laurentii. H.

u. Multoque) Multoque vſu primi ante alia in quibuſdam hominibus dentes deficiunt. Vide N. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Multoque pr.)* Ita MSS. omnes. Sed probabilior lectio forte cuipiam videri poſſit, *multique primum*: vt ſit ea huius loci ſententia, multos in aliquibus dentes non vſu atteri, ſed priuſquam atterantur, deficere. Vel, *Multi, quamprimum in aliquibus deficiunt*, quod Pellicerius quoque non improbat. H.

x. Primores) Ariſtotel. de partibus animal. L. III. c. I. p. 199. H.

y. Serieque ſtructurae) Vide N. et Em. N. LX. (paulo poſt) Sed et Galenum conſule, loco mox appellando. *Serieque* etc.) Ita correximus ex R. I. 2. et Par. quum in editis hactenus libris perperam legeretur, *ſeriemque*, perinde quaſi haec vox ad verborum, non ad dentium potius ordinem referri oporteret. Et mox, ex iiſdem MSS. *mollientes* reſcripſimus, pro *molientes*. Item, et *quum defuere*, pro *defluxere*, tum ex ante laudatis, tum ex Chiffl. et Colb. I. 2. H.

z. Quin et augurium in hac eſſe creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente. Quibus plures fuere, longiora promitti vitae putant ſpacia: feminis minor numerus-) Si paululum mentis aciem intendas, videbis luce clarius, verba haec confuſo ordine collocata eſſe. Scribo igitur, *et quum defluxere, explanationem omnem adimentes. Treceni bini viris attribuuntur, excepta*

Treceni bini *a.* viris attribuuntur, excepta Turdulorum *b.* gente: quibus plures fuere *c.*, longiora promitti vitae putant ſpatia. Feminis *d.* minor numerus: quibus in [1] dextra parte gemini *e.* ſuperne *f.* a canibus *g.* cognominati, fortunae blandimenta pollicentur, ſicut in Agrippina Domitii Neronis matre: contra in laeua. Hominem *h.* priuſquam genito dente cre-

1. *Dextera Gr.* *cepta Turdulorum gente: feminis minor numerus. Quin et augurium in hac eſſe creditur parte. Quibus plures fuere, longiora promitti vitae putant ſpatia.* Pint.

a. Treceni bini) Sexdecim ex vtraque parte. Aliquando etiam ſex et XXX. Miram naturae ſolertiam in dentium ordine, vſu, numero, luculenter explanat Galenus de vſu partium L. XI. c. 8. p. 565. H.

b. Turdulorum.) Turdulos et Baſculos nationem eſſe minime aptam ad pecuariam ait Varro cap. 10. XI. *Dalec.*

c. Plures fuere.) Hippocr. Aphoriſ. 2. ſect. 6. lib. VI. Epid. *Dal.*

Quibus plures) Ariſtot. in H. A. L. II. c. 11. p. 193. H.

d. Feminis) Vide quae dicturi ſumus L. XI. ſ. 63. H.

e. Quibus in dextra parte gemini ſuperne a canibus cognominati, fortunae blandimenta pollicentur.) Conſtat quidem ſenſus nulla lectionis mutatione facta. Nam et puer quidam meus a pedibus tempore quo haec prodebamus, hanc Plinii notam in ore habebat, etiamſi nulla tunc illi fortunae blandimenta arriderent. Sed praeterire ſilentio nolui, Solinum in Plinio legiſſe non *ſuperne*, ſed *ſuperant*, hoc eſt eminent extra ceteros. Verba Solini cap. III. *Quos cynodontas vocant, in quibus gemini procedunt a dextra parte, fortunae blandimenta promittunt.* Pintian.

f. Superne) Ἄνωθεν, in ſuperna oris parte. H.

g. A canibus) Canini dicti. Habet haec Solinus a Plinio, c. 1. p. 7. Notat autem Pintianus, fuiſſe ſibi puerum a pedibus, qui hanc in ore notam haberet, etſi nulla ei adhuc arriderent blandimenta fortunae. H.

h. Hominem) Hinc illuſtratur Iuuenalis e Satyra 15. v. 138. *Naturae imperio gemimus, quum funus adultae Virginis occurrit, vel terra clauditur infans, Et minor igne rogi.* H.

cremari, mos gentium non eſt. Sed mox plura *i.* de hoc, quum membratim hiſtoria decurret. Riſiſſe *k.* eodem die, quo genitus eſſet, vnum hominem accepimus Zoroaſtrem. Eidem cerebrum ita palpitaſſe, vt impoſitam repelleret manum, futurae praeſagio ſcientiae.

XVI. In trimatu *l.* ſuo cuique dimidiam eſſe menſuram futurae certum eſt. In plenum autem cuncto mor-

i. Sed mox plura) L. XI. vbi per ſingulas corporis partes membratim tractatur hiſtoria. H.

k. Riſiſſe) Solinus haec pariter a Plinio, l. c. Et D. Auguſtin. de ciuit. Dei, L. XXI. c. 14. *Solum, quando natus eſt, ferunt riſiſſe Zoroaſtrem: nec ei boni aliquid monſtroſus riſus ille portendit. Nam magicarum artium fuiſſe perhibetur inuentor*, etc. H.

l. In trimatu ſuo cuique dimidiam eſſe menſuram ſtaturae, certum eſt) Lego, *Quimatu*, non *Trimatu.* Ariſtoteles libro de generatione animalium primo cap. 18. *Quinquennio fere corpus in homine quidem dimidium capere videtur omnis magnitudinis, quae reliquo toti corpori comparetur.* Item apographon Tolet. non *ſtaturae* legit, ſed *futurae;* quae lectio mire mihi probatur. *Pintian.* Dicit cuique in trimatu ſuo dimidiam eſſe menſuram futurae, id eſt, eius menſurae quae futura eſt in homine, *In plenum autem*, inquit, ea menſura cuncto mortalium generi minor in dies fit, *in plenum autem*, ὅλως δέ. *Salmaſ.*

In trimatu) Vide N. et Em. N. LXI. (hic poſ.) *In trim. etc.*) Ita conſpirante conſenſu omnes codd. MSS. Pintianus tamen ex Ariſtotele mutat, *in quimatu.* Nos ſcripturam, quae vulgo eſt recepta, defendimus, ex Baſilio, vel Nyſſeno, aut quiſquis demum auctor eſt homiliae 10 in Hexaem. p. 38. ex recenſione Andr. Schotti. *Trimuſne*, inquit, *hic puſio eſt? Ex eo pater futurae proceritatis admetitur menſuram. Nouit plane duplam illi iuſtae ſtaturae proceritatem deeſſe. Quantus enim triennis deprehenditur puerulus, bis tanto eſt euaſurus procerior, compos factus plenitudinis augmenti, aut certe denuo tantus.* Ex R. porro codice 1. 2. Chiffl. et Pariſ. *futurae* recripſimus, pro *ſtatuere*, vel, vt alii legebant, *ſtaturae.* H.

mortalium generi minorem in dies fieri, propemodum obſeruatur: raroſque patribus proceriores, conſumente *m.* [1] vbertatem ſeminum exuſtione, in cuius vices nunc vergat aeuum. [2] In Creta *n.* terrae motu rupto monte inuentum eſt corpus ſtans [3] XLVI. cubitorum, quod alii Orionis, alii [4] Oti [5] fuiſſe arbitrantur. *o.* Oreſtis *p.* corpus oraculi iuſſu refoſſum,

VII. cu-

1. Sic et M. et Ch. 2. *Merita incrementa terrae. Ch.* 3. XVI. *alii. Solin.* XXXIII. *4. Etionis. V.* 5. *tradunt eſſe. M. alii. Otio eſſe arbitrabantur. Ch.*

m. Conſumente) A Stoicis hoc acceptum eſt, qui cataclyſmum, conflagrationemque alternatim ſibi in rerum natura ſuccedere crediderunt: modo ignea vi ſuperante, modo humore: quumque Deucalionis tempore orbem occupauerint aquae, exuſtionis vices nunc exſpectandas. Vnde idem Plinius, L. II. ſ. 110. rerum naturam quamplurimis incendiis exuſtionem terris denunciare ait. Vide Senecam, N. Quu. L. III. c. 7. p. 868. H.

n. In Creta) Vide N. et Em. N. LXII. (hic poſ.) *In Creta etc.)* Tota haec ſententia de Orionis ſiue Oſii corpore abeſt a codd. R. 1. 2. At exſtat integra in Colb. 1. 2. et Par. in quibus *Oſii* pro *Oti* legitur. Addit Solinus c. 1. p. 9. L. Flaccum Legatum, Metellum quoque ipſum, quod auditu refutaverant, oculos potitos miraculo: Gigantis nomen non appellat: cubitûm trium ac tricenum fuiſſe ait. Simile eſt quod Phlegon refert L. de mirab. in Cimmerio Boſphoro terrae motu rupto colle, reiecta oſſa, quae corporis magnitudinem fuiſſe cubitorum XL teſtarentur. H.

o. Alii Oti fuiſſe arbitrantur) Hunc Otum tam vaſto corpore tantiſque viribus praeditum fuiſſe poëtae narrant, vt ſocio Ephialte fratre Martem ipſum ex inſidiis aggredi ſit auſus. Hos Maro VI. Aeneid. *Aloidas* vocat. *Gelen.*

p. Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum, etc.) In Orontis fluuii alueo, Orontis, quem Indum fuiſſe Syris conſulentibus reſpondit Apollinis Clarii oraculum, cadaver compertum eſt vndecim cubitorum, et amplius. E regione Valentiae Allobrogum in torrente, qui rigat pagum Diui Peratii, regnante in

vii. cubitorum fuiſſe, monumentis [1] creditur. Iam vero ante annos prope mille *q.*, vates ille Homerus *r* non ceſſauit minora corpora mortalium, quam priſca,

1. *Traditur. V.*

te in Galia Ludouico vndecimo, gigantis cadauer effoſſum eſt ſtupendae et inuſitatae magnitudinis, et quae, vt ex variis eius picturis ac oſſibus deprehenditur ad octodecim pedes accederet. Rhodig. c. 31. XVIII. Pauſaniae l. I. in Aiacis cadauere mola genuum diſci magnitudine fuit, qua vtuntur quinquertiones. Aſterii vero Anactis filii cadauer decem cubitos procerum. Plutarcho Theſei corpus inuſitatae magnitudinis. Henrici tertii principatu Pallantis a Turno interfecti, corpus inventum et ad muros vrbis erectum, illarum pinnas vertice tangebat. Boccacius lib. IV. Geneal. tradit prope Drepanum Polyphemi corpus in ſpecu repertum incredibilis magnitudinis. Nuper ad Iuliam Caeſaream in Africa effoſſa eſt calua ambitu duodecim ſpithamarum, Magius cap. 4. I. De Oreſtis cadauere vide Gell. cap. 10. lib. III. *Dal.* Vt et de aliis huc pertinentibus, Pauſan. Arcad. pag. 261. et 264. etc. et Rich. Stanihurſt. Hibern. hiſt. c. 13. num. 3. et Ioh. Caſſanion. de Gigantibus. Phlegon de rebus admirand. pag. 81.

Oreſtis) Illius, qui Pylade paene amico, vt ait Val. Max. L. IV. c. 7. p. 229. quam Agamemnone patre, notior eſt. Huius corpus Delphicae Pythiae iuſſu refoſſum, inventum eſſe apud Tegeam Arcadiae, ſcribit Herodotus, Clio L. I. n. 68. p. 27. in Nemea Philoſtratus, in heroic. p. 640. Solinus haec pariter refert. c. 1. p. 9. et Gell. L. III. c. 10. H.

q. Ante annos prope mille) Scribebat Plinius A. V. C. DCCCXXX ipſo alibi ita prodente. Itaque floruit Homerus circa annum XL. Aſa regis Iuda, qui nepos Roboami. Nam annus ille fuit ante annum quo ſcripſit Plinius, annus DCCCCXCIV. ante Chriſtum autem DCCCCXVI. Velleius Paterculus L. I. de Homero: *Hic longius a temporibus belli, quod compoſuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit: nam ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit, intra mille natus eſt.* H.

r. Homerus non ceſſauit minora corpora, etc.) Iuuenal. Satyr. 15. *Nam genus hoc viuo iam*

priſca, conqueri. Naeuii Pollionis *s.* amplitudinem annales non tradunt. Sed quia populi concurſu paene interemptus eſſet, prodigii vice habitum. Proceriſſimum *t.* [1]hominum aetas noſtra Diuo Claudio principe [2] Gabbaram *u.* nomine, ex Arabia aduectum,

ix. pe-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. proceriſſimum hominem Gr. et Al. 2. *Gabborem. M.*

vo iam decreſcebat Homero: Terra malos homines nunc educat atque puſillos. Vbi interpr. et S. Aug. de ciuit. Dei lib. XV. cap. 9. allegat. *Dal.*

Homerus) Frequens ea in Iliade Homeri conqueſtio, Troiano bello, quam ſua aetate, valentiora fuiſſe proceriora que corpora, οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν etc. Et quam *Qualia nunc hominum producit corpora tellus*, vt Homerum ſequutus cecinit Maro Aen. XII. v. 900. Hinc Iuvenalis, Sat. 15. v. 69. *Nam genus hoc viuo iam decreſcebat Homero: Terra malos homines nunc educat atque puſillos.* Sed falſum eſt minui in dies proceritate homines, quos ſcimus per ter mille annos et quater eiuſdem fuiſſe ſtaturae. H.

s. Naeuii Pollionis) Columella de R. R. L. III. c. 8. p. 97. *Nam et M. Tullius Cicero*, inquit, *teſtis eſt, Romanum fuiſſe ciuem Naeuium Pollionem, pede longiorem, quam quemquam longiſſimum.* Scripſerit hoc ſane Tullius in eo libro quem *De admirandis* inſcripſit, quem Plinius laudat ipſe L. XXXI. ſ. 8. H.

t. Proceriſſimum) Refert haec quoque Solinus L. I. c. 9. Columella l. c. *Nuper ipſi videre potuimus, in apparatu pompae Circenſium ludorum, Iudaeae gentis hominem, proceriorem celſiſſimo Romano.* Rothomagi, quae vrbs Galliae e primariis eſt, anno 1572. viſum a ſe hominem Pedemontanum, pedes nouem altitudine excedentem, ſcribit Marc. Delrio in Not. ad Oedipum Senecae, p. 39. H.

u. Gabbaram) In Colb. 1. 2. Par. et Chiffl. cod. *Gabborem.* Alii *Gabbaram.* Hoc ipſo Claudii principatu Abbari cuiuſdam Arabum regis meminit Tacit. Annal. L. XII. p. 175. vbi forte *Gabbari* reſcribendum. Ex Hebraeo גבור *ghibbor*, vel Arabico *ghabbar* deducta appellatio eſt: Gigantem enim hae voces ſignificant. Quare vereor ne vox peregrina Plinio impoſuerit, et communem hanc appellatonem, propriam eſſe viri cuiuſdam vnius nomenclaturam putarit. H.

IX. pedum, et totidem vnciarum vidit. Fuere *x.* ſub Diuo Auguſto ſemipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio *y.* Salluſtianorum aſſervabantur *z.* hortorum. [1] Poſioni *a.* et Secundillae erant nomina. Eodem praeſide *b.* minimus homo duos pedes *c.* et palmum [2] Conopas *d* nomine, in deliciis Iuliae neptis eius fuit: et mulier Andromeda liber-

1. *Et ſic Ch. puſioni Gr. et Al.* 2. *quibuſdam Scopas,* σκόπαλος *Graecis homuncio, nanus, pumilio.*

x. Fuere) Solinus l. c. H.

y. Conditorio) Sepulcro, vbi conduntur cineres. Plinius iunior, L. VI. ep. 10. *Tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus conditoria exſtruere, omniaque heredum officia praeſumere.* De hortis Salluſtianis fit mentio in Inſcriptione vet. apud Gronou. p. 602. H.

z. Aſſeruabantur) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic poſ.) *In conditorio)* Pellicerio aſſentior, qui *aſſeruantur* magis probat, ex Solino ſcribente c. 1. p. 9. *Quarum reliquiae adhuc in conditorio Salluſtianorum videntur.* Atque horum ipſorum verborum admonitu ſpuria forte habenda eſt vox illa *hortorum*: eritque Salluſtianorum conditorium, locus in quo liberorum Salluſtiae gentis ex Salluſtia matre, nepotumque cineres condebantur. Vlpianus, Digeſtorum L. XXX. tit. 1. de legg. lege 39. *Si vero Salluſtianos hortos, qui ſunt Auguſti,* etc. H.

a. Poſioni) Ita MSS. omnes: editi perperam *Fuſioni.* Πόσις apud Graecos idem ac Poſidonius eſt. H.

b. Eodem praeſide) Auguſto Principe. H.

c Duos pedes) ſimilem deſcribit Horatius, dum canit, *Longos imitaris, ab imo Ad ſummum totus moduli bipedalis:* L. II. Sat. 3. v. 308. Procerae, pumilaeque formae hominum exempla vide plura ap. Aldrouand. L. de monſtris, p. 38. Apud Tranquillum in Auguſto c. 43. "Homulus bipedali minor librarum XVII. vocis immenſae." H.

d. Conopas) Vide N. et Em. N. LXIV. (hic adi) *Conopas)* Ita MSS. omnes. Tamen Hermolaus legi putat poſſe *Scopas:* ob illud Athenaei: Ἀνθρωπάρια μικρὰ, καὶ τὰς σκόπαις, ὡς φησὶν ὁ Τίμων, τοὺς καλουμένους περί τισιν Στίλπωνας. H.

liberta [1] Iuliae Auguſtae. Manium Maximum, et [2] M. Tullium equites Romanos, binûm cubitorum fuiſſe, auctor eſt M. Varro: et ipſi vidimus in loculis aſſeruatos. [3] Seſquipedales gigni, quoſdam longiores, in trimatu implentes vitae curſum, haud ignotum eſt.

XVII. Inuenimus in monumentis, [4] Salamine *f.* Euthymenis filium, in tria cubita triennio [5] adoleviſſe, inceſſu tardum, ſenſu hebetem; et iam puberem factum voce robuſta, abſumptum contractione [6] membrorum ſubita, triennio circumacto. Ipſi non [7] pridem *g.* vidimus eadem ferme omnia, praeter pubertatem, in filio Cornelii Taciti equitis Romani, Belgicae Galliae rationes procurantis. *h.* Ἐκτραπέλους

1. *Liuiae. M.* 2. *Manilium. M.* 3. *Sextupedales. Longol. non recte, ſeſquipede gigni quoſdam haud longiores. Quidam longiorem. V.* 4. *Salamiam Euthimenis. Solin.* 5. *adcreuiſſe.* 6. *morborum. Ex Solino Pint.* 7. *ſic et M. et Ch. nos Gr. et Al.*

e. Inuenimus) Haec Solinus pariter, c. I. p. 9. Adde huc, quod Seneca refert L. I. de Conſol. ad Marciam, c. 23. p. 779. *Fabianus* ait, *quod noſtri quoque parentes videre, puerum Romae fuiſſe, ſtatura ingentis viri, ſed hic cito deceſſit, etc.* H.

f. Salamine) Clara contra Atticam inſula. H.

g. Non-pridem) Vide N. et Em. N. LXV. (hic poſ.) *Ipſi non etc.)* Falſo ſcriptum in libris ad hunc diem editis, *Nos pridem vidimus.* Et vero *non pridem* habent R. I. 2. Par. Chiffl. etc. H.

h. Procurantis) Procuratoris publici fiſci: quod hominum genus ex equeſtri nobilitate eligebatur; teſte ipſo Tacito in vita Agricolae. Rationatores etiam appellavit antiquitas, vti ex monumento vetere liquet, in quo luculenta mentio prouinciae, ab ipſo Corn. Tacito olim adminiſtratae. Vetus ea inſcriptio eſt a Reineſio recitata, p. 103.

APOLLINI — — —
RATIONATORIS. HONORE.
VSVRVS. SECVNDVM.
CORNELIVS. VERVS. TACITVS.
EREXIT. MVNIMENTI. LOCO. H.

λους *i.* Graeci vocant eos: in [1]Latio *k.* non habent nomen. (XVII.) Quod ſit [2]homini ſpatium *l.* a veſtigio ad verticem, id eſſe [3]paſſis manibus inter longiſſimos digitos obſeruatum eſt: ſicuti vires *m.* dextera parte maiores, quibuſdam aequas vtraque, aliquibus laeua manu praecipuas: nec id *n.* [4]vmquam in feminis.

XVIII.

1. *Sic et Ch. Latino Gr. et Al.* 2. *ſic et Ch. hominum Gr. et Al.* 3. *ſparſis M. V.* 4. *vmquam vi. Feminis mares. Sabellicus.*

i. Ectrapelos Graeci) Monſtroſos τῆς κοινῆς ἀνθρώπων αὐξήσεως ἐκτρεπομένυς, prodigioſo incremento augeſcentes: ab vſitato noſtrorum corporum auctu diſcedentes, auerſo naturae ordine naſcentes. Vide Hermog. περὶ πολιτικȣ̃ λόγȣ. Συνθετὰ τινὰ ζῶα, καὶ ἐκτράπελα, οἷον πηγασοὶ καὶ γοργόνες, καὶ κένταυροι, καὶ σειρῆνες. *Dal.*

Ἐκτραπέλȣς) Foedos, monſtroſos, prodigioſi inſtrumenti. Vſurpatur ea vox ab Hermogene, quem citat H. Stephanus in Lex. H.

k. In Latio) Ita R. 1. 2. et Chiffl., quos ſequi maluimus. Tamen R. 2. Par. *in Latino*, vt hactenus editi. H.

l. Quod ſit hominum ſpatium) Vide Vitruuium cap. 1. lib. III. et Solin. cap. 5. et Cardanum de ſubtilit. lib. XI. pag. 641. et Adelbert. Durer. de proport. corp. hum. *Dal.*

Quod ſit homini) Ita MSS. omnes, non *hominum.* Haec quoque Solinus ad verbum c. 1. p. 9. Simile eſt, quod in eam rem Vitruuius habet, L. III. c. 1. p. 38. *Corporis centrum medium*, inquit, *naturaliter vmbilicus. Namque ſi homo collocatus fuerit ſupinus, manibus, et pedibus panſis, circinique collocatum centrum in vmbilico eius, circumagendo rotundationem, vtrarumque manuum et pedum digiti linea tangentur, etc.* Improbat Vitruuii ſententiam Andr. Veſalius, L. VI. ſed haec multo vberius tractata apud Alb. Durerum pictorem inſignem, ſcripto de ſymmetria corporis humani volumine. H.

m. Sicuti vires) Tranſſcriptor Solinus l. c. *Parti dextrae*, inquit, *habilior adſcribitur motus: leuae firmitas maior: vnde altera geſticulationi promptior eſt, altera oneri ferendo accommodatior.* H.

n. Nec id vmquam in feminis) Rationem explicat Rhodiginus,

XVIII. Mares praeſtare pondere, et defuncta viventibus corpora omnium animalium, et dormientia vigilantibus. Virorum o. cadauera ſupina fluitare, feminarum prona p., velut pudori q. defunctarum par-

nus, cap. 3. IV. Idem ſcripſit et Hippocrates γυναῖκα ἀμφιδέξιον ὀ γίνεσθαι. Aphoriſ. 4. VII. Vide Ariſt. c. 1. lib. II. Hiſt. Anim. *Dal.*

Nec id) Nempe, vt vires habeant laeua manu, et dextera aequas. Vide N. et Em. N. LXVI. (hic adi.) *Nec id vmq. etc.*) Referenda haec eſſe ad priorem illam orationis partem, qua ait quibuſdam eſſe vires aequas vtraque manu, non ad poſteriorem, quae praecipuas laeua quibuſdam adiudicat, ipſa euincit experientia rerum. Laeua enim magis, quam dextra, pollere quaſdam feminas, paſſim deprehenditur. Ambidextras autem eſſe negauit Hippocrates, aphoriſmo iſto, Γυνὴ ἀμφιδέξιος ὀ γίνεται, cuius rationem inueſtigat Galenus, Comm. 7. Aphor. aph. 43. p. 315. T. IX. Nec me fugit Platonem, L. VII. de legibus, p. 795. ſcripſiſſe mulieres fieri quoque ambidextras, idque deprehendi paſſim, ſed vſu quoque id comparatum et exercitio, non a natura datum. Neque Sabellicum audio, qui emendat, *nec id vmquam vi*: Neque Pellicerium, qui in hunc modum: *Nec id dubium. Feminis mares*, etc. Reclamant enim omnia ad vnum exemplaria, tum edita, tum manu exarata. H.

o. *Virorum*) Solinus haec ad verbum, c. 1. p. 9. H.

p. *Feminarum prona*) Rhodig. c. 10. III. eius rei cauſam affert, quod ob mammas et vterum in feminis grauiores ſint anteriores partes. Sed et in maribus vteri loco pudenda ſunt foris expoſita, ac propendentia, quae ſi id tantum ſpectamus, grauitatem corporis anterioris aeque augent ac vterus in feminis. *Dal.*

q. *Velut pudori*) Quaſi vero non et in maribus par ſit ratio pudendorum. Sed nimirum praecipua ac veluti propria feminarum dos pudor eſt. Veram cauſam phyſici aiunt eſſe, quod ventre vaſto ſunt mulieres, ac plenis inteſtinis: quamobrem minus impletur aqua; ſubſidet igitur. Eſt autem inanior maribus, quibus nates praeponderant. H.

parcente natura. (XVIII.) Concretis *r.* quoſdam oſſibus, ac ſine medullis viuere accepimus. Signum eorum eſſe, nec ſitim ſentire, nec ſudorem emittere: quamquam et voluntate ſcimus ſitim victam: equitemque Romanum Iulium Viatorem e Vocontiorum gente foederata, in pupillaribus annis, aquae ſubter cutem fuſae morbo, prohibitum humore *s.* a medicis, naturam feciſſe conſuetudine, atque [1]in ſenecta *t.* caruiſſe potu. Nec non et alii multa ſibi imperauere. (XIX) Ferunt Craſſum *u.*, auum Craſſi in Parthis interempti, numquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum: ſicut nec fleſſe multos. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, nec [2] aut [3] hilaro *x.* magis aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam, toruitatem.

1. *Atqui Gr. ſenectam. M.* 2. *in M. deeſt.* 3. *ſic et Ch. hilari Gr.*

r. Concretis) Haec Solinus ad verbum, c. I. p. 7. vbi in exemplum Lygdamin Syracuſanum affert, *qui tertia ex* XXX. *Olympiade primus ex Olympico certamine pancratii coronam reportauit: cuiuſque oſſa deprehenſa ſunt medullam non habere.* H.

s. Humore) Omni potu. H.

t. Atque in ſenecta) Ita libri omnes. Mauult tamen Pellicerius, *ac aeque in ſenecta.* Refert Apollonius, c. 25. mirab. hiſt. ex Ariſtotelis libro de ebrietate, Andronem Argiuum per omne vitae tempus ſiti potuque caruiſſe: etſi ille multis cibis ſiccis ſalſiſque veſceretur. Neapolitanum quemdam numquam bibiſſe Schenkius refert, obſeruu. med. L. III. p. 354. ex Caelio. H.

u. Ferunt Craſſum.) Haec Solinus iiſdem fere verbis c. I. p. 7. Hunc ait ſemel in vita riſiſſe Lucilius apud Ciceronem Tuſc. Quu. L. III. p. 381. et de Finibus, L. V. p. 284. vbi M. Craſſum veterem, et ἀγέλαςον vocat. Vide Macrob. Saturnal. L. II. c. I. p. 319. Etiam Polyzelum Cyrenaeum numquam riſiſſe, ob idem Agelaſti cognomen fuiſſe ait Photius in Bibl. cod. 190. p. 477. ex Ptolemaeo. H.

x. Aut hilaro) Ita R. I. 2. Colb. I. 2. Par. Chiffl. etc. non *hilari.* H.

tatemque naturae duram et inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales ἀπαθεῖς Graeci vocant, multos eius generis experti: quodque mirum ſit, auctores [1] maxime ſapientiae, Diogenem *y.* Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem etiam in totius odium generis humani euectum. Sed haec *z.* [2] parua naturae inſignia in multis varia cognoſcuntur: vt in Antonia *a.* Druſi numquam exſpuiſſe, in Pomponio *b.* Conſulari Poëta

[1] num-

1. *Maximae. D.* 2. *ſic et M. V. prauae naturae Gr. et Al.*

y. Diogenem) De Diogene, Laert. L. VI. p. 147. De Heraclito, L. IX. p. 237. De Pyrrhone, L. IX. p. 252. et. 254. Timon ὁ μισάνθρωπος, de quo Laertius in alterius Timonis vita, L. IX. p. 265. ex humani generis odio nomen inuenit. H.

z. Sed haec prauae naturae inſignia, etc.) Lege: *Sed haec parua naturae inſignia in multis varia cognoſcuntur.* Narrauerat Plin. ante, aliquot magna naturae inſignia, vt de Craſſo, Socrate, etc. haec ſcil. magnæ naturæ inſignia, numquam riſiſſe, numquam vultus vertiſſe, etc. parua vero illa quae deinceps exſequitur; *numquam ſpuiſſe, numquam ructaſſe*, quorum et exempla adfert. *Salmaſ.*

Sed haec parua) Vide N. et Em. N. LXVII. (hic adp.) *Sed h.*) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. probatque Salmaſius p. 34. Magna quaedam ſcilicet naturae inſignia narrauit adhuc auctor, vt numquam riſiſſe, numquam vultum mutaſſe: haec modo parua, numquam ſpuiſſe, numquam ructaſſe. Ad hunc diem in editis legebatur, *ſed haec prauae naturae etc.* H.

a. Antonia) Hoc geminum exemplum, Antoniae, Pomponiique, tranſſcripſit Solinus ex Plinio, c. 1. p. 7. Antonia haec, Druſi Neronis Germanici vxor, eius qui Tiberii Imperatoris frater fuit, quique ex ea Germanicum Caeſarem, et Claudium poſtea Imperatorem genuit. H.

b. Pomponio) Pomponius Secundus vates, cuius vitam retuliſſe ſe Plinius ipſe ait, L. XIV. ſ. 6. P. Pomponium Conſularem pariter vocat Tacitus Annal. L. XI. p. 157. Tragoediarum ſcriptorem Plinius Iunior in epiſtolis. H.

[1] numquam ructaſſe. Quibus natura concreta ſunt oſſa *c.*, qui ſunt rari admodum, cornei *d.* vocantur.

XIX. (XX.) Corpore *e.* [2] veſco *f.*, ſed eximiis viribus [3] Tritannum *g.* in gladiatorio ludo [4] Samnitium

1. Non. *2. corpore neruoſos eſſe, ſed. M. et V.* *3. Tributanum. Ch.* *4. Samnitem natura. Solin.*

c. Quibus natura concreta ſunt oſſa) Vaſa medulla vacua; ii ſunt torui natura, inflexibiles, rigidi, ἀπαθεῖς. Hinc Perſio, *cornea fibra,* et cap. 9. lib. XXXI. Cornea piſcatorum corpora, ſole et ſale durata, ideoque τῶν ἔξωθεν ἀπαθῆ. *Dalec.*

Concreta) Sine medullis. H.

d. Cornei) Vide quae dicturi ſumus, L. XXXI. ſ. 45.

e. Corpore veſco) Paruo, gracili et minuto. Ouid. I. Faſtorum: *Nunc vocor ad nomen, vegrandia farra coloni Quae mala creuerunt, veſcaque parua vocant.* Dal.

Corpore) Vide Not. et. Em. N. LXVIII. (hic poſ.)

Corp.) Hoc capitis huiuſque ſectionis exordium, ſuperioribus annectendum eſſe ex Solino monet Pellicerius: intelligendumque, quibus natura concreta ſint oſſa, cuiuſmodi raro admodum inveniuntur, eoſdem corneos appellari, corpus quidem veſcum habentes, ſed et eximias vires. Verum ex Solini verbis attente perpenſis, contrarium plane efficitur: pertinere ea ſcilicet ad Tritannum, qui licet veſcum corpus haberet, viribus tamen polleret eximiis, quod neruis conſtaret oppido firmis denſiſque. *Maximam virium ſubſtantiam*, inquit c. I. p. 7. *neruos facere certiſſimum eſt: quantoque fuerint denſiores, tanto propenſius augeſcere firmitatem. Varro in relatione prodigioſae fortitudinis adnotauit Tritannum gladiatorem natura Samnitem fuiſſe, qui et rectis et tranſverſis neruis, etc.* H.

f. Veſco) Gracili, exſucco, macilento: quia ὀλιγόσιτοι exigui cibi eſſe ſolent macilenti. Vide Voſſium in Etymol. H.

g. Tritannum) Apud Ciceronem lib. I. de finibus in Lucilii verſibus ex fide vetuſti codicis legitur: *Municipem Pontii Tritanni centurionum*, et ex lib. de Senect. T. Pontii validi, robuſtique hominis meminit Turn. c. 2. XXV. *Dal.*

Tritannum) Ita Solinus appellat, c. I. p. 7. et Diguilus ille Grammaticus, cuius excerpta carmine conſcripta vidit

tium *h.* armatura celebrem, filiumque eius militem Magni Pompeii, et rectos et tranſuerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos, in brachiis etiam manibuſque, auctor eſt [1] Varro in prodigioſa *i.* virium elatione. *ii.* Atque etiam hoſtem ab eo ex prouocatione dimicantem, inermi dextra *k.* vno digito ſuperatum,

G 4

1. *Varro prodigioſa virium elatione. M.*

vidit Salmaſius, qui hunc verſum eius recitat; in hiſt. Aug. p. 451. *Viribus eſt rumor nimium valuiſſe Tritannum.* H.

h. Samnitium armatura) Samnites gladiatores ſtataria pugna dimicantes, ſcuto ad ſummum latiore, qua pectus et humeros tegebant pari faſtigio, ad imum cuneato, pectore tecto ſpongia: ſiniſtro crure ocreato: galea criſtata: ex Liuio, Horat. Lucilio, Turn. cap. 10. XXV. Lipſ. Saturn. 11. II. *Dal.*

Samnitium) Hoc eſt e gladiatorum illo genere, qui in galea pinnas geſtantes, epulis adhibebantur, Samniteſque peculiari nomine dicebantur. Vide N. et Em. N. LXIX. (hic poſ.) *Samnit.)* Solinus loco proxime citato, Tritannum hunc gladiatorem natura Samnitem fuiſſe ſcribens, natale illius ſolum perperam Samnium crediſſe videtur. Samnitium gladiatorum, vt diximus, meminit Horatius carmine illo, L. II. epiſt. 2. v. 98. *Lemo Samnites ad lumina prima duello.* Dicti autem a ſplendidiſſima Samnitium, cum quibus tot bella olim geſſere Romani, armatura. De eo copioſe Liuius, L. IX. H.

i. In prodigioſa) In eorum commemoratione, in quibus prodigioſae vires inſunt. H.

ii. Virium elatione) Ita libri MSS. omnes editique ante Gelenium, qui ex Solino *relatione*, ſubſtituit. Senſus eſt, ſiue vtriuſque, ſiue tantummodo filii vires in caelum extuliſſe Varronem. H.

k. Inermi dextra vno digito ſuperatum, et poſtremo correptum in caſtra tralatum) Legendum cenſeo ordine inverſo, *Inermi dextra ſuperatum et vno digito poſtremo correptum, in caſtra tralatum.* ex Solino capite 8. *Pintianus.*

Inermi dextra) Vide N. et Em. N. LXX. (hic poſ.) *Inermi etc.*) Legendum Pintianus admonet ordine inverſo, *Inermi dextra ſuperatum, et vno digito poſtremo correptum in caſtra* etc. idque etiam Pellicerius adprobat, ex

peratum, et poſtremo *l.* correptum in caſtra tranſlatum. [1] At Vinnius *m.* Valens meruit in praetorio Diui Auguſti centurio, vehicula cum culeis *n.* onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus: carpenta apprehenſa vna manu retinere, [2] obnixus contra nitentibus iumentis: et alia mirifica facere, quae inſculpta monumento eius ſpectantur. Ideo *o.* M. Varro: Ruſticellus, inquit, Hercules appellatus, [3] mulum ſuum tollebat Fuſius: Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria

1. *A. Iunius Valens Gr.* 2. *obnixa. M. obnoxius. V.*
3. *Mulum ſuum tollebat: Fuſius Saluius duo Gr. et Al.*

ex Solino, cuius haec paraphraſis, c. 1. p. 8. *Eius filium militem Cn. Pompeii, pari modo natum, ita ſpreuiſſe hoſtem prouocantem, vt et inermi cum dextra ſuperaret, et captum digito vno in caſtra Imperatoris ſui reportaret.* Fauemus et nos ei coniecturae. H.

l. Et poſtremo) Minimo digito hoſtem corripuit, nempe ex cingulo militari, atque ita ſublatum in caſtra tranſtulit. H.

m. At Vinnius) Vide N. et Em. N. LXXI. (hic poſ.) Sic in omnibus MSS. *At Vinnius Valens.* Libri omnes editi nihilominus habent, *A. Iunius Valens*, ſatis audaci emendatione: tametſi haec apud Gruterum legitur inſcriptio p. 549. Q. IVNIVS Q. F. IVLIA. VALENS. H.

n. Cum culeis) Quid ſit culeus, dicemus L. XIV. ſ. 5. H.

o. Ideo) Ob ſimilia videlicet fortitudinis exempla a M. Varrone, Hercules Ruſticellus dictus eſt Fuſius, qui mulum ſuum tollebat. Vide N. et Em. N. LXXII. (paulo poſt) Quae de Ruſticello Hercule Triſtanus affert in Commodo, T. I. p. 721. nugae ſunt, tum ex hoc Plinii loco perperam intellecto, tum ex ingenii ſui coniecturis haud ſatis ſcite concinnatae. *Ideo etc.)* Locum hunc interpunctionis vitio laborantem ſanauimus: quum prius ſcriberetur, *mulum ſuum tollebat. Fuſius Saluius* etc. perinde quaſi nomen eius, qui mulum ſuum tolleret, librariorum vitio, deſideraretur: ac non eſſent duarum familiarum diuerſa nomina, Fuſius, Saluiuſque, Fuſiae, Saluiaeque gentis. H.

naria duo humeris contra ſcalas *p.* ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigioſae oſtentationis, [1] quingenario *pp.* thorace plumbeo indutum, cothurniſque [2] quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi. [3] C. Milonem *q.* athletam, quum conſtitiſſet *r.*, nemo veſtigio educebat: malum tenenti nemo [4] digitum corrigebat. *s.*

G 5 XX. Cu-

1. *Quinquagenario.* 2. *quingentum. Cb.* 3. *ſic et M. et Cb. Crotoniatam Milonem Gr. et Al.* 4. *digito corripiebat. M.*

p. Contra ſcalas) In ſcalarum adſcenſu. H.

pp. Quingenario) Quingentarum pondo librarum. H.

q. Crotoniatam Milonem) Pugnum ſic manu compreſſa tenebat, vt nemo extorqueret, et id tamen non elideret. Vncto diſco conſiſtentem nemo detrudebat. Neruum quo caput praecingeretur, intercluſo ſpiritu labiis adductis rumpebat: cubito dextro lateri admoto, exporrecta manu, et ſublato pollice, cum reliquos digitos iunctos intendiſſet, minimum nemo a ceteris ſeiungebat. Pauſan. in Eliacis. Hieron. Mercurial. de arte gymnaſt. lib. III. c. 3. et 5. et lib. IV. c. 3. Eo tamen robuſtiorem ac tamquam Ἕτερον Ἡρακλῆν deſcribit ex Athenaeo Rhodigin. Titormum Aetolum, bubulcum cap. 36. XI. cap. vero 36. XIII. Polydamanta, editis virium ſuarum incredibilibus fere documentis. *Dalec.*

Milonem) Vide Not. et Em. N. LXXIII. (hic poſ.) *C. Milonis etc.)* Ita plane R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. vet. Dalecampii editique, ante Gelenium, qui *Cratoniatam* ſcripſit, ex Solino credo, qui et Crotonienſem vocat c. 1. p. 8. *et Tarquinii Priſci temporibus emicuiſſe*, ait. H.

r. Quum conſtitiſſet) Haec de Milone pariter Philoſtratus de vita Apollonii, L. IV. c. 9. p. 185. et 186. H.

s. Corrigebat) Hoc eſt, nemo digitum inflexum aperire poterat, et rectum facere. Sic loquutus Cato, de R. R. c. 15. *Corrigito, vti rectè ſpectent.* Rurſumque, c. 19. Et Colum. L. IV. c. 26. p. 154. *Iacentia ſtatuenda, declinata corrigenda.* Adde perelegantem Auguſti iocum, quem Macrobius refert, Saturn. L. II. c. 4. p. 332. *Galbae,* inquit, *cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud ſe cauſam, et frequenter dicenti, Corrige in me, ſi quid reprehendis, re-*

ſpon-

XX. Cucurriſſe [1]MCXL. *t.* ſtadia, ab Athenis Lacedaemonem, *u.* biduo Philippidem *x.*, magnum erat: donec [2]Anyſtis *y.* curſor Lacedaemonius, et Philonides *z.* Alexandri Magni, a Sicyone Elin, vno die [3]MCC. ſtad. cucurrerunt. Nunc quidem in Circo quoſdam CLX. M. paſſ. tolerare non ignoramus. Nuperque Fonteio [4]Vipſanio *a.* coss. annos [5]VIII. *b.* geni-

1. MCCLX. *V.* 2. *Caniſtius. V.* *Aniſtis Gr.* 3. MCCC. *V. Ch.* 4. *et ſic V. Viſtano. Fulv. Vrſin. Rom. famil. Vpitano. M.* 5. *ſic et M. et Ch.* IX. *Gr. et Al.*

ſpondit: ego te monere poſſum, corrigere non poſſum. Itaque *corrigere*, eſt rectum facere. Inde *rigor iuris.* H.

t. MCXL.) Vide N. et Em. N. LXXIV. (hic poſ.) MCXL, *ſtadia)* Miror placuiſſe Barbaro Solini lectionem MCCXL. refragantibus omnibus MSS. et vetuſtis editionibus, Parmenſi, etc. quibus certe libri noſtri conſentiunt, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par etc. Quum praeſertim maius aliquod ſpatium paulo poſt pollicitus auctor, mille tantum et ducenta ſtadia praeſtet. H.

u. Biduo Philippidem) Herodotus l. VI. eum memorat. Rhodig. cap. 8. XVIII. Alex. ab Alex. cap. 21. II. Plutarcho in Ariſtide Euclydes vno die ſtadia mille emenſus eſt. Aemilius Probus curſores eos in Miltiade ἡμεροδρόμους vocat. Sic et Philippidem Herodot. loco citato. *Dal.*

x. Philippidem) Ita MSS. omnes: Tamen Herodoto, Erato L. VI. p. 308. Φειδιππίδης vocatur. H.

y. Anyſtis) Solin. c. 1. p. 9. *Anyſtis Lacon et Philonides Alexandri M. curſores, Elia abuſque Sicyone mille ducenta ſtadia vno die tranſierunt.* H.

z. Philonides) De quo iam dictum eſt L. II. ſ. 73. Quod de Circo deinde adiicit, non equorum modo ibi fuiſſe curriculum, verum etiam et hominum, vt in Olympiis, docet. H.

a. Vipſanio) Non, vt hactenus editum eſt, *Vipſano*. Vide quae diximus, L. II. ſ. 72. H.

b. Annos IX. *genitum puerum, a meridie ad veſperam,* LXXV. M. *paſſ. cucurriſſe.)* Vetus vtrumque exemplar et Solinus, *octo annos* non IX. *et* XLV. M. *paſſ.* non LXXV. Pintian.

Annos VIII.) Libri omnes MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et vetus Dalec. *annos*

genitum puerum a meridie ad veſperam LXXV. mill. paſſ. cucurriſſe. Cuius rei admiratio ita demum ſolida [1] perueniet, ſi quis cogitet [2] nocte ac die longiſſimum iter vehiculis tribus Tiberium Neronem *c.* emenſum, feſtinantem ad Druſum fratrem [3] aegrotum *d* in Germania: in eo fuerunt cc. M. paſſ.

XXI. (XXI.) [4] Oculorum acies vel maxime fidem excedentia inuenit exempla. In nuce *e.* incluſam [5] Iliada Homeri carmen *f.*, in membrana ſcriptum, tradidit Cicero. Idem *g.*, fuiſſe qui peruideret

CXXXV.

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Cb. perueniat Gr. et Al. 2. *nocte ad diem. Ch.* 3. *ſic et M. aegrotum in Germaniam: ea fuerunt* cc. *paſſ. Ch. aegrotantem Gr. et Al.* 4. *Viſu deinde plurimum potuit Strabo nomine, quem ſuperſpexiſſe per* CXXXV. *p. Varro ſignificat, ſolitumque exeuntem a Carthagine claſſem Punicam ſpecula notare. M. nec quidquam aliud ex hoc capite.* 5. *Iliadem. Ch.*

nos VIII. At Solinus Plinii verba tranſſcribens, c. I. p. 9. *annos nouem*, niſi mendum et huic quoque numero ſubſit. H.

c. Tiberium Neronem) Vide Valer. Max. c. 5. lib. V. *Dal.*

Neronem) De hoc Tiberii itinere Dio conſulendus, L. LV. p. 549. H.

d. Aegrotum) Sequuti ſumus codices mox laudatos: prius legebatur: aegrotantem in Germania. H.

e. In nuce incluſam Iliada, etc.) Hadrian. Iun. cap. 7. I. refert Franciſcum Alumnium in denariolo ſine notis perſcripſiſſe ſymbolum Apoſtolorum, et principium Euang. D. Iohannis: item ſe vidiſſe ceraſi nucleum in modum quaſilli exſculptum, quo continerentur quindecim paria teſſerarum, ſuis punctis affabre diſtincta. Vide Solin. c. 6. *Dalec.*

In nuce) Hoc quoque Solinus ex Plinio, c. I. p. 10. Plinius ex Ciceronis libris deperditis. H.

f. Homeri carmen) De eo Homeri carmine vide quam ante annos ſex edidimus Apologiam Homeri. Iliadem paruam Neander Lipſiae edidit anno 1588. H.

g. Idem, fuiſſe, qui perui- deret, etc.) Cic. IV. Acad. *At ille neſcio quis, qui in ſcholis nominari ſolet, mille et octingenta*

cxxxv. M. *h.* paſſuum. Huic et nomen M. Varro [1] reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, a Lilybaeo *i.* Siciliae promontorio, exeunte [2] claſſe e Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. *k.* Callicrates *l.* ex ebore formicas et alia

1. *Reddit. Ch. hunc Lynceum vocat Val. Max. tit. vlt. lib. I.* 2. *ſic et Ch. e del. Gr.*

genta ſtadia quod abeſſet videbat. Dal.

Idem) Cicero nempe. Haec rurſum Solinus ex Plinio, l. c. p. 9. H.

h. cxxxv. m.) Vide N. et Em. N. LXXV. (hic conſp.) *Idem fuiſſe* etc.) Cicero Acad. Quu. L. IV. p. 61. vbi hoc ipſum refert, *Mille et octingenta ſtadia,* inquit, *quod abeſſet, videbat.* Ea ſunt paſſuum ccxxv. millia. Verum ex Plinio Cicero emendandus, ſcribendumque, *mille et octoginta,* quae plane efficiunt cxxxv. millia paſſuum, vt habent Pliniani libri omnes, tum manu exarati, tum etiam impreſſi. H.

i. A Lilybaeo) Vnde traiectus in Africam, teſte Polybio L. I. ὡς χιλίων ςαδίων, decem millium ſtadiorum eſt, quae efficiunt cxxv. millia paſſ. Refractionum tantum ope tam longe diſſita cerni poſſe putat Villebr. Snellius in Eratoſthene Batauo, ſub finem. Id nos altitudini loci, vnde proſpectus fit, tribuendum verius arbitramur, ſimul et eximiae oculorum perſpicacitati, non minimum etiam opis conferente refractionem vi. Interuallum illud a Lilybaeo, quod eſt hodie *Capo di Marſalla,* vſque ad fauces portus Carthaginenſis: quidam hodie definiunt leucarum eſſe Gallicarum communium haud amplius octodecim. D. de Liſle, in Comm. Acad. R. Scientiarum, anni 1714. p. 83. et 84. leucarum ait eſſe nouemdecim aut viginti. Vide Strabonem L. VI. p. 267. Aelian. V. H. L. XI. c. 13. et Val. Max. L. I. c. 8. p. 75. H.

k. Etiam numerum nauium dicere) Valer. Max. lib. IV. cap. vlt. *Dalec.*

l. Callicrates ex ebore formicas, etc.) Lege: *Callicrates, etc. vt partes eorum a ceteris cerni non poſſent. Myrmecides quidem in eodem genere inclaruit, quadriga ex eadem materia quam muſca integeret alis, fabricata: et naue quam apicula pinnis abſconderet.* Senſus eſt: eorum animalium partes tam ſubtiles, ac tam paruas fuiſſe, vt a ceteris

alia tam parua fecit animalia, vt partes [1] earum *m.* a ceteris [2] cerni non poſſent. Myrmecides *n.* [3] quidem in eodem genere inclaruit, [4] a quo quadrigam ex eadem materia *o.*, quam muſca integeret alis, fabricatam, et nauem, quam apicula pinnis abſconderet.

XXII. (XXII.) Auditus *p.* vnum exemplum habet mirabile, praelium, quo Sybaris deleta eſt, eo die quo geſtum

1. *Eorum.* 2. *Secerni ex* Solin. 3. *ſic et Ch. quidam Gr. et Al.* 4. *quadriga, etc. fabricata. Ch.*

teris non poſſent cerni, ſed a ſolo artifice, qui ea fecerat. *Salmaſ.*

Callicrates.) Solinus, c. 1. p. 10. Aelian. V. H. L. I. c. 17. H.

m. Partes earum) Vel *eorum* potius, ſic enim legunt R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. vt ad animalia referatur: quorum tam ſubtiles partes erant, ac tam delicato perfectae opere, vt a ceteris cerni non poſſent: ab artifice ſolo poſſent, propter eximiam viſus claritatem, cuius exempla Plinius nunc commendat. Siue *cerni* porro legas, ſiue *ſecerni*, vt habet Solinus, nihil intereſt: quum eumdem vtraque vox hoc loco ſignificatum habeat. Seneca in eam rem, ep. 53. *Magni artificis eſt, totum clauſiſſe in exiguo.* H.

n. Myrmecides) De hoc apium et formicarum, minutorumque opuſculorum fabricatore, Cicero, Acad. Quu. L. IV. p. 81. Varro, de L. L. L. VI. Aelian. V. H. L. I. c. 17. aliique. Vide quae dicturi ſumus L. XXXVI. c. 5. Similis eſt Theodori Samii quadrigula, de qua L. XXXIV. ſ. 19. n. 22. H.

o. A quo quadrigam ex eadem materia.) Cum agitatore, infra lib. XXXVI. cap. 6. vltimo. Aelianus lib. I. de Var. Hiſtor. Varro IV. de ling. Lat. *Etenim facilius obſcuram operam Myrmecidis ex ebori oculi videant, ſi extrinſecus admoveant nigras ſetas, etc.* Et auctor noſter infra l. XXXIV. cap. 36. de conſimilibus quadrigis Theodori. *Dalec.*

p. Auditus) Refert hoc etiam Plutarchus in Paulo Aemilio, p. 268. Cicero de N. D. L. II. p. 54. *Atque etiam, quum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo praelio deuiciſſent, eo ipſo die auditam eſſe eam pugnam ludis Olympiae, memoriae proditum eſt.* H.

geſtum erat, auditum Olympiae. Nam Cimbricae *q.* victoriae, Caſtoreſque *r.* Romani, qui Perſicam victoriam ipſo die, quo contigit, nunciauere *s.*, viſus *t.*, et numinum fuere praeſagia.

XXIII.

q. Nam Cimbricae victoriae Caſtoreſque Romani.) Didacus Couarruuias legendum putat addita negatione, hoc pacto: *Nam Cimbricae victoriae Caſtores Romani, quique Perſei victoriam eo die quo contigit nunciauere, non viſus aut auditus ſed numinum fuere praeſagia.* Pintian. *Nam Cimbricae victoriae.*) De hac Cicero lib. de nat. Deor. *Dal.*

Nam Cimbricae) Quam de Cimbris, in campo Raulio agri Veneti, Marius reportavit. Vide Flor. L. III. c. 3. p. 105. Nummus argenteus apud Patinum in Famil. p. 171. n. 5. AVGVSTVS, Caput Auguſti nudum cum lituo.)(. C. MARIVS C. F. TRO. III VIR. Palmae ramus in quadrigis, C. Marii Conſulis, qui huius C. Marii Trium Reip. Ordinum Triumviri proauus fuit, victorias de Cimbris et de Iugurtha indicat. Nam pro vna victoria ſimplice bigae tantum modo ſculperentur. Eiuſdem C. Marii C. F. nummi ſunt inſcripti CAPIT. LXXVIII alioue ſimili numero, hac ſententia, *Colonia Agraria Per ITaliam* LXXVIII. Vbi nota quinquagenarii numeri eſt litera T inuerſa. Plures eiuſdem generis nummos diſſimiles, affert Gorlaeus. H.

r. Caſtoreſque) Loci totius ſententia haec eſt, vt ante nos vidit Pellicerius: Auditus vnum tantummodo mirabile haberi exemplum, Sybaritici pretii. Nam Cimbricas victorias auditas, Caſtoreſque illos Romanis nunciantes, Perſen Macedoniae Regem, pridie eius diei victum a Paulo, captumque, non auditus exemplis, ſed miraculis illis, annumerari oportere, quae ad viſum pertinent, Deorumque ſignificationes: quandoquidem apparuerunt tunc Caſtores conſpicuoſque mortalium oculis ſe exhibuerunt: Cimbricaeque item victoriae diuinitus e caelo ſunt nunciatae, vti dictum eſt L. II. ſ. 58. De hoc miraculo egere prolixius Plutarchus et Cicero ll. cc. Val. Max. L. I. c. 8. n. 1. p. 63. etc. Sed nemo elegantius quam Florus, L. II. c. 12. p. 85. Similem Caſtorum viſum refert Dion. Halic. R. A. L. VI. p. 351. H.

s. Nunciauere) Narrat Pauſanias in Eliacis, quo die Tau-

XXIII. (XXIII.) Patientia corporis, vt eſt crebra ſors [1] calamitatum, innumera documenta peperit. Clariſſimum in feminis, Leaenae *u.* [2] meretricis, quae torta non indicauit Harmodium et Ariſtogitonem *x.* tyrannicidas: in viris [3] Anaxarchi *y.*, qui ſimili de cau-

1. *Calamitatium. Ch.* 2. *meretricis exemplum quae. M.* 3. *Anaxarchidis. V.*

Tauroſthenes Aegineta, Olympiae coronatus eſt, ſpectrum ei ſimile Aeginae victoriam illius nuntiaſſe. *Dal.*

Nunciauere) P. Vatinio, vt ait Valer. Max., vel vti rectius fortaſſis apud Tullium legitur, Vatieno, Reatinae Praefecturae viro. H.

t. Viſus) Ad viſum potius pertinent, et ad ſignificationes deorum, quam ad auditum: *Viſus ea exempla ſunt, numinumque praeſagia.* Vide N. et Em. N. LXXVI. (hic poſ.) *Viſus)* Ita MSS. omnes. Tamen admonet Pintianus videri Didaco Covarruuias, legi oportere, negatione addita, *non viſus, ſed numinum.* At falſo id ſane. Nam vti inſinuauimus interpretati hunc locum, *viſus et numinum*, idem valet atque, *viſus quidem, ſed et numinum.* Et ſane Florus, L. III. c. 3. p. 106. de Cimbrica victoria: *Hunc tam laetum*, inquit, *nuncium, non per homines, vt ſolebat, populus R. accepit, ſed per ipſos, credere fas eſt, Deos: quippe eodem die, quo geſta res eſt, viſi pro aede Caſtoris et Pollucis, iuuenes laureati, etc.* H.

u. Leaenae) Λέαινα Graecis. De ea Pauſanias in Atticis. L. I. p. 40. Plutarch. L. de garrul. p. 505. ac Plinius ipſe iterum, L. XXXIV. ſ. 19. n. 12. H.

x. Ariſtogitonem) Alius fuit Ariſtogiton ſycophanta, quem Phocion claudum, improbum, mendacem dixit. Eum in vincula coniectum rogatus ab illo Phocion, quum vellet inuiſere, amicis ſuadentibus ne ad virum tam ſceleſtum accederet, καὶ πῶ τίς ἂν, εἶπεν, ἢ οἷον Ἀριϛογείτονι λαλήσειεν. Rhodig. c. 10. XXV. Vide Pauſaniam in Atticis: Thucyd. lib. VI. *Dal.*

y. Anaxarchi) Valer. Maxim. lib. III. cap. 48. de Patientia. *Dal.*

Anaxarchi) Vide N. et Em. N. LXXVII. (hic conſp.) *Anaxarchi)* Sic etiam Val. Max. L. III. c. 3. p. 164. *Talis patientiae aemulus*, inquit, *Anaxarchus, quum a tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec vlla vi inhi-*

cauſa z. quum torqueretur, praeroſam dentibus linguam, [1] vnamque ſpem indicii, in tyranni os exſpuit.

XXIV. (XXIV.) Memoria neceſſarium maxime vitae bonum, cui [2] praecipua haud facile dictu eſt, tam multis gloriam eius adeptis. Cyrus *a.* rex omnibus in exercitu ſuo militibus *b.* nomina reddidit: L. Sci-

1. *Vanaque ſpe. V. lego, vanamque ſpem.* 2. *praecipue fuerit haud f. Gr.*

inhiberi poſſit, quominus amariſſimorum eum maledictorum verberibus inuicem ipſe torqueret: ad vltimum amputationem linguae minitanti: Non eris inquit, effeminate adoleſcens, haec quoque pars corporis mei tuae ditionis: protinuſque dentibus abſciſſam, et commanducatam linguam in os eius ira patens exſpuit, etc. Quod iſti tribuunt Anaxarcho, hoc adſcribunt Zenoni Eleatae ceteri Scriptores: Cicero Tuſc. Quu L. II. p. 360. Laertius, L. IX. p. 244. Clem. Alex. Strom. L. IV. p. 496. aliique. Vide praeterea Laertium, L. IX. p. 252. H.

z. *Simili de cauſa*) Quod conſcios delendae tyrannidis nollet indicare, vt de Zenone Eleate Tullius prodidit. H.

a. *Cyrus*) Eadem de Cyro, Scipione, Cynea, et Mithridate, Solin. c. 1. p. 10. Vide N. et Em. N. LXXVIII. (hic colloc.) *Cyrus etc.*) Sic etiam Val. Max. L. VIII. c. 7. p. 391. *Vtriuſque induſtriae laudem,* inquit, *duo reges partiti ſunt: Cyrus omnium militum ſuorum nomina, Mithridates duarum et viginti gentium, quae ſub regno eius erant, linguas ediſcendo. Ille, vt ſine monitore exercitum ſalutaret: hic, vt eos, quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet.* Cyrum Latini ſcriptores omnes tradiderunt tenuiſſe omnium militum nomina: Xenophon dicit tantum eum tenuiſſe nomina τῶν ὑφ᾽ αὐτὸν ἡγεμόνων, Praefectorum militiae, qui ſub ipſo ducebant ordines. Locus, ſi quis requirit, eſt L. V. παιδείας, p. 132. H.

b *Omnibus in exercitu ſuo militibus, etc.*) Τοῖς ὑφ᾽ αὐτὸν ἡγεμόσι. Xenophon 5. περὶ τῆς παιδείας Κύρου. *Omnibus qui ſub eius imperio ducebant ordines: omnibus militum praefectis.* Vide Valer. Max. c. 7. lib. VIII. Eam vt et Simonidis et Hippiae medicaminibus adiutam, ait Ammian. Marcellin. lib. XVI. Cuiuſmodi hodierna quoque die

L. Scipio populo Romano: Cineas *c.* Pyrrhi regis legatus, Senatui et equeſtri ordini Romae, poſtero die quam aduenerat. Mithridates *d.* duarum et viginti gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione ſingulas ſine interprete affatus. [1] Charmadas *e.* [2] quidam in Graecia, quae quis [3] exegerat *f.* volumina

1. *Carmandas. M. Carmadas, et Turn. c. 16. 10. Carneades. Cic. I. Tuſc. et* 2. *de Orat. et Quintil. lib. XI. cap. de memor. Charmidas Gr. et Al.* 2. *quidem. Tol.* 3. *exigeret. V. exegerit. M.*

die circumferuntur: ſed magno cum incautorum vitae periculo. Seneca lib. I. Declam. admirabilem ſuam memoriam praedicat. Refertque Lud. Cael. Rhod. Var. 15. VI. vt et contrarium exemplum 10. XI. Muretus Corſici hominis memoriam multis laudibus effert, cap. 13. De Themiſtoclis, Luculli et Horteuſii inſignibus memoriis, earumdemque diſcrimine Cic. Acad. quaeſt. lib. II. *Dal.*

c. Cineas) Graecis Κινέας. Vide Plutarch. in Pyrrho, p. 391. Aelian. V. H. L. XII. c. 33. E Latinis Cicero, Tuſcul. Quu. L. I. p. 311. Quinct. L. II. c. 11. et Seneca pater in Praefat. Controu. L. I. vbi de Cinea: *Miſſus, inquit, a Pyrrho legatus ad Romanos, poſtero die, nouus homo, et Senatum, et omnem vrbanam circumfuſam Senatui plebem, nominibus ſuis perſalutauit.* H.

d. Mithridates) Eadem habet Gellius, L. XVII. c. 17. p. 974. Plinius ipſe iterum L. XXV. c. 2. H.

e. Charmadas) Vide N. et Em. N. LXXIX. (hic adi.) *Charmadas)* Ita plane MSS. omnes R. 1. 2. Colb. Par. etc. quos Turnebus adprobat. Idem valet nihilominus *Charmidas*, quod in vulgatis legitur, nam ex Χάρμις Χαρμίδας, Χάρμας Χαρμάδας, Χάρων Χαρώνδας, Διάγων Διαγώνδας, Διδάσκαλος Διδασκαλώνδας, Ἐπαμείνων Ἐπαμεινώνδας, Boeotorum ſeu Thebanorum more inflectitur. Charmadas etiam vocatur apud Macrobium Saturnal. L. VII. c. 1. p. 575. vnde corrigendus Cicero, Tuſc. Quu. L. I. p. 311. apud quem *Carneades* perperam ſcribitur. H.

f. Exegerat) Ita R. 1. 2. Par. et vetus Dalec. *exegerit.* Forte, *exigeret.* Mira magis et incredibilis prope dictu, de prodigioſa cuiuſdam adoleſcentis memoria, narrat Mure-

na in bibliothecis, legentis modo repraeſentauit. Ars poſtremo eius rei facta, et inuenta eſt *g.* a Simonide *h.* [1]Melico *i.*, conſummata [2]a Metrodoro *k.* Scepſio,

1. Medico. M. *2. praep. a deeſt apud Gr. et in vulgg.*

Muretus varr. lect. L. III. c. 1. quem conſule. H.

g. Inuenta eſt) Rem narrat Cicero, de orat. L. II. p. 442. *Gratiamque habeo*, inquit, *Simonidi illi Chio*, (ſcribe, *Ceo*) *quem primum ferunt artem memoriae protuliſſe*, et cetera, quae tu, lector, vide. H.

h. Simonide) Τȣ̃ μελοποιȣ̃. De Simonide iactatum hoc diſtichon: Μνήμην δ᾽ ȣ̓ τινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν Ὀγδοηκοντα ἐτεῖ παιδὶ Λεωπρεπέως. De eo vide Strabon. lib. XIII. Geograph. *Dalec.*

Simonide) Quum is octogenarius eſſet, gloriari ſolebat ſibi parem eſſe memoria neminem, hoc diſticho: Μνήμην δ᾽ ȣ̓ τινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν, Ὀγδοηκονταέτεῖ παιδὶ Λεωπρέπεος. At Apollonium Tyaneum, quum centum natus eſſet annos, memoria inſigni fuiſſe ferunt. Vide Philoſtr. H.

i. Melico) Ἀπὸ τȣ̃ μέλȣς, hoc eſt, a cantu, Lyrici poetae ſic interdum appellantur: vti apud Tullium, de optimo gen. Orat. p. 762. *Tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici.* Indeque eſt, quod Simonidem Suidas nunc μελοποιὸν, nunc Lyricum vocat. Melicum Simonidem, rurſum Plinius appellat, ſ. 57. huius libri. Phaedrus, Fabb. L. IV. *Simonides, qui ſcripſit egregium melos, Quo paupertatem ſuſtineret facilius, Circumire coepit vrbes Aſiae nobiles, Mercede accepta laudes victorum canens — — (Erat autem natus, vt aiunt, in Ceo inſula,)* H.

k. Metrodoro) Hunc quoque ab inſigni memoriae vi commendat Cicero, Tuſc. Quu. L. I. p. 311. Vide N. et Em. N. LXXX. (hic poſ.)

Metrodoro) Viros aliquot ab inſigni memoria Tullius commendans, loco proximo appellato, *Quanta*, inquit, *qui modo fuit, Scepſius Metrodorus:* quibus verbis illum a ſe viſum, agnitúmque Antonius, Orator ſignificat, aut certe haud ita pridem antea vixiſſe. Qui venit igitur in mentem Solino, quum hunc Plinii locum tranſſcriberet, c. 1. p. 10. trecentis ferme annis hunc Metrodorum antiquiorem facere, quem Diogenis Cynici temporibus ait vixiſſe?

pſio, vt nihil non iiſdem verbis redderetur auditum. Nec aliud eſt aeque [1] fragile in homine, morborum et caſus iniurias atque etiam metus [2] ſentiens, alias particulatim, alias vniuerſa. Ictus lapide *l.* oblitus eſt literas tantum. Ex praealto tecto lapſus, matris et affinium, propinquorumque cepit obliuionem: Alius aegrotus, ſeruorum etiam: ſui vero nominis *m.*

H 2 Meſ-

1. *Facile.* M. *Ch. vero, fragile in ordine, ſed ſpatio interlineari, facile.* 2. *ſentit.*

vixiſſe? *Memoriam,* inquit, *et ante fieri palam factum eſt, ſicut Metrodorus Philoſophus, qui temporibus Diogenis Cynici fuit, in tantum ſe meditatione aſſidua prouexit, vt a multis ſimul dicta, non modo ſenſuum, ſed etiam verborum ordinibus detineret.* Vide quae de Metrodoro diximus in Auctorum Syllabo. H.

l. Ictus lapide oblitus eſt) Valer. Max. lib. I. cap. de Miraculis. Sic Georg. Trapezunt. Latinae et Graecae linguae doctiſſimus in ſenectute memoriam vtriuſque amiſiſſe dicitur. *Dal.*

Ictus lapide) Solin. c. I. p. 10. ex Plinio et ex Val. Max. L. I. c. 8. p. 71. *Quidam Athenis vir eruditiſſimus, quum ictum lapidis capite excepiſſet, cetera omnia tenaciſſima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus praecipue inſeruierat, oblitus eſt, etc.* Huc refer exemplum Hermogenis, quem totius Graeciae praeſtantiſſimum Sophiſtam fuiſſe perhibent: verum poſt annum XVIII. omnia repente oblitum, vsque ad LXXX. vixiſſe, omnium ignarum. Artemidorum Grammaticum, crocodili metu, quem forte pede pepulerat, literas oblitum eſſe ſcribit Cael. Aurelianus, Chron. L. I. c. 5. H.

m. Sui vero nominis) Et Orbilium nominis proprii oblitum fuiſſe conſtat ex Suetonio. Idem de Georgio Trapezuntio, et Philippo Decio Paulus Iouius refert, Iohannem Suiſſerum cognomento Calculatorem ita ſuorum mathematum cepit obliuio, vt inuenta ſua legens, non intelligens, fleret. Lucretius in calce L. VI. *Atque etiam quoſdam cepere obliuia rerum Cunctarum neque ſe poſſent cognoſcere vt ipſi:* etc. Vide plura deperditae ſeu morbo, ſeu ictu, ſeu alio caſu memoriae exempla, apud Ioh. Schenkium, obſſ. medd. L. I. p. 78. H.

Meſſala *n.* Coruinus orator. Itaque [1] ſaepe deficere tentat *o.*, ac meditatur, vel quieto corpore et valido. Somno quoque ſerpente [2] amputatur *p.*, vti inanis mens quaerat, vbi ſit loci.

XXV. (XXV.) Animi vigore praeſtantiſſimum arbitror *q.* [3] genitum C. Caeſarem *r.* dictatorem. Nec vir-

1. *Saepe ſe reficere.* 2. *ſic et M. et Tol. et Ch. computat Gr. et Al.* 3. *arbitror C. Caeſarem Gr. et Al.*

n. Meſſala) Hieron. in Chron. ad ann. 3. Olymp. 197. *Meſſala Coruinus Orator, ante biennium quam moreretur, ita memoriam ac ſenſum amiſit, vt vix pauca verba coniungeret: et ad extremum hulcere ſibi circa ſacram ſpinam nato, inedia ſe confecit, anno aetatis* LXXVII. Eadem de illo Solinus, c. I. p. 10. Nos de eo diximus in Auctorum Indice. H.

o. Itaque ſaepe deficere tentat, ac meditatur, etc.) Legend. *Itaque ſe reficere tentata meditatur, vel quieto corpore et valido. Somno quoque ſerpente amputatur, vt, etc.* Salmaſ. p. 50.

Deficere tentat) Meditari ac tentare defectionem inquit Pellicerius in Notis MSS. validis et vigilantibus nobis memoria tunc videtur, quum ſubito inter loquendum, cogitandumue, vocis alioqui notiſſimae, et in mentem, linguamque venire tunc viſae, obliuiſcimur: ac iam veluti fugientem quaerimus, cogitationeque proſequimur. H.

p. Amputatur) Deficit, paulatimque ſubtrahitur. Vide N. et Em. N. LXXXI. (hic adi.) *Amputatur*) Ita Chiffl. Tolet. Pint. et vetus Dal. quam lectionem et Salmaſius adprobat, p. 50. In R. 1. et 2. *amputat* pro *amputatur.* In libris hactenus vulgatis inepte *computat.* H.

q. Animi vigore praeſtantiſſimum arbitror Caium Caeſarem dictatorem) Exemplaria ambo non *Caium* praeferunt, ſed *genitum*, quod fortaſſe aptius, ne videatur Romanis tantum eum anteferre, ſed vniuerſo humano generi. Quod videtur ſentire Solinus cap. 5. *Quantum*, inquit, *inter milites Sicinius aut Sergius, tantum inter duces, imo vero vt verius dicam, inter omnes homines, Caeſar dictator enituit.* Pintian.

r. C. Caeſarem dictatorem) Laudem Caeſaris vide apud Ciceronem Orat. pro M. Marcello, *Dalec.*

Genitum Caeſarem) Vide N. et Em. N. LXXXII. (hic conſp.) *Arbitror. g. C.*) Ita

virtutem conſtantiamque nunc commemoro, nec ſublimitatem omnium capacem, quae caelo continentur: ſed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. [1]Scribere aut legere *s.*, ſimul dictare et audire ſolitum accepimus. Epiſtolas *t.* vero tantarum rerum [2] quaternas pariter librariis dictare: aut ſi [3] nihil aliud ageret, [4] ſeptenas. Idem ſignis collatis [5] quinquagies *u.* dimicauit: [6] ſolus

H 3 M. Mar-

1. *Scribere, et legere Gr. et Al.* 2. *quaternis. V.* 3. *nil. Ch.* 4. *ſeptenis. V. et Ch.* 5. *quinquagies et bis. V.* 6. *haec ad Nam praeter vſque non leguntur in M.*

Ita reſtituimus, ſequuti codd. R. 1. 2. Pariſ. et Tolet. Pint. Antea legebatur, *arbitror C. Caeſarem*, voce *genitum* in Caium mutata. H.

s. Scribere aut legere) Vide N. et Em. N. LXXXIII. (hic adi.) *Scrib. etc.)* Editi in hunc diem libri, *Scribere et legere ſimul, dictare etc.* Corrigendum cenſuimus, ex R. 1. 2. Par. etc. vti edidimus, mutata paululum interpunctione. Fieri enim poteſt, vt ſcribens aut legens, ſimul quis dictet et audiat: ſimul vero legere et ſcribere, minime licet. Solin. c. 1. p. 10. *Nullus celerius ſcripſit, nemo velocius legit.* Simile porro eſt quod de Hadriano Spartianus refert p. 10. *Libros ſtatim lectos, et ignotos quidem plurimis, memoriter reddidit. Vno tempore ſcripſit, dictauit, audiuit, et cum amicis fabulatus eſt.* H.

t. Epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut etiam ſi nihil aliud ageret, ſeptenas) Verba illa, *librariis dictare, aut etiam ſi nihil ageret, ſeptenas,* in optimo Rigaltii codice ad marginem, extra textum habentur ſcripta et alia quidem manu, vt inde non parua ſit ſuſpicio ſuppoſititia eſſe. *Salm.*

Epiſtolas) Vide N. et Em. N. LXXXIV. (hic adi.) *Epiſtolas etc.)* Hic locus in R. 1. et 2. et in Rigaltiano, quem Salmaſius vidit, ita exprimitur, *Epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter dictare. Idem ſignis etc.* omiſſis ceteris, quae interiecta ſunt: vnde haud leuis ſuſpicio ſit, eſſe ſuppoſititia. Adſtipulatur etiam Solinus, loco allato, *Quaternas etiam epiſtolas,* inquit, *ſimul dictaſſe perhibetur:* nihil de ſeptenis ſubiicit. H.

u. Quinquagies) Solin. c. 1. p. 10. *Quinquagies bis.* H.

M. Marcellum tranſgreſſus, qui vndequadragies [1] dimicauerat. Nam praeter ciuiles victorias *x.*, vndecies c. *y.*, et XCII. M. hominum occiſa praeliis ab eo, non equidem in gloria poſuerim, tantam, etiam coactam *z.*, humani generis iniuriam: quod ita eſſe confeſſus eſt ipſe, bellorum ciuilium ſtragem non [2] prodendo. *a.*

XXVI. Iuſtius Pompeio Magno tribuatur DCCCXLVI. *b.* naues piratis ademiſſe: Caeſari proprium et peculiare ſit, praeter ſupra dicta, clementiae

1. *Dimicauit. Ch.* 2. *prodendo vt iuſtius. V. prodendo iuſtius. Ch.*

x. Nam praeter ciuiles vict. etc.) Lege: *Nam praeter ciuiles victorias, vndecies centena et octoginta duo millia hominum occiſa praeliis ab eo, non equidem in gloria poſuerim, tanta etiam coacta, in humani generis iniuria.* Si tantam, inquit, hominum multitudinem coëgiſſet, ac ex diuerſis orbis partibus in vnum conduxiſſet, quantam variis praeliis occidit, hoc tamen ſine iniuria et incommoditate generis humani non feciſſet, quid dicendum de occiſa? *Salm.*

y. Vndecies centena) Ita MSS. omnes, et editi Solinus l. c. *Huius ductibus vndecies centum* XXX. (ſcribo, XC.) *et duo millia caeſa ſunt hoſtium*, etc. Velleius hanc laudem, ſi qua ea eſt, atterit, quum L. II. ait; num. 47. p. 16. *amplius* XL *millium hominum* omnino *a C. Caeſare caeſa eſſe.* Auget Plutarchus in Caeſare, p. 715. ἑκατὸν μυριάδας ἐν χερσὶν διέφθειρεν, ἄλλας δὲ τοσαύτας ἐζώγρησεν· hoc eſt, *decies centena millia in acie interfecit, tantumdem cepit.* H.

z. Etiam coactam) Quaerit Salmaſius, p. 49. qui haec verba ſibi explanet. Non opus eſt vate in re planiſſima. Ait Plinius, minime ſe in laude alicuius poſiturum occiſa tot hominum millia, ob tantam humani generis cladem: licet ad hanc inferendam coactus videri fortaſſis aliena iniuria queat. H.

a. Non prodendo) Solinus Plinii paraphraſtes l. c. *Quantum bellis ciuilibus fuderit, noluit adnotari.* H.

b. DCCCXLVI.) Fere DCCCC. Plutarchus in Pompeio, p. 642. Vide praeterea Appianum in Mithridate, p. 227. H.

tiae *c.* inſigne: qua vſque ad poenitentiam omnes ſuperauit. Idem magnanimitatis [1]perhibuit *d.* exemplum, cui comparari non poſſit aliud. Spectacula *e.* enim edita effuſaſque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare luxuriae fauentis eſt. *f.* Illa fuit vera et incomparabilis inuicti animi *ff.* ſubli-

H 4

1. *Praebuit. M.*

c. Clementiae) Propter quam dicatum ei templum, nummus teſtari creditur, quem Patinus exhibet, Lib. de famil. Rom. in Iulia, p. 131. in quo Templum, cum hac epigraphe, CLEMENTIAE CAESARIS. At longe alia huius inſcriptionis ſententia eſt; nempe iſta: CLEMENT*iae* *Primus* AE*dem* CAESAR *Imperator Sacrauit*, vt iam ſuperius, ad librum ſecundum monuimus. H.

d. Perhibuit) Ita R. 1. 2. At Pariſ. et vet. Dalec. *praebuit.* H.

e. Spectacula) In Chiffl. *ſpecula*, ridicule. De his ſpectaculis Tranquillus in Iulio c. 38. et 39. *Edidit ſpectacula varii generis*, etc. H.

f. Luxuriae fauentis eſt) In exemplari Murbacenſi legitur dumtaxat, *luxuriae fauentis*, abſque *eſt*. Vnde mihi nata ſuſpicio, ſcriptum fuiſſe non *fauentis*, ſed *fuerit*, ſic videlicet, *ſpectacula edita effuſaſque opes aut operum magnificentiam in hac parte enumerare luxuriae fuerit.* Nam ſequitur, *Illa ſit vera et incomparabilis.* Vbi perperam in vulgatis editionibus, *fuit*, legitur pro *ſit.* Quamquam ſi etiam receptam lectionem ſequaris, quae mihi in primis placet, nempe *luxuriae fauentis*, vt *luxuriae* dandi caſus ſit, non minus eleganter ſubauditur *eſt*, quam exprimitur. *Rhenanus.*

Luxuriae) Hominis eſt, qui luxuriae faueat. H.

ff. Inuicti animi) Omnes caſus praedominantis generoſitate. Aliter *Inuicti* nomen in nummis accipitur, quum Auguſtis datur, ſiue Imperatoribus: INVICTO IMP. INVICTO AVG. CONSTANTINVS P. F. INV. AVG. MAXIMINVS P. F. INV. AVG. MAXENTIVS P. INV. AVG. et alii. Ibi *Inuictus* eſt, qui nec labore, nec obſtaculo aliquo vinci poteſt: *l' Inuincible*, *l' Infatigable.* In eo genere ceteris eminet perpulcher Gal. Val. Maximini Caeſaris nummus ex aere minimo in Theſauro Regio: MAXIMINVS NOB. CAES. *Nobiliſſimus Caeſar.* Caput laureatum,

ſublimitas: captis apud Pharſaliam Pompeii *g.* Magni ſcriniis epiſtolarum, iterumque apud Thapſum Scipionis *h.*, concremaſſe ea optima fide, atque non legiſſe.

XXVII. (XXVI.) Verum ad decus Imperii R. *i.* non ſolum ad viri vnius pertinet victoriam *k.*, Pompeii Magni titulos omnes, triumphoſque hoc in loco nuncupari: aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore *l.*, ſed etiam Herculis prope ac Liberi patris.

tum, haſtam humero dextro gerit, clypeum ſiniſtra: qui habitus Imperatorum eſt.)(. Sol vectus quadrigis, dextra elata, orbem Romanum tenet ſiniſtra. Inſcriptio: SOLI INVICTAE. Hoc eſt: SOLem *Imperator* INVICTus AE*mulatur.* Infra, ANT. *Primae Narbonenſis Tributum:* latere ſiniſtro Z *ſeptimum.* H.

g. Pompeii) Eximie Seneca, de Ira, L. II. c. 23. p. 568. *Fecit hoc et C. Caeſar, ille qui victoria ciuili clementiſſime vſus eſt. Quum ſcrinia deprehendiſſet epiſtolarum ad Pompeium miſſarum ab iis qui videbantur, aut in aduerſis, aut in neutris fuiſſe partibus, combuſſit: quamuis enim moderate ſoleret iraſci, maluit non poſſe. Gratiſſimum putauit genus veniae, neſcire quid quiſque peccaſſet*, etc. H.

h. Scipionis) Refert hoc pariter Dio, L. XLIII. p. 219. ac L. XLIV. p. 265. Ita nec Pompeius Sertorii literas legit, ſed ne inſpectas quidem in ignem coniecit, teſte Plutarcho in eius vita, p. 629. H.

i. Verum ad decus imperii Romani, non ſolum ad viri vnius pertinet victoriam Pompeii Magni titulos omnes) Lego aliter et alia diſtinctione, *Verum ad decus imperii Romani non ſolum ad viri vnius pertinet victorias magni Pompeii*, et reliqua. *Pintian.*

k. Victoriam) Gloriam potius. Sed MSS. *victoriam.* H.

l. Aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore) Alexandro Magno futurum ſe ſimilem ſperaſſe Pompeium ab hiſtoricis proditur, Magnique cognomen a multis oblatum ideo non reieciſſe, ridentibus ac contemnentibus, aemulis, ac inimicis, ipſumque per iocum Alexandrum vocantibus. Sylla certe Dictator ob ſummam virtutem, et quod eius partes ſtrenue iuuiſſet, ipſi obvio

patris. Igitur Sicilia recuperata, vnde primum, Syllanus *m.* in Reip. cauſa exoriens, auſpicatus eſt. Africa vero tota ſubacta, et in ditionem redacta, Magnique nomine [1] in ſpolium *n.* inde capto *o.*, eques Rom. (id quod antea *p.* nemo) curru triumphali [2] reuectus eſt, et ſtatim ad Solis occaſum tranſgreſſus, excitatis in Pyrenaeo trophaeis, oppida DCCCLXXVI. *q.* ab Alpibus ad fines Hiſpaniae vlterioris in ditionem redacta victoriae ſuae adſcripſit, et ma-

H 5

1. *Spolio inde capto Gr. et Al.* 2. *euectus, et ſtatim. M.*

vio de equo deſcendere, ſurgere de ſella, caput aperire ſolebat. Victorius ex Nonio et Plut. c. 2. lib. V. *Dalec.*

m. Syllanus) Syllanarum partium dux et fautor. Lucanus L. VII. v. 307. *Cum duce Syllano gerimus ciuilia bella*, hoc eſt, cum Pompeio. H.

n. Magnique nomine ſpolio inde capto) Apographon Tolet. *Magnique nomine in ſpolium inde capto.* Quid ſi legas, *Magni cognomine?* quamuis refragentur exemplaria. *Pint. Magnique nomine.*) Valer. Max. cap. vlt. lib. VII. Car. Sigon. ad Faſt. an. 672. *Dalec.*

o. In ſpolium) Ita R. 1. 2. Tolet. etc. non, vt editi hactenus, *ſpolio.* Ex Africa deuicta ſpolium aliud retulit nullum, praeter Magni cognomen, quo a Sylla donatus eſt, iuſſique omnes eo cognomine Pompeium ſalutare. Plutarch. in Pompeio, p. 625. Tranquillus tamen ex Ponto, non ex Africa id cognominis retuliſſe Pompeium prodidit. H.

p. Id quod antea) Quia Conſuli tantum, vel Praetori per legem licebat agere triumphum: praeterea nemini. Plutarchus l. c. *Cn. etiam Pompeius*, inquit Eutropius, ſub finem libri V. p. 783. *quod nulli Romanorum tributum erat, quartum et XX. annum agens, de Africa triumphauit.* Nondum in Senatum allectus, μήπω μετέχων βουλῆς, inquit Plutarchus. Velleius, L. II. N. 30. p. 12. de Pompeio: *Adhuc eques Romanus, ante diem quam Conſulatum iniret, curru Vrbem inuectus eſt.* H.

q. DCCCLXXVI.) Ita MSS. omnes. Vide quae diximus L. III. ſ. 4. H.

maiore animo Sertorium [1] tacuit *s.*: belloque civili *t.* (*u.* quod omnia externa [2] conciebat *x.*) exſtincto, iterum triumphales currus eques [3] Romam induxit, toties Imperator, antequam miles. Poſtea ad tota maria, et deinde Solis ortus miſſus, [4] hos retulit patriae titulos, more ſacris certaminibus *y.* vincentium. Neque enim *z.* ipſi coronantur,

1. *Domuit. V.* 2. *concutiebat. M.* 3. *eques Rom. induxit Gr. et Al.* 4. *infinitos. V.*

s. Sertorium tacuit) Vide N. et Em. N. LXXXV. (hic poſ.) *Et maiore etc.)* Ita conſtanter MSS. omnes. Vnde mirari ſubit qua confidentia Parmenſis editio ſubſtituere maluerit, *Sertorium domuit*, aliena plane a ſcriptoris mente ſententia: Ait enim fuiſſe in Pompeio maioris animi argumentum, tacuiſſe ac ſuppreſſiſſe, in trophaei illius titulis, victoriam de Sertorio, quam adnotaſſe: quandoquidem longe praeclarius eſt auerſari ciuilis belli gloriam, quam appetere: id quod et Caeſarem imitatum eſſe dictum eſt ſuperiori ſectione, bellorum ciuilium ſtrage celata. Ex hoc Plinii contextu, vti diximus, deprauato, concinnauit, confixitque inſcriptionem, quam pro vetuſta ac germana venditauit Gabriel Symeonis libro Illuſtr. Obſſ. antiquu. p. 51. H.

t. Belloque ciuili) Quod cum Sertorio gerebatur, qui ſe Mario primum, Carboni, et Cinnae adiunxerat, aduerſus Syllam. H.

u. Quod omnia externa conciebat) Quid opus erat, *conciebat* mutare in *concutiebat*. Quaſi non recte dictum eſſet, externos hoſtes Mithridatem, aliosque inteſtinis Romanorum bellis excitos fuiſſe; ratos inuicto alioqui populo inferendi bellum nullum aliud tempus opportunius fore. *Gelen.*

x. Conciebat) Externi hoſtes, Mithridates et alii, inteſtinis Romanorum bellis exciti ſunt, rati ſe tum maxime opportunum bello gerendo tempus nactos eſſe. H.

y. Sacris certaminibus vincentium) Quatuor: Olympiis, Nemaeis, Pythiis, Iſthmiis. *Dalec.* Eadem iiſdem commemorat Harduinus verbis.

z. Neque enim) Id rurſum Plin. L. X. ſ. 4. his verbis: *Nouiſſime et in ſacris certaminibus vſurpatae, in quibus hodie-*

tur *a*., ſed patrias ſuas coronant. Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Mineruae *b*., quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeivs Magnvs Imp. bello xxx. annorvm confecto, fvsis, fvgatis, occisis, in deditionem acceptis hominvm [1] centies vicies *c*. semel [2] lxxxiii. m. depressis avt captis navibvs

1. *Sic et Ch. vicies ſemel. centenis Gr. et Al.* 2. lxxx. *Ch.*

hodieque non victori datur, ſed patriam ab eo coronari pronunciatur. Habebatur enim ſummi honoris loco, ſi qua ciuitas aut regio Πυθιονίκην, aut Νεμεονίκην, aut Ἰσθμιονίκην, maxime vero Ὀλυμπιονίκην genuiſſet et educaſſet. Ideo et Pindarus toties victores ſuos inde commendat inter alia, quod patriam ſuam victoria nobilitarint, ac decus in eam omne transfuderint. Vide quae dicturi ſumus L. XVI. ſ. 4. Interim corollarii vice venuſtum in eam rem Simonidis epigramma conferre iuuat, ex L. I. Anthol. c. I. Γνῶθι Θεόκριτον προσιδὼν τὴν Ὀλυμπιονίκαν, Παῖδα παλαιομοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον, Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χέρονα μορφῆς, Ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν. *Ecce Theocritum: puer eſt: ſed Olympia vicit: Vernantes tanta temperat arte manus. Sic facie primus, certamine primus, honeſtis Natus auis, patriae ſplendida ſerta refert.* H.

a. Ipſi coronantur) Infra cap. 4. lib XVI. *Dalec.*

b. In delubro Mineruae quod ex Manubiis dicabat) A. Gellius libro X. cap. I. delubrum hoc non Mineruae fuiſſe, ſed Victoriae, videtur aſſerere. Cuius verba, vt eum Plinianis conferas, ſubnectere libuit: *Cum Pompeius aedem victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vice theatri eſſent, nomenque eius et honores inſcriberentur, quaeri coeptum eſt, vtrum conſul tertio ſcribendum eſſet, an tertium.* Pint.

Mineruae) Vide N. et Em. N. LXXXVI. (hic paſ.) *In del.* etc.) Monet Pintianus videri Gellium affirmare L. X. c. I. delubrum hoc non Mineruae fuiſſe, ſed Victoriae. At Gellio inde forſan aio errorem oblatum, quod in Mineruae delubro Victoriae ſtatuam Pompeius conſecrauit. H.

c. Centies vicies) Ita MSS. omnes, hoc eſt, centies ac vicies, et praeterea ſemel centena millia, cum LXXXIII. hominum millibus. H.

VIBVS [1] DCCCXLVI. *d.* OPPIDIS, CASTELLIS [2] MDXXXVIII. IN FIDEM RECEPTIS: TERRIS [3] A MAEOTIS LACV AD RVBRVM MARE SVBACTIS, VOTVM MERITO MINERVAE. *e.* Hoc eſt breuiarium *f.* eius ab Oriente. Triumphi vero, quem duxit [4] a. d. tertium *g.* Calendas Octobres [5] M. Piſone *h.*, M. Meſſala Conſulibus, praefatio haec fuit: CVM ORAM *i.* MARITIMAM [6] A PRAEDONIBVS LIBERASSET, ET IMPERIVM MARIS POPVLO ROMANO RESTITVISSET *k.*; EX ASIA, PONTO, ARMENIA, PAPHLAGONIA, CAPPADOCIA, CILICIA, SYRIA, SCYTHIS, IVDAEIS, ALBANIS, IBERIA, INSVLA CRETA, BASTERNIS, ET

1. CCCXLVI. *Ch.* 2. CLXXVIII. *Ch.* 3. *a Maeoti ad. M.* 4. *ad tertium Gr. et Al.* 5. *ſic et Ch. M. Piſone, M. Meſſala Gr. et Al.* 6. *in M. deeſt.*

d. DCCCXLVI.) Vide quae diximus ſup. ſect. H.

e. Votum merito Mineruae) Quod bellatrix ea dea ſit habita, ſimul et largitrix induſtriae in agendo. H.

f. Hoc eſt breuiarium) Summarium rerum geſtarum. Vſi ea voce Tranquillus, et Seneca. H.

g. A. d. tertium) Vide N. et Em. N. LXXXVII. (hic coll.) *A. d. t.*) At item L. XXXVII. ſ. 6. non a. d. tertium, ſed *pridie* Kal. Octobris actum eſſe triumphum ſcribit. Ad biduum nempe pompa prolata eſt, vt Plutarchus in Pompeio docet. H.

h. M. Piſone etc.) Ita codd. omnes MSS. a quibus editi diſcedunt, qui inuerſo ordine Conſules hos appellant. Fuit hic annus V.C. DCXCIII. quo Conſules leguntur M. Pupius Calpurnius Piſo, M. Valerius Meſſala, apud Dionem L. XXXVII. p. 50. Erat tum annos natus XL. Pompeius, vt ſcribit Plutarchus in eius Vita, p. 643. H.

i. Cum oram) Bello piratico ſcilicet confecto, de quo Florus L. III. c. 6. p. 177. et Velleius, L. II. n. 32. p. 13. Porro has eaſdem gentes a Pompeio deuictas enumerant alii: Plutarchus in eius vita, p. 642. Dio, L. XXXVI. et XXXVII. Appianus, in Mithrid. p. 252. ſqq. H.

k. Imperium maris populo Romano reſtituiſſet.) Hoc indicat Romani denarii pars altera, in qua Delphin ſpectatur cum aquila, intermedio ſceptro, ſubſcriptis literis, MAGN. PROCOS. Vrſin. 258. *Dal.*

ET SVPER HAEC DE [1] REGIBVS MITHRITADE ATQVE TIGRANE TRIVMPHAVIT. Summa ſummarum *l.* in [2] illa gloria fuit, (vt ipſe in concione dixit, quum de rebus ſuis diſſereret) Aſiam vltimam *m.* prouinciarum [1] acce-

1. *Reges.* 2. *ſic et Ch. in illo Gr. et Al.*

l. Summa ſummarum in illo gloria fuit.) Conſueuit quidem Plinius dictiones iterare, ſed non hoc modo. Item apographon Tolet. *illa*, legit, non *illo*. Quare exactius penſitato loco, opinor ſcribendum: *Summa, ſumma res, in illa gloria fuit.* vt infra cap. XXVIII. *Capitolium et in eo ſummam rem.* Pint.

Summa) Elogium tot victorias complexum in tanta gloria illa fuit. Vide N. et Em. N. LXXXVIII. (hic poſ.) *S. ſ.)* Fruſtra nititur Pintianus emendare, *Summa, ſumma res.* Vſitata probatis ſcriptoribus eſt haec loquendi formula: Pluto in Truculento, Act. I. Sc. I. v. 4. *Quam penes amantum ſumma ſummarum redit.* Summa ſummarum eſt, quum in rationibus multa nomina et capita in vnam ſummam rediguntur: ac ſic multis ſummis factis, omnia tandem in vnam, quae ceteras aequat et complectitur, conſumantur: Nam vt capita in ſummam, ſic ſummae in ſummam ſummarum rediguntur. Ita fere Turnebus. Scripſimus porro *ſumma ſummarum in illa gloria*, non *in illo*: ſequuti codd. omnes MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Ch. etc. H.

m. Aſiam vltimam) Hunc dicendi colorem mutuatus eſt a Plinio Florus, qui L. III. c. 5. *Sic Pompeio duce*, inquit, *Populus Rom. totam, qua latiſſima eſt, Aſiam peruagatus, quam extremam habebat imperii prouinciam, mediam fecit*, etc. Poterat Pompeius, vt poſtea Conſtantinus, et alii, in nummis inſcribi, VICTOR OMNIVM GENTIVM, ET DEBELLATOR, ET TRIVMFATOR GENTIVM BARBARVM. Non tamen Latine diceretur *Victorioſus*: quamuis ſecus Gellio viſum eſt, L. IV. c. 9. vbi verbum illud vſurpatum fuiſſe a Catone, opinor, fingit. Deceptus ille haud dubie eſt, aeque atque ii, qui Gruterianas inſcriptiones finxere eas, in quibus *Victorioſiſſimus* Princeps aliquis nuncupatur: illo Probi Auguſti numiſmate, in quo ſcriptum eſt, VICTORIOSO SEMPER. Stat ibi Probus paludatus ſceptrum ſiniſtra gerens, inter captiuos quatuor nudos: e quibus duo ſtantes, ſuos quiſque liberos offerunt

[1] accepiſſe, eamdemque mediam patriae reddidiſſe. Si quis e contrario ſimili modo velit [2] percenſere Caeſaris res, qui maior illo apparuit, totum profecto terrarum orbem enumeret: quod infinitum eſſe [3] conueniet.

XXVIII. (XXVII.) Ceteris virtutum generibus varie et multi fuere praeſtantes. Cato *n.* primus Porciae gentis tres ſummas *nn.* in homine res praeſtitiſſe [4] exiſtimatus *o.*, vt eſſet optimus Orator *p.*, optimus

1. excepiſſe. M. 2. *recenſere. Cb.* 3. *conuenit. V.* 4. *exiſtimatur, vt eſſet opt. Cb. exiſtimatus eſt Gr.*

ferunt Probo, et omnes eidem tendunt dextras ſupplices. Nummus eſt perrarus apud Spanhemium in Iuliani Caeſarr. p. 112. Si *Victorioſus* dici poſſet, qui ex omni acie victor diſcedit, vt *ebrioſus* eſt, qui ex omni conuiuio ebrius: fruſtra illa vox altera, *ſemper*, adderetur. Legendum hic omnino eſt, *Virtuti Inuicti Caeſaris, Tutatori Orbis Romani, Imperatori Optimo, Statuam Obtulit Senatus Eduenſis, Memoriae PERpetuae.* Nempe ſtatuam, cuius in nummo iſto effigies pingitur. In nummis ſuis ſaepe Probus *Inuictus* appellatur, ſemel etiam vice cognominis ei hoc nomen datum eſt: ſaepe etiam vice nominis, hoc eſt, pro IMP. PROBVS. VIRTVS PROBI AVG.; alibi VIRTVS INVICTI AVG. H.

n. Cato) Hoc eſt, is qui primus e Porcia gente Cato cognominatus eſt. Totum hoc caput verbis fere totidem transſcripſit Solinus, c. 1. p. 11. Catonis Porcii laudem abſolutiſſimam, quae exſtat apud Liuium L. XXXIX. p. 500. legere operae pretium fuerit, quod et huic loco maximam lucem eſt allatura, vt legenti haud mediocrem voluptatem. H.

nn. Tres ſummas) Quartam addit Val. Max. L. VIII. c. 7. n. 1. *vt eſſet iuris ciuilis quoque peritiſſimus.* H.

o. Exiſtimatus, vt eſſet) Ita emendauimus, ex R. 1. 2. et Chiffl. Prius legebatur, *exiſtimatus eſt.* H.

p. Optimus Orator) Orationum plerarumque quas habuit, ceterorumque ab eo ſcriptorum elenchum, praeter ea quae in noſtro Auctorum elencho recenſuimus, vide in Indice Auctorum, qui a Grammaticis vetuſtis laudantur, Priſciano, Diomede ac reliquis. H.

mus Imperator, optimus Senator: quae mihi omnia, etiamſi non prius, attamen clarius[1] fulſiſſe in Scipione *q.* Aemiliano videntur, dempto praeterea plurimorum odio *r.*, quo Cato laborauit. *rr.* Itaque ſit proprium Catonis, quater et quadragies cauſam dixiſſe *s.*, nec quemquam *t.* ſaepius poſtulatum, et ſemper abſolutum.

XXVIIII. (XXVII.) Fortitudo in quo[2] maxime exſtiterit, immenſae quaeſtionis eſt, vtique ſi recipiatur poetica fabuloſitas. [3] Q. Ennius T. Caecilium [4] Dentrem *u.*, fratremque eius praecipue miratus, propter

1. *Fuiſſe. V.* 2. *maxima. V.* 3. *qua. Ch.* 4. *Teucrum Gr. et Al.*

q. Scipione) Qui Africanus ſequens eſt dictus, Carthaginem, Numantiamque deleuit: L. Aemilii, qui de Perſe rege triumphauit, gener. Scipionis Africani prioris nepos. H.

r. Odio) Tam vehementi, vt aliquando ſit obiectum in auctione regia Canthar[?]das ſeu venenum vendidiſſe. Infra cap. 4. lib. XXIX. Id eſt, quod apud Chariſium in oratione de ſuo conſulatu inimicos ſuos multa miracula feciſſe ait, ſe tamen non deſinere mirari eorum audaciam atque confidentiam. *Dalec.*

rr. Laborauit) Ob cenſoriam ſeueritatem. H.

s. Quater et quadragies cauſam dixiſſe.) Valer. Max. cap. 7. lib. III. *Ariſtophon quinquagies Athenis accuſatus et abſolutus eſt.* Aeſchines in Demoſthenem. *Dalec.*

Quater et) Plutarch. p. 344. in eius vita ait, paulo minus quinquagies cauſam dixiſſe: et poſtremum quidem, quum annum ageret ſextum et octogeſimum. Vide quae Val. Max. l. c. H.

t. Nec quemquam) E Romanis ſcilicet hominibus. Sic Ariſtophontem quinquagies Athenis accuſatum et abſolutum eſſe, auctor eſt Aeſchines in Demoſthenem. H.

u. Dentrem) Vide N. et Em. N. LXXXIX. (hic conſp.) *T. Caecilium)* Prius *Teucrum* legebatur: ſed refragantibus licet omnibus libris, cur *Denter* ſcriberemus, ſatis habuimus argumenti. Sane *Denter* Caeciliorum eſſe cognomen Liuius ſaepe admonet: inprimis triceſimo nono p. 504. et L. XLII. p. 523. *Teucer* autem in ea familia qui cognominatus ſit, neminem exſti-

propter eos [1] ſextum decimum *x.* adiecit annalem. L. [2] Siccius *y.* Dentatus, qui Tribunus plebis fuit, Sp. Tar-

1. *Sic et M. et Ch. ſextum adiecit Gr. et Al.* 2. *Sicinnius.*

exſtitiſſe vnquam, quouis pignore contenderim. Anno porro CCCCLXX. Dolabella, et Domitio Coſſ. vt teſtatur Oroſius, L. III. cap. 22. L. Caecilius, Praetor, cum Imperio profectus contra Gallos, ad Aretium cecidit, fuſo exercitu. Is anno ſuperiore Conſul fuerat, quem male Caſſiodorus Caelium vocat: ſed errore quoque haud paulo grauiore, Caecilium Metellum cognominant, nullo ſcriptoris, antiqui teſtimonio freti, Onuphrius, Cuſpinianus, Pighius, aliique, qui Dentona, vel Dentrem dicere debuiſſent: eſt enim Graecis Δέντων, qui Latinis *Denter.* Faſti, qui Siculi vulgo appellantur, hoc ipſo fere anno, hoc eſt Olymp. CXXIII. anno quarto Δέντωνα vocant. De eo epitome Liuii L. XII. *Quum legati Romanorum, a Gallis Senonibus interfecti eſſent, L. Caecilius Praetor cum legionibus ab iis caeſus eſt.* Λεύκιον Στρατηγὸν appellat quoque Polybius L. II. p. 150. vbi hanc pugnam deſcribit. Huius fratri, in eadem acie pugnanti, vt promtum eſt ex Plinio intelligere, Titi praenomen fuiſſe eodem Plinio prodente ſcimus. H.

x. Sextum decimum) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Editi hactenus perperam, *ſextum* tantum. H.

y. Siccius Dentatus.) Infra lib. XXII. cap. 25. Hic propter fortitudinem Achilles Romanus dictus. Valer. Max. l. III. cap. de Fortitudine. In denariorum, quos Sicinia gens percuſſit, altera parte quorumdam, expreſſa ſunt indicia fortitudinis huius Sicinii, Herculis claua, operta leonis pelle cum arcu et ſagittis, vt fortaſſis apud Valerium pro *Achilles Romanus*, legendum ſit *Hercules:* in aliorum vero, caduceus cum palma, et laurea corona, ſignatum altera parte virginis caput cum bis literis, FORT. P. R. Fortitudo populi Romani. Vrſin. 245. *Dalec.*

L. Siccius) Vide N. et Em. N. XC. (paulo poſt) De eo dicemus, L. XXII. ſ. 5. *L. Sicius)* Siccinum tamen vocat Val. Max. L. III. c. 2. Solinus, c. 1. p. 10. Fulgentius de priſco ſermone, ex Varrone: Feſtus, verbo *obſidionalis:* et eſt gens Sicinia inter Romanos notiſſima, vt ex nummis apparet, quas Patinur exhibet, p. 263. Ex ea L. Sicinius fuit, qui primus Tribunus plebis creatus eſt, vt auctor

Sp. Tarpeio *a.*, [1] A. Aterio *b.* Conſulibus haud multo poſt

1. Aternio. Ch. A. Aeternio Gr. et Al.

auctor eſt Aſconius Pedianus in orat. pro L. Corn. de Maj. p. 36. Nihilominus L. Siccium malui, vt Rhenanus emendauit, quum et MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Thuan. Pariſ. Chiffl. aliique, et nobiliſſimi ſcriptores Gellius ac Dionyſius ita ſcribant, et apud P. Victorem, in deſcriptione Vrbis Romae regione XIV. *Vicus ſtatuae Siccinae* ponatur, et mox, *Statua ipſa Sicciana.* H.

a. Sp. Tarpeio, A. Aeternio conſulibus.) Liuius tertio libro, *A. Aeternio* legit: apographon Toletanum, *A. Thermo:* quae nomenclatura frequens eſt apud Latinos ſcriptores, tum Suetonium in Caeſare dictatore, *Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi praetoris contubernio.* Solinus quoque, *A. Thermo,* capite 5. Ceterum quoniam Liuii mentionem incurrimus, et Conſulum Sp. Tarpeji, et A. Aeternii, propellamus ex finibus praeſtantiſſimi ſcriptoris monſtrum horrendum, informe, ingens, a nullo, quod legerim, hactenus debellatum. Eius verba ſunt libro tertio: *Itaque ergo vt magiſtratu abiere, Sp. Tarpeio et A. Aeternio conſulibus, dies dicta eſt Romulio ab Claud. Cicerone tribuno plebis: Veturio ab L. Halieno Aedili plebis. Vterque magna patrum indignatione damnatus; Romulius* X. M. *aeris: Veturius,* XV. M. Haec Liuius: apud quem ſcribendum non *C. Claudio Cicerone,* ſed *Lucio Siccio:* pro *Lucio* enim *C. Claudio* ſcripſerunt: pro *Siccio, Cicerone.* Ab hoc enim Siccio accuſatus conuictuſque eſt male acti imperii T. Romulius, vt hic tibi oſtendit Plinius. Item tribunum eum plebis fuiſſe Liuius tradit, conſulibus Sp. Tarpeio et A. Aeternio, quod hic etiam legis. Vt quum Liuius ſcribat, accuſatione L. Siccii damnatum fuiſſe T. Romulium a populo X. M. aeris, et Plinius donatum fiſco, X. M. aeris, veriſimile fiat, illa X. M. quibus damnatus fuit Romulius, donaſſe populum tribuno ſuo L. Siccio accuſatori. *Pint.*

b. A. Aterio) Vide N. et Em. N. XCI. (paulo poſt) Eamdem porro hiſtoriam narrat ex Plinio Solinus, c. 1. p. 10. et Gellius, L. II. c. 12. p. 136. Varronis verba Fulgentius recitat L. de priſco ſermone. Valer. Max. quum hunc Siccium dicit habuiſſe praedicatorem laudum ſuarum M. Varronem. Vide et Dion. Hal. L. X. p. 663. *A. Aterio)* Ita reſcripſimus

poſt exactos *c.* reges, vel [1] numeroſiſſima ſuffragia habet: centies vicies praeliatus, octies ex prouocatione victor, quadraginta quinque cicatricibus adverſo corpore inſignis, nulla in tergo. [2] Item ſpolia cepit XXXIV. *d.* donatus [3] haſtis *e.* puris *f.* duodeuiginti,

1. *In eo numeroſiſſima. V.* 2. *Idem. Ch.* 3. *haſtis duodeuiginti, omiſſo puris. Gr. et Al.*

mus ex certiſſimis coniecturis. Nam primum quidem ita Solinus c. 1. p. 10. (et lapis Capitolinus, teſte Briſſonio: et Ateria gens Romae notiſſima: et Ateria lex apud A. Gellium, L. XI. c. 1. p. 577. eadem Tarpeia dicta ab altero Collega. Fuere enim collegae, Sp. Tarpeius Montan. Capitolinus, et A. Aterius Fontinalis, A. V. C. CCC. In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Chiffl. *A. Aternio.* In editis, *Aeternio:* Dion. Halic. L. X. p. 673. Θεϱμήνιον: omnes mendoſe. H.

c. Poſt exactos) Anno circiter poſt exactos reges LV. V. C., CC. H.

d. Item ſpolia cepit. XXXIV.*)* Sic vetus et Romana lectio; item Solinus cap. 5. Exemplaria tamen quaedam XXXV. Valer. Maxim. lib. CXI. capite de fortitudine, XXXVI. *Pint.*

e. Haſtis duodeuiginti) Haſta pura, ſine ferro. Virgil. Aeneid. lib. VI. *Ille, vides, iuuenis, pura qui nititur haſta.* Haec olim praemium eius fuit qui tum primum in praelio viciſſet: quoniam, vt Feſtus explicat, haſta ſummum imperium armorum ſignificabat, quamobrem δοϱυάλωτοι, ſiue δοϱύληπτοι, id eſt, captiui, ſub ea vaenibant. Exiſtimarunt quidam veteres, haſtam, perinde ac diadema faſtigii regii ſignum fuiſſe. Itaque Deorum Dearumque ſimulacris addidere. vti et in Vet. infinitis propemodum numis videre eſt, vnde et *Curitis Iuno* vocata eſt ab haſta quam *Curin* Sabini dicunt. Legitur apud Liuium, inter prodigia, quae nuntiabant Pontifices, nunc Lanuinae Iunonis haſtam, nunc Praeneſtini Martis ſponte motam fuiſſe. Rhodig. cap. 16. XXI. *Militem de gradu deiicere, exauctorare, vite aut virgis caedere, equum adimere, haſtam dare iubere, tamquam ſpe merendi ſtipendia prorſus amiſſa, turpiſſimi facinoris grauiſſimum ſupplicium fuit,* Alex. ab. Alex. c. 13. II. *Dalec.*

Haſtis) Feſtus, verbo *Haſta. Signum praecipuum eſt haſta: nam et Carthaginienſes,*

ginti, phaleris *g.* XXV. torquibus tribus et LXXX. *h.* armillis *i.* [1] CLX. *k.* coronis [2] XXVI. *l.* ciuicis *m.* XIV.

I 2 aureis

1. *Plus* CLX. *Longol. ex Gell.* 2. XXXVI. *Ch.*

ſes, quum bellum vellent, Romam haſtam miſerunt, et Romani fortes viros ſaepe haſta donarunt. H.

f. Puris) Sine ferro. Hanc voculam nos addidimus ex codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. H.

g. Phaleris) Significantur plerumque eo nomine ornamenta equorum: nunc vero nobilium equitum, ſiue ea fuerint ſcuta breuia, et clypeoli, ſeu parui vmbones, ſiue quid aliud. Etymologus: Φάλαρα, ἀσπιδίσκες, τὴν κόσμησιν, τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων etc. At paulo poſt: Φάλος, ἀσπιδίσκιόν τι, μικρὸν καὶ λαμπρόν· καὶ φάλαρα, τὰ κοσμήματα διὰ τὴν λαμπρότητα etc. H.

h Torquibus tribus et LXXX.*)* Addit Valer. Maximus huic numero *centum*, volumine citato. Solinus cum Plinio LXXXIII. cap. 5. mendoſa cuius verba, vt caſtigentur, ſubieci, *In phaleris, haſtis puris, armillis, coronis* CCCXII. *meruit.* Adde dictionem, *torquibus*: *In phaleris, torquibus, haſtis puris,* etc. Confer Plinium cum Solino, et ſupputa. *Pint.*

Tribus et LXXX.*)* Val. Max. l. c. torques CLXXXIII. At Gellius et Solinus cum Plinio faciunt, et MSS. codd. cum editis. Dionyſ. item Hal. l. c. ὀγδοήκοντα μὲν καὶ τρεῖς χρυσοῦς στρεπτοὺς περιαυχενίους. H.

i. Armillis) Ornamenta erant circulorum modo, quae milites imperatorum dono, in brachiis ſiniſtris geſtabant. Veteres hos *Calbeos* appellaſſe, auctor eſt Feſtus. *Dalec.*

Armillis) Feſtus: *Armillas ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt,* etc. Plinio, L. XXVIII. ſ. 23. brachialia vocantur, Gallis, *des braſſelets.* Vide Voſſium in Etymol. H.

k. CLX.) Val. Max. *armillae* CLX. Gellius, *armillis plus centum* LX. At Dion. Halicar. armillas aureas tantum LX. ἑξήκοντα. H.

l. Coronis XXVI.*)* Exſurgit plane hic numerus ex XIV. ciuicis, aureis octo, muralibus tribus, obſidionalique vna, quae tum a Plinio, tum a Valerio, Gellio, et Solino numerantur. Tamen in MS. Par. et Chiffl. et in vetuſtis editionibus legitur *coronis* XXXVI. H.

m. Ciuicis) De ciuica et obſi-

aureis VIII. muralibus III. obſidionali vna, fiſco aeris X. n. [1]captiuis et XX. ſimul bubus, Imperatores nouem ipſius maxime opera triumphantes ſequutus: praeterea (quod optimum in operibus eius reor)

1. *Captiuis* XX. *miliibus.* *M. alii captiuorum.*

obſidionali corona Feſtus agit, verbo *Obſidionalis*, vbi eadem plane de Sicinio Dentato refert, quae ceteri. Nos de vtraque commodius L. XVI. ſ. 3. et L. XXII. ſ. 4. H.

n. Fiſco aeris X. *captiuis et* XX. *ſimul bubus*) Puto ſcribendum: *e fiſco aeris* X. *capti aeris* XX. *millibus*: vt dicat e fiſco, id eſt, aerario, donatum eſſe Siccium decem aeris; aeris autem capti ſiue captiui, e praeda nimirum viginti millibus quod praedaticium aes militibus ante triumphum ſolebant elargiri imperatores pro dignitate cuiuſque et meritis. *Salm. Vna, fiſco aeris* X. *captiuis, etc.*) V. C. *vna: ex fiſco, aeris decem millibus, captiuis, et ſimul bubus viginti*: priorem huius lectionis partem agnoſcit Rhodig. c. 6. XXIX. Similis eſt loquutio in XII. Tab. *Si quis iniuriam alteri faxit, vigintiquinque aeris poenae ſunto*, quod apud Gellium Phauorinus interpretatur.

n. Fiſco aeris decem) An decem millibus? quae ſumma efficit monetae noſtrae Gallicae, libras, vt vocant, 400. An potius ſuperpoſitam notae denarii X. lineolam oportuit, quae *decies* ſignificaret, hoc eſt, decies centena millia aeris ſiue aſſium: quod efficit monetae noſtrae libras 40000. Vide N. et Em. N. XCII. (hic conſp.) *Fiſco aeris*) Hac parte munerum, quibus Sicinius donatus eſt, a ſcriptoribus ceteris ſilentio praetermiſſa, nulla eſt in iis ſubſidii relicta ſpes ad hunc emendandum illuſtrandumve locum, vbi exemplaria inter ſe mire diſſident. Nam R. 2. *Fiſco aeris decem captiuis et viginti ſimilibus.* R. 1. Colb. 1. 2. Par. et vet. Dalec. *captiuis et viginti millibus*, quam lectionem prae ſe ferunt omnes editiones vetuſtae ante Sig. Gelenium, qui hanc lectionem commentus eſt, quam poſteriores deinde amplexati ſunt, *captiuis et* XX. *ſimul bubus.* Vt vt eſt, vel Gelenium potius, vel editionum fidem ſequar, quam iis neglectis Salmaſio aſſentiar, qui p. 48. ſic emendat: *e fiſco aeris* X. *capti aeris* XX. *millibus.* H.

reor) vno ex ducibus [1] T. Romilio *o.* ex Conſulatu ad populum [2] conuicto [3] male acti imperii *p.* [4] Rei militaris haud minora forent Manlii *q.* Capitolini decora, ni perdidiſſet illa exitu vitae. *r.* Ante [5] decimum ſeptimum *ſ.* annum bina ceperat ſpolia. Primus

1. T. Tiberio Romilio. M. Romulio Gr. et vulgg. 2. *conuincto. M.* 3. *Male acti imperii rei militaris. Haud minora etc. Gr et Al.* 4. *eius. M.* 5. *decem ſeptem annos. Ch.*

o. T. Romilio) Collegam habuit in Conſulatu C. Veturium, A. V. C. CCXCIX. Ita Dion. A. R. L. X. p. 659. et Liuius, L. III. p. 52. Vide N. et Em. N. XCIII. (hic coll.) *T. Rom.)* Ita libri omnes MSS. et Dion. Halic. Τίτον Ῥωμίλιον vocat, Liuius tamen Romulium. H.

p. Conuicto male acti imperii militaris) Quid vocat, *male actum imperium militare.* Lege: *male in imperio actae rei militaris.* Vide Salmaſ. in Plin. pag. 48.

Conuicto) Vide Dion. l. c. p. 673. et 674. Liuius L. III. p. 53. rem ita narrat, vbi de clade Aequorum egit, quos Romulius Veturiusque Conſules deuicerant: *Praeda,* inquit, *parta ingens; eam propter inopiam aerarii, Conſules vendiderunt: inuidiae tamen res ad exercitum fuit: ea denique Tribunis materiam criminandi ad plebem Conſules praebuit. Itaque ergo vt magiſtratu abiere, — — dies dicta eſt Romulio — — damnatus Romulius decem millibus aeris, etc.* H.

q. Manlii) Praenomen ei Marcus fuit. H.

r. Exitu vitae) Liuius lib. VI. Decad. I. Val. Max. lib. VI. c. de Seueritate. *Dalec.*

Exitu vitae) Quum fortiter defenſam alias libertatem nefarie opprimere conatus eſt; vnde Gallos depulerat, inde ipſe praecipitatus, inquit Val. Max L. VI. c. 3. p. 301. Damnatum enim Tribuni de ſaxo Tarpeio deiecerunt: locuſque idem in vno homine, et eximiae gloriae monimentum, et poenae vltimae fuit, vt ſcribit Liuius, L. VI. p. 112. H.

ſ. Ante decimum ſeptimum) Simile facinus M. Lepidi, qui poſtea Triumuir fuit, nummus exhibet, a Patino delineatus, p. 7. n. 4. hoc titulo: M. LEPIDVS AN. XV. PR. HO. C. S. Ipſe in equo decurrens trophaeum geſtat humero dextro .)(. Caput

mus omnium eques coronam muralem acceperat, vi. ciuicas *t.*, xxxvii. *u.* dona, [1] xxiii. cicatrices *x.* aduerſo corpore exceperat: P. Seruilium *y.* Magiſtrum equitum ſeruauerat, ipſe vulneratus humerum ac femur. Super omnia, Capitolium ſummamque rem in eo ſolus a Gallis ſeruauerat, ſi non regno ſuo *z.* ſeruaſſet. Verum ſunt in his quidem virtutis opera magna, ſed maiora fortunae. M. Sergio *a.*, vt quidem arbitror, nemo quemquam homi-

1. *Sic et Ch.* xxxiii. *Gr. et vulgg.*

Caput Concordiae: retro, corona, victoriae ſymbolum: e regione ſimpulum, vt vocant, index Pontificatus. Inſcriptionem ſic interpretare: *Marcus Lepidus annorum quindecim primus hoſtium caſtra ſuccendit*: non, vt Val. Max. multis perſuaſit, *Praetextatus hoſtem occidit, ciuem ſeruauit.* Neque enim praetextati admittuntur in acie; neque hic Lepidus pingitur praetextatus, ſed paludatus. H.

t. vi. *ciuicas)* Liuius, *octo* l. c. H.

u. xxxvii.) Numerum Liuius amplificat: *Dona Imperatorum*, inquit, *ad quadraginta, in quibus inſignes duas murales coronas.* H.

x. xxiii. *cicatrices)* Ita MSS. omnes: et Pariſ. quidem, *viginti tres*, ſine numeralibus notis. In editis perperam, XXXIII. H.

y. P. Seruilium) Ita libri quidem omnes: at *C. Seruilium Ahalam* Liuius vocat, L. VI. p. 112. Vide N. et Em. in L. VIII. N. CLXVIII. H.

z. Regno ſuo) Regnum enim affectaſſe auctor eſt Liuius, L. VI. p. 111. H.

a. M. Sergio) Vocabatur is *M. Sergius Silus.* In Romani vetuſti denarii altera parte Romae galeatae caput expreſſum eſt cum denarii nota, et his literis, roma ex s. c. altera vero facie equo procurrenti inſidens, ſiniſtra manu caput hoſtis praeciſum tenet, cum his literis, q. m. sergi. silvs. Fulu. Vrſ. p. 239. *Dal.*

M. Sergio) Fuit is M. Sergius Silus, L. Aemilii Pauli CoS. anno DLXXXVI. Legatus in bello Perſico: cuius et Liuius meminit L. XLIV. Quae de ipſo Plinius refert, ea Salmaſius tranſſcripſit, c. 1. p. 10. Vetus denarius in Muſeo noſtro, et apud Patinum in Famil. p. 256. Romae victricis caput hinc exhibet, cum denarii

hominum iure praetulerit: licet pronepos Catilina *b.* gratiam nomini [1] deroget. Secundo ſtipendio [2] dextram manum perdidit: ſtipendiis duobus ter et vicies vulneratus eſt: ob id neutra manu, neutro pede ſatis vtilis: vno tantum ſeruo, plurimis poſtea ſtipendiis debilis miles. Bis ab Hannibale captus, (neque enim cum quolibet hoſte res fuit:) bis vinculorum eius profugus, xx. menſibus nullo non die in catenis aut compedibus cuſtoditus. Siniſtra manu ſola quater pugnauit, duobus equis inſidente eo ſuffoſſis. Dextram ſibi ferream fecit, eaque religata praeliatus, Cremonam obſidione exemit, Placentiam tutatus eſt: duodena caſtra hoſtium in Gallia *c.* cepit: quae omnia ex oratione eius apparent, habita quum in praetura ſacris arceretur a collegis *d.*, vt

1. *Derogarit. V.* 2. *dexteram. Ch.*

narii nota, et ROMA et EX SC. inde equitem galeatum, qui ſiniſtra ſtrictum enſem et caput hoſtis praecifum geſtat. Sub equo, M. SERGI, *Marcus Sergius*, ille qui in equo pingitur. Litera Q. ſuperpoſita, a Quaeſtore nummum percuſſum eſſe ſignificat, qui materno ſanguine genus ex illo duceret: infra, charactere paulo minore, SILVS: quae ſunt totidem vocum primae literae, hac ſententia: *Sergius Italiam Liberauit Vicies Sexies.* Errore Magno Valer. Max. L. VI. c. 1. n. 8. aliique Sergium cognomine Silum dixere. Plinio teſte, L. XI. ſ. 59. non *Silus* alicuius gentis cognomen, ſed *Silo* fuit. H.

b. Pronepos Catilina) L. Sergius Catilina dictus, Ciceronis conſiliis oppreſſus. H.

c. In Gallia) Circumpadana. H.

d. Sacris arceretur a collegis vt debilis) Veteribus cautum, ne corpore mutilati ſacris admouerentur, oſtendit Seneca Declam. 4. contra Metellum petentem Sacerdotium. *Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vocanda eſt. Hoc in victimis notatur, quanto magis in ſacerdotibus?* Rhodig. c. 2. XII. *Dal.*

Vt debilis) Mancus et mutilus. Eiuſmodi enim homines a ſacris arcebantur, *Sacerdos non integri corporis*, inquit Seneca pater, Controu. L. IV.

vt debilis. Quos hic coronarum aceruos conſtructurus hoſte mutato? Etenim plurimum refert, in quae cuiuſque virtus tempora inciderit. Quas Trebia *e.* [1] Ticinuſue, aut Traſymenus ciuicas dedere? Quae Cannis corona merita? [2] vnde fugiſſe *f.* virtutis ſummum opus fuit. Ceteri profecto victores hominum fuere, Sergius vicit etiam fortunam.

XXX.

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Tol. Ticinuſque Gr. et Al.* 2. *in Ch. vulgata lectis in ordine ſeruata, ita ſuperne emendatur, indefeſſae virtutis etc.*

L. IV. 2. p. 243. *quaſi mali ominis res vocanda eſt. Hoc in victimis notatur: quanto magis in ſacerdotibus? Poſt ſacerdotium magis obſeruanda eſt debilitas: non enim ſine ira Deorum debilitatur ſacerdos,* etc. H.

e. Quas Trebia) Nullas cuiquam Trebia, inquit, nullas Ticinus, aut Thraſymenus ciuicas dedere: nulla Cannis corona merita: adeo plurimum refert, in quae cuiuſque virtus tempora inciderit: nec magis homines, cum Hannibale bis congreſſus, quam fortunam ipſam viciſſe Sergius videtur, qui exitioſis hiſce Reip. praeliis non interfuerit. Vide N. et Em. N. XCIV. (paulo poſt) Notae clades acceptae ab Hannibale, quum vterque Conſulum victus, anno 536. P. Cornelius ad Ticinum: Sempronius ad Trebiam. Sequente anno, Vrbis 537. maior ad Thraſymenum lacum clades accepta: omnium vero atrociſſima plaga Cannenſis: anno 538. *Quas Trebia)* Hunc Plinii locum male Solinus intellexiſſe deprehenditur, c. 3. p. 20. de eodem Sergio ſcribens: *a Thraſymeno, Trebia, Ticinoque coronas ciuicas retulit, Cannenſi quoque praelio, de quo refugiſſe eximium opus virtutis fuit, ſolus accepit coronam.* At in iſtis praeliis, nec Sergio, nec alteri cuipiam contigiſſe ciuicam coronam, ſcriptoris, haud dubie, vt diximus, ſententia eſt. H.

f. Vnde fugiſſe) Quamobrem Terentio Varroni, cuius Conſulis temeritate Cannenſis plaga contigerat, actae a Senatu gratiae ſunt, quod de Republica non deſperaſſet. H.

XXX. (XXIX.) Ingeniorum gloriae quis poſſit agere delectum, per tot diſciplinarum genera, et tantam rerum operumque varietatem? niſi forte Homero vate Graeco *g.*, nullum [1] felicius *h.* exſtitiſſe conuenit, ſiue operis fortuna, ſiue materia aeſtimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim inſignibus iudiciis optime, citraque inuidiam, tam ſuperba cenſura peragetur:) inter ſpolia [2] Darii Perſarum regis vnguentorum ſcrinio capto *i.*, quod erat auro [3] gemmiſque ac margaritis pretioſum, varios eius vſus amicis demonſtrantibus, (quando taedebat vnguenti bellatorem et militia ſordidum *k.*;) immo hercule, inquit, librorum Homeri cuſtodiae detur: vt pretioſiſſimum humani animi opus *l.* quam maxime

I 5

1. *Feliciorem quidam malunt.* 2. *Darii. Ch.* 3. *Margaritis gemmiſque*

g. Homero vate Graeco) Ambigitur multum inter doctos, cuias fuerit Homerus, et qua aetate vixerit: Chium fuiſſe, monſtrat verſus ex eius hymno in Apollinem: Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ. De ſeculo non conſtat in ſcriptorum maxima diuerſitate, probabilior tamen viſa eſt Ariſtarchi, Philochori, et Apollodori ſententia, qui centum quadraginta annis floruiſſe poſt Troianum bellum aſſeruerunt. *Dal.*

h. Nullum felicius) Ingenium ſcilicet. H.

i. Scrinio capto) Ferula ſcrinium id compactum fuiſſe prodiderunt. Itaque quum exemplar illud diligentiſſime correctum cura et opera Ariſtotelis, Calliſthenis, Anaxarchi, poſt Alexandri mortem euulgatum eſſet, editionem ἐκ τοῦ νάρθηκος vocarunt, hoc cognomine ab aliis non paucis eo ſeculo celebribus diſtinguentes. Victor. c. 19. XXXI. *Dal.*

Scrinio) De eo dicetur rurſum, L. XIII. c. 1. H.

k. Et militia ſordidum) *Non indecoro* ſcilicet, vt cecinit Lyricus vates, *puluere ſordidum.* H.

l. Pretioſiſſimum humani animi opus) Homeri poëmata tanti fecerunt Athenienſes, vt lege ſanxerint, quinto quoque anno in Panathenaeis eius

me diuiti [1] opere ſeruaretur. Item Pindari vatis *m.* familiae penatibuſque iuſſit parci, quum Thebas caperet. Ariſtotelis Philoſophi [2] patriam condidit *n.*: tan-

1. Operi. Ch. 2. *patriam ſuam credidit. M. Ariſtotelis Philippus patriam condidit. Longol.*

eius vnius carmina publice decantari: ſicut ex tragicis poëtis Aeſchyli ſolius fabulas eo mortuo doceri. Muret. in Var. cap. 6. lib. VI. Homerum natura caecum fuiſſe quidam et tradunt et putant: at Herodotus antea ſanum Colophone excaecatum fuiſſe tradit. Pauſanias id morbo contigiſſe, vt et Tamyridi Tzetzes inopem ac ſenectute caecum obiiſſe. Brod. cap. 9. lib. V. Plato in Phaedro oculis captum, quod in Helenam inuectus eſſet. *Dal.*

m. Pindari vatis familiac, etc.) Quum Pindarus in quodam aſmate his verbis Athenas laudaſſet, *αἴτε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ᾽ Ἀθᾶναι*, a ſuis ciuibus pecunia multatus eſt, quod alienis potius, quam ſuis, tantum laudis dediſſet. Hoc vbi reſciuiſſent Athenienſes, et duplum pecuniae miſerunt, quae exigebatur, et ante regiam porticum aeneam ſtatuam poſuerunt, ſedentis figura cum pallio, et diademate lyram tenentis, librumque apertum ſuper genua. Pauſanias. Muret. in Var. cap. 14. *Dal.*

Item Pindari) Vide Plutarch. in Alex. p. 670. Aelian. V. H. L. XIII. c. 7. Tzetzen, Chil. 7. v. 411. H.

n. Ariſtotelis Philoſophi patriam condidit) Val. Max. cap. 6. lib. V. Plutarchus in Alexandro. Laërtius in Ariſtotele. *Dal.*

Ariſtotelis patriam) Stagiram. Vide N. et Em. N. XCV. (paulo poſt) Conſule et Val. Max. L. V. c. 6. p. 279. *Ariſt.)* Locum hunc aiunt Longolium conatum eſſe ſic emendare: *Ariſtotelis Philippus patriam condidit.* Vet. cod. Dalecampii, *Ariſtotelis Philoſophi patriam, ſuam credidit.* Nihil vero mutari oportere admonet Tzetzes Chil. 7. v. 442. vbi exciſam a Philippo quidem Stagiram, et ab eodem inſtauratam denuo, ſed Alexandri precibus, vt clare ſignificat, et interuentu. Ἡ Στάγειρα τῶν πολέων μία τῶν τῆς Ὀλύνθου τοῦ Φιλοσόφου δὲ πατρίς Ἀριστοτέλους αὕτη Κατέσκαψε δὲ Φίλιππος, ἐχθρὰν οὖσαν σὺν ἄλλαις. Ἀριστοτέλης δ᾽ ὕστερον Ἀλέξανδρον αἰτεῖται καὶ πάλιν ἀνακτίζουσιν, ὡς δι᾽ αὐτὸν, τὴν πόλιν. H.

tantaeque *o.* rerum claritati tam benignum teſtimonium miſcuit. Archilochi Poëtae interfectores Apollo arguit Delphis. *p.* Sophoclem tragici cothurni principem defunctum [1] ſepeliri Liber Pater iuſſit, obſidentibus moenia Lacedaemoniis: Lyſandro eorum rege in quiete ſaepius admonito, vt pateretur humari delicias ſuas. Requiſiuit rex, [2] quis ſupremum

1. *Sepelire. Ch.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. qui ſuprem. Gr. et Al.*

o. Tantaeque) Tantaeque ob res plurimas collectae ab Ariſtotele famae, ſuum quoque Alexander teſtimonium adiecit. H.

p. Archilochi poëtae interfectores Apollo arguit Delphis) Scribo, numero vnitatis *Interfectorem:* neque enim multi Archilochum interfecerunt, ſed vnus dumtaxat, Calondas nomine, Corax cognomine, quo ſcelere pollutus, quum ad oraculum Apollinis veniſſet Delphos, a Pythia tamquam nefarius ſacrilegusſque repulſus eſt, auctore Suida in ea dictione. Meminit et Euſebius Pamphili, volumine Euangelicae praeparationis v. cap. XII. qui tamen, quod animadverſione dignum eſt, non Calondam Archilochi interfectorem, vt Suidas appellat, ſed Archiam. *Quare,* inquit, *qui eum occidit Archias a templo quaſi ſceleſtus exire abs te iuſſus eſt: Muſarum enim occidit amicum.* Pintian. *Archilochi)* Reliquum caput ad verbum exſcripſit ex Plinio Solinus, c. I. p. II. Vide Not. et Em. N. XCVI. (hic conſp.) *Archilochi)* Corrigit Pintianus *interfectorem,* quoniam vnicum fuiſſe hiſtoriae tradunt. Verum vt hoc ita ſit, mos eſt tamen vſu receptus multitudinis numero in ſimilibus abuti. Vnde Solinus hunc locum transſcribens, *Percuſſores,* inquit, *Archilochi poetae Apollo prodidit, et latronam facinus Deo coarguente detectum.* Oenomaus inter Graecos ſcriptor haud ignobilis, referente Euſebio, ita ferme prodidit: *Quare qui Archilochum occidit Archias, a templo quaſi ſceleſtus exire ab Apolline iuſſus eſt: Muſarum enim amicum occiderat.* Apollinis carmen refert Galenus in Suaſoria T. II. c. 9. p. 10. Μουσάων θεράποντα κατέκτανες· ἔξιθι νηῦ. *Muſarum famuli occiſor, templo procul eſto.* Alii non Archiam hunc interfectorem, ſed Calondam Coracem appellant. H.

mum diem Athenis obiiſſet: nec difficulter [1] ex iis, quem Deus ſignificaſſet, intellexit: pacemque *q.* funeri dedit.

XXXI. (XXX.) Platoni ſapientiae *r.* antiſtiti Dionyſius tyrannus, alias ſaeuitiae ſuperbiaeque natus, vittatam nauem miſit obuiam: ipſe quadrigis albis *s.* egredientem in litore excepit. Viginti *t.* talentis vnam

1. *Rex idem. Tol.*

q. Pacemque) Solinus: *Inducias bello dedit, vſque dum congruae, ſupremis talibus exſequiae ducerentur.* H.

r. Platoni ſapientiae) Platoni quod natali ſuo deceſſiſſet et vnum et octogeſimum ſine vlla deductione annum impleuiſſet, Athenis Magos ſacrum feciſſe, tamquam viro amplioris ſortis quam humanae, vide apud Senecam Epiſt. 55. *Dal.*

Platoni ſapientiae antiſtiti) Hoc eſt, qui in Philoſophia excellebat. Haec de Platone Solinus totidem verbis c. 1. p. 11. Numiſma Graecum ex aere mediocri Patinus vulgavit, in quo cum Platone ſapientiae laude confertur Auguſtus: ex parte vna caput Auguſti nudum exhibet, cum epigraphe ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΠΑΣΤΟΣ. Ex altera parte caput ſenile, barbatum, cum epigraphe: ΠΛΑΤΩΝ. H.

s Ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit) Exemplar vtrumque, *Ipſe a gradibus egredientes in litore excipit.* Scribendum opinor, *ipſe Achradine egrediens in litore excepit.* Achradinen partem eſſe vrbis Syracuſanae, Liuius multis locis auctor eſt. Meminit et Stephanus, et Plutarchus in Dione. *Pint.*

Quadrigis albis) Vide N. et Em. N. XCVII. (hic poſ.) *Quadr. a.*) Ita cod. Par. et editiones omnes vetuſtae. Nodum quaerere in ſcirpo videtur Pintianus, quum legendum ſuſpicatur, *Ipſe Acradine egrediens.* Quin enim vero Solinum legit, qui hunc locum exſcribens: *Ipſe*, inquit, *cum albis quadrigis egredientem in litore occurrens honoratus eſt.* H.

t. Viginti) Plutarch. in vitis Rhetor. p. 838. Παρὰ Νικοκλέȣς τȣ̃ Κυπρίων βασιλέως, ὅ ἦν υἱὸς Εὐαγόρȣ εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ὑπὲρ τȣ̃ πρὸς αὐτὸν γραφέντος λόγȣ. *A. Nicocle Cypriorum rege, Euagorae filio viginti talenta pro oratione ad ipſum ſcripta accepit.* Talenta interpretamur ea, quae Plautus a magnis talentis diſcriminat,

vnam orationem Iſocrates *u.* vendidit. Aeſchines *x.* Athenienſis ſummus orator, quum accuſationem, qua fuerat vſus, [1]Rhodiis legiſſet, legit et defenſionem Demoſthenis *y.*, [2]qua in illud [3]pulſus fuerat exſilium: mirantibuſque, tum magis fuiſſe miraturos dixit, ſi ipſum orantem audiuiſſent: [4]in calamitate *z.* teſtis ingens factus inimici. Thucydidem Impe-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſent. Tol. Rhodis. Ch. Rhodi Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. ob quam in illud depulſus Gr. et Al.* 3. *ſic quoque. Ch.* 4. *in calamitate, deeſt in M.*

minat, ac noſtrae efficere ſingula libras triginta docet. Itaque viginti talenta efficivnt libras ſexcentas, *ſix cent livres, ou deux cens écus.* Magna viginti talenta efficerent tricies octies mille quadringentas libras, *trente huit mille quatre cent livres*: denario aeſtimato tantum aſſibus octo Gallicis: nam ſi decem, vt olim, efficerent ſexaginta millia librarum, *ſoixante mille francs, ou dix mille écus.* H.

u. Iſocrates) Platonis et Socratis aequalis, in Phaedro magnopere laudatus. Nam et alii duo fuerunt: alter Apolloniates, ſuperioris auditor, memoratus a Suida, cui Harpocration λόγον παραινετικὸν ad Daemonicum Hipponici filium tribuit: alter Ciceroni σύγχρονος, familiaris et ſodalis Halicarnaſſaei, quem is ſupra dictae orationis auctorem fuiſſe tradit. Muret. in Var. c. 1. lib. I. *Dal.*

Iſocrates) De eo Plutarch. in Vitis Orator. p. 836. Laudat hunc Tullius, L. de claris Oratoribus, p. 525. H.

x. Aeſchines) Rem ita plane refert Val. Max. L. VIII. c. 10. p. 397. et Cicero, de orat. L. III. p. 511. Plutarch. vero in Rhetorum vitis, p. 840. ait Rhodiis admirantibus, quod habita oratione in Cteſiphontem, cauſa nihilominus Aeſchines cecidiſſet, hunc reſpondiſſe, ſe mirari deſituros, ſi contra orantem Demoſthenem audiuiſſent. Demoſthenis orationem ab Aeſchine recitatam fuiſſe diſſimulat. H.

y. Defenſionem Demoſthenis) Valer. Max. c. 10. lib. VIII. *Dal.*

z. In calamitate) Magnum eſt ab inimico laudari: maius, et a miſero. H.

Imperatorem Athenienſes in exſilium egere, [1] rerum conditorem *a.* reuocauere *b.*: eloquentiam mirati, cuius virtutem *c.* damnauerant. Magnum et Menandro *d.* in comico ſocco teſtimonium regum Aegypti et Macedoniae contigit, claſſe et per legatos petito: maius *e.* ex ipſo, regiae fortunae praelata literarum conſcientia. *f.* Perhibuere et Romani proceres etiam exteris teſtimonia. Cn. Pompeius *g.* confecto Mithridatico bello intraturus Poſidonii ſapientiae profeſſione clari domum, fores percuti de more *h.* a lictore vetuit: et [2] faſces literarum *k.* ianuae

1. *Tragoediarum.* *M. haud recte.* 2. *faſces lictorios Gr. et Al.*

a. Rerum conditorem) Hoc eſt, Cicero eumdem appellat in Bruto, p 602. rerum geſtarum ſcriptorem ac proclamatorem ſincerum et grandem. Sic in praefat. ad Veſpaſ. pictores ac ſtatuarii, pingendi fingendique conditores vocantur. H.

b. Reuocauere) Oenobii Archontis decreto, vt refert Pauſanias in Attic. L. I. H.

c. Cuius virtutem) Fortitudinem in bello. H.

d. Menandro) Egimus de eo in Auctorum Indice. H.

e. Maius) Maius de ſe ipſe ſibi teſtimonium praebuit virtutis, quum gratiae regum antetulit literarum ſcientiam. H.

f. Conſcientia) Forte melius, *literarum ſcientia.* Nec male, *conſcientia.* H.

g. Cn. Pompeius) Haec Solin. totidem verbis c. I. p. II. H.

h. Fores percuti de more) Legend. *forem percuti de more a lictore vetuit: et faſces literarum ianuae ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidenſque ſubmiſerat.* Salmaſ. pag 53.

De more) Liuius, L. VI. p. 117. *Lictor Sulpicii Tribuni militum, quum is de foro ſe domum reciperet, forem, (vt mos eſt) virga percuteret,* etc. H.

k. Literarum ianuae) Hominis literati ianuae. Vide N. et Em. N. XCVIII. (hic poſ.) *Et faſces* etc.) Etſi libri editi omnes prae ſe ferant, *faſces lictorios ianuae,* ita edi tamen curauimus admoniti fide exemplarium R. I. 2. Colb. I. 2. et Par. atque adeo Solini, ipſius cuius haec verba c. I. p. II. *Submiſſ-*

nuae ſubmiſit is, cui ſe oriens occidenſque ſubmiſerat. Cato *l.* Cenſorius, in illa nobili trium ſapientiae procerum ab Athenis legatione, audito Carneade *m.*, quam primum legatos eos cenſuit dimittendos; quoniam illo viro argumentante, quid veri eſſet haud facile diſcerni poſſet. Quanta morum *n.* commutatio? Ille ſemper *o.* alioquin vniuerſos [1] ex Italia pellendos cenſuit Graecos: at pronepos eius Vticenſis Cato, vnum [2] ex tribunatu militum *p.* philoſophum, alterum *q.* ex Cypria legatione *r.* deportauit. [3] Eamdemque linguam *s.* ex duobus Catonibus, in [4] illo *t.* [5] abieciſſe *u.*, in hoc *x.* importaſſe, memorabile eſt. Sed

1 *Exitiali nomine appellandos. M. ex Italia appellandos.* Ch. 2. *in.* D. 3. *Eamdem itaque.* D. 4. *illum et hunc.* D. 5. *abegiſſe. Alii, ambigiſſe, in hoc imperitaſſe.* Ch.

miſſiſque faſcibus, quamlibet confecto Mithridatico bello, et Orientis victor, ſententia propria ceſſit ianuae literarum. H.

l. Cato) Vide Plutarch. in Cat. Mai. p. 350. H.

m. Carneade) Laborioſo illo et diuturno ſapientiae milite (verbis vtor Val. Max. L. VIII. c. 7. p. 388.) cui nonaginta expletis annis idem viuendi ac philoſophandi finis fuit H.

n. Quanta morum) Quae ſequuntur, de vtroque Catone, tranſſcripſit ea Solinus ad verbum l. c. H.

o. Ille ſemper) Vide L. XXIX. ſ. 7. H.

p. Ex tribunatu militum) Quem in Macedonia geſſit. Plutarch. in eius vita, p. 763. H.

q. Alterum) Zenonem. Vide L. XXXIV. ſ. 19. ſub finem n. 35. H.

r. Cypria legatione) De hac conſule Velleium L. II. n. 145. p. 15. et Plutarch. in Cat. min. p. 776. et ea quae dicturi ſumus L. XXXIV. ſect. cit. H.

s. Eamdemque linguam) Leg. *eam denique linguam ex duobus Catonibus, in illo abegiſſe, in hoc importaſſe memorabile eſt.* Salmaſ.

t. In illo) Cenſorio. *Dal.*

u. Abieciſſe) In illo, quod abiecerit: in iſto, nempe Vticenſi, quod eamdem Graecam linguam in Vrbem importauerit, memorabile eſt. H.

x. In hoc) Vticenſi. *Dal.*

Sed et noſtrorum gloriam percenſeamus. Prior Africanus *y.* Q. Ennii ſtatuam ſepulcro ſuo imponi iuſſit: clarmque illud nomen *z.*, imo vero ſpolium ex tertia orbis parte *a.* raptum, in cinere ſupremo cum Poëtae titulo [1] legi. Diuus Auguſtus *b.* carmina Virgilii cremari contra teſtamenti ejus verecundiam vetuit: maiuſque ita [2] vati teſtimonium contigit, quam ſi ipſe [3] ſua *c.* probauiſſet. M. Varronis, in Bibliotheca, quae prima in [4] orbe *d.* ab Aſinio Pollione

1. *Regi. M.* 2. *τὸ vati, et carmina, quod mox ſequitur, in M. deeſt, et carmina in Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. ſi ipſe ſua carmina probauiſſet Gr. et Al.* 4. *vrbe Roma ab, etc. publicata eſt, vnius. D.*

y. Africanus) Cicero pro Archia poëta. Val. Max. c. 15. lib. VIII. *Dal.*

Prior Africanus) Val. Max. L. VIII. c. 14. n. 1. p. 408. *Superior Africanus Ennii Poetae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret.* Meminit huius rei etiam Cicero in or. pro Archia, et Solin. c. 1. p. 11. Romae extra portam Capenam, hoc Scipionum, Enniique monumentum, cum ſtatuis fuiſſe, auctor eſt Liuius, L. XXXVIII. H.

z. Illud nomen) Africani. H.

a. Ex tertia orbis parte) Africa. H.

b. Diuus Auguſtus) Eius hi verſus olim crediti in eam ſententiam: *Ergone ſupremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes, Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis? etc. Pulcher Apollo veta, Muſae prohibete Latinae, etc.* Carmen integrum Pithoeus edidit, inter Epigrammata et Poematia vetera, p. 70. vbi et aliud Sulpicii Apollinaris de eodem argumento, p. 69. recitat. Vide Gell. L. XVII. c. 24. et Macrob. Saturn. L. I. c. 24. p. 314. H.

c. Ipſe ſua) Addunt libri editi, *ſua carmina*: ſed abeſt haec poſtrema vox a codd. MSS. H.

d. Prima in orbe) Iam antea et Philadelphus in Aegypto, et Pergami Reges, et Romae Lucullus, Bibliothecas inſtruxerant: ſed ſibi parauerant illi; non omnibus, quemadmodum fecit Pollio, publicauere: qui primus ingenia hominum, vt Pli-

lione [1]ex manubiis publicata Romae eſt, vnius viventis poſita imago eſt: haud minore (vt equidem reor) gloria, principe oratore et ciue, ex illa ingeniorum, quae tunc fuit, multitudine, vni hanc coronam dante, quam quum eidem Magnus Pompeius *e.* piratico ex bello naualem dedit. Innumerabilia deinde ſunt exempla Romana *f.*, ſi perſequi libeat: quum plures vna gens in quocumque genere eximios tulerit, quam [2]ceterae terrae. [3]Sed et quo te, M. Tulli *g.*, piaculo taceam? quoue maxime excellentem inſigni praedicem? quo potius, quam vniuerſi [4]populi illius gentis ampliſſimo teſtimonio, [5]et e tota vita *h.* tua Conſulatus tantum operibus electis?

1. *De V.* 2. *ceterae omnes terrae. Sed quo et te. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. Sed quo te Gr. et Al.* 4. *populi et illius. M.* 5. *ſic V. et tota vita Gr. et Al.*

Plinius ait L. XXXV. c. 2. rem publicam fecit. Vide quae ibi dicturi ſumus opportunius. H.

e. Magnus Pompeius) Feſtus in fragm. p. 10. *Nauali corona donatur, qui primus in hoſtium nauem armatus tranſiliuerit, cuiuſue opera manuue nauis hoſtium capta fuerit: Adeptus eſt eam M. Varro, bello piratico, donante Cn. Pompeio M. etc.* Varro propellendos ſuſceperat ex Ionio mari piratas. Vide Appian. in Mithrid. p. 236. H.

f. Exempla Romana) Multa vide apud Valer. Max. cap. 15. lib. VIII. *Dal.*

g. Sed et quo te, M. Tulli) Ciceronis laudes ampliſſimas, vide apud Senecam, Suaſoriarum, L. I. H.

h. Et tota vita tua conſulatus tantum operibus electis) Scribo, contra omnia exemplaria: *Et tota vita tua conſulatus tanti operibus electum:* hoc ſenſu: *Nullo magis excellentem inſigni poſſe Ciceronem praedicari, quam ſi palam cunctis fiat, teſtimonio ampliſſimo totius populi Romani et tota eius vita, euectum eſſe ad Conſulatum, potius quam praepotentum ciuium ſtudio ac factione.* Ita eſſe hunc locum intelligendum, argumento eſt ipſe Cicero oratione ſecunda contra P. Rullum tribunum plebis, his verbis: *Neque enim vllo modo facere poſſum,*

electis? Te dicente *i.* legem agrariam, hoc eſt, alimenta ſua, [1]abdicauerunt tribus: te ſuadente Roſcio *k.* theatralis auctori legis ignouerunt, [2] notatasque

1. *Abdicarunt. M.* 2. *notaſque ſedes ignominiae diſcrimine, aequo. V.*

poſſum, vt quum me intelligam non hominum potentium ſtudio, non excellentibus gratiis paucorum, ſed vniuerſi populi Romani iudicio me Conſulem ita factum, vt nobiliſſimis hominibus longe praeponerer, non et in hoc magiſtratu et in omni vita eſſem popularis. Ceterum libentius in Cicerone legerem, *vt in omni vita,* quam *et in omni vita,* vt vterque, Plinius et Cicero, ſignificent, popularem fuiſſe in omni vita Ciceronem; et propter hoc in populum perpetuum ſtudium creatum eſſe Conſulem. *Pint.*

Et e tota vita) Ita ſcripſimus ex coniectura. In libris, *et tota vita:* quamquam et illud defendi poteſt. H.

i. Te dicente) Quae ſubiiciuntur, opera ſunt Conſulatus omnia. Harum orationum a ſe habitarum in Conſulatu ſuo, ipſe meminit ad Attic. L. II. ep. 1. p. 41. *Altera,* inquit, *ad populum de Lege Agraria: tertia de Othone, — — quinta de proſcriptorum filiis, — — ſeptima, qua Catilinam emiſi,* etc. Legem Agrariam promulgauerat eo anno Trib. Pleb. P. Seruilius Rullus, vt Plinius prodit L. VIII. ſ. 78. H.

k. Te ſuadente, Roſcio Theatralis auctori legis ignouerunt, notataſque ſe diſcrimine ſedis aequo animo tulerunt) Exemplar Salmant. *Notaſque ſe ignominiae diſcrimine aequo animo tulerunt.* Toletanum paucioribus verbis: *Nataſque ſedes aequo animo tulerunt.* De reliquo, deſidero hoc loco Hermolai doctrinam, tantamque illam antiquitatis cognitionem, qui in hac Roſcii hiſtoria nos ad Macrobium delegat, ſeu vero Roſcius ille, de quo Macrobius tertio Saturnalium loquitur, idem ſit cum eo, de quo nunc Plinius: quum ille Macrobianus Roſcius hiſtrio fuerit Syllae dictatori acceptiſſimus, a Valerio Maximo, Plutarcho et Plinio memoratus. Hic vero, de quo in praeſens agitur, appellatus ſit L. Roſcius Otho, qui in tribunatu plebis, legem tulit de XIV. ordinibus. Cuius Plutarchus in Cicerone, Tacitus lib. XV. Aſconius Pedianus, Iuuenalis, Horatius, eiuſque interpretes, Liuii item

taſque ſe diſcrimine ſedis aequo animo tulerunt: te orante, proſcriptorum liberos *l.* honores petere pu-

K 2 duit:

item abbreuiator, et plerique meminere. De proſcriptorum item liberis praeter Quintilianum, Plutarchus in Sylla, Suetonius in Caeſare dictatore, Seneca in lib. de ira, Velleius Paterculus lib. XI. nec ſemel. *Dal.*

Roſcio) Eaedem, inquit, tribus aequo tulerunt animo notatas ſe eſſe ſedendi in theatro diſcrimine, a L. Roſcio Othone Tr. pl.: cuius lege cautum eſt, vt Romani equites plebi antea immixti, dum ſpectaculis adeſſent, diſtincti ab ea ſederent. Ea re quatuordecim gradus proxime poſt Patricios in theatro ſecreuit, in quibus Equites ſpectarent, plebe ſummota. Vnde illud Iuuenalis, Sat. 3. v. 152. *Nihil habet infelix paupertas durius in ſe Quam quod ridiculos homines facit. Exeat, inquit, Si pudor eſt, et de puluino ſurgat equeſtri Cuius res legi non ſufficit* — — *Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.* Summam enim ingentem CCCC ſeſtertiorum in cenſu habere oportebat eum qui in XIV ordinibus ſedem habere cuperet, vti dicemus L. XXXIII. ſ. 8. quo reſpexit idem Satyricus, Sat. 14. v. 323. — *Effice ſummam Bis ſeptem ordinibus quam lex dignatur Othonis.* Rem prolixe narrat Plutarch. in Cic. p. 867. Et Aſcon. Ped. in or. Ciceronis pro Cornelio, de maj. p. 37. *L. Roſcius Otho*, inquit, *legem firmauit in theatro, vt Equitibus Romanis* XIV. *ordines ſpectandi cauſa darentur.* Hanc legem Roſciam renouauit poſtea Domitianus. Vide Mart. L. V. epigr. 8. p. 256. Caue interim Roſcium putes hunc eſſe hiſtrionem illum, Syllae dictatori acceptiſſimum, a Cicerone, Val. Max. et aliis celebratum, quod incaute nimis credidit Hermolaus. Plin. Iun. Epiſt. L. VI. de Metilio Criſpo: *Huic ego ordines impetraueram: atque etiam proficiſcenti quadringenta millia nummûm ad inſtruendum ſe ornandumque donaueram.* Vbi ordines vocat ius ſedendi in XIV. ordinibus inter Equites: quadringenta ſeſtertiûm millia cenſum equeſtrem eſſe deſignat. Ita hic Plinii iunioris locus accipiendus eſt, cuius in loci interpretatione aberrant, qui hactenus prodiere, interpretes. H.

l. Proſcriptorum liberos) Hac de re vide Plutarchum in Sylla, Suetonium in Iulio, Velleium Paterculum lib. II. *Dal.*

Pro-

duit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Salue primus omnium *m.* Parens Patriae appellate *n.*, primus in toga triumphum linguaeque lauream merite, et facundiae [1] Latiarumque literarum parens: atque (vt dictator Caeſar, hoſtis quondam tuus, de te ſcripſit) [2] omnium triumphorum lauream [3] adepte maiorem: quanto plus eſt, ingenii Romani terminos [4] in tantum promouiſſe, quam imperii. (XXXI.) Reliquis [5] animi bonis. *o.* Prae-

1. *Latinarum. M.* 2. *omnibus triumphis. V. D.* 3. *adepte tanto maiorem. D.* 4. *In tantum promouiſſe, quam imperii Gr. et Al. Initium nouae periodi.* 5. *animis. V.*

Proſcriptorum) Primorum ciuitatis a Sylla proſcriptorum liberos, qui honores magno ambitu prenſabant, repreſſit. Vide Plutarch. in Cicer. p. 866. H.

m. Primus omnium) Tamen in triumpho, et a militibus dudum antea hunc honorem eſſe habitum Camillo Liuius ſcripſit, L. V. Vide Cic. in or. pro Sextio, et in Piſon. Plutarch. quoque, in Ciceronis vita. Iuuenalis Sat. 8. v. 243. — *Sed Roma parentem, Roma Patrem Patriae Ciceronem libera dixit.* At aliud longe in nummis antiquis Caeſarum *Parens Patriae* aliud *Pater Patriae* eſt, *Parens patriae* eſt, cui ſalutem, libertatem, incolumitatem Patria acceptam refert, vt vitam parenti liberi. *Pater Patriae*, qui pro Patria, vt pro liberis pater, tamquam Pontifex ſacra peragit ſolemnia ſtatis diebus. Auguſto nummus inſcriptus eſt. SPQR. PAREN. CONS. SVO. *Senatus Populuſque Romanus Parentis Conſeruatori Suo.* H.

n. Parens patriae appellate) In Senatu a Q. Catulo eius ordinis principe, quod teſtatur et ipſe Cicero oratione in Piſonem, et pro Sextio: vt autem Plutarchus et Appianus literis mandarunt, a Catone. Lipſius cap. 20. IV. *Dal.*

o. Reliquis animi bonis) Virtute bellica, legum ſanctitate. Vide N. et Em. N. XCIX. (hic poſ.) *Rel. etc.)* Ab his verbis exordium capitis ſequentis, nempe XXXI. olim in libris ad hunc diem editis, ſumebatur: nos ad calcem huius 30. capitis reuocanda cenſuimus, vnde diſtracta perperam ac diuulſa fuiſſe,

[1] Praeſtitere ceteros mortales ſapientia, ob id Cati *p.*, Corculi *q.*, apud Romanos cognominati. Apud Graecos Socrates *r.*, oraculo *s.* Apollinis Pythii praelatus cunctis.

XXXII. (XXXII.) Rurſus mortales oraculorum ſocietatem dedere Chiloni *t.* Lacedaemonio, tria

K 3 prae-

1. *Praeſtitere et apud ceteros. V. praeſtitere et ceteros. M.*

fuiſſe, tum codex R. 1. admonuit: tum ipſa, quod caput eſt, loci ſententia; quae, et implicata eſt quam maxime vt omnes fatentur, ſi attexta legitime ſunt capiti ſequenti, neque conſuta temere: et huic loco ſi reſtituantur planiſſimum habent expeditumque intellectum. Eſt enim ſenſus, lauream, quam Tullius eſt conſequutus, tanto maiorem eſſe, ac digniorem omnium aliorum triumphorum laurea, quanto plus eſt ingenii Romani famam tam longe lateque eius eloquentia promotam eſſe, quam imperii maieſtatem reliquis animi bonis, fortitudine videlicet, legum ſanctitate, etc. H.

p. Cati) Id Aeliorum cognomen fuit. Qua de re ſcriptores genealogici Reich. Strein. Fulv. Vrſ. Ant. Aug. *Dalec.*

Ob id Cati) Ob ſapientiam. A Cicerone eadem traduntur in Tuſc. Quu. ſcribente, Libr. I. p. 294. *Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur; et Naſica ille prudens bis Conſul, Corculum et Egregie cordatus homo câtus Aeliu' Sextus.* Feſtus quoque: *Corculum*, inquit, *a corde dicebant antiqui, ſolertem et acutum.* At de voce *Catus*, Varro de L. L. L. VI. p. 74. *Cata, acuta: hoc enim verbo Sabini dicunt. Quare Catus Aelius Sextus, non, (vt aiunt) ſapiens, ſed acutus.* Verum Nonius Plinio fauet, c. 2. n. 184. *Catus*, inquit, *pro ſapiente.* Cicero Tuſcul. L. II. *Sed homo catus numquam terminat, nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum.* H.

q. Corculi) Ita cognominatus eſt P. Cornel. P. F. CN. Scipio Naſica, de quo item dicti ſcriptores. *Dal.*

r. Apud Graecos Socrates) Valer. Max. cap. 2. lib. VII. *Dal.*

s. Oraculo) Vulgare et tralatitium eſt Apollinis illud oraculum, Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. Vide Valer. Max. L. III. c. 4. H.

t. Chiloni) Qui vnus e ſeptem

praecepta eius Delphis conſecrando, aureis literis, quae ſunt haec: Noſſe ſe quemque *u.*, et nihil nimium *x.* cupe-

ſeptem ſapientibus. Floruit Olymp. 56. Vide Laertium in eius Vita, L. I. p. 17. H.

u. *Noſſe ſe quemque)* Plautus in Pſeud. *Ecquem in angiportu hoc hominem tu novisti, te rogo?* NAL. *Egomet me.* SIC. *Pauci iſtuc faciunt homines, quod tu praedicas: Nam in foro vix decumus quiſque eſt qui ipſus ſe nouerit.* Dalec.

Noſſe ſe) Scitum hoc a Chilone pronunciatum eſſe teſtatur etiam Ariſtoteles Rhet. L. II. c. 12. Clem. Alex. Strom. L. I. p. 300. Τὸ μὲν οὖν, Γνῶθι σαυτὸν, οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι. Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν, Θαλοῦ. Ἀριστοτέλης δὲ, τῆς Πυθίας. Cleobulo tamen adſcribit Auſonius. H.

x. *Et nihil nimium cupere, comitemque aeris alieni atque litis eſſe miſeriam)* Multa hic verba ab ineptis expoſitoribus temere addita quis non videt? fremant licet critici, ſpument, ſibilent, non ideo minus aperiam ſententiam meam. Lego igitur contra omnes homines et omnia exemplaria, *Et nihil nimis, comitemque ſponſionis eſſe miſeriam.* Cetera omnia adulterina verba et falſo adiecta ſunt. Confirmare ſuperſedi, quia Hermolaus multis aucto-ritatibus allatis, laborem nobis ademit. Pint. *Et nihil nimium cupere)* Hanc ſententiam Chiloni tribuunt Pindarus quidem et Critias: Siſypho Theophraſtus: quidam, Thaleti. Sodamo vetuſtum hoc diſtichon, ταῦτ᾽ ἔλεγε Σώδαμος Ἐπηράτου· ὅς μ᾽ ἀνέθηκεν, Μηδὲν ἄγαν καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. Varro apud Nonium in dictione Medioximum, *Quid aliud eſt quod Delphica canat columna literis ſuis, μηδὲν ἄγαν, quam nos facere ad mortalium modum medioxume, vt quondam patres noſtri loquebantur?* Had. Iun. c. 24. VI. Plautus in Poenulo: *Modus omnibus in rebus ſoror optimu'ſt habitus: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.* Dalec.

Et nihil nimium) Cl. Alex. l. c. Πάλιν οὖν Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ, Μηδὲν ἄγαν, etc. *Chiloni rurſus Lacedaemonio tribuunt, ne quid nimis, Straton autem in opere De inuentis, adſcribit hoc dictum Stratodemo Tegeatae: Didymus autem id cenſet eſſe Solonis: ſicut etiam Cleobuli, Modus optimus*, Μέτρον ἄριστον. Sidonius Apollinaris: *Lindie tu Cleobule iubes, Modus optimus vt ſit.* H.

cupere: comitemque aeris alieni atque litis, eſſe [1] miſeriam. *y.* Quin et funus eius, cum victore filio Olympiae *z.* exſpiraſſet gaudio *a.*, tota Graecia proſequuta eſt.

XXXIII. (XXXIII.) Diuinitas et quaedam caelitum ſocietas [2] nobiliſſima, ex feminis in Sibylla *b.* fuit: ex viris in Melampode *c.* apud Graecos, apud Romanos in Marcio. *d.*

K 4 XXXIV.

1. *Sponſionem. V. Quidam, comitemque miſeram eſſe aeris alieni atque litis (nempe ſponſorem) eſſe miſerum. Ch.*
2. *nobiliſſimae. ex V.*

y. Eſſe miſeriam) Ita MSS. plane omnes. Graeci ſic efferebant: Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα, *Sponde, noxa praeſto eſt*: quod Ariſtotelici aiebant a Chilone prolatum, teſte Cl. Alex. l. c. et Laert. p. 18. in Chilone. Auſonius Thaleti adiudicat p. 77. *Nos ἐγγύα, πάρεςι δ' ἄτη dicimus: Latinum eſt: ſponde, Noxia eſt praeſto tibi: Per mille poſſum currere exempla, vt probem Praedes vadeſque poenitudinis reos.* Et Sidonius Apollinaris: *Thales Mileto genitus vadimonia culpat.* H.

z. Olympiae) Siue *Olympia*, vti dicemus L. XXXV. ſ. 40. n. 32. Sed *Olympiae* legi nunc magis placet. H.

a. Exſpiraſſet gaudio) Simile exemplum apud Valer. Max. de muliere in filii occurſu cap. 12. lib. IX. *Dal.*

Gaudio) Et ſenio ſimul, aetate deficiente, vt ait Laertius, qui eamdem recitat hiſtoriam ex Hermippo, L. I. in Chilone, p. 18. H.

b. In Sibylla) Sibylla ibi proprium nomen eſt, aeque ac Melampus et Marcus. Et Latinum quidem, vt Claelia et Lucretia. Quum ſuperiore ſectione ſermonem de iis fecerit, qui oracula funderent, manifeſte docet, non eam fuiſſe dotem Sibyllae, vt ederet oracula; ſed qualis Melampodi fuit, artem diuinandi. Sic apud Plautum, Pſeud. Act. I. Sc. 1. v. 23. ſagacitate ad interpretandum, non vaticiniis clarum fuiſſe ſignificat. *Has quidem pol, credo, niſi Sibylla legerit Interpretari alium poteſſe neminem.* H.

c. In Melampode) Auditu Melampodem praeſtitiſſe oſtendit quod Galenus ait, imbecillum eſſe nobis viſum, ſi conferamur cum lyncibus et aquilis: auditum ſi conferamur cum Melampode: inua-

XXXIV. (XXXIV.) Vir optimus ſemel a condito aeuo iudicatus eſt Scipio Naſica *e.*, [1] a iurato *f.* Senatu. Idem

1. *Adiurato. M.*

inualidos nobis eſſe pedes ſi Iphicli pernicitatem ſpectemus: languidas manus ſi Milonis robur. De Melampode de Amythaonis Pylii et Idomenes F. late Apollodor. Bibliothec. lib. I. *Dal.*

Melampode) Cuius fama diuinationis artibus nota, vt ait Plinius, L. XXV. ſ. 21. de quo multa cecinere vates Homerus, Statius, aliique. H.

d. Marcio) Marcii vatis fatidica carmina, Marciana dicta, a Liuio non ſemel citantur, vt L. XXV. p. 266. et alibi. Horum volumina duo illata eſſe in Senatum, ſcribit Macrob. Saturn. L. I. c. 12. p. 276. Duos fuiſſe fratres Marcios, nobili loco natos, hac diuina incitatione celebres, auctor eſt Cicero de diuin. L. I. p. 193. H.

e. Scipio Naſica) Val. Max. cap. 16. lib. VIII. Grauiter hoc in loco Plinium lapſum notat vir nobiliſſ. Reich. Strein. famil. Rom. Cornel. *Dal.*

Scipio) Haec eadem tradit Liuius, L. XXIX. p. 343. Fuit is Cn. Scipionis F. eius qui in Hiſpania ceciderat. Id nominis a Senatu accepit, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano CoSS. A. V. DL. Meminit Auguſtin. de Ciuit. D. L. I. c. 30. et Val. Max. L. VIII. c. 15. p. 412. Nummus eſt aereus formae mediocris, a Seguino vulgatus p. 24. ſecundae ed. Caput nudum iuuenile exhibet; e regione NASSICA .)(. Caput tauri: C. VAL. C. SEX. AEDILES. At ille vultus non Scipionis Naſicae, vt arbitratur, ſed Caeſaris Auguſti eſt: nec certe Naſicae cognomen geminata litera S. ſcriberetur. Legendum haud dubie eſt: *Narbonenſium Augurum Sacrum, Soſpite Imperatore Caeſare Auguſto.* Nam idcirco tauri caput pro victima caeſi in altera nummi ſuperficie pingitur: quae *victima optima et laudatiſſima deorum placatio,* inquit Plinius L. VIII. ſ. 70. et aediles etiam appellantur, *C. Valerius,* et *Caius Sextius.* H.

f. A iurato.) Qui iureiurando ſententiam confirmarit. Apul. L. X. Aſin. aur. *Vos qui iureiurando adſtricti iudicatis.* Solinus: *Vir optimus Naſica Scipio iudicatus eſt, non priuato tantum teſtimonio, ſed totius Senatus ſacramento.* H.

Idem in toga candida bis repulſa notatus a populo. *g.* In ſumma, ei in patria mori non licuit *h.*: [1] non hercules magis, quam extra vincula illi ſapientiſſimo ab Apolline iudicato Socrati. *i.*

XXXV. (XXXV.) Pudiciſſima *k.* femina ſemel, matro-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. hercule Gr. et Al.*

g. Bis repulſa notatus a populo) Liuius lib. VII. belli Macedonici. *Dal.*

Bis repulſa) Semel quidem in Conſulatus petitione, vt refert Liuius, L. XXXV. p. 428. *P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno* (poſt vrbem conditam DLXII.) *repulſam tulerat — — vt dilatum viro tali, non negatum honorem appareret, ei Conſulatus datus eſt: additus ei de plebe collega M. Acilius Glabrio.* Iterumque in petitione Cenſurae, A. V. DLXX. cum Scipione ceteriſque candidatis, praelatus eſt M. Porcius Cato, vt auctor eſt Liuius idem L. XXXIX. p. 500. Vide N. et Em. N. C. (hic coll.) *Bis rep.*) De duplici repulſa Plinium vehementer falli, auſus eſt calumniari Rich. Streinnius in familia Cornelia: alteramque harum aui eſſe, ſiue Scipionis illius, qui Optimus a Senatu iudicatus eſt, in petitione Cenſurae: nepotis alteram, hoc eſt, eius, qui Serapion eſt cognominatus, in aedilitate. Fugit eum ſcilicet prior aui repulſa, dum Conſulatum ambiret, quam nos in prioribus Notis obſeruauimus. De tergemino illo Scipione, Optimo, Corculo, et Serapione, diximus iam antea ſ. 10. H.

h. Non licuit) Vbi terrarum obierit Naſica Scipio, qui Optimus eſt appellatus, apud reliquos Scriptores ſilentium eſt. Simili fato fuiſſe a Plinio diſcimus, quo nepotem eius fuiſſe docet Val. Max. L. V. c. 3. n. 5. Serapionem ſcilicet, qui Gracchum interfecerat. Hic enim Pergami mortuus eſt, quo ſub titulo legationis ſeceſſerat. H.

i. Socratis) Qui in cuſtodia publica Athenis hauſto ex iudicum ſententia veneno obiiſſe dicitur: quod tamen Plinius, quum ſilet, negare videtur. H.

k. Pudiciſſima) Haec quoque Solin. c. 2. p. 12. ex Plinio, et Val. Max. L. VIII. c. 15. p. 415. *Merito virorum commemorationi Sulpicia Ser. Paterculi filia, Q. Fuluii Flacci vxor, adiicitur. Quae, quum Senatus, libris Sibyllinis per decemuiros inſpectis cenſuiſſet,*

tronarum ſententia, iudicata eſt Sulpicia Paterculi filia, vxor Fuluii [1] Flacci: electa ex centum [2] praeceptis *l.*, quae ſimulacrum Veneris *m.* ex Sibyllinis libris dedicaret. [3] Iterum, religionis experimento, Claudia *n.*, inducta Romam Deûm matre. *o.*

XXXVI.

1. *Flaminii. Val. l. VIII. c. 16. in meo vero exemplari Flacci item legitur. S. M.* 2. *praecipuis Gr. et Al.* 3. *Item. V.*

ſet, vt Veneris Verticordiae ſimulacrum conſecraretur, quo facilius Virginum mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam conuerterentur, et ex omnibus matronis centum aut decem ſorte ductae, de ſanctiſſima femina iudicium facerent, cunctis caſtitate praelata eſt. H.

l. Electa ex centum praecipuis) Libri ſcripti legunt: *electa ex centum praeceptis:* an ſcribendum, *receptis:* vt probatiſſimas intelligat? *Salmaſ.* pag. 54.

Praeceptis) Electis ante, et vti dictum ex Valerio eſt, ſorte ductis, et ante captis. Sic Virg. Aen. XI. v. 491. *Et ſpe iam praecipit hoſtem.* Vide N. et Em. N Cl. (hic poſ.) *Praeceptis)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. quam vocem quum parum intelligerent quae vis ſubeſſet ei, Plinii editores in *praecipuis*, immutarant. H.

m. Veneris) Verticordiae, quae virginum et mulierum mentes a libidine vertebat ad pudicitiam: quoniam tunc Veſtales tres nobiliſſimae cum aliquot Romanis equitibus inceſti damnatae fuerant. Val. Max. cap. 16. lib. VIII. Iulius Obſequens, Solinus, Lilius Gyraldus, Ouidius IV. Faſt. *Roma pudicitia proauorum tempore lapſa. Cumaeam veteres conſuluiſtis anum. Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis, Inde Venus verſo nomine corda tenet.* Fabric. Rom. c. 10. pag. 126. *Dalec.*

n. Claudia) Liuius lib. IX. Decad. 3. Herodian. lib. I. Feneſtel. c. 12. Lactantius c. 8. lib. II. *Dal.*

Claudia) Q. Claudiam Val. Max. appellat L. I. c. 8. n. 11. p. 70. Rem eamdem narrant Liuius L. XXIX. p. 343. et Hieron. L. I. contra Iouinum omnium breuiſſime ac dilucide maxime, Suetonius in Tiberio, c. 2. *Gentis eiuſdem Claudia fuit, quae nauem cum ſacris matris Deûm Ideae, cohaerentem Tiberias vado extraxit: precata propalam, vt ita demum ſe ſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret.*

XXXVI. (XXXVI.) Pietatis exempla infinita quidem toto orbe exſtitere: ſed Romae vnum, cui comparari cuncta non [1] queant. Humilis *p.* in plebe, et ideo ignobilis puerpera, ſupplicii cauſa carcere [2] incluſa matre, quum impetraſſet aditum, a ianitore ſemper [3] excuſſa *q.*, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt vberibus ſuis alens eam. Quo miraculo, [4] matris ſalus [5] donata filiae pietati eſt, ambaeque perpetuis alimentis: et locus ille eidem [6] conſecratus

1. *Poſſunt. M. poſſint. B. Aeg. teſte Giraldo ſynt. p. 29.* 2. *incluſam matrem. Girald. ibid.* 3. *curante. M. excutiente. Tol.* 4. *matri ſalus donata filiae pietate eſt. Girald. d. l. filiae deeſt ap. Gr.* 5. *Donata filiae pietati. ſic quidam. donata filiae pietate, ambaeque. M.* 6. *conſ. eſt Deae. M.*

ſtaret. Cingulo duxiſſe navem ſcribit Hieron. Vide praeterea Silium Ital. Punic. L. vlt. et Appian. in Hannib. p. 345. Hanc feminam porro Diodorus in Excerpt. p. 382. *Valeriam* vocat. H.

o. *Deûm matre)* Cur Romam Peſſinunte aduecta fuerit Mater Idaea, diſces ex Liuio L. XXIX. p. 341. H.

p. *Humilis in plebe)* Sanguinis ingenui matrem fuiſſe tradit Val. Max. lib. V. c. 4. de pietate. *Dal.*

Humilis) Hanc hiſtoriam refert totidem verbis Solin. c. 1. p. 11. acceptam a Plinio: vel a Val. Max. L. V. c. 4. p. 269. vbi res eleganti oratione deſcribitur. Sed diſſentiunt a Plinio Solinus, Feſtuſque, qui patrem aiunt, non matrem, in cuſtodia fuiſſe detentum: a Valerio fortaſſe etiam Plinius, qui humilem ignobilemque puerperam vocat, quam ille ſanguinis ingenui mulierem facit. Sed et in plebe ingenuos eſſe iam monuimus huiuſce libri ſ. 10. Simile eſt quod refert Hygin. fab. 254. p. 49. *Xantippe Cimoni patri incluſo carcere, lacte ſuo alimentum vitae praeſtitit.* H.

q. *Excuſſa)* Sic Aſinius Pollio loquutus Epiſt. L. X. Cic. 31. *Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii.* Spartianus in Septimio: *Salutarunt excuſſi, ne quid ferri haberent.* H.

tus Deae, [1] C. Quintio *r.*, [2] M'. [3] Acilio coſs. templo Pietatis exſtructo in illius carceris ſede, vbi nunc Marcelli theatrum *s.* eſt. Gracchorum *t.* pater anguibus prehenſis in domo, quum reſponderetur, ipſum victurum alterius [4] ſexus interrempto: immo vero, inquit, [5] meum necate: Cornelia [6] enim iuuenis eſt, et parere adhuc poteſt. Hoc erat vxori parcere, et reipublicae conſulere. Idque mox [7] conſequutum eſt. M. Lepidus *u.* Apuleiae vxoris *x.* charitate

1. *H. Gir. d. l.* 2. *M' hoc eſt, Manio. Gir. d. l.* 3. *Attilio, vt ſupra.* 4. *ſexu. M.* 5. *meo. Tol.* 6. *nimirum. Tol.* 7. *conſecuta. Ch.*

r. C. *Quinctio)* Ita libri omnes, tum editi, tum manu exarati. A. V. C. DCIV. Conſulatum geſſere L. Quinctius, M'. Acilius, auctore Caſſiodoro. T. Quinctium, M'. Acilium Tullius vocat ad Attic. L. XII. ep. 5. p. 360. Siculae Tabulae, Flaminium et Balbum. Capitolina fragmenta, Flaminium. M'. (hoc eſt *Manium)* Acilium Balbum. Ita et Marliani Faſti. H.

s. Marcelli theatrum) Quod a Caeſare dictatore inchoatum, perfectum deinde ab Auguſto, et dedicatum eſt, non anno V. DCCXLI. vt Dio refert L. LIII. p. 517 et L. LIV. p. 539. ſed biennio poſt, ex Plinio, L. VIII. ſ. 25. ac M. Marcelli, ſororis ſuae filii nomine inſcriptum, regione Vrbis nona. H.

t. Gracchorum pater) Cicero de Diuinat. Val. Max. lib. IV. de Amore coniugal. Alex. ab Alex. cap. 18. lib. I. *Dal.*

Gracchorum) Plenius et explicatius Val. Max. L. IV. c. 6. *Tiberius Gracchus anguibus domi ſuae, mare ac femina apprehenſis, certior factus ab aruſpice, mare dimiſſo, vxori eius: femina, ipſi celerem obitum inſtare: ſalutarem coniugi potius, quam ſibi, partem augurii ſequutus, marem necari, feminam dimitti iuſſit: ſuſtinuitque in conſpectu ſuo ſe ipſum interitu ſerpentis occidi,* etc. Refert eadem Plutarch. in Gracchis, p. 824. Cic. de diuin. L. I. p. 171. H.

u. M. Lepidus) Lepidi Triumuiri pater is fuit. De eo dicetur huius libri ſectione 54. H.

x. Apuleiae vxoris) Vide cap. 53. huius libri. *Dal.*

ritate poſt repudium obiit. P. Rutilius *y.* morbo leui impeditus, nunciata fratris repulſa in Conſulatus petitione, illico exſpirauit. [1] P. Catienus Plotinus *z.* patronum adeo dilexit *a.*, vt heres omnibus bonis inſtitutus, in rogum eius ſe iaceret.

XXXVII. (XXXVII.) Variarum artium ſcientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par ſit ſlorem hominum libantibus: Aſtrologia Beroſus *b.*, cui ob diuinas praedictiones Athenienſes publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere. Grammati-

1. *Sic et Ch. Platienus. Philotimus Gr. et Al.*

y. P. Rutilius) Qui cum P. Popilio Conſulatum geſſit A. V. DCXXII. Cicero Tuſc. Quu. L. IV. p. 420. *Aegre tuliſſe P. Rutilium fratris repulſam Conſulatus, ſcriptum apud Fannium eſt: ſed tamen tranſiſſe modum videtur: quippe qui ob eam cauſam a vita receſſerit.* Fratri eius Lucii praenomen fuit, vt ex eodem Tullio diſcimus, in Laelio: *Scipio Rutilium potuit Conſulem efficere: fratrem eius Lucium non potuit.* H.

z. Plotinus) Ita reſcripſimus ex Par. cod. et Chiffl. *Patronus* hic dicitur, qui dominus ſiue herus quum ſit, ſeruum manumittit, ſiue aſſerit in libertatem. Liberto ſuo nomini patroni ſui nomen adiungebant. Sic P. Catienus a Plotino manumiſſus, appellatus eſt *P. Catienus Plotinus.* Sic Magni libertus Lenaeus, *Pompeius Lenaeus* dictus eſt, Plinio teſte, L. XXV. ſ. 3. Simile huic facto eſt, quod Tacitus refert hiſt. L. II. de funere Othonis: *Quidam militum iuxta rogum interfecere ſe, non noxa, neque ob metum, ſed aemulatione decoris, et caritate principis.* Idem Tacitus Annal. L. XIV. vbi de morte Agrippinae. Et de feminis Seneca, Decl. L. II. c. 2. *Quaedam ſe maritorum rogis ardentibus miſcuerunt.* H.

a. Patronum adeo dilexit) Multa quoque exempla fidelitatis ſeruorum apud Valer. Max. c. 8. lib. VI. et c. 4. lib. VIII. *Dal.*

b. Beroſus) De eo diximus in Auctorum Syllabo. Vide praeterea Vitruuium L. IX. c. 7. p. 196. vbi is aperuiſſe diſciplinam in inſula Co dicitur. H.

matica Apollodorus *c.*, cui Amphictyones *d.* Graeciae honorem habuere. Hippocrates [1] medicina: qui venientem ab Illyriis *e.* peſtilentiam [2] praedixit, [3] diſcipuloſque *f.* ad auxiliandum circa vrbes dimiſit: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decreuit Graecia. *g.* Eamdem ſcientiam in Cleombroto *h.* [1] Ceo

1. *Medicina pollent: qui. V.* 2. *praedixit diſcipulis, quos ad. Tol.* 3. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. et diſcipulos Gr. et Al.*

c. Apollodorus) Eiuſdem nominis, atque is cuius Bibliothecam habemus, ſiue de Diis libros tres. H.

d. Cui Amphictyones Graeciae honorem habuere) Sanctiſſimum Graeciae concilium ab Amphictyone Heleni filio inſtitutum, ad Thermopylas haberi ſolitum, ac ideo vocatum Pylaicum, eo conuenientibus Graeciae populis duodecim, videlicet, Iones, Aeoles, Dores, Perrhoebi, Boeotii, Magneſii, Achaei, Pthiotae, Melienſes, Aenianes, Delphi, Phocenſes, veris et autumni principio, vt de maximis rebus et ad vniverſae Graeciae ſtatum pertinentibus decernerent. Alex. ab Alex. cap. 7. V. Concilium id commune, alii publicum Graeciae vocant. Suidas Amphictyonem Deucalionis filium fuiſſe tradit. *Dalec.*

Amphictyones) Commune Graeciae concilium fuit apud Thermopylas cogi ſolitum, ab Amphictyone Deucalionis F. ſic dictum: qui quum populos regeret, eiuſmodi conuentus dicitur conuocaſſe, Ἀμφικτύονες. De eo Plinius iterum L. XXXV. ſect. pariter 35. H.

e. Ab Illyriis) In Atticam ſcilicet, ventis in eam partem morbum aduehentibus, vt Soranus ſcripſit, in vita Hippocratis, T. I. operum Galeni, p. 2. Laudat vberius Hippocratem Plinius, L. XXXVI. ſ. 6. et L. XXIX. ſ. 2. H.

f. Diſcipuloſque) Theſſalum et Draconem, Θεσσαλὸν καὶ Δράκοντα Soran. l. c. H.

g. Decreuit Graecia) Eius decreti forma integre recitatur loco mox appellato Δόγμα Ἀθηναίων. Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. Ἐπειδὴ Ἱπποκράτης Κῶος, etc. H.

h. Cleombroto) Vide N. et Em. N. CII. (hic coll.) *Cleomb.)* Parm. editio, aliaeque vetuſtae legunt *Theombroto*, vt ſit fortaſſe Θεώμβροτος glo-

[1] Ceo Ptolemaeus rex Megalenſibus *i.* ſacris donauit c. talentis, ſeruato Antiocho rege. *k.* Magna et Critobulo *l.* fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, et citra deformitatem oris [2] curata orbitate luminis. Summa autem *m.* [3] Aſclepiadi *n.* Pruſienſi, condita noua ſecta, ſpretis legatis et [4] pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua vinum aegris medetur, relato [5] e funere *o.* homine et [6] ſeruato: ſed maxime ſponſione facta cum fortuna, [7] ne medicus *p.* crederetur, ſi vmquam inualidus vllo modo

1. *Ceo in M. deeſt.* 2. *curato orbe. V.* 3. *Aſclepiades Pruſienſis. M. et V. alii Aſclepiadis.* 4. *pollucſationibus; id eſt, lautis, opiparis, ſplendidis, conuiviis ac epulis.* 5. *ex. Ch.* 6. *conſeruato. Ch.* 7. *n. m. c. tria haec verba ſuppoſititia eſſe iudicat Pet. Pith. aduerſ. I. c. 18.*

glorioſum Eraſiſtrati nomen: de quo idem refert Plinius ipſe L. XXIX. ſ. 3. *Eraſiſtratus*, inquit, *Chryſippi diſcipulus, Ariſtotelis filia genitus, Antiocho rege ſanato, centum talentis donatus eſt a Rege Ptolemaeo filio eius.* Nam et e Cea inſula oriundus Eraſiſtratus fuit, vt in Auctorum Indice diximus. H.

i. Megalenſibus) Sic appellata ſacra, quae in honorem Magnae Matris fiebant, ἀπὸ τῆς μεγάλης Μητρὸς, vt docent Liuius, L. XXXVI. p. 447. et Cic. in or. de aruſp. reſp. Sunt porro talenta centum, librae Gallicae 240000. H.

k. Antiocho rege) Vide quae dicturi ſumus L. XXIX. ſ. 3. H.

l. Critobulo) Meminit huius Curtius, L. IX. p. 368. vbi parem eius operam et curam in Alexandro ſanando mirifice commendat. H.

m. Summa autem) Subintellige, *fama*, ex ſuperiori periodo. H.

n. Aſclepiadi) De eo diximus in Auctorum Indice. H.

o. Relato e funere homine) Hanc hiſtoriam narrat copioſe Apuleius Floridor. IV. vide locum. *Dal.*

Relato e funere) Celſus L. II. c. 6. p. 7. mortuum falſo creditum eſſe ait. *Aſclepiades*, inquit, *funeri obuius intellexit eum viuere, qui efferebatur.* Vide quae ea de re rurſum dicturi ſumus, L. XXVI. ſ. 8. H.

p. Ne medicus) Vide Not. et Em.

modo fuiſſet ipſe *pp.*: [1] et victor *q.*, ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt.

XXXVIII. Grande et Archimedi *r.* Geometricae ac machinalis ſcientiae teſtimonium M. Marcelli contigit, [2] interdicto, quum Syracuſae caperentur, ne violaretur vnus: niſi fefelliſſet imperium militaris imprudentia. Laudatus eſt et [3] Cteſiphon *s.* Gnoſſius, [4] aede Epheſiae Dianae admirabili *t.* fabricata: Philon

1. *Alii et vicit, ſuprema in ſenecta lapſa ſcalarum exanimatus.* 2. *interdictu. Tol. et Ch.* 3. *Cerſiphron. infra c. 14. lib. XXXIX. atque ita vocat Strabo. Chriſippon. Ch.* 4. *ſic em. ex MSS. Hard. conſ. Ch. admirabiliter Gr. et Al.*

Em. N. CIII. (hic poſ.) *Ne m.)* Habent haec verba codices omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. etſi ea ſuppoſita putat P. Pithoeus. Adverſ. L. I. c. 18. H.

pp. Si vmquam inualidus vllo modo fuiſſet ipſe) Sponſionum hae fuerunt olim formulae, *Si bona ex edicto Praetoris dies triginta poſſeſſa non eſſent*; Cicero pro Quinctio. *Ni iuſte appellatum ſit.* Paulus l. V. Vide Pithoeum lib. I. aduerſ. cap. 18. *Dal.*

q. Et victor) E ſponſione diſceſſit victor: non enim morbo, ſed ſcalarum lapſu exanimatus eſt. H.

r. Archimedi) Valer. Max. c. 7. lib. VIII. *Dal.*

Archimedi) Prodidit hoc et Val. Max. L. VIII. c. 7. p. 389. Refert etiam Plutarchus in Marcello, p. 308. Cicero in Verrem, orat. 6. aliique. H.

s. Laudatus eſt et Cteſiphon Gnoſſius, etc.) Lege: *Laudatus eſt et Criſiphon Gnoſius aede Epheſi Dianae admirabili fabricata* Salmaſ. 812. b.

Cteſiphon) Vide N. et Em. N. CIV. *Cteſ.)* (hic conſp.) Mire variant in hoc edendo nomine exemplaria. Vetuſtae editiones, *Cteſiphon.* R. 1. Colb. 1. 2. Par. et Chiffl. *Criſſipon*, R. 2. *Creſimphon.* Plinius ipſe L. XXXVI. ſ. 21. cum Strabone, L. XIV. p. 640. *Cherſiphron* Χερσίφρων, quod mihi magis placet tum hoc loco ſcribi, tum apud Vitruu. L. III. c. 1. et alibi. H.

t. Admirabili) Ita MSS. omnes, non *admirabiliter*, vt editi. H.

Philon *u.*, Athenis armamentario *x.* mille nauium *y.*: Cteſibius *z.* pneumatica *a.* ratione et hydraulicis organis

u. Philon) Strabo, L. IX. p. 395. Ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. Armamentarium illud capta vrbe Sylla incendit, vt auctor eſt Plutarchus in eius vita. Deſcripſerat illud volumine ſingulari ipſe Philo, teſte Vitruuio in praef. L. VII. p. 125. *Philo*, inquit, *de aedium ſacrarum ſymmetriis: et de armamentario quod fuerat*, (lege *fecerat*) *Piraeei portu.* Meminit et Val. Max. L. VIII. c. 12. p. 402. H.

x. Armamentario) Armamentarium locus eſt, vbi armamenta, hoc eſt, inſtrumenta belli nauiumque ſeruantur. Vſus pariter ea voce Tullius, de orat. L. I. n. 62. *Philo architectus, qui Athenienſibus armamentarium fecit.* Noſtris, *vn Arcenal.* H.

y. Mille nauium) Vide N. et Em. N. CV. (hic poſ.) *Athenis a. etc.*) Strabo quadringentas tantum dixit, neque vero capaciorem eſſe Piraeeum locupletiſſimorum teſtium relatu conſtat. Quin et Scriptores alii, Thucydides, Aeſchines, Ariſtides, Cicero, trecentarum dumtaxat meminerunt: atque adeo apud Strabonem forte pro τετρακοσίαις legi ſatius fuerit ταῖς τριακοσίαις. Ac mendi etiam fortaſſe origo in Pliniano contextu repetenda erit ex ſimilitudine numerorum a CCC ad CIↃ facili lapſu. Niſi pluribus nauibus inſtruendis aſſeruarentur in armamentaris inſtrumenta, quam quot portus vnus ille ſemel caperet. H.

z. Cteſibius) Apud Athenaeum pag. 245. verſ. 13. Cteſibius Alexandriae in templo Zephyri potorium vas τὸ κέρας, ſiue τὸ ῥυτὸν fabricatus eſt, quod appulſu aquarum eliſo ſpiritu, et bellicum canebat, et hilares feſtiuoſque modos perſonabat. Hedylus in Elegis: Ζωροπόται, καὶ τοῦτο φίλον Ζεφύρου κατὰ νηὸν, Θρεπτὸν μὲν βασιλεὺς εἰσέθεσεν τὸ κέρας, Σαλπίζον λυγέας τοῦ κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν ἤχους, Δεινοῦ καὶ πολέμου σύνθεμα, καὶ Θαλίης. *Dalec.* Quod de pneumaticis ſeu ſpiritualibus Cteſibio repertis ait, apud Vitruv. exſtat lib. IX. cap. 9. libri autem ab eo his de rebus ſcripti interierunt. Ceterum eiuſdem materiei a diſcipulo ipſius exarati haud ita dudum a Frid. Gummandino numquam ſatis laudato, ſummoque aeui noſtri mathematico Latinitate donati in vulgus editi ſunt: in bibliothecis vero doctorum exſtant Graeci

ganis repertis *b.*: [1] Dinocrates *c.* metatus Alexandro con-

1. *Dinochares. Ch. et ſupra lib. V. c. 10. Chirocrates Strabo et Aelianus.*

Graeci ſub πνευματικῶν καὶ κλασματικῶν titulis.

Cteſibius) Patria Alexandrinus, Ptolemaei Euergetae, qui Philometori ſucceſſit, temporibus vixit, vt ex Athenaeo diſcimus, L. IV. p. 174. H.

a. Pneumatica) Hoc eſt, ſpiritali: Machinalem ſcientiam veteres πνευματικὴν appellabant, quum vi flatus et ſpiritus aqua ſurſum hauriretur, et attraheretur. Noſtris, *Pompe pour éleuer l'eau.* Vt hydraulica organa, horologia ex aqua vocabant, muſicaque organa, in quibus aquae motus et agitatio tubulos animaret. De his videndus Athen. L. IV. p. 174. et Vitruu. L. IX. c. 9. p. 199. qui vtrumque pariter inuentum Cteſibio adiudicant. Deſcribitur illud poſtremum egregie ab Tertulliano, L. de anima De hydraulo rurſus acturi ſumus L. IX. ſ. 8. H.

b. Hydraulicis organis repertis) Hydraulica vel deducendis hauriendiſue aquis excogitata Graecis ἀρυτῆρας et ἀντλητήρια, Lucretio hauſtra, nempe aquarias machinas, rotas, tympana, de quibus vide lib. X. Vitruuii cap. 9. 10. 11. 12. 13. et Diod. Sic. lib. I. c. 21. et lib. VI. pag. 432. vel muſica organa, in quibus aquae motus et agitatio tubulos animat. De iis Claudianus ad Manlium: *Et qui magna leui detrudens murmura tactu Innumeras voces lebetis moderatur ahenae. Intonat (*forte, *inſonat) erranti digito, penituſque trabali Vecte laborantes (*recte *adlabantes) in carmina concitat vndas.* Eius fuit generis apud Corn. Seuerum in Aetna, Triton, qui aquarum aſſultu auram conciperet, ac per buccinam ori admotam vocem ederet, ſiue vt ait poeta, irriguum carmen. Alia ſunt Pneuſtica noſtra ventum follibus accipientia, de quibus πεζαβάτης· Ἀλλοίην δονάκων ὀρόω φύσιν, etc. quod eius Atticae elegantiae hexametrum Epigramma Elegiaco aemulatus eſt Aug. Politianus, εἰς ὄργανον, ſcribens, Χαλκείων δονάκων ὀρόω στίχον, etc. libro Graecorum Epigrammatum. Fuit et pneuſticon πίθος, vnde πιθαύλης, cadus ligneus aut eburneus, impactis tibiis plenus, quae quum ex parte quadam ſpiritu animabantur, cantum, modulationes, et, vt ait Gellius, frequentamenta edebant,

condente in Aegypto Alexandriam. Idem hic Imperator edixit *d.*, ne quis ipſum alius, quam Apelles, pingeret *e.*: quam Pyrgoteles, [1] ſculperet: quam Lyſippus, ex aere duceret: quae artes pluribus inclaruere exemplis.

XXXIX. (XXXVIII.) Ariſtidis *f.* Thebani pictoris vnam tabulam *g.*, centum talentis *h.* rex Attalus [1] lici-

1. *Scalperet.* *V.* et *Cb.*

bant, foraminum varietate diſtincta, abſque regularum motu. Seneca, *Quo modo in dolio cantantis vox per totum cum quadam diſcuſſione percurrit et reſonat, et tam leuiter mota circuit tamen, non ſine tactu eius ac tumultu, quo incluſa eſt.* Varro apud Nonium: *Inflet priusque tibias in orcheſtra, Domini ſuae pithaula ramices rumpit.* Propert. *Tibia Mygloniis cantat eburna cadis.* Alius eſt vtricularius, ὁ ἀσκαύλης, qui vtre ventum conceptum inſtigans, cubito exprimit, ac vtrem exanimat. In Copa: *Ad cubitum raucos excutiens calamos.* Scalig.

c. Dinocrates) Haec Solinus ad verbum, c. 32. p. 62. et c. 40. p. 69. Dinocratem appellant Solinus, Vitruvius, Ammianus. Alii Chirocratem, Dinocharem alii nuncupant. Vide quae diximus L. V. c. 11. certe MSS. codices *Dinochares* apertiſſime prae ſe ferunt. H.

d. Edixit) Ita Horat. L. II. Ep. 1. *Edicto vetuit, ne quis ſe praeter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret aera Fortis Alexandri vultum ſimulantia.* Apuleius Florid. L. I. p. 8. *Edixit vniverſo orbi ſuo, ne quis effigiem Regis temere aſſimularet aere, colore, caelamine: quin ſaepe ſolus eam Polycletus* (Lyſippum voluit dicere) *aere duceret: ſolus Pyrgoteles caelamine excuderet.* Vide Plutarch. in Alex. p. 666. Val. Max. L. VIII. c. 11. etc. H.

e. Quam Apelles pingeret) Val. Max. cap. 11. lib. VIII. *Dalec.*

f. Ariſtidis) Quem πορνογράφον appellatum eſſe Athenaeus ſcribit, L. XIII. p. 567. Varias huius picturas Plinius recenſet L. XXXV. ſ. 36. H.

g. Vnam tabulam) De hac infra capite quarto et decimo, libri trigeſimi quinti. *Dalec.*

Vnam tabulam) Quae aegrum in lecto iacentem exprimeret. De ea rurſum L. XXXV. ſ. 36. H.

h. Centum talentis) Atticis nimi-

[1]licitus eſt. Octoginta emit duas Caeſar Dictator *i.*, Medeam et Aiacem Timomachi *k.*, in templo Veneris Genitricis dicaturus. Candaules *l.* rex, Bularchi picturam Magnetum [2]exitii, haud mediocris *m.* ſpatii, pari rependit auro. Rhodum non incendit rex Demetrius, Expugnator *n.* cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, a parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus eſt, Gnidiaque Venere,

1. *Sic et Ch. licitatus eſt Gr. et vulgg.* 2. *exilii haud mediocris, pari. Budaeus lib. II. de Aſſe. exitii mediocris etc. Gr. et alii omiſſa voce, haud.*

nimirum: quorum ſingula monetae Gallicae efficiunt, libras, vt alibi docturi ſumus, 2400. Centena ipſa, libras 240000. H.

i. Caeſar dictator) Eod. c. 4. lib. eod. *Dal.*

k. Timomachi) De eo dicemus L. XXXV. ſect. 40. De his illius picturis, tum eo loco, tum eiuſdem libri ſ. 9. H.

l. Candaules rex) Lib. eod. c. 8. *Dal.*

Candaules) Κανδαύλης, qui et Myrſilus, Sardium tyrannus, de quo dicemus iterum, L. XXXV. ſ. 34. vbi rurſum de huius picturae pretio, ipſoque pictore. H.

m. Haud mediocris) Vide N. et Em. N. CVI. (hic poſ.) *Picturam* etc.) Detraxere hanc negandi voculam *haud*, Plinii editores, quae tamen in MSS. omnibus exſtat aperiiſſime, quam et loci ſententia exigit: ſpatium picturae, magnitudo eſt, ex eaque pondus tabulae depictae. Ait igitur vel pari pondere, vel tanto nummorum numero repenſam eſſe, quam tum tabulae ſpatium foret. H.

n. Expugnator) Πολιορκητής, Quam vocem Graecam exprimere voluit. Vitruu. l. X. *Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes eſt appellatus:* intellige, in obſidendis et oppugnandis vrbibus. Vide et caput 10. libri trigeſimi quinti huius operis. *Dal.*

Expugnator) Πολιορκητής. Quam vocem Graecam commodiore ſane ac honeſtiore vocabulo Plinius reddit, quam Plautus in Milite Glorioſo, quem *Vrbicapum* feſtiue nuncupauit, Act. IV. ſc. 1. v. 64. Dicentur haec iterum de Demetrio Poliorcete, L. XXXVI. ſ. 36. H.

nere *o*., praecipue veſano amore cuiuſdam iuuenis *p*. inſigni: et Nicomedis aeſtimatione regis, grandi Gnidiorum aere alieno permutare eam conati. Phidiae *q*. Iupiter Olympius *r*. quotidie teſtimonium perhibet, Mentori *s*. Capitolinus, et Diana [1] Epheſia *t*., quibus fuere conſecrata artis eius vaſa.

XL. (XXXIX.) Pretium hominis in ſeruitio *u*. geniti maximum ad hanc diem (quod equidem comperim) fuit Grammaticae artis [2] Daphni, Gnatio *x*. Piſaurenſe vendente, [3] et M. Scauro principe ciuitatis

1. *Epheſi.* Ch. 2. *Daphni natio Piſaurenſe. Daphnidis in Piſaurenſi* Gr. *et vulgg.* 3. *expendit hunc locum Budaeus l. II. de Aſſe circa fin. tandemque in eam diſcedit ſententiam, vt hic legendum cenſeat* CCC. M. DCC. *ſeſtertiis. At Hotom. de re num. p. 229. tricies ſeptingentis numis.*

o. Gnidiaque Venere) Eadem refert lib. XXXVI. c. 5. *Dal.*

p. Cuiuſdam iuuenis) De his rurſum L. XXXVI. ſ. 4. vbi et de aeſtimatione Nicomedis regis. H.

q. Phidiae) Vide L. XXXVI. ſ. 4. H.

r. Iupiter Olympius) Infra c. 5. l. LVI. *Dal.*

s. Mentori) Ex hoc loco illuſtrabimus Plinii verba hactenus inexplorati intellectus, L. XXXIII. ſ. 55. H.

t. Diana Epheſia) Dianam Epheſiam ab artifice Canetia factam memorat auctor cap. 40. lib. XVI. *Dal.*

u. Pretium hominis in ſeruitio, etc.) Leg. *Pretium hom. etc. fuit Grammaticae artis Daphni, Natio Piſaurenſe vendente, et M. Scauro Principe ciuitatis* H-S. DCC. *licente.* Natius nomen proprium illius, qui Daphnidem vendidit, qui et Piſaurenſis fuit: ſumma pretii H-S. DCC. hoc eſt, *ſeſtertiis quingentis licente.* Nota porro illa H-S. pro ſeſtertiis, plus mille locis in Plinio corrupta inuenitur. *Salmaſ.*

x. Daphni, Gnatio) Vide Not. et Em. N. CVII. (hic coll.) *Grammaticae* etc.) In omnibus MSS. quos vidi R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. legitur *Daphni natio*, ex quo *Gnatio* ſcribendum potius conieci, quam vt editi omnes habent *Cn.* pro *Cneio*. Ratus dici Gnatium potuiſſe pro Egnatio, quae familia Romae notiſſima fuit, vti Egnatiam Italiae ciuitatem, de qua libro III. ſ. 16. Horatius Gnatiam appellat. H.

tis [1] IIs. dcc. licente. *y*. Exceſſere hoc in noſtro aeuo

1. dccc. m. iii. mdcc. *ſeſtertiis licente Gr. et Al.*

y. iii. m. dcc. *ſeſtertiis licente*) Suetonius libro de illuſtribus Grammaticis. De Laelio Praeconino, ducentis millibus nummum, idque διαῤῥήδην ſine notis numerorum. *Mitalerius.*

IIs. dcc.) Hoc eſt, ſeſtertiis ſeptingentis, quorum ſingula quum reſpondeant libris Gallicis, vt vocant, ſiue florenis centum, pretium ſerui huius ad libras 70000 omnino pertinuit. Ingens ſane, ac fide vix dignum, niſi maximum ſignificaret eſſe, quod ad ſua tempora ipſe comperiſſet. Sed erat ea ratio, ſeu corruptio potius temporum ac morum id aetatis: quod et Tranquillus teſtatur in Caeſare, qui ſeruitia politiora eo pretio comparabat, cuius ipſum ſic puderet, vt rationibus vetaret inferri. Vide N. et Em. N. CVIII. (hic coll.) IIs. dcc.) Prius in editis legebatur M. DCC. *ſeſtertiis.* At quemadmodum edi curauimus, ita totidem plane apicibus repraeſentant MSS. omnes. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. aliique. Porro in priſcis exemplaribus, monumentiſque, ipſo etiam atteſtante Budaeo, nec diffitente Hottomanno (quamquam vterque hunc Plinii locum copioſe exagitat, ac demum contra exemplarium fidem immutat:) tribus huiuſcemodi characteribus IIs. ex re ipſa ſeſtertius, duabus libris aere et ſemiſſe aeſtimatus, vnde illi etiam nomen eſt, adnotatur. Perfacile autem tertius ille character, qui ſemiſſis index, et quem geminis prioribus minorem aliquanto eſſe oportuit, par illis a librario indiligente productus, originem vitio praebuit, millia mox adiicientibus de ſuo iis, qui tribus illis vnitatis notis, non ipſa ſeſtertia, ſed tria potius monſtrari autumarunt. Proinde IIs. DCC. ſunt ſeptingenta ſeſtertia. De ſeſtertiis autem neutrius generis hoc in loco agi, ſatis indicant annua Roſcii ſeſtertia, quae ſequuntur. Horum quodlibet ſeſtertios valere millenos, docturi ſumus abunde alibi, doctique conſentiunt. At non tantum ipſius huius ſerui pretium fuiſſe, alio licitante ac vendente, docet Suetonius, L. de illuſtr. Gram. c. 3. p. 120. *Pretia*, inquit, *Grammaticorum tanta, mercedeſque tam magnae, vt conſtet Lutatium Daphnidem, ducentis millibus nummûm Quinto Catulo emtum.* Niſi forte vocem hanc *nummûm* pro denariis accipi hoc

aeuo nec modice hiſtriones, ſed libertatem ſuam mercati. Quippe quum iam apud maiores Roſcius, [1] hiſtrio z.: III. D. a. annua meritaſſe b. prodatur: [2] niſi quis c. in hoc loco deſiderat Armeniaci belli, paulo

 ante

1. *Hiſtrio* III. D. *Ch. hiſtrioni* M D. *annua mercaſſe. V. tercentum L. annua meritaſſe. Budaeus. hiſtrio* III. M. D. *Annuam mercaſſe. V. Parmenſe.* 2. *niſi ſi quis Gr.*

hoc loco velis; quod probatis ſcriptorum teſtimoniis fieri poſſe alias docebimus, tunc enim pretium ſerui foret DCCC ſeſtertiorum, ſeu librarum Gallicae monetae 80000. H.

z. *Roſcius hiſtrio)* De illo plurima Rhodiginus cap. 17. lib. XIV. *Dalec.*

a. III. D.) Seſtertia quingenta. Monetae noſtrae Gallicae libras 500co. Vide N. et Em. N. CIX. (hic conſp.) III. D.) In hac ſeſtertiorum forma ſignanda ſequuti ſumus codices praelaudatos, quum vulgo exhiberi in hunc modum ſoleant HS. Ad ſummam quod attinet, de quingentis omnes MSS. cum editis libris conſentiunt. Sed pro D. forte DC. reponenda ſunt ex Ciceronis oratione illa, qua Roſcium hunc Comoedum defendit, p. 100. *Decem his annis proximis HS.* (hoc eſt, ſeſtertium) *ſexagies honeſtiſſime conſequi potuit: noluit.* Quo palam fit, publicam mercedem annuam, quam is recuſauit, ſeſtertium ſexcentorum fuiſſe: quae ſumma decies multiplicata efficit ſex mille ſeſtertia, ſiue quod idem eſt, ſexagies ſeſtertium, ſubintellige centena millia: monetae noſtrae, 600000 libras Gallicas. H.

b. *Meritaſſe)* Hoc eſt, quaeſtus feciſſe. Hac voce Cicero vſus in Verrem. H.

c. *Niſi quis)* Cum ſuperioribus haec ſunt in hunc modum contexenda: Quod ſerui pretium vere appellari poſſit, maximum vſque ad ſua tempora fuiſſe Daphnidis Grammatici. Quamuis enim illud exceſſerint aetate ſua hiſtriones, longe maioribus pecuniarum ſummis, vt manumitterentur, domino perſolutis: (id quod facile illis factu fuit, ingentibus adeo praemiis, mercedibuſque hiſtrionicae arti propoſitis, vt apud maiores vtique frugaliores, quingenta ſiue ſexcenta ſingulis annis e publico Roſcius ſit conſequutus:) non deberi ea tamen inter ſeruorum pretia connumerari, quandoquidem huiuſmodi ſummis pecuniarum, non

ante *d.* propter Tiridatem geſti, diſpenſatorem *e.*, quem Nero [1] III. cxxx. *f.* M. manumiſit. Sed hoc pretium belli *g.*, non hominis fuit: tam hercule, quam

1. III. cxxx. M. *Nero ſeſtertium centies vicies manumiſit. V.* *HS.* cxx. M. *manumiſit Gr. et Al.*

non emtus a quopiam ſeruus eſt, ſed ſuam ipſimet libertatem redemerunt: Quamobrem neque huc pertinere debet pretium ingens illud Neroniani diſpenſatoris, ſiue ſpadonis Paezontis: quum belli verius quam hominis id fuerit: hoc libidinis non formae. H.

d. Paulo ante) Nerone tertium, et Valerio Meſſala CoSS. Geſtum feliciter id bellum Neronis nummus ſignificat; in quo victoria expreſſa, quae coronam dextra praefert, cum epigraphe: APMENIAC. Regnum Tiridati a Nerone datum Romae e ſuggeſtu Tranquillus ait in eius vita c. 13. H.

e. Diſpenſatorem) De hac voce dicemus L. XXXIII. ſ. 13. et 52. H.

f. Quem Nero H-S. cxx. M.) Corrige et ſcribe: *quem Nero* H-S. cxxx. hoc eſt, ſeſtertiis centum et triginta. *Salmaſ.*

III. dxxx.) Siue, vt vulgo nunc pingere ſolent, HS. cxxx. Sed ſuperponi numeralibus notis lineolam neceſſe eſt, vt ſit ſeſtertiûm cxxx. hoc eſt, centies et trigeſies, centena millia ſeſtertiûm virilis ſexus. Huiuſcemodi autem ſumma efficit librarum Gallicarum 130000. Vnde tam inſigne pretium belli fuiſſe, non hominis, merito addiderit. Vide N. et Em. N. CX. (hic poſ.) III cxxx) In hac ſumma ſic exprimenda, mira eſt omnium fere exemplarium, R. 1. Colb. 1. 2. Par. editionumque vetuſtarum conſenſio: quum recentiores cxx dumtaxat exhibeant, addiderintque perperam millenarii numeri notam, cxx M. ex voce ſequenti exciſam, *manumiſit.* Lineolam vero ſuperpoſuimus, Budaeo hac in re potius aſſentientes, quam Salmaſio, qui p. 41. HS. cxxx ſimpliciter legit, interpretaturque ſeſtertia centum et triginta: quae ſumma multis partibus minor eſt quam ſuperiores: quum tamen hanc vtramque ſummam, Neroniani diſpenſatoris, et ſpadonis Seianiani, multo illis prioribus grauiorem eſſe oportere, ipſa, vt diximus, orationis textura declaret. H.

g. Pretium belli) Non tam homi-

quam libidinis *h.*, non formae, [1] Paezontem *i.* e ſpadonibus *k.* Sejani IIı. DC. *l.* mercante [2] C. Lutorio Priſco. *m.*

L 5 Quam

1. *Paronetemi ſpadonis.* V. *Parmenſe.* *Patontemes ſpadonis Seiano.* M. 2. *Sutorio Priſco.* *Vide Annot.*

hominis pretium hoc fuit, quam aeſtimatio lucri, quod acceperat ex diſpenſatione belli. H.

h. Tam hercule, quam libidinis, etc.) Nomen conuenit homini probroſo, quale eſt Camazon, quem Heliogabalus Imperator in deliciis habitum ad conſulatum vſque euexit. Porro participia interdum verti in propria nomina nouum videri non debet, quum etiam paſſiua forma quaedam in hoc genere reperiantur, vt Sozomenus is fuit Eccleſiaſticae hiſtoriae ſcriptor. *Gelen.*

i. Paezontem) Παίζοντα, quae vox ludentem ſonat. Vide N. et Em. CXI. (hic conſp.) *Paez.*) Ita plane MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. aliique, a quibus deſciſcere Budaeum oportuit, ſcribentem, *Peronetomi*: quoniam ei qui exſectis genitalibus ſit infibulatus aptari queat huiuſcemodi vox Graecorum περονητομος. H.

k. E ſpadonibus Seiani III. M. D. *mercante Sutorio Priſco*) Scribe H-S. D. hoc eſt, ſeſtertiis quingentis; vel quod eſt idem, ſeſtertiûm quingentis millibus. *Salmaſ.*

l. Seiani IIı. V) Hoc eſt, ſeſtertiûm maſculini generis, vt appellant, quingenties, ſubintellige, centena millia: Monetae noſtrae, librae ſunt Gallicae, 5000000. Vide N. et Em. N. CXII. (hic poſ.) *Sei.*) Priſca forma rurſum ſignaui ſeſtertia, eorumdem codicum admonitu. Hic libri editi III. M. D. praeferunt, imperitis ſcilicet librariis, vt iam monuimus, arbitrantibus eiuſcemodi notis III non ſeſtertia, ſed tria ſignari: quare millia addiderunt. Porro quum in recenſendis horumce pretiorum ſummis, Pliniana ſemper creſcere oratio debeat, vt iam monuimus: haud aſſentimur Salmaſio, qui loco iam appellato, HS. D. quingenta ſeſtertia ait eſſe: ſed ſuperpoſita, vt moris erat lineola, HS. D. ſeſtertiûm quingenties interpretati ſumus. H.

m. Sutorio Priſco) Eques Romanus is fuit, maieſtatis damnatus imperante Tiberio, et exanimatus in carcere ob quoddam poëma. Tacitus lib. III. apud quem, in quibuſdam exemplaribus legitur et male, *Clutorius*, pro *C. Lutorius.* Dalec.

C. Lu-

Quam quidem iniuriam *n.* lucrifecit ille, mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat.

XLI. (XL. *) Gentium *o.* in toto orbe praeſtantiſſima vna [1]omnium, virtute *p.*, haud dubie Romana exſtitit. *q.* Felicitas cui praecipua fuerit homini, non

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. et Ch. vna omni virtute Gr. et Al.*

: C. *Lutorio*) Vide N. et Em. N. CXIII. (hic poſ.) *C. Lut.*) In libris omnibus perperam *Sutorio.* Hic ille eſt eques Romanus, C. Lutorius Priſcus, Γάϊος Λȣτώριος Πρίσκος, de quo multa leges apud Dionem in Tiberio, L. LVII. p. 616. H.

n. Iniuriam) Hanc iniuriam bonis moribus, ac Reipublicae famae illatam, ob tam profuſum in ſpadonis emtione ſumtum, quod lucri is fecerit, ſiue impune tulerit, non debet cuiquam mirum videri, occupata tum ciuitate in luctu ac gemitu ob Tiberii tyrannidem, quem poſt Seiani interitum multo ſaeuiſſimum factum eſſe, atque in omne genus crudelitatis erupiſſe, notat Tranquillus in Tiberio, c. 61. p. 50. Quare arguere tam profuſae nequitiae emtorem nulli tum vacabat. H.

* *Inſcriptio eſt: De praeſtantia gentium)* Praeſtantiam gentium Plin. metiri videtur potentia, et imperii magnitudine: oblitus diſcriminis boni et magni. Vnde rectius Cepheſias: Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Athenaeus dipnoſophiſtarum XIV. Ceterum de diſcrimine gentium quoad inſigniores virtutes, aut vitia, legatur Plutarchus praeceptor. politic. et Dicaearch. Geograph. *Dalec.*

o. Gentium) Vide N. et Em. CXIV. (hic adſer.) *Gentium)* Hactenus editi libri hoc capiti huic lemma praefigunt, *De praeſtantia gentium:* quod quidem vnde hauſerint, adhuc mihi incompertum eſt. Neque enim in Pliniano indice apparet: Et ſane, quod capitis ſequentis lemma eſſe voluerunt, *De felicitate ſumma*, ibi praepoſtere omnino poſitum, huc plane referri oportuit. H.

p. Vna omnium, virtute) Virtute, inquit, gens Romana ceteris omnibus antecellit: Felicitate, quis homo homini praeſtet, haud ita promtum eſt ſtatuere. H.

q. Romana exſtitit) Vide Plutarch. περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τύχης. *Dal.*

non eſt humani iudicii: quum proſperitatem ipſam alius alio modo, [1]et ſuopte ingenio quiſque [2]terminet. *r.* Si verum facere judicium volumus, ac repudiata omni fortunae ambitione decernere, mortalium nemo eſt felix. *s.* Abunde [3]agitur *ss.*, atque indulgenter fortuna [4]decidit cum eo, qui jure dici non infelix poteſt. Quippe vt alia non ſint, certe, ne laſſeſcat fortuna, metus eſt: quo ſemel recepto, ſolida felicitas non eſt. Quid quod nemo *t.* mortalium omnibus horis ſapit? vtinamque falſum hoc, et [5]non a vate *u.* dictum quam plurimi judicent! Vana mortalitas, et ad [6]circumſcribendum ſeipſam inge-

1. *Et pro ſuopte. M. T.* 2. *determinat. Ch.* 3. *ſic quoque M. et Ch. abunde igitur Gron. et vulgg.* 4. *deciditur. M. Tol. et Ch.* 5. *non et a vate. Tol.* 6. *circumſcribendam. V. et Ch.*

r. Quiſque terminet) Chiffl. *determinet.* H.

s. Mortalium nemo eſt felix) Homerus Odyſſ. ζ. Τοῖος γὰρ νόος ἐςὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶντε θεῶντε. Ceterum haud parum durior rigidiorque eſt haec ſententia Soloniana illa vulgo eruditorum nota, neminem ante mortem beatum dicendum. De qua Herod. lib. I. Ariſtot. Eth. Nicom. I. c. 10. et ibi interpp. diſcrimen facientes inter εὐδαιμονίαν et εὐτυχίαν. *Dal.*

ss. Abunde agitur) Vide N. et Em. CXV. (hic poſ.) *Abunde, etc.)* In editis, *abunde igitur.* At MSS. omnes, *agitur*, et mox, *deciditur*, in codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tolet. etc. vt legendum cenſeam: *Abunde agitur, atque indulgente fortuna deciditur, cum eo* etc. H.

t. Quid quod nemo) Nemo eſt, inquit, qui non aliqua parte vitae deſipiat, vel peccet: nemo igitur felix. Pendet hoc ex illo dogmate, Solum ſapientem eſſe felicem. Vide Plutarch. in libro, *Num ſola improbitas ſufficiat ad infelicitatem*, p. 498.

u. Et non a vate) Simile fere eſt, quod Homerus ait Odyſſ. 18. nemini mortalium ſcire fas eſſe omnia, vt canit etiam Horatius. Ἀλλά τοι ἐ δύναμαι πεποιημένα πάντα νοῆσαι. In cod. Tolet. *Et non vt a vate.* H.

ingenioſa, computat more Thraciae *x.* gentis: quae calculos colore diſtinctos, pro experimento cuiuſque diei

x. Thraciae) Vide N. et Em. N. CXVI. (paulo poſt.) Zenobius, cent. 6. adag. 13. Τὰς ἐν τῇ Φαρέτρᾳ ψηφίδας. Φύλαρχός φησι τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν, ἄγειν τὴν φάρετραν· καὶ εἰ μὴ ἀλύπως τύχοιεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην διάγοντες, καθιέναι εἰς τὴν φάρετραν ψηφίδα λευκήν· εἰ δὲ ὀχληρῶς, μέλαιναν. Ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀποθνησκόντων ἐκφέρειν τὰς φαρέτρας καὶ ἀριθμεῖν τὰς ψήφους. Καὶ εἰ εὑρεθειήσαν πλείους αἱ λευκαὶ, εὐδαιμονίζειν τὸν ὑπο γιγνόμενον, etc. *Calculos in pharetra: Auctor eſt Phylarchus Scythas cubitum ituros pharetram afferre: ac ſi feliciter dies proceſſiſſet, album immittere calculum ſolitos: ſin accidiſſent infauſta, nigrum. Vbi vero quis vita deceſſiſſet, pharetram proferebant, calculoſque numerabant. Quorum ſi candidi plures eſſent reperti, felicem praedicabant mortuum:* etc. *More etc.)* Eraſm. Chil. I. cent. 5. ad. 54. *Creta notare,* ſequutus Herm. Barbarum, hunc morem Cretenſibus adſcripſiſſe putauit Horatium illo carmine L. I. od. 36. *Creſſa ne careat pulcra dies nota:* niſi *Threſſa,* inquit, *hoc loco ſatius legi foret.* Hos deinde, vt fit, omne vulgus interpretum ſequutum eſt. At Creſſa nota ſignificari ab Horatio iam alias docuimus, ab amicis rogati, non album lapillum, ſed vinum Creticum, quod in maximo pretio, habitum Clem. Alex. Paedag. II. p. 156. aliique permulti docuerunt. Et ſane id ſententia huius loci requirit: Ait enim ob amici aduentum, paraturum ſe epulas, in quibus pretioſum primi vini genus ſit apponendum: deinde neque illud quidem parce et auare miniſtrandum: tertio denique, choreas ſequuturas: *Creſſa ne careat pulcra dies nota: Neu promptae modus amphorae, Neu morem in Salium ſit requies pedum.* Quod imitatus ille mihi ex Tibullo videtur, ita pariter canente: *Vina diem celebrent: non feſta luce madere Eſt pudor: errantes et male ferre pedes.* Creſſam porro notam pro vino Cretico dixit Horatius, qua forma idem L. II od. 3. *Seu te in remoto gramine per dies Feſtos reclinatum bearis Interiore nota Falerni.* Et in Satyris L. I. Sat. 10. *Vt Chio nota ſit commixta Falerni eſt.* Adde Ciceronem in Bruto n. 83. *Vt ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita nouo, vt proximis Conſulibus velit natum: nec rurſus ita vetere,* vt

diei in vrnam condit, ac ſupremo die [1] ſeparatos dinumerat, atque ita de quoque pronuntiat. Quid quod iſte calculi candore illo [2] laudatus dies, originem

1. *Separatim.* V. 2. *laudato die.* M. et Ch. *vt Opimium aut Anicium Conſulem quaerat. Atqui hae notae ſunt optimae: Credo, ſed nimia vetuſtas, etc.* Vt vina Falerna idem Horatius alibi, et Falernas vites, ſic Falerni notam, hoc eſt, agri Falerni, notamque Falernam pro Falerno vino, Creticamque notam, ſiue Creſſam, pro Cretico vino; priores dixere: pro lapillis, inquam, albo colore diſtinctis (nam lapillos adhibuere Thraces Plinio teſte, qui calculos: Perſioque, qui lapillum dixit:) ſed pro lapillis, inquam, albis Creſſam notam dixiſſe neminem, quauis ego ſponſione contenderim. Cretam vero, hoc eſt, terram albam in inſula cognomine effodi, quae nunc Candia dicitur, aut ab ea traxiſſe nomen, ſomnium eſt otio abutentium. Nec Creſſam notam igitur etiam pro Creta Latinae aures vllae ferant. Plura iam in eam rem diximus in Ephemeridibus Eruditorum, anno 1681. Sed illud neſcio quo caſu ibi praetermiſſum, quod plane rem euincit, ac Lyrici vatis mentem omnino apertam ac planam facit: Moris id ei nempe fuiſſe, vt quouis bono, hoc eſt, feſto ac laeto et pulcro die vinum adhiberet optimum, ad laetitiam vtique vel ſignificandam, vel augendam: quod quum paſſim facit, tum vero luculenter Od. 21. L. III. qua Conſulatum triumphumque Meſſalae gratulaturus, amphoram ſuam ſic compellat: *O Nata mecum Conſule Manlio, ſeu tu querelas, ſiue geris iocos, ſeu rixam et inanes amores, ſeu facilem pia teſta ſomnum: Quocumque lectum nomine Maſſicum, Seruas: moueri digna bono die: Deſcende, Coruino iubente, Promere languidiora vina.* Sic Plin. L. XIX. ſ. 43. de genere luxuriaque carduorum: *Condiuntur aceto melle diluto* — — *ne quis dies ſine carduo ſit.* Qui porro nuper in Horatium ſcribens, quum ne noſtrum hoc commentum probaret, eo ſe inprimis argumento duci ſignificauit, quod *Creſſi nota*, vt *nota Falerni* dicendum a vate putaret, non *Creſſa nota*: egregie eſt hallucinatus, et ſoloecismum admiſit: neque enim *Creſſi* dixeris Latine: ſed *Cretis*, vel *Cretici*, vel denique *Creſſii*: quum ſit *Creſſa* feminea vox, a *Cres* maſculina, non *Creſſus.* H.

nem mali *y.* habuit? Quam multos accepta afflixere imperia? quam multos bona perdidere, et vltimis merſere ſuppliciis? iſta nimirum *z.* bona, ſi cui [1] inter illa *a.* hora in gaudio fuit. Ita eſt profecto, alius de alio iudicat dies, et tamen ſupremus de omnibus: ideoque nullis credendum eſt. Quid quod bona malis paria non ſunt, etiam pari numero *b.*: nec laetitia *c.* [2] vlla minimo moerore penſanda? Heu vana et imprudens diligentia! numerus dierum [3] comparatur *d.*: vbi quaeritur pondus.

XLII. (XLI.*) Vna feminarum in omni aeuo Lampido *e.* Lacedaemonia reperitur, quae regis filia, regis

1. *Cum interim illa. Ch. nimo etc. Gr. et Al.*

2. *ſic et V. laetitia vllo mi-*

3. *computatur. V.*

y. Originem mali) Dies ille ipſe qui fauſtus eſt exiſtimatus, initium et origo infelicitatis fuit: Quam multos enim vel accepta eo die imperia, qui ſummus apex felicitatis creditur, aerumnis poſtmodum afflixere? H.

z. Iſta nimirum) Iſta nimirum quae creduntur bona, ſi modo inter illa fruenda, vel vna laetitiae hora exigatur? H.

a. Si cui inter illa) R. 1. 2. Par. et Chiffl. legunt: *cum inter illa hora* ea vtrobique ſententia, adeo eſſe obcaecatos homines, vt illa bona appellent, quae multos perdidere, modo inter illa fruenda exigi, vel vna poſſit in gaudio hora. H.

a. Pari numero) Numquam tamen pari numero eſſe conqueritur Ouid. de arte. Pluraque ſunt ſemper deteriora bonis. Et Plutarch. conſol. Apol. p. 101. *Dal.*

Etiam pari) Etiam ſi bona *malis permixta* pari *eueniant* numero. H.

c. Laetitia vlla) Hoc eſt, quantumlibet magna, minimo moerore penſanda non eſt. Prius *vllo*, minus ſincere legebatur. H.

d. Numerus dierum comparatur) Hoc eſt, numeri dierum felicium infeliciumque inter ſe conferuntur vter maior ſit. *Gelen.*

* *Inſcriptio eſt apud Gron. De felicitate ſumma)* Titulus in membranis ita concipitur: *Raritas continuationis in familiis.* Salmaſ. p. 52.

e. In omni aeuo Lampido) In regum noſtrorum progenie Blancha regis Hiſpaniae filia fuit regis vxor, regis mater:

regis vxor, regis mater [1]fuerit. Vna [2]Berenice *f.*, quae filia, ſoror, mater Olympionicarum. Vna familia Curionum, in qua tres continua ſerie oratores [3] exſtiterunt. Vna Fabiorum *g.*, in qua tres *i.* continui Principes Senatus, M. Fabius Ambuſtus, Fabius

1. Sic et Ch. fuit Gr. et Al. *2. ſic et M. et Ch. Pherenice Gr. et vulgg.* *3. exſtiterint. Ch.*

mater: itidem Claudia regis Ludouici filia, regis Francifci vxor, regis Henrici II. mater. *Dalecamp.*

Lampido) Plato in Alcibiade, p. 123. T. II. vbi τὴν Λαμπιδὼ Leotychidae filiam, vxorem Archidami, Agidis matrem, eo nomine praedicat, quod hi omnes Reges fuere Lacedaemone, ex Eurypontidarum familia. In ſerie reginarum noſtrarum Claudia pariter occurrit, Ludouici XII. filia, Franciſci I. vxor, Henrici II. mater. H.

f. Pherenice) Callipateram quoque Pauſanias vocat lib. V. et de virili eius animo hiſtoriam narrat ſcitu dignam. Vide et Aelianum cap. I. lib. X. Hiſtoriae Var. *Dal.*

Berenice) Ita MSS. omnes. Editi, *Pherenice*, quod idem valet. Siculi et Macedones Φ mutant in β, Φίλιππος, Βίλιππος, Φρύγες, Βρύγες, Φερενίκη, Βερενίκη. De hac Berenice Aelian. V. H. L. X. c. 1. Et Val. Max. L. VIII. c. vlt. in fine: *Pherenices*, inquit, *non vulgaris honos: cui ſoli omnium feminarum gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt, quum ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſurum adduxiſſet, Olympionice patre genita, fratribus eamdem palmam aſſequutis latera cingentibus.* H.

g. Vna Fabiorum) Ex ea familia trecenti perierunt ad Cremeram fluuiolum Hetruriae, vicinum Romae, naſcentem ex paruo lacu in ſilua Baccana, et Tiberim ſubeunte ad Valcam. Ouid. *Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes: Ad bellum miſſos abſtulit vna dies.* Dal.

Vna Fabiorum) In qua praeterea tres fratres, Caeſo, Marcus, Quintus, ſeptem continuos Conſulatus geſſerunt, vt notat Dion. Halic. A. R. L. IX. p. 580. H.

i. In qua tres) Addit Solinus, haec tranſſcribens, c. 1. p. 11. *Magnum hoc habitum eſt ſane eo ſeculo, quo facundiam praecipuae, et diuina et humana mirata ſunt, etc.* H.

Fabius [1] Rullianus *k.* filius, Q. Fabius Gurges nepos. *l.*

XLIII. (XLII.) Cetera exempla fortunae variantis innumera ſunt. Etenim quae [2] fecit magna gaudia, niſi [3] ex malis? aut quae mala immenſa, niſi ex ingentibus gaudiis? (XLIII.) Seruauit proſcriptum *m.* a Syl-

1. *Rutilianus. Valer. lib. V. Rulliani. Ch.* 2. *facit. Ch.* 3. *ex inſignibus malis. D.*

k. Rullianus) Vide N. et Em. N. CXVII. (hic. poſ.) *Fab. Amb.*) Fuit Rullianus Ambuſti F. In Chiffl. cod. *Rulliani filius*, inepte: nam Rulliani filius ipſe Fabius Gurges eſt, nepos Ambuſti

M. Fabivs Ambvstvs Trib. mil. A. V. 374 et 385. Ter Conſul 394. 396 et 398 et Dictator.

|

Q. Fab. Maximvs Rvllianvs, M. F. Magiſter Eq. Dictator, et quinquies Conſ. a. 432. 444. 446. 457. et 459.

|

M. Fabivs Gvrges, Q. F. M. N. bis Conſul, a. 462. et 478. H.

l. Nepos) Florus cap. 21. lib. I. *Dal.*

m. Seruauit proſcriptum a Sylla M. Fiduſtium ſenatorem annis xxxvi. *Sed iterum proſcriptus, ſuperſtes Syllae vixit vſque ad M. Antonium. Conſtatque nulla alia de cauſa proſcriptum, quam quia proſcriptus eſſet*) Si bis proſcriptum accipiamus a Sylla M. Fiduſtium, nulla fuit ratio Plinio, cur notaret ſecundam proſcriptionem tamquam ratam et cauſa carentem. Nam qua ratione primo proſcriptus fuit, eadem proſcribi potuit et ſecundo et tertio et ſaepius, ſine vlla rei admiratione. Item raras hic, memoratuque dignas hominum fortunas Plinius exſequitur. Ecquid rogo miraculi fuit, ſeruari hominem bis proſcriptum ab eodem Sylla? Numquam igitur in animum inducere potui, verba haec ſincera eſſe, ſed haeſit ſemper ſcrupulus, luxato ordine ſcripta eſſe. Nam, niſi opinio mea me fallit, Marcus hic Fiduſtius bis proſcriptus a duobus Romanis principibus, vtriuſque ſaeuitiam euaſit, et vtrique ſuperuixit; primo a Sylla, et eo mortuo, iterum a M. Antonio: quem ſucceſſum, magnae fuiſſe

a Sylla *n.* M. Fiduſtium *o.* Senatorem, annis [1]XXXIII. ſed iterum proſcriptus *p.* Superſtes Syllae vixit, [2]ſed vſque ad Antonium *q.*: conſtatque nulla alia de cauſſa ab eo proſcriptum, quam quia proſcriptus fuiſſet.

XLIV.

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ.* M. XXXVI. *Gr. et vulgg.*
2. *ſic et Ch. Vox ſed deeſt ap. Gr. et vulgg.*

fuiſſe felicitatis, negari non poteſt. Notat autem, nec immerito, Plinius non alia cauſa proſcriptum fuiſſe a M. Antonio, quam quia prius proſcriptus fuiſſet a Sylla. Scribendum igitur hunc locum reor ad hunc modum: *Seruauit proſcriptum a Sylla, M. Fiduſtium ſenatorem annis* XXXIII. *vſque ad Antonium. Sed iterum proſcriptus, ſuperſtes illi vixit. Conſtatque, etc.* Pint.

n. Sylla) Syllam quidam dictum volunt vna litera mutata a *ſillo naſo.* Sigonius vero quaſi *Sibyllam,* quod Decemvir aut Praetor, ex libris Sibyllinis ludos Apollinares inſtituerit. *Dal.*

o. M. Fiduſtium) Vide N. et Em. N. CXVIII. (hic coll.) *M. Fid.)* Ita MSS. omnes. Verum Dio, L. XLVII. p. 333. L. Filuſcium appellat. Τὸ δέ τι ἀςάθμητον, inquit, τοῦ βίου, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐτεκμηριώθη, ὅτι Λούκιος μὲν Φιλούσκιος ὑπό τε τοῦ Σκύλλου πρότερον ἐπικηρυχθεὶς, καὶ διαφυγὼν, ἔς τε τὸ λεύκωμα αὖθις τότε ἐσεγράφη καὶ ἀπέθανε. *Incertitudinem vero humanae vitae L. Philuſcius demonſtrauit, qui ante a Sylla proſcriptus, quum periculum euaſiſſet, tum denuo proſcriptus ab Antonio, et occiſus eſt.* Paulo poſtea *annis* XXXIII pro XXXVI. Regium vetuſtiſſimum manuſcriptum codicem, et noſtrum qui eſt haud inferioris aetatis, et idem integerrimus, aliumque, quem laudat Dalecampius, ſequuti reſcripſimus, et mox, *ſed vſque ad Antonium*: ex iiſdem. Inde intelliges Syllanam proſcriptionem incidiſſe in A. V. C. DCLXXIII. H.

p. Iterum proſcriptus) Subintellige, ab Antonio. Nam ſuperſtes Syllae, etc. H.

q. Sed vſque ad Antonium) Vſque ad A. V. C. DCCVI. qui coepit ab autumno anni ſuperioris, aera Antoniana, in nummis etiam Claudii Imperatoris conſignata, quoniam fuit is M. Antonii nepos: quoque anno DCCVI. fuit haec ab Antonio facta proſcriptio: eo quod erat is, vt in nummo vetere ſcribitur,

XLIV. Triumphare P. Ventidium *r.* de Parthis voluit quidem ſolum, ſed eumdem in triumpho Aſculano *s.* Cn. Pompeii [1] Strabonis duxit puerum: quamquam [2] Maſurius auctor eſt bis in triumpho ductum: Cicero *t.*, mulionem [3] caſtrenſis ſuffaranium

1. *Strabonis non legitur in M.* 2. *Maſſurius cum dupl. ſſ. Gr. et Al.* 3. *ſic quoque in M. ſufforaneum. V. caſtrenſis ferraniam fuiſſe. V. Alii caſtrenſis fuſinariae. Turn. c. 8. XXIX. caſtrenſis furnariae, vel, vt alii malunt, farinariae. Caſtrenſis furinariae. Ch. caſtrenſem ſuffaraneum Gr. et vulgg.*

tur, M. ANTO. IMP. R. P. C. *Marcus Antonius — Imperator Reipublicae Conſtituendae:* quum eſſet CAESAR DIC. *Caeſar Dictator* tantum. H.

r. P. Ventidium) Val. Max. c. 10. l. VI. et infra cap. 22. lib. XXII. *Dal.*

P. Ventidium) Vellei. L. II. n. 65. p. 19. *Vidit hic annus* (quo Caeſar eſt interfectus) *Ventidium, per quam vrbem inter captiuos Picentium in triumpho ductus erat, in ea Conſularem praetextam iungentem Praetoria: idem hic poſtea triumphauit.* De huius Ventidii victoria et triumpho conſulendus praeterea Appian in Parth. p. 156. Plut. in Antonio, p. 931. Dio, L. XLIX. p. 404. Frontin. Stratag. L. I. c. 1. Gell. L. II. c. 4. p. 799. in nummis antiquis, M. ANT. IMP. *Marcus Antonius Imperator*, cuius ſe partibus nimirum Ventidius adixerat, et ex altera parte, P. VENT. PONT. *Publius Ventidius Pontifex.* H.

s. Aſculano) Aſculum Piceni coloniam, a Cn. Pompeio Magni patre captum bello ſociali, refert Velleius L. II. n. 21. p. 10. et Gellius l. c. H.

t. Cicero) Nunc L. X. ep. 18. quae Planci eſt ad Ciceronem. *Ventidiique mulionis caſtra deſpicio.* Vim vocis explicat, totamque hiſtoriam recitat Gellius, l. c. *Quum adoleuiſſet*, inquit de Ventidio, *victum ſibi aegre quaeſiſſe, eumque ſordide inueniſſe comparandis mulis et vehiculis, magiſtratibus qui ſortiti prouincias forent praebenda publice condixiſſe: Antonii demum partes ſequutum, Pontificatum quoque, ac Conſulatum, adeptum eſſe: Quam rem adeo intoleranter tuliſſe Populum Rom. qui curandis illum mulis victitaſſe meminerat, vt vulgo per vias vrbis verſiculi proſcriberen-

nium *u.* fuiſſe: plurimi *x.*, iuuentam inopem [1] in caliga militari toleraſſe. Fuit et Balbus *y.* Cornelius maior Conſul *z.*, ſed accuſatus *a.*, atque de

M 2 iure

1. *In*, d. *in M.* ... *berentur*; — *Concurrite omnes, Augures, Aruſpices, Portentum inuſitatum conflatum eſt recens: Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.* H.

u. *Caſtrenſem ſuffaraneum*) Vide Scalig. Append. Virgil. ad Catulli Phaſelli παρῳδίαν, Sabinus ille, etc. quae tota eſt in Ventidium. Vide et Turn. cap. 18. lib. XXIX. Aduerſ. *Dal.*

Caſtrenſis ſuffaranium) In R. 2. et Chiffl. *Caſtrenſis ſurinariae*: forte pro *farinariae*. In libris editis, *caſtrenſem ſuffaraneum*. At in noſtro codice MS. qui eſt integerrimus, prima manu ſcriptum eſt; *Caſtrenſis* (ſubintellige mulionis) *ſuffaranium*; ſecunda autem, nec certe recenti, ſed falſa, *Caſtrenſem ſuffranium*. Caſtrenſis mulio is dici videtur, qui far in caſtra conuehit. Suffaranius autem qui ſub alio mulione eſt, vt ſit quaſi ſubmulio, ſiue mulionis ordinarii vicarius mulio, qui far conuehit. H.

x. *Plurimi*) Quos ſequutus eſt Dio, L. XLIII. p. 239. H.

y. *Fuit et Balbus Cornelius maior Conſul, etc.*) Corn. Balbus maior cognominabatur, ad differentiam alterius Balbi ex fratre filii, qui triumphauit: ius ciuitatis ſimul acceperunt, et diſcriminis gratia patruus, Balbus maior dictus. Legendum itaque: *Balbus Cornelius maior, conſul fuit: ſed accuſatus atque de iure virgarum in eo iudicio in conſilium miſſus.* Eo iudicio quo accuſatus eſt Balbus, de iure virgarum etiam deliberatum eſt, an competeret in eum, quod ciuis Romanus non eſſet. *Salmaſ.* p. 383. b.

Fuit et Balbus) Vide Velleium, L. II. n. 51. p. 16. Maior hic vocatur, qui patruus alterius Balbi cognominis, qui minor dictus eſt a Cicerone L. XI. ad Atticum, ep. 12. p. 341. Siue porro Cornel. Balbum, ſiue Balbum Cornelium dixeris, nihil intereſt: Plinio enim, Velleioque Paterculo nihil familiarius, quam cognomen gentilitio nomini praeponere. Sic Muſam Antonium, Scribonius dixit, Compoſ. 110. H.

z. *Conſul*) Conſul hic fuit, quoniam ita neceſſe eſt, dicere, Cn. Domitio Caluino ſecundum, C. Aſinio Pollione

iure *b.* virgarum [1]in eum, iudicum in conſilium *c.* miſſus; primus externorum, atque etiam in Oceano *d.* genitorum vſus illo honore, quem maiores Latio quoque *e.* [2]negauerunt. Eſt et L. Fuluius *f.* inter inſignia exempla, Tuſculanorum rebellantium Conſul: eodemque honore, [3]quum tranſiſſet *g.*, exornatus

1. *In eum iudicem. Ch.* 2. *negauerint. Ch.* 3. *Tranſfuga exornatus. Salm. perfuga. Romanum. tranſfuga et exornatus.*

ne CoSS. A. V. DCCXIV. Quum enim magiſtratu ſe abdicaſſent, ille vnus ex ſuffectis fuit, vt quidem Dio refert L. XLVIII. p. 365. et 376. H.

a. Sed accuſatus) Quod ciuitatem Romanam falſo vſurparet, quum peregrinus eſſet: In peregrinum enim erat ius virgarum, non in ciuem. Nam vt ait Cicero pro Rabirio Perduell. *Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit.* Nota eſt ea Balbi hiſtoria, ex oratione Ciceronis pro ipſo habita. H.

b. De iure virgarum) Legem M. Porcius Cato tulit. Vnde et Porcia dicta eſt, ne ciuis Roman. aut verberaretur, aut necaretur. Eam ille *pro ſcapulis*, vocabat, vt auctor eſt Feſtus. Liuius lib. X. *pro tergo*: auctor hoc loco de iure virgarum. *Dalec.*

Atque de iure) Atque conſilio iudicum permiſſus, vt ſtatuerent, num ius virgarum in eum eſſet. H.

c. In conſilium) Mittere iudices in conſilium, inquit Aſcon. Pedian. in Orat. Cic. in Verrem, p. 67. *eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam, vbi allegatis omnibus argumentis orator dixerit, Dixi.* Quamobrem mitti in conſilium iudicum, eſt arbitrio iudicum ſententiaeque permitti, cauſa iam contra reum, et pro reo, dicta. H.

d. In Oceano) Quia Gadibus natus, vt dictum eſt L. V. ſ. 5. quae fuit inſula in oceani litore poſita, vltra fretum Gaditanum. H.

e. Latio quoque) Latinis olim petere Romae magiſtratus, aut gerere omnino non licuit. Vide quae diximus in N. et Em. ad L. III. N. III. in Vol. I. p. 500. H.

f. L. Fuluius) Qui Conſulatum geſſit cum Q. Fabio Max. Rulliano, de quo ſect. 42. diximus, A. V. 432. Liuius, L. VIII. p. 150. H.

g. Quum tranſiſſet) In Romanorum partes. H.

natus confeſtim a populo Romano: qui ſolus eodem anno, quo fuerat hoſtis, Romae triumphauit ex iis, quorum Conſul fuerat. Vnus hominum ad hoc aeui, [1]Felicis *h.* ſibi cognomen aſſeruit L. Sylla, ciuili nempe ſanguine *i.*, ac patriae oppugnatione adoptatum. [2]Et quibus *k.* felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere *l.* tot millia ciuium ac trucidare potuiſſet. O praua interpretatio, et futuro tempore infe-

M 3

1. *felicis Gr.* 2. *et quibuſdam. M. et Ch.*

h. Felicis ſibi cognomen aſſeruit) Felicem Syllam dictum putant, quod feliciter in hoſtes pugnaſſet, quod amicus fuiſſet Metelli Pii, quod Athenas vi captas non deleuiſſet. Scribit Appianus equeſtrem imaginem Syllae auream ante Roſtra poſitam cum inſcriptione: CORNEL. SYLLAE IMPERAT. FORTVNATO. Venuſtum quoque Sylla cognominari ſe voluit. Rhodig. cap. 6. XXIV. Syllae immolanti iecur extrema fibra coronae laureae imaginem oſtendit, oſtento mirabili felicitatis. Alex. ab Alex. cap. 25. lib. V. Vide Val. Max. c. 9. lib. VI. et c. 2. lib. IX. *Dal.*

Felicis ſibi) Vellei. L. II. n. 27. p. 12. *Occiſo demum C. Mario ſepties Conſulis filio, Felicis nomen aſſumſit,* etc. In nummis antiquis, ſiue ad maiorem emphaſim, ſiue ad diſtinguendum ab adiectiuo nomine cognomen, ſcribitur per geminum e *Feelix.* Hinc FAVSTVS inde FEELIX, hanc habet ſententiam: *Fecit Africam Vectigalem Senatui Ter Victor Sylla* FEELIX. H.

i. L. Sylla ciuili nempe ſanguine, etc.) Ita legend. *L. Sulla, ciuili nempe ſangnine, ac patriae oppugnatione adoptatum: ſed quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere, etc.* Salmaſ. p. 54.

k. Et quibus felicitatis inductus argumentis) Verior, vt mihi videtur, lectio, *En quibus felicitatis, etc.* ſine vlla interrogatione, cum deriſu et ſuggillatione talis felicitatis. *Pint.*

Et quibus) Magis probaverim, *At quibus.* Quibus, inquit, argumentis Felicem ſe credidit? H.

l. Quod proſcribere) Velleius, l. c. n. 28. de Sylla. *Primus ille, et vtinam vltimus, exemplum proſcriptionis inuenit,* etc. Vide Val. Max. L. IX. c. 2. p. 424. et Senec. de benef. L. V. c. 16. p. 94. H.

infelix! [1] Non melioris ſortis tunc fuere pereuntes, quorum miſeremur hodie, [2] quum [3] Syllam nemo non oderit? Age, non exitus vitae *m.* [4] eius, omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente ſe *n.* ipſo corpore, et ſupplicia [5] ſibi gignente? Quod vt [6] diſſimulauerit et ſupremo ſomnio [7] eius ([8] cui immortuus quodammodo [9] eſt *o.*) cre-

1. *Nam D.* 2. *cum te Sylla. V.* 3. *Syllam nemo adorat. M.* 4. *eius, in M. d.* 5. *tibi. Tol. ibi. V.* 6. *diſſimulaueris. V.* 7. *eius, in M. d.* 8. *cuius vi mortuus. D. quum mortuus quodam modo eſt creditus. M.* 9. *es. V.*

m. Exitus vitae) Φθειριασεὶ ſiue pediculari morbo interiit. Val. Max. cap. 4. lib. IX. et infra lib. XI. c. 33. *Dal.*

n. Erodente ſe) Phthiriaſim ſignat, hoc eſt, pedicularem morbum, a copia pediculorum toto corpore erumpentium. Vide quae dicturi ſumus L. XI. ſ. 39. Idem fuit exitus Philippi II. Hiſpaniarum regis: cuius e corpore viuo tanta pediculorum multitudo erumpebat, vix vt iiſdem decutiendis duo homines ſufficerent; donec eo demum morbo ſupremo interiit. H.

o. Et ſupremo ſomnio eius, cui immortuus quodammodo eſt) In intellectu horum verborum longe diſſentimus tum ab aliis, tum vero ab Hermolao, qui nos ad illum Iuuenalis verſum remittit: — *et nos Conſilium dedimus Syllae, priuatus vt altum Dormiret.* Quaſi Plinius hoc loco de ſomno illo declamatorio Syllae loquatur, quem Romani adoleſcentes vt altiſſimum caperet in ſcholaſticis controuerſiis ſuadebant, reiecta omni reipublicae cura. Nos ſecus hunc locum accipientes, non *ſomno* cum Hermolao legimus, ſed *ſomnio*, vt alii emendarunt, et apogr. habet Tolet. de quo antequam loquamur, illud legentes noſſe oportet, Syllam commentarios rerum ſuarum conſcripſiſſe, ac Lucullo Graecarum iuxta Latinarumque literarum peritiſſimo nuncupaſſe, quorum vigeſimum ſecundum librum abſoluit, biduo antequam e vita diſcederet. Cuius rei auctor eſt Plutarchus in vita Luculli, et in vita Syllae. Deinde illud quoque noſcendum, Syllam ſummam habuiſſe fidem ſomniorum viſis, vt ex eodem liquet Plutarcho in

credamus, [1] ab vno illo inuidiam gloria victam:

1. *Abs te vno. V.*

in Sylla his verbis: *Lucullum etiam in commentariis quos ad illum inſcripſit, commonefacit, nihil tam ſtabile duceret, quam quod noctu ſibi numen imperaret.* Et aliquanto poſt. *Ferunt et dormienti Syllae viſam eſſe deam, quam Romani eximia veneratione colunt, accepta ex Cappadocibus diſciplina, ſiue Luna ſit ſiue Minerua, ſiue Bellona. Hanc ſibi aſtitiſſe Sylla exiſtimauit, et poſito manibus fulmine nominatim vt ſuos feriret inimicos imperaſſe, eoſque percuſſos collabi atque deleri. Eo ex inſomnio ſpe plenus cunctis collegae expoſitis, Romam ductabat exercitum.* Haec Plutarchus: qui eodem quoque loco non longe a fine ſomnium quod Sylla vidit, paulo antequam e vita migraret, his verbis exſequitur: *Sylla non modo ſuum praeuidit interitum, verum etiam quodam modo ſcriptis eum commendauit: nam vigeſimum ſecundum commentariorum librum biduo antequam mortuus eſt, ſcribendi finem fecit: vbi Chaldaeos ſibi praedixiſſe affirmat, quod ei quum beate vixiſſet, in ipſo felicitatis vigore moriendum eſſet. Scribit etiam filium, qui paulo ante Metellum exſpirauerat, per quietem ſibi aſſiſtentem patrem ſuppliciter obſecrantem, vt ab his ſe curis abſolueret, euntem cum eo ad matrem Metellam quiete et omni negotiorum abiecta cura cum illa vitam duxiſſe.* Appianus etiam Alexandrinus bellorum ciuilium lib. I. de ſomnio Syllae paulo ante mortem, ſic narrat. *Ferunt Syllam quum in agris eſſet, daemonem quemdam per ſomnium aſpexiſſe, ſeque ab illo vocari exiſtimauiſſe: quod ſomnium cum amicis mane retuliſſet, ſumma celeritate teſtamentum conſcripſiſſe, inſequentique nocte obſignato eo, quum febris acceſſiſſet ſexageſimo exacto anno e vita diſceſſiſſe.* Hactenus Appianus. In hoc igitur inſomnio, ſiue idem ſit cum eo, quod Plutarchus narrat, ſeu aliud ab eo, Syllae dictum fuiſſe exiſtimamus, vel a filio, vel a daemone, quem vidit, vel ab aliquo, qui ei per quietem apparuerit, inuidiam ab eo vno gloria ſuperatam. Nam quod Appianus ait, expoſito amicis ſomnio ſumma celeritate teſtamentum conſcripſiſſe, inſequentique nocte deceſſiſſe, mire quadrat cum his Plinianis et ſupremo ſomnio eius, cui immortuus quodammodo eſt. Haec annotaſſe quamuis nulla inerat Plinianis verbis menda, non fuerit alie-

hoc tamen nempe felicitati [1] ſuae defuiſſe confeſſus [2] eſt, quod Capitolium *p.* non [3] dedicauiſſet.

XLV. Quintus Metellus *q.* in ea oratione, quam habuit ſupremis laudibus patris ſui L. Metelli, Pontificis, bis Conſulis *r.*, Dictatoris, Magiſtri Equitum, [4] Quindecimuiri agris [5] dandis, qui primus *t.* elephan-

1. *Tuae. M.* 2. *es. V.* 3. *dedicauiſſes. V.* 4. XII. *viri. M.* 5. *diuidendis. V.*

num, vt doctis minime neceſſaria, ita ceteris non magno opere poenitenda. *Pintian.*

Somnio eius) De hoc ſomnio varia referunt Plutarchus in Sylla, p. 475. et Appian. Ciuil. L. I. p. 416. Huic ſomnio dicitur immortuus, quoniam poſt conſcriptum a ſe Somnium ſuum mox deceſſit. H.

p. Capitolium) Tacit. hiſtor. L. III. p. 77. *Capitolii curam victor Sylla ſuſcepit, neque tamen dedicauit: hoc ſolum felicitati eius negatum.* Sylla morte praeuento, Catulum dedicaſſe auctor eſt Plutarch. in Poplicola, p. 104. H.

q. Q. Metellus) E Caeciliorum familia. Conſulatum geſſit A. V. C. DXLVIII. H.

r. Bis Conſulis) Primum, anno DIII. Cn. Furio Collega. Secundum, anno DVII. cum Numerio Fabio Buteone. H.

s. Quindecimuiri) Ita MSS. fere omnes. Alii tamen XIIviri legunt. Agrum de hoſtibus captum vel publicum Populi Rom. colonis, emeritiſque militibus diuidebant. Inde leges Agrariae nuncupatae. Haec diuiſio fiebat per Curatores Agrarios, vel Triumuiros, vel Quinqueuiros, vel Septemviros, vel Decemuiros, vel Quindecimuiros, vel denique Vigintiuiros: qui Triumuiri, vel Xviri agris dandis, aſſignandis, vel coloniae deducendae ſunt dicti. Hoc de more multa Sigonius, de iure Italiae, L. II. c. 1. p. 179. H.

t. Qui primus Elephantos primo Punico bello duxit in triumpho) L. Metellum pontificem, duxiſſe primum elephantos in triumpho primo Punico bello, longe a veritate abhorret. Idque ne longe exempla petantur, Plinius docet lib. VIII. c. 6. Cuius verba ad roborandam ſententiam noſtram neceſſarium erit apponere, *Elephantos*, inquit, *Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boues Lucas appellauit, in Luca-*

Lucanis viſos anno vrbis CCCCLXXII. *Roma autem in triumpho ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis.* Triumphus autem hic, ſi quis hoc deſideret, Manii Curii fuit de Pyrrho rege, qui ſuperiorum omnium ſpecioſiſſimus fuit. De quo L. Florus libro primo, capite de bello Tarentino ita loquitur: *Neque vllus pulchrior in vrbem aut ſpecioſior triumphus intrauit, quum ante hunc diem nil niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidiſſet. Tunc ſic captiuos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Apulus atque Lucanus. Si pompas, Aurum, Purpura, Signa, Tabulae, Tarentinaeque deliciae. Sed nihil libentius populus Romanus aſpexit, quam illas quas timuerat cum turribus ſuis feras, quae non ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicibus victores equos ſequebantur.* Haec Florus: quae et Liuii epitome confirmat, itemque Polybius primo volumine, et plerique alii hiſtorici. Patet ergo elephantos in triumpho non primum duxiſſe L. Metellum Pontificem, ſed Manium Curium, pulſo ex Italia Pyrrho rege annos ante circiter XXV. Quid igitur eſt? Nimirum legendum hic eſſe, non *primus elephantos*, ſed *plurimos elephantos*, cuius caſtigationis Plinius ipſe duobus locis eſt auctor; tum libro VIII. capite ſexto his verbis: *Eadem plurimos anno* DII. *victoria L. Metelli pontificis in Sicilia de Poenis captos*, CXLII. *fuere.* tum libro VIII. capite 3. *M.* inquit, *Varro auctor eſt, quum L. Metellus triumpho plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe.* Patet igitur Manium Curium elephantos primum aliquot triumpho duxiſſe. Poſt eum plurimos, primo bello Punico, L. Metellum pontificem. Sic et fides hiſtoriae conſtabit, et Plinius non diſſentiet a ſeipſo. *Pint.*

Qui primus) Vide Not. et Em. N. CXIX. (hic adi.) *Qui pr.*) Conſentiunt hic mirifice exemplaria omnia. Pintianus tamen emendat, *qui plurimos*: quod ante Metellum in triumpho duxiſſe elephantos Manius Curius legatur, L. VIII. ſ. 6. Verum in Tarentini belli tempora triumphus ille Curii incidit, bellumque Punicum octo circiter anteceſſit: nec primus omnium egiſſe in triumpho elephantos Metellus dicitur, ſed primus plurimos primo bello Punico. Admonendus interim eruditus lector, ſpuriam mihi videri, concinnatamque ex integra Plinii oratione inſcriptionem veterem, quae exſtat apud Gruter. p. 377. H.

phantos [1] ex primo *u.* Punico bello duxit in triumpho, ſcriptum reliquit, decem maximas res optimaſque, in quibus [2] quaerendis ſapientes aetatem exigerent, conſummaſſe eum. Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe *x.*, optimum oratorem, fortiſſimum Imperatorem, auſpicio ſuo maximas res geri, maximo honore vti, ſumma ſapientia eſſe, ſummum Senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere, et clariſſimum in ciuitate eſſe: Haec contigiſſe ei, nec vlli alii poſt Romam conditam. [3] Longum eſt refellere et ſuperuacuum, abunde vno caſu refutante. Siquidem is Metellus *y.* orbam luminibus exegit ſenectam, amiſſis incendio, quum Palladium raperet ex aede Veſtae, memorabili cauſa, ſed euentu miſero. Quo fit, vt infelix quidem dici non debeat; felix tamen non poſſit. Tribuit ei populus Romanus, [4] quod numquam *z.* vlli alii ab condito aeuo, vt quoties in Senatum

1. Sic et M. et Ch. Elephantos primo P. Gr. *2. reddendis. M.* *3. conditam: longum Gr.* *4. quod nulli alii condito aeuo. Ch.*

u. Ex primo) Ita MSS. omnes. Editi *primo* tantum. H.

x. Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe) Exemplar. Salmant. *Valuiſſe enim, etc.* Poſſet etiam non abſurde totus hic locus aliter legi: *In quibus quaerendis ſapientes aetatem exigerent, conſummaſſe aeuo. Fuiſſe enim primarium bellatorem, optimum oratorem, etc.* Pint.

y. Is Metellus) Epitome Liuii, L. XIX. *Quum templum Veſtae arderet, Caecilius Metellus, Pont. Max. ex incendio ſacra rapuit.* Anno Vrbis DXII. Id argumentum eſt declamationis perelegantis apud Senecam patrem Controu. L. IV. c. 2. p. 243. Id enim deſcribit Ouid. Faſtor. L. VI. v. 437. et Val. Max. L. I. c. 5. H.

z. Quod numquam) Deceptus igitur Gellius videtur, qui L. III. c. 18. p. 263. Senatores omnes ait, qui ſella curuli vſi eſſent, in veterum aetate curru ſolitos honoris gratia in Curiam vehi. Eſt

natum iret, curru veheretur ad Curiam. Magnum et ſublime, ſed pro oculis datum. (XLIV.) Huius quoque Q. Metelli, qui illa de patre [1] dixerat, filius *a.*, [2] inter rara felicitatis humanae exempla numeratur. Nam praeter *b.* honores ampliſſimos, cognomenque e Macedonia, [3] a quatuor filiis *c.* illatus rogo, vno

[1] Prae-

1. *Dixit.* Ch. 2. *intra felicitatis.* M. 3. *praepoſ. a non agnoſcit.* Gr.

Eſt id vni conceſſum Metello: neque tam dignitati datum, quam pietati, et ex pietate profectae luminum orbitati: id enim, vt ait Plinius, *pro oculis datum*: hoc eſt, pro iactura oculorum. H.

a. Filius) Cui pariter Quinti praenomen fuit. H.

b. Nam praeter) Praeter Conſulatus decus, imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi praetextam, inquit Val. Max. L. VII. c. 1. n. 1. p. 331. H.

c. Quatuor filiis illatus rogo, vno praetore, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio) Scribendum *vno praetorio*, non *vno praetore*, ex Valerio Maximo lib. VII. cap. 1. de felicitate. Praeterea ſi vnus erat praetorius, tres conſulares, duo triumphales, vnus cenſorius, ſeptem fuerunt, non quatuor. Reſpondendum arbitror, quatuor fuiſſe, vt Plinius ait, *Vnum praetorium, tres conſulares.* Sed ex his tribus, qui fuerunt conſulares, duos praeter conſularem dignitatem triumphales etiam fuiſſe, tertium etiam cenſorium. Alioqui de numero filiorum huius Metelli magna eſt inter auctores diſſenſio. Plinius ſupra cap. 13. ſex liberos reliquiſſe tradit, vndecim nepotes, nurus vero generoſque, qui ſe patris appellatione ſalutarent, XXII. Vnde non abs re hic Plinius, *Conuolante*, ait, *tam numeroſa illa cohorte, quae eum patrem appellabat.* Valer. Max. lib. et cap. ante citatis, ſeptem liberos habuiſſe tradit, viros quatuor, feminas tres. Auguſtinus ſecundo de ciuitate Dei cap. 23. quinque ſcribit, conſulares omnes. Plutarchus in lib. qui inſcribitur De fortuna Romanorum, ſenem inquit Caecilium Metellum Macedonicum elatum a quatuor filiis Conſularibus, qui nominati fuerint Q. Balearicus, L. Diadematus, M. Metellus, C. Caprarius. Nepos de viris illuſtribus: *Hic*, ait, *quatuor filiorum pater ſupremo tempore humeris eorum ad ſepulchrum*

[1] Praetorio *d.*, tribus Conſularibus, duobus Triumphalibus, vno Cenſorio: quae ſingula quoque paucis contigere: in ipſo tamen flore [2] dignationis ſuae [3] ab C. Attinio *f.* Labeone, cui cognomen fuit [1] Ma-

1. Praetore Gr. et Al. 2. *dignitatis, Alii.* 3. *a C. Attilio. Longol. Catinio Labeone Gr. et vulgg.*

pulchrum latus eſt. Velleius Paterculus priore volumine: *Quatuor filios ſuſtulit: omnes adultae aetatis vidit: omnes reliquit ſuperſtites et honoratiſſimos. Mortui eius lectum pro Roſtris ſuſtulerunt quatuor filii, vnus Conſularis et Cenſorius, alter Conſularis, tertius Conſul, quartus candidatus Conſulatus: quem honorem adeptus eſt.* Pint.

Quatuor filiis) Ita Valer. l. c. Quum Auguſtin. de ciuit. Dei L. II. c 23. quinque Metelli filios Conſulares ait fuiſſe, errorem in numero ſubeſſe neceſſe eſt, quum quatuor fuiſſe omnino ex ceteris ſcriptoribus conſtet. Accurate et ſcite Velleius, L. I. p. 5. *Vix vllius gentis,* inquit, *aetatis, ordinis, hominem inueneris, cuius felicitatem fortunae Metelli compares. Nam praeter excellentes triumphos — — quatuor filios ſuſtulit, omnes adultae aetatis vidit, omnes reliquit ſuperſtites, et honoratiſſimos. Mortui eius lectum pro Roſtris ſuſtulerunt quatuor filii: Vnus Conſularis et Cenſorius: alter Conſularis: tertius Conſul: quartus candidatus Conſulatus, quem honorem adeptus eſt. Hoc eſt nimirum magis feliciter de vita migrare, quam mori.* H.

d. Praetorio) Vide N. et Em. N. CXX. (hic poſ.) *Praetorio)* In libris, *Praetore.* At Valer. Max. L. VII. c. 1. Praetorium vocat: quem ſequuti ſumus. H.

f. Catinio Labeone) Quod de Labeone hic auctor narrat, et de M. Druſo legimus, qui Trib. pleb. Philippum conſulem, quia concionantem interpellaſſet, tam praecipitem in carcerem egit, vt multa vis ſanguinis e naribus flueret. Alex. ab Alex. cap. 3. I. Idem exemplum narrat Idem ſcriptor cap. 13. III. de P. Sempronio Tribuno plebis, qui niſi collega obſtitiſſet, Appium Claudium Cenſorem in vincula duci iuſſerat. *Dalec.*

C. Attinio) Vide N. et Em. N. XXI. (paulo poſt) Contigit iſtud anno poſt vrbem conditam, DCXXIV. Appio Claudio, M. Perperna CoSS. *C. Attin.)* Hactenus editi *Cattinio,* ex adhaeſu ſcilicet literarum,

[1] Macerioni, Tribuno plebis, quem e Senatu cenſor eiecerat, reuertens e Campo meridiano tempore, vacuo foro et Capitolio, ad Tarpeium *g.* raptus; vt praecipitaretur, conuolante quidem tam numeroſa illa cohorte, quae patrem eum appellabat, ſed (vt neceſſe erat in ſubito) tarde et tamquam in exſequias, quum reſiſtendi ſacroqueſanctum *h.* [2] repellendi ius non eſſet, virtutis ſuae opera et Cenſurae periturus *i.*, aegre Tribuno, qui intercederet, [3] reperto,

1. Macerionis. 2. *collegium repel. M.* 3. *recepto. V.* *referente. M.*

terarum, quas diſiungi oportuit, Epitome Liuii, L. LIX. *C. Attinius Labeo Tr. pl. Q. Metellum Cenſorem, a quo in Senatu legendo praeteritus erat, de ſaxo deiici iuſſit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio quam maxime fuerunt.* H.

g. Ad Tarpeium raptus) Vide Turn. c. 9. lib. IV. Adverſ. *Dal.*

Ad Tarpeium) Proditores, hoſteſue, e ſaxo Tarpeio Romae olim deiectos: ſed et ordinarium ac legitimum fuiſſe poenae genus, multis probat P. Faber Semeſtr. L. I. c. 18. H.

h. Sacroqueſanctum) Sacroſanctus dicebatur Tribunus plebis, quem violari nefas erat, qui ſine capitali piaculo attingi violenter non poterat. Liuius, L. IX. *Tum Poſtumius: Interea dedite,* inquit, *profanos nos, quos ſalua religione poteſtis: dedetis deinde et iſtos ſacroſanctos, quum primum magiſtratu abierint.* Hinc tribunitiae poteſtatis nomen ac ius auide Imperatores, annis imperii ſui ſingulis aſſeri ſibi, atque adeo in nummis excudi ſignarique cupierunt. Tribunus autem, qui poſtea interceſſiſſe dicitur, ne Metellus praecipitaretur, Tribunus militum fuit, qui Metellum petiit, veluti eo ciue egeret, quem militem pro ſuo iure conſcriberet: nam id vnum efficere potuit, integro nihilo minus Tribuni plebis iudicio, de bonis Metelli conſecrandis: quod et factum fuiſſe Plinius admonet. Nam Metellum hominem ſuum facere Tribunus militum potuit, bona Metelli ſua facere non potuit. H.

i. Virtutis ſuae opera et cenſurae periturus) Erratum hic etiam in ordine verborum. Nam haec verba poſt illa haud

perto, a limine ipſo mortis reuocatus: alieno beneficio poſtea vixit, bonis inde etiam conſecratis *k.* [1]a damnato ſuo *l.*: tamquam parum eſſet: faucium certe intortarum *m.*, expreſſiſque per aures ſanguinis [2]poena exacta eſt. Equidem et [3]Africani ſequentis *n.* inimicum fuiſſe, inter calamitates duxerim, ipſo

1. *Damnatu*, *Gr. et Al.* 2. *ſic et Ch. poenam exactam eſſe Gr. et Al.* 3. *Africani Aemiliani inimicum. M.*

haud dubie ſequi debent, quae paulo ante praeceſſerunt, *Ad Tarpeium raptus vt praecipitaretur.* Subiice ſtatim, *Virtutis ſuae opera et cenſurae periturus.* Pint.

k. Conſecratis) Eius qui damnatus fuerat bona ſolennibus verbis, foculo in roſtris poſito, adhibitoque tibicine, conſecrabant alicui Deo Deaue: quo de more Tullium vide in oratione pro Domo ſua, quam Clodius eo ritu conſecraret. H.

l. A damnato ſuo) Ab eo, quem Senatu mouerat, damnaueratque antea. Vide N. et Em. N. CXXII. (hic poſ.) *A damni*, etc.) Ita R. 1. 2. Chiffl. Pariſ. aliique omnes MSS. codices: vbi editi perperam habent, *a damnatu ſuo.* Nec ſane feliciter coniecit hoc loco Pellicerius in notis MSS. qui legendnm cenſuit, *ac damnatus voto.* Perinde ac ſi voti alicuius reus bona ipſe ſua Metellus ſponte conſecrarit: quae ab inimico ſuo C. Attinio conſecrata docet Tullius, orat. pro Domo ſua ad Pontif. n. 123. *Atqui C. Attinius*, inquit, *patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu Cenſor eiecerat, aui tui, Q. Metelle, et tui P. Seruilii, et proaui tui, P. Scipio, conſecrauit, foculo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine, etc.* H.

m. Faucium certe intortarum) Magiſtratus, ſi quis imperio ſuo parum obediret, ipſi manu iniecta in collum inuadebat, ac torquebat, tamquam eo genere poenae coercens, Turn. c. 34. lib. XXVIII. Cicero 6. in Verrem: *Quem obtorta gula de conuiuio in vincula atque in tenebras abripi iuſſit.* Plaut. in Rud. — *opta ocyus, Rapi an obtorto collo mauis, aut trahi?* Dal.

Faucium certe) Quoniam magiſtratus, ſi quis imperio ſuo parum obediret, manu iniecta in collum torqueri reum iubebat, eo genere poenae coercens, cuius vi ſanguis per aures nareſque interdum exprimeretur. H.

n. Africani ſequentis) Hoc eſt, Africani minoris, ſiue poſte-

ipſo teſte Macedonico. Siquidem [1]liberis dixit: Ite filii, celebrate exſequias, numquam ciuis maioris funus videbitis. Et hoc dicebat iam Balearicis *o.*, [2]et [3]Diadematis *p.*, iam Macedonicus ipſe. Verum vt illa

1. Liberis, non legitur in Tol. et M. 2. Balearicis et Creticis, et Diadematis Gr. et vulgg. et Creticis, T. non habet nec M. 3. Dalmaticis, V.

poſterioris. Ita ſect. 59. libri huius: *Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus ſequens.* H.

o. Balearicis) E quatuor filiis tres praecipui hic ſignantur: 1. Q. Metellus Balearicus, Conſularis, Cenſorius, ac Triumphalis. 2. M. Metellus, Conſularis, ac Triumphalis, 3. L. Metellus Dalmaticus, Conſularis, quem et Cenſorium fuiſſe auctor eſt Val. Max. L. VIII. c. 5. n. 1. Quartus fuit C. Metellus Caprarius, qui anno poſt obitum patris conſul fuit. H.

p. Diadematis) In Metallorum familia quoſdam fuiſſe Diadematos Cicero tradit. Beroaldus legit, *Dalmaticos*, quoniam L. Metellus Dalmatas vicerit. Plutarchus lib. de fort. Rom. tradit, Caecilium Metellum Macedonicum elatum a quatuor filiis conſularibus, Q. Balearico, L. Diademato, M. Metello, C. Caprario. Rhod. c. 22. XVII. Diadematum vocatum fuiſſe, quod vlceratam frontem diademate, id eſt, faſcia diu ligauerit, auctor eſt Plutarchus in Coriolano. Sigonius, *Quum Pompeius vlceratum crus faſcia vinctum circumferret, Fauonius quidam amare dixit, nihil referre qua in parte diadema geſtaret.* Rhodig. c. 6 XXIV. Vide Val. Max. c. 1. lib. IV. *Dal.*

Et Diadematis) Ita omnes codices MSS. etſi quidam Dalmaticis malint. Verum hanc lectionem defendit egregie Plutarch. L. de fortuna Rom. p. 318. dum filios quatuor recenſet, a quibus elatus eſt Metellus: Καικίλιος Μέτελλος, ὁ Μακεδονικὸς γέρων, ὑπὸ τεσσάρων παίδων ὑπατικῶν ἐκκομιζόμενος· Κοΐντȣ Βαλεαρίκȣ, καὶ Λευκίȣ Διαδήμα, καὶ Μάρκȣ Μετέλλου, καὶ Γαΐȣ Καπραρίȣ, etc. Diademati porro nomen accepit, quod hulceris tegendi cauſa, diademate diu frontem obligarit, Vide N. et Em. N. CXXIII. (hic poſ.) *Et Diad.* In libris omnibus hactenus editis, legitur, *et Creticis, et Diadematis.* Sed abſunt hae voces, *et Creticis* a R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Tolet. aliiſ-

illa ſola iniuria aeſtimetur, quis hunc iure felicem dixerit, periclitatum *q.* ad libidinem inimici, nec [1]Africani ſaltem, perire? Quos hoſtes viciſſe tanti fuit? aut quos non honores [2]curruſque illa ſua violentia fortuna retroëgit, per mediam Vrbem Cenſore tracto, (etenim ſola haec[3] morandi *r.* ratio fuerat:) tracto in Capitolium [4]illud, in quod triumphans ipſe de eorum *s.* exuuiis, ne captiuos quidem ſic traxerat? Maius hoc ſcelus felicitate conſequuta factum eſt, periclitato Macedonico vel funus tantum ac tale

1. *Africano ſaltem paris. V. nec Africanum ſaltem perire, nec hoſtis. Lego, nec ab Africano.* 2. *rurſuſque. M.* 3. *moriendi Gr. et Al.* 4. *illo. Ch.*

aliiſque MSS. et vero abeſſe debent: nihil enim hic Cretico opus Metello. Qui enim Metelli Macedonici filii nunc appellantur, iidem nepotes ſunt Q. Caecilii Metelli, de quo capite ſup. dictum eſt: qui vero Cretici nomen adeptus eſt, is patrem habuit eiuſdem Caecilii abnepotem, ex Metello Caluo Metelli Macedonici fratre. Ingens eſt ἀνιςορησία Flori, qui L. III. c. 8. p. 119. Metellum Balearicum Cretici fratrem facit. *Diadematis* porro vt *Dalmaticis* anteferremus, quamquam idem Metellus Dalmaticus fuerit, qui et Diademati cognomen accepit, fecit exemplarium vetuſtorum conſpirans conſenſio, vt monuimus in prioribus Notis. H.

q. Periclitatum) Etſi, inquit, omnia feliciſſime Metello huic obtigiſſent, felicem tamen illum appellare qui licet, periclitatum perire, hoc eſt, ex quo periculum ſubiit pereundi, ad libidinem inimici: non Africani quidem: tolerabilius id enim fuiſſet: quandoquidem mors eo miſerior, quo ab hoſte viliore infertur: ſed C. Atinii, vt paulo ante prodidimus. H.

r. Sola haec morandi) Tractus eſt, inquit, non ductus per mediam Vrbem in Capitolium Metellus: quoniam nulla alio ratio tunc reperiri potuit interponendae morae, differendaeque necis: ſecus enim, citius adſcenſo Tarpeio, prius item praecipitatus fuiſſet, quam Tribunus alius, qui intercederet, reperiretur. Libri vulgati, *moriendi*, male. H.

s. De eorum) Scilicet, captiuorum. H.

ac tale perdere, in quo a triumphalibus liberis portaretur in rogum, velut exſequiis quoque triumphans. Nulla eſt profecto ſolida felicitas, quam contumelia vlla vitae [1]rumpit, nedum tanta. Quod ſupereſt neſcio *t.* [2]morum gloriae, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam ſceleratam [3]C. Attinii *tt.* audaciam ſemper fuiſſe inultam.

XLVI. (XLV.) In Diuo quoque Auguſto *u.*, quem vniuerſa mortalitas in hac cenſura *x.* nuncupat, ſi diligenter aeſtimentur cuncta, et [4]magna ſortis *y.* humanae

1. *Rupit. M. et Ch.* 2. *maiorum. M. v neſcio maior gloriae an indignationis dolor accedat. V.- Lego, an dignationi dolor.* 3. *Cattinii audaciam Gr. et Al.* 4. *nunquam tam magna. ſ. h. rapientur. M. reperientur. M.*

t. Neſcio morum gloriae, an, etc.) Subindicat Plinius, maiorem vlciſcendi libidinem aetate ſua regnaſſe, quam Metellorum, de quibus loquitur, tempore, quum mores P. R. adhuc minus corrupti eſſent. *Gelen.*

Neſcio) Hic Pellicerii verbis vtar, e Notis MSS. quibus hunc locum commentatur. Quod reſtat, ſubiecturuſque ſum, inquit Plinius, de multa hac tam inſigni Tribuni violentia: Vtrum pertineat ad augendam gloriam morum illius aetatis, ſiue Metellorum, ob huiuſcemodi iniuriam patriae legibus condonatam: an potius ad augendum dolorem indignantium tanto ſceleri vindicem defuiſſe, ambigo. H.

tt. C. Attinii) Ita reſcripſimus, pro *Cattinii*, vti paulo ante monuimus. H.

u. In diuo quoque Auguſto) Ita leg. *In diuo quoque Auguſto quem vniuerſa mortalitas in hac cenſura nuncupat, ſi diligenter aeſtimetur quam magna ſortis humanae reperiuntur volumina.* Per *ſortis humanae volumina* intelligit auctor, variantes et volubiles fortunae vices. *Salmaſ.*

x. In hac cenſura) In hominum felicium albo ac numero. H.

y. Magna ſortis) Solinus c. I. de Aug. p. 5. hunc locum exſcribens: *Tanta, et tot eius in vita inueniuntur aduerſa, vt non ſit facile diſcernere, calamitoſior, aut beatior fuerit.* H.

manae reperiantur volumina. Repulſa z. in Magiſterio Equitum apud auunculum, et contra [1] petitionem eius a. praelatus Lepidus: [2] proſcriptionis b. inuidia, collegium in Triumuiratu peſſimorum ciuium, nec aequa

1. *Voluntatem. V.* 2. *proſcriptionis inuidia in collegam: collegium. Pa.*

z. *Repulſa)* Simia Plinii Solin. l. c. *Quod apud auunculum in petitione Magiſterii Equitum praelatus eſt ei Lepidus Tribunus cum quadam auſpicantium coeptorum nota.* Caeſar Octauii, qui poſtea Auguſtus fuit, auunculus: (hoc eſt, cui ſoror fuit Iulia Caeſaris Octauii coniux, alterius Octauii mater, qui ex adoptione Caeſaris Dictatoris, bonorum ipſius inſtitutus heres, pro Octauio deinceps dictus eſt Caeſar:) Ille auunculus Caeſar, inquam, quum ipſe Dictator et Conſul tertium foret, Aemilium Lepidum delegit Magiſtrum Equitum: Octauium non ante biennium ſubſequutum, quum ipſe Conſulatum quintum, ac Dictaturam gereret, vt quidem auctor eſt Dio, L. XLIII. p. 214. et 239. Vt porro Magiſter Equitum dicebatur Praefectus equeſtribus copiis, ſic pedeſtrium; aeuo Auguſti, Magiſter Iuventutis appellabatur, qui poſtea Princeps Iuuentutis. Teſtis argenteus in Gaza Regia nummus perpulcer inſcriptus, C. MITREIVS L. F. MAG. IVVENT., cum vultu Caeſaris Auguſti. Pars altera in laurea exhibet XII. hoc eſt, *legio duodecima*, vt videtur. H.

a. *Contra petitionem eius etc.)* Lege: *contra petitionem eius praelatus Lepidus, ad proſcriptionis inuidiam, collegium in Triumuiratu peſſimorum ciuium.* Id eſt, praeter proſcriptionis inuidiam inita ſocietas cum peſſimis ciuibus. *Salmaſ.*

b. *Proſcriptionis)* Vide N. et Em. N. CXXIV. (hic poſ.) *Proſcr. etc.)* Conſiderandum qua fide alio Solinus, quam Plinius, ordine haec digerat, quum Plinium tamen deſcribat, c. 1. p. 5. *Mox Triumviratus collegium, praegraui poteſtate Antonii. Inde proſcriptionis inuidia.* Ita vt proſcriptio Triumuiratum non anteceſſerit, ſed ſequuta ſit. An quoniam in Triumuiratu obſtitiſſe diu Auguſtum, ne qua proſcriptio fieret, auctor eſt Suetonius? H.

aequa *c.* ſaltem portione, ſed praegraui *d.* Antonio: Philippenſi praelio [1] morbus *e.*, fuga, [2] et triduo in palude aegroti *f.*: et (vt fatentur Agrippa et Mecaenas) aqua ſubter cutem fuſa turgidi, latebra: naufra-

 gia

1. *Morbi. Ch.* 2. *vetus lectio, et tridui in palude aegroti, et (vt fatentur Agrippa et Mecaenas) aqua ſubter cutem fuſa turgidi latebra, ſic et Ch. niſi quod, triduo, ſeruat. Man. vero, et triduo in palude aegrotantis. cetera eadem. in palude latebra aegroti. Gr.*

c. *Nec aequa ſaltem portione, ſed praegraui Antonio)* Vbi quidam codices, *praegrauante* metaphora a lancibus ponderariis, in quibus pars quae praeponderat leviorem praegrauat, καθέλκει. *Dal.*

Nec aequa) Nec pari ſaltem poteſtate, ſed Antonii multo maiore. H.

d. *Praegraui)* Ampliore ac maiore Antonii portione atque poteſtate, vt ait Solinus. H.

e. *Philippenſi praelio morbus, fuga et triduo in palude aegroti, et vt fatentur Agrippa et Maecenas, aqua ſubter cutem fuſa, turgida latera)* Sic legend. *Salmaſ.* cenſet.

Morbus etc.) Inter Augusti infelicitates, inquit, referri merito poteſt, quod primo Philippenſi praelio, in quo Caſſius cecidit, morbo affectus fuerit: et quod per Brutum inclinata acie, cui ipſe praeerat, fugerit: in proximaque palude aegrotus, atque etiam hydropicus latuerit. Rem prolixe narrat Appianus de bello ciu. L. IV. p. 654. vbi et de palude meminit, a meridie ſubiecta Philippis, et vſque ad mare pertinente. De Auguſti eo morbo, Dio conſulendus L. XLVII. p. 351. et 353. Item Suetonius in Auguſto, c. 13. Sic Archelaum Mithridatis ducem, triduo nudum in paludibus latuiſſe, copiis eius ferme exſtinctis, refert Eutropius, L. V. p. 781. H.

f. *In palude aegroti)* Vide N. et Em. N. CXXV. (hic poſ.) *In palude etc.)* In libris editis, *in palude latebrae aegroti.* Sed hanc vocem *latebrae* hoc loco non agnoſcunt MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. vlluſue, quod ſciam, alius: Mox vero, vbi *turgida latera* iidem libri editi exhibent, quod ſane perabſurdum eſt, (quis enim aqua ſubter cutem fuſa turgeſcere latera dixit?) MSS. ſupra laudati omnes, vti edidimus, *turgidi, latera,* prae ſe ferunt. H.

gia *h*. Sicula, et alia ibi quoque in ſpelunca occultatio. Iam in nauali fuga vrgente hoſtium manu, preces [1] Proculeio *i*. mortis [2] admotae: cura Peruſinae

1. *Pro periculo. M.* 2. *admotae curas Peruſinae contentiones.*

h. Naufragia) Haec Solinus ad verbum c. 1. p. 5. et Suetonius in Auguſto, c. 16. Meminit duplicis naufragii, quo magna pars nauium Auguſti tempeſtate periit, quum aduerſus Sext. Pompeium moueret. Appianus, de bello ciu. L. V. p. 724. et 729. H.

i. Proculeio) Preces humiles, inquit, quibus in ea navali fuga enixe a liberto ſuo Proculeio contendit, vt imminentem ab hoſtibus capiti ſuo cladem, mortemque, qua poſſet via ac arte depelleret. Admotam mortem, vicinam interpretor: ſic enim cecinit Lucanus, L. VII. v. 50. *Mortis vicinae properantes admouet horas.* Et L. IV. v. 480. — *Nec gloria leti Inferior, iuuenes, admoto occurrere fato.* Vide N. et Em. N. CXXVI. (hic conſp.) *Iam in nauali etc.)* Hanc vocem, *Proculeio*, conſtantiſſime MSS. omnes agnoſcunt: etſi quidam, qui ſincerum vas cupiunt incruſtare, legi volunt, *pro periculo mortis admotae.* Praeter Horatium, cuius haec Ode 2. L. II. *Viuet extento Proculeius aeuo* etc. meminit Plinius ipſe L. XXXVI. ſ. 59. C. Proculeii, *qui Auguſti Caeſaris familiaritate ſubnixus, in maximo ſtomachi dolore gypſo poto*, dicitur, *conſciuiſſe ſibi mortem.* Γάϊον Προκουλήιον ἱππέα Equitem Romanum appellat Dio, L. LI. p. 450. Et Suetonius in Auguſto, c. 67. *Proculum*, inquit, *ex acceptiſſimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas.* Atque huius quidem poſterioris loci admonitu, fuit aliquando, quum Plinianae orationis interpunctionem mutari vellem, ac longe ſecus interpretarer, quam a me factum eſt in Notis prioribus: Nempe in hunc modum: *Iam in nauali fuga, vrgente hoſtium manu, preces: Proculeio mortis admotae cura: Peruſinae contentiones: ſolicitudo* etc. Cura mortis admotae, ſolicitudinem aliquam doloremue animi ſignificare tum putabam ob necem acceptiſſimo ſibi liberto illatam. Sed vetat Solinus c. 1. p. 5. quoniam, quidquam moueam, cum integra de Proculeio clauſula neglecta, (de qua quid ſtatueret, non habebat,) vocem hanc *curam*, Peruſinae contentioni annectit, affigitque, a recepta lectione haud viſus abſcedere. Vt vt eſt,

nae *k.* contentionis: [1] ſolicitudo Martis Actiaci *l.*: [2] Pannonicis bellis *m.* ruina e turri: tot ſeditio-

nes

1. *Solicitudo Martis Actiaci, Pannonicique belli: ruinae pontis*: Parmenſ. *Pannonicis bellis ruinae in curru* M. *ruinae pontis.* V. *ruinae turrium.* 2. *Pannonici belli* Gr.

eſt, naualis fuga, de qua nunc ſermo, ea videtur eſſe, quam idem Suetonius deſcribit in Auguſto, c. 16 *Traiecto*, inquit, *in Siciliam exercitu, quum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppreſſus ex improuiſo a Demochare, et Apollophane, Praefectis Pompeii, vno demum nauigio aegerrime effugit.* H.

k. Peruſinae) Suetonius de Aug. c. 14. *Quo tempore L. Antonium, fiducia Conſulatus quem gerebat, ac fraternae potentiae, res nouas molientem, Peruſiam confugere coegit, et ad deditionem fame compulit: non tamen ſine magnis ſuis, et ante bellum, et in bello diſcriminibus — — Circa Peruſium autem murum ſacrificans, paene interceptus eſt a manu gladiatorum, quae oppido eruperat.* H.

l. Martis Actiaci) Pugna apud Actium habita, anceps diu certamen, quod Auguſtum valde ſollicitum habuit, Cleopatrae conſternatio in Antonii denique vertit exitium. H.

m. Pannonicis bellis) Dalmaticum bellum dixit Suetonius in Aug. c. 20. Sed Dalmaticum cum Pannonico idem cenſeri poteſt, eiuſdem Tranquilli teſtimonio ſcribentis de Tiberio, c. 9. *Pannonico bello Breucos et Dalmatas ſubegit.* Vide N. et Em. N. CXXVII. (hic poſ.) *Pannonicis etc.*) Ita reſcripſimus pro *Pannonici belli*, ex MSS. antea laudatis, et ex vet. cod. Dalec. Quod vero ſequitur, *ruina e turri*, quae eorumdem codicum eſt conſentiens admodum ſcriptura, Parmenſis editio, aliaeque vetuſtae ante Sigiſm. Gelenium, *ruinae pontis*, exhibent: quae ſane lectio non poenitenda Tranquilli teſtimonio ſtabiliri egregie videtur, de Auguſto ita ſcribente, c. 20. *Dalmatico bello etiam vulnera excepit: vna acie dextrum genu lapide ictus: altera autem, et crus, et vtrumque brachium ruina pontis conſauciatus*, etc. Sed nimirum ſubſequuti Plinii editores, qui quae vis huic voci *pons* ſubeſſet, haud plane perciperent, refingere Plinii textum e Suetonio voluerunt, neglecta veteri ſcriptura. At pontem illi apud Suetonium intel-

nes *n.* militum, tot ancipites morbi corporis *o.*: ſuſpecta Marcelli [1] vota *p.*, pudenda Agrippae *q.* ablegatio: toties petita inſidiis vita *r.*, incuſatae *s.* liberorum

1. *Vita. V.*

intelligere debuerunt machinam bellicam, qualem deſcribit Vegetius L. IV. c. 21. his verbis: *Exoſtra*, inquit, *dicitur pons, qui de turri in murum protruditur.* Huius pontis ruinam, ruinam e turri, cui is innitebatur, recte Plinius, appellauit. Dio ſimiliter, L. XLIX. p. 412. Αὐτόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τοῦ περιβόλου πειρώμενον κατέτρωσαν. *Caeſarem e lignea turri murum conſcendere conantem, grauiter ſauciauerunt.* Sed rem multo expreſſius vberiuſque Appianus explanat, L. de bell. Illyr. p. 764. quem conſule. In MS. noſtro legitur *Pannonici:* et ſecunda manu, *Pannonicique belli:* deinde, *ruinae in curru.* H.

n. Tot ſeditiones) De his Sueton. c. 17. H.

o. Morbi corporis) Deſcribit prolixe Suet. c. 80. et 81 H.

p. Marcelli vota) Quaſi conceperit aliquid, cupiueritque contra Auguſtum, inquit Lipſius in Tacit. Annal. L. I. p. 3. amore priſtini ſtatus, et libertatis. Verius illud, quam ſuſpecta fuiſſe Auguſto populi Romani erga Marcellum vota, hoc eſt, ſtudia ac voluntates: quamuis id haud obſcure Tacitus innuat, quum ait, Annal. L. II. p. 53. *Flagrantibus plebis ſtudiis intra iuuentam ereptum, breues et infauſtos populi Romani amores.* Vt vt eſt, improbamus interim eorum coniecturam, qui legunt, omnibus libris reclamantibus, *ſuſpecta Marcelli vita.* H.

q. Agrippae) Cum Agrippa, vt ait Sueton. in Aug. c. 66. *ex leui frigoris ſuſpicione, et quod Marcellus ſibi anteferretur, Mitylenas ſe, relictis omnibus, contulit,* etc. Id accidiſſe A. V. C. DCCXXXI. Auguſto XI. Calpurnio Piſone CoSS. ſcribit Dio, L. LIII. p. 518. Pudenda Auguſto haec ablegatio, vel quod parum fortis ac conſtantis viri, vel quod parum grati. H.

r. Toties petita inſidiis vita) Praeſertim a L. Cecinna, Seneca lib. I. de Clementia. Illum a Valerio ſignificari, c. 11. IX. cenſet Brod. cap. 27. quem apud inferos, ſi illic receptus eſſet, quae mereretur, ſupplicia pendere Valerius ſcribit. Sueton. Aug. c. 19. et ibi Laeu. Torrent. *Dal.*

Toties petita) Vide Suet. in

rorum mortes *t.*, luctuſque non tantum orbitate triſtes *u.*: adulterium *x.* filiae, et conſilia parricidae

N 4 palam

in eius vita, c. 20. Dio, L. LIV. p. 522. coniurationem deſcribit Fabii Caepionis ac Muraenae, in Auguſti vitam. Aliam rurſum, cuius auctores non appellat, p. 530. Tertiam, Corn. Cinnae, L. LV. p. 555. H.

s. Incuſatae) Liberorum mors exprobrata, conceptaque triſtitia, non ob iacturam liberorum tantum, ſed et ob iacturae modum. H.

t. Liberorum mortes) Haec Solin. ad verbum c. I, p. 5. Caium et Lucium, nepotes ex Iulia filia, et M. Agrippa, fecit ſibi filios adoptione Auguſtus: quos ambos paulo poſt veneno fama fuit periiſſe. Vnde incuſatas nunc eorum mortes Plinius dixiſſe videtur, hoc eſt, exprobatas ei a populo Rom., quod haberet is apud domi parricidii eius auctores: Tiberium enim Liuiamque, non caruiſſe ea ſuſpicione, auctor eſt Zonaras. H.

u. Luctuſque non tantum orbitate triſtes) Legend. *Luctuſque non tantum orbitate triſtis.* Luctus Auguſti non tantum triſtis orbitate, ſed etiam ob incuſatas mortes liberorum. *Salmaſ.*

Luctuſque) Tranſſcriptor Solinus: *Incuſatae mortes filiorum, et amiſſis liberis non ſolum orbitati dolor.* Mortuos eſſe A. V. C. 748. Laelio Balbo, C. Antiſtio Vetere CoSS. Dio ſcribit loco proxime citato: magno errore, ſi vel Faſtis credimus, qui Caium geſſiſſe Conſulatum ponunt A. DCCLIV. H.

x. Adulterium) Solinus: *Detectum filiae adulterium, et voluntas parricidalis: nec minore dedecore neptis infamia.* Vide Suetonium in Tiberio, c. 11. et in Auguſto, c. 65. Huius adulterii cauſa, re cum Senatu communicata, filiam Iuliam in Pandatariam Campaniae inſulam relegauit, Dio; l. c. Quod quum Plinius hoc loc loco reticeat, negare videtur. Et certe moribus mutatis, optimam poſtea principem exſtitiſſe Iuliam, nummi teſtantur antiqui, tum qui viuo ac regente imperium Tiberio, Iuliae nomine percuſſi ſunt, cum anno vtriuſque principatus ſecundo et quarto, L. B. et L. Δ. tum vero in primis ille perrarus, ac ſingularis e Muſeo noſtro argenteus, inſcriptus, DIVA IVLIA AVGVSTA, cum vultu ipſius: In altera nummi parte, ipſa ramum oleae tenens, vehitur curru, iuncto duobus elephantis, ad ſignificandam vetuſtatem geminae gentis, ex

palam facta: contumelioſus *y.* priuigni Neronis ſeceſſus: aliud [1] neptis *z.* adulterium: iuncta deinde tot mala: inopia *a.* ſtipendii, rebellio *b.* Illyrici, ſeruitiorum *c.* delectus, iuuentutis *d.* penuria, peſtilentia

1. *In nepte. Ch.*

ex qua Iulia Auguſta prodiit, Iuliae et Octauiae: quoniam eſſet Auguſtus Iuliae pater, Octauii et Iuliae ſororis Caeſaris dictatoris filius. Cn. Octauii in Aſia legati circa annum Vrbis DLX. meminit cum laude Plinius, L.XXXIV. ſ. 11. H.

y. Contumelioſus) Rhodum cur ſeceſſerit priuignus Auguſti Tiberius Nero, qui poſtea Caeſar fuit, ab eodem Tranquillo explicatur in Tiberii vita, c. 10. et 12. Contumelioſus porro ſeceſſus dicitur, qui contigiſſe ferebatur ex taedio Iuliae Auguſti filiae, quam vxorem Nero Tiberius habuit, quum illius probra et propudia ferre non poſſet. Id vero ſane contumelioſum Auguſto parenti fuit. Ita Dio, L. LV. p. 554. H.

z. Aliud neptis) Fuit haec Agrippae et Iuliae filia, Agrippina. Eadem propterea etiam *Iulia* appellata, vt in nummo C. Caeſaris filii eius ΜΗΤΗΡ ΙΟΤΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΤ. Et in altero Mitylenaeorum, ΙΟΤΛΙΑΝ ΝΕΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΤ: *Iuliam iuniorem Germanici* coniugem. H.

a. Inopia) Solinus: *anguſtiae rei militaris.* H.

b. Rebellio Illyrici) De qua Dio, L. XLIX. p. 414. qui eam contigiſſe ait Antonio II. et L. Libone CoSS. A. V. DCCXX. Suetonius item, c. 16. H.

c. Seruitiorum) Seruitium pro ſeruis ipſis dixit etiam Cicero, or. IV. in Catil. *Ad euertenda fundamenta Reipublicae ſeruitia concitauit.* Et or. VII. in Verrem: *Coeptum eſſe in Sicilia moueri aliquot locis ſuſpicor ſeruitium.* H.

d. Iuuentutis) De iuuentutis penuria poſt Varianam cladem, Dio L. LVI. p. 585. Simile eſt quod poſt Cannenſem pugnam eueniſſe Liuius refert, et ex eo Auguſtinus de ciu. Dei L. III. c. 19. *Denique tanta* MILITVM INOPIA *ſequuta eſt, vt Romanos reos facinorum propoſita impunitate colligerent:* SERVITIA *libertate donarent, atque ex illis iuuentus non tam ſuppleretur, quam inſtitueretur exercitus.* SERVIS *itaque* etc. In nummo aereo apud Mezzabarba, p. 221. AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. In altera nummi pagina, intra coronam, IVVENTVS, Gallice *l'infanterie.* In alio Criſpi Caeſaris, ex aere maximo, in

tia *e.* Vrbis, fames *f.* [1] ſitiſque Italiae *g.*: deſtinatio exſpirandi, et quatridui inedia maior pars mortis in corpus recepta. Iuxta haec *gg.* Variana clades *h.*, et maieſtatis eius foeda ſugillatio *hh.*, abdicatio Poſtumi *i.* Agrippae poſt adoptionem, deſiderium *ii.* poſt rele-

N 5 gatio-

1. *Sitiſque, in M. deeſt, et Ch.*

in Cimelio Sereniſſimi Ducis Hetruriae epigraphe ſimilis eſt, IVVENTVS: pictura militem exhibet ſtantem iuxta trophaeum. Hinc in nummis Caeſarum PRINCEPS IVVENTVTIS dicitur, quem Galli vocant, *Colonel general de l'infanterie.* H.

e. Peſtilentia vrbis, fames ſitiſque Italiae) Dele *ſitiſque,* et lege: *vrbis peſtilentia, fames Italiae, rebellio Illyrica.* Et ſane ridiculum de ſiti; quaſi inter publica mala etiam ſitis timenda ſit, tot ſalientibus in propatulo aquis, tot e caelo deſcendentibus. *Salmaſ.*

Peſtilentia.) A. V. C. DCCXXXII. M. Claudio Marcello Aeſernino, L. Arruntio CoSS. ex Dione, L. LIV. p. 521. H.

f. Fames) Vide Sueton. in Auguſto c. 16. *Famemque ingraueſcentem* etc. H.

g. Sitiſque. Italiae) Vide N. et Em. N. CXXVIII. (hic coll.) *Fames* etc.) Hanc vocem *ſitiſque* Salmaſius p. 23. iuber expungi: quam tamen exhibent R. 2. Par. et vetuſtae editiones omnes. Et vero de Auguſto Tranquillus idem, c. 42. *Querentem,* inquit, *de inopia et caritate vini, populum ſeueriſſima coercuit oratione: ſatis prouiſum a genero ſuo Agrippa perductis pluribus aquis, ne homines ſitiant.* Vnde liquet de vini penuria hanc ſitim accipiendam eſſe: quamquam vt nihil diſſimulem, nihil Chiffl. cod. et R. 1. nihil Solinus ipſe de ſiti. Idem tamen, quod Seneca, Dio refert, L. LIV. p. 529. H.

gg. Iuxta haec) Poſt haec. H.

h. Variana clades) A Floro deſcribitur, L. IV. c. 12. p. 195. et 196. A Suetonio in Auguſto, c. 23. A Dione, L. LVI. p. 584. H.

hh. Sugillatio) Sparſos de eo in Curia famoſos libellos, Suet. narrat, c. 55. H.

i. Poſtumi) Hic M. Agrippae filius fuit: quem adoptatum vna cum priuigno Tiberio Auguſtus, mox ob ingenium ſordidum ac ferox, abdicauit, eodem quidem Tranquillo teſte, c. 65. Aliam abdicationis cauſam vide ap. Tacit. Annal. L. I. p. 4. H.

ii. Deſiderium) Tacitus l. c. p. 5. *Quippe rumor inceſſerat,* pau-

gationem, inde ſuſpicio *k.* in Fabium *l.*, arcanorumque [1] proditionem: hinc vxoris *m.* et Tiberii cogitationes, ſuprema eius cura. In ſumma, Deus ille *n.*, cae-

1. *Prodito. V. proditorem. Ch.*

paucos ante menſes, Auguſtum electis conſciis, et comite vno Fabio Maximo, Planaſiam vectum, ad viſendum Agrippam: multas illic vtrimque lacrymas, et ſigna caritatis: ſpemque ex eo fore, vt iuuenis penatibus aui redderetur: Quod Maximum vxori Martiae aperuiſſe, illam Liuiae: gnarum id Caeſari. Neque multo poſt exſtincto Maximo, (dubium an quaeſita morte) auditos in funere eius Martiae gemitus, ſemel incuſantis, quod cauſa exitii marito fuiſſet. H.

k. Inde ſuſpicio in Fabium, etc.) Leg. *Inde ſuſpicio in Fabium arcanorum proditorem.* Et ſic ſequentia interpunge: *hinc vxoris et Tiberii cogitationes: ſuprema eius cura:* ita Plinius loqui amat ἀσυνδέτως. *Salmaſ. Inde ſuſpicio in Fabium, etc.)* Lege: *inde ſuſpicio in Fabium arcanorumque proditio. Nam hinc vxoris et Tiberii, etc.* Vide *Dorleans* in Tacit. p. 22.

l. Fabium) Fabium Maximum, quo ſolo comite Auguſtus Planaſiam ad inuiſendum Agrippam vectus fuerat. Id Fabius, quum vxori Martiae aperuiſſet, eaque Liuiae, ac tandem C. Nauius Auguſto, paulo poſt exſtinctus eſt, Martia ſe in funere accuſante quod exitii cauſa marito fuiſſet. Tacitus. *Dal.*

Fabium) Fabium Maximum, de quo dictum eſt proxime. H.

m. Vxoris et Tiberii cogitationes) Dio Auguſtum periiſſe ſcribit veneno a Liuia dato in fico. *Dal.*

Hinc vxoris) Parum fidae, adiecit Solinus, cap. 1. p. 5. rem ipſam magis explanans. Nam Suetonius fuiſſe prodidit, qui dubitarent, venenumne Auguſto Liuia dediſſet: quod liquido Sextus Aurelius Victor affirmat in Epitome. Vxoris igitur cogitatione dixit, quae filio pararet imperium: Tiberii, qui cuperet imperare. Haec cura, haec crux animo Auguſti fuit. H.

n. Deus ille) Vnus ipſe omnium Imperatorum Romanorum fuit, cui Dei nomen in nummis antiquis datum fuerit: neque in aliis quidem, quam in percuſſis vel Tarracone Tiberii principatu, vel a Gallieno: DEO AVGVSTO. Alibi DIVVS tantum appellatur, vt in nummis Antonini Pii, TEMPLVM DIVI AVG. REST. ET AEDE DIVI AVG. REST.

caelumque, neſcio adeptus magis, an meritus, herede [1] hoſtis ſui filio *q.* exceſſit.

XLVII. (XLVI.) Subeunt in hac reputatione Delphica oracula, velut ad caſtigandam hominum vanitatem [2] a Deo emiſſa. Duo ſunt haec: Phedium *r.* feli-

1. *Non ſuo filio. M.* 2. *ab, M. et Ch.*

REST. At eximius in hoc genere nummus eſt argenteus in Muſeo noſtro, hac inſcriptione: DIVOS AVGVST. DIVI F. Caput Auguſti laureatum, vertici imminet ſtella Veneris, et paene adhaeret. Sententia eſt: *Diuus Iunctus Veneri Orbis Sidus Auguſtus, Diui Filius.* Vt in nummo inſcripto DIVOS IVLIVS, ſic in iſto DIVOS exponi oportet: idque manifeſte ſuadet et euincit prominens ſidus Veneris Auguſti capiti, et paene adfixum. Parte priore legitur, TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite laureato. Quamuis autem *Deus* appelletur Auguſtus, quo nomine illud intellexere Romani, quam ſumme beneficum erga mortales, vt Plinius admonuit L. II. ſ. 5. et nummi docent inſcripti, DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO: caue tamen, quum in Auguſti nummo apud Patinum p. 3. et apud D. Vaillant, inter aereos medii moduli legis, IOVI DEO: caue, inquam, ibi appellatum putes Diuum Auguſtum, Iouem vel Deum. Sententia enim eſt: *Imperatori Orbis Victori Inſcriptum Domum Edui Obtulerunt:* Auguſto nimirum. Aiunt pictum ibi *templum* eſſe *quatuor columnarum, in conum deſinens:* quia *Ioui Deo* ibi legerunt: at re ipſa palatium eſt. H.

q. Hoſtis ſui filio exceſſit) Nam Tiberii pater, Antonii partes ciuili bello ſequutus erat. *Dal.*

Hoſtis ſui filio) Tiberii enim Caeſaris pater Tiberius Nero ciuili bello, M. Antonii partes ſequutus eſt. *Cum quo,* vt ait Tranquillus in Tiberio, c. 4. *breui reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, vxoremque Liuiam Druſillam, et tunc grauidam, et ante iam apud ſe filium enixam, petenti Auguſto conceſſit.* Velleius haec magnifice narrat, et tragice L. II. n. 75. p. 20. Vide praeterea Tacit. L. II. Annal. p. 58. et Dionem, L. XLVIII. p. 366.

r. Phedium feliciſſimum qui pro patria proxime occubuiſſet) Exemplar Tolet. *Pedium* legit, non *Phedium.* De Phedio

feliciſſimum, qui pro patria proxime occubuiſſet. Iterum a Gyge rege tunc ampliſſimo *s.* terrarum [1] conſultum, Aglaum Pſophidium *t.* eſſe feliciorem. Senior

1. *Conſulti. Ch.*

dio porro ſeu Pedio qui pro patria occubuerit, nihil comperi, ſed de Tello Athenienſi, qui auctore Herodoto libro primo, et apud noſtros Auſonio poëta, in praelio quod apud Eleuſinem inter Athenienſes et finitimos commiſſum eſt, quum hoſtes in fugam vertiſſet, pro patria fortiter dimicans mortem oppetiit. Quam ob rem interrogatus Solon a rege Croeſo, quem ex mortalibus fortunatiſſimum iudicaret, Tellum reſpondit. Iterum rogatus, quem poſt Tellum putaret, Cleobin et Bitonem reſpondit. Etſi Auſonius ab Herodote diſcrepans, ſecundas non Cleobi et Bitoni datas a Solone dicat, ſed Aglao. Notandum autem Auſonium non *Tellum* vocare, ſed *Telena*, quaſi Telen quintae ſit apud Graecos inflexionis. *Pint.*

Phedium) Ita MS. noſter optimus, et editio Romana anni 1470. non *Pedium*, vt alii nonnulli. Simile aliquid de Tello Athenienſi Solon pronunciauit, apud Herod. in Clio L. I. n. 30. p. 12. Plutarch. in Solone, p. 93. ac denique apud Laertium, p. 12. H.

s. Iterum a Gyge rege tunc ampliſſimo, etc.) Lydorum, qui poſt Midam Gordii filium primus Delphos pretioſiſſima dona miſit, quae ϑήσαυρον Γυγάδα vocauerunt. Eius annulus multorum ſcriptis celebratus eſt, praeſertim a Cicerone, et Platone lib. II. de Iuſto. Rhodig. c. 11. VI. Vide c. 1. lib. XXXIII. Val. c. 10. VII. Solinum quoque. *Dal.*

t. Pſophidium) Ex Pſophide Arcadiae oppido, de quo L. IV. ſ. 10. Val. Max. L. VII. p. 332. *Quum Gyges regno Lydiae armis et diuitiis abundantiſſimo inflatus, Apollinem Pythium ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior: Deus ex abdito ſacrarii ſpecu voce miſſa, Aglaum Pſophidium ei praetulit. Is erat Arcadum pauperrimus, ſed aetate iam ſenior, terminos agelli ſui numquam exceſſerat, paruuli ruris fructibus contentus etc.* Non a Gyge conſultum oraculum, ſed a Croeſo refert Pauſanias in Arcadicis, ſiue L. VIII. p. 493. Ὃν δὲ ἤκουσα ἐν Ψωφῖδι ἐπὶ Ἀγλαῷ λόγον ἀνδρὶ Ψωφιδίῳ κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδὸν, etc. H.

Senior hic in anguſtiſſimo Arcadiae angulo paruum, ſed annuis victibus large ſufficiens, praedium colebat, numquam ex eo egreſſus *u.*: atque [1](vt e vitae genere manifeſtum eſt) minima cupiditate minimum in vita mali expertus.

XLVIII. (XLVII.) Conſecratus eſt viuus ſentienſque oraculi eiuſdem iuſſu et Iouis deorum ſummi adſtipulatu, Euthymus *x.* [2] pycta *y.*, ſemper Olympiae victor *z.*, et ſemel victus. *a.* Patria ei

1. *Vtique e vitae.* *M.* 2. *poëta.* *V.*

u. Numquam ex eo egreſſus) Sic Aelianus ſophiſta numquam extra Italiam peruagatus eſt, nauem numquam aſcendit, mare ne mouit quidem. Apud Platonem in Phaed. Socrates potius hoſpiti, quam incolae ſimilis extra moenia non egrediebatur, ciuitatis fines non tranſibat. Rhodig cap. 32. XXI. *Dal.*

x. Euthymus pycta, ſemper Olympiae victor, et ſemel victus) Quo pacto, quaeſo, ſemper victor ille dicetur, qui ſemel victus? Emendaverim, *Euthymus pycta, ſed ter Olympiae victor, etc.* Quater decertauit Euthymus: ac ſemel victus, ter victoriam reportauit. *Meurſ.* Att. lect. pag. 301.

Euthymus) Εὔθυμος ὁ πύκτης, Pauſaniae L. VI. ſiue Eliac. poſt. p. 354. Aelian. V. H. L. VIII. c. 18. aliiſque. H.

y. Pycta) Dictio quidem Graeca πύκτης, ſed Latinis tamen vſitata: Pugilem ſonat. Lampridius in Heliogabalo: „Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi, et pyctas frequenter exhibuit.„ Sic Apollonium Pyctam vocat Seneca, Nat. Quu. L. IV. in Praef. p. 884. Et Phaedrus, Fabb. L. IV. *Simonides idem ille de quo retuli, Victoris laudem cuidam pyctae vt ſcriberet, Certo condixit pretio*, etc. H.

z. Olympiae victor) Olympiade LXXIV. et LXXVI. et LXXVII. Pauſan. l. c. p. 354. et 355. At ſi ſemper victor, qui ſemel victus? Quid ſi legas igitur, *ſed ter Olympiae victor, et ſemel victus?* Vt ita legatur, Meurſius ſane percupit, Attic. lect. V. p. 301. Reuocant me ab aſſenſu MSS. omnes. H.

a. Semel victus) A. Theagene, non iuſto quidem bello, ſed dolo, vnde nec Theageni honos decretus, ſed mulctae nomine talentum Euthy-

ei *b*. Locri in Italia: [1] ibi imaginem eius, et Olympiae alteram, eadem die tactam fulmine, Callimachum, vt nihil aliud, miratum video, [2] ad eumque *c*. iuſſiſſe ſacrificari: quod et viuo factitatum et mortuo *d*.: nihilque adeo mirum aliud, quam hoc placuiſſe Diis.

XLIX. (XLVIII.*) De ſpatio atque longinquitate *e*. vitae hominum, non locorum modo ſitus, verum exempla, ac ſua cuique ſors naſcendi incertum fecere. Heſiodus *f*., qui primus aliqua de hoc prodidit, fabuloſe (vt reor) multa de hominum aeuo referens, cornici nouem noſtras attribuit aetates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Et reliqua fabuloſius in phoenice, ac Nymphis. Anacreon *g*. Poëta

1. *Vbi. M.* 2. *ad eumque iuſſiſſe ſacrificare. Ch. Deumque iuſſiſſe Gr. et Al.*

Euthymo coactus eſt repraeſentare. Pauſanias in Eliacis. *Dalecamp.*

Et ſemel victus) Olympiade LXXV. a Theagene Thaſio: idque dolo tantum et fraude circumuentus, eodem quidem teſte Pauſania. H.

b. Patria ei) Addit Pauſanias, et Patris nomen, Ἀςυκλέυς. H.

c. Ad eumque) Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Editi, *Devmque*. Pellicerio magis arridet, *Deumque iuſſiſſe ei ſacrificari*. H.

d. Viuo factitatum et mortuo) Mortuum non eſſe, ſed alio quodam modo hominem eſſe deſiiſſe narrat Pauſanias. *Dal.*

* *Inſcriptio in Gr. editione eſt: De ſpatiis vitae longiſſimis)* Lucian. in μακροβίοις, Phlegon Trall. de mirac. et longaeu. Iac. Panton Tyrocin. poët. lib. II. el. 19. *Dal.*

e. De ſpatio atque longinquitate) Qua ratione breuior aetas longiorue nobis contingat, vide luculenter diſputatum a Rhod. c. 21. XIX. In antiquis inſcriptionibus Romae, *L. Clodius Hirpanus vixit annos 155. dies 5. puerorum halitu refocillatus ac educatus*. Cuiacius in Novellam 5. *Dal.*

f. Heſiodus) In opere ex iis aliquo, quae interciderunt. H.

g. Anacreon poëta Arganthonio Tarteſſiorum regi CL. *tribuit annos)* Legendum videtur CLII. ſi credimus diuo Auguſtino, citanti hunc Plinii

Poeta Arganthonio *h.* Tarteſſiorum regi CL. tribuit *i.* annos, Cinyrae Cypriorum x. annis amplius, Aegimio

nii locum, lib. de ciuitate Dei XV. cap. 12. his verbis: *Plinius Secundus quum commemoraſſet relatum fuiſſe in literas quemdam vixiſſe* CLII. *annos, alium decem amplius, etc.* Haec Auguſtinus; puto tamen eum in mendoſum Plinii exemplar incidiſſe. Fidelior enim mihi videtur noſtrorum exemplarium et item excuſorum lectio, in qua ſemper CL. numquam CLII. legitur. Lucianus in libro de Macrobiis, CL. annos Arganthonium vixiſſe aſſerit. Idem Strabo ſummus auctor libro tertio, adductis etiam verbis Anacreontis poëtae, quem aduocat hic Plinius. Ea ſunt; Ἐγώτ᾽ ἂν ὔτ᾽ Ἀμαλθείης βϐλοίμην κέρας, Οὔτ᾽ ἔτεσι πεντήκοντα δὲ ἑκατὸν Ταρτεσσῦ βασιλεῦσαι. *Equidem Amaltheae cornu nolim, neque annorum* CL. *imperium tenuiſſe Tarteſſi.* Valer. Maximus libro octauo, capite de ſenectute CL. annos vixiſſe ſcribit: octoginta namque annos patriam ſuam rexiſſe ait, quum ad imperium quadrageſimo acceſſiſſet. Quod et Herodotus primo volumine, et Cicero in Catone Maiore afferunt. Secundum autem Pollionem Aſinium, CXXX. vixit: illud non diſſimulaverim, neſcire me, qua ratione inductus Hermolaus, *Argathonius* dicendum eſſe aſſeueret, non *Arganthonius*, contra vetera omnia et noua exemplaria, contraque auctores cunctos, tam Graecos quam Latinos, apud quos *Arganthonius* ſemper cum *n*, in ſecunda, numquam ſecus legas. *Pint.*

Anacreon) Ex Anacreonte poeta Lyrico hoc refert idem Phlegon, c. 4 de longaeuis: et Lucianus in Macrobiis, p. 913. ſed addit iſte fabuloſum id plerisque videri. H. In annorum numero diſſentiunt auctores, v. Meurſ. ad Phlegontis loc. p. 124. lit. q. edit. noſtrae.

h. Arganthonio) Quantum in rebus antiquis coniicere licet, inquit Mariana, hiſt. Hiſp. L. I. c. 17. p. 29. in annum DCX. ante Chriſti Dei ortum ſalutarem, qui annus ab V. C. erat CXXXII. Arganthonii Tarteſſiorum regis aetas incidit. De Tarteſſiorum ſitu dictum eſt L. III. ſ. 3. H.

i. CL. *tribuit)* Totidem Cenſorinus habet, et Phlegon l. c. p. 121. At Herodot. L. I. ſiue Clio, n. 163. p. 68. annos tantum CXX. vt et Lycophronis Scholiaſtes, p. 94. Cicero in Catone maio-

mio cc. Theopompus *k.* Epimenidi Gnoſſio [1] CLVII. Hellanicus *l.* quoſdam in Aetolia [2] Epiorum *m.* gentis cc. explere. Cui adſtipulatur [3] Damaſtes, memorans [4] Pictoreum *n.* ex iis praecipuum corpore viribuſque, etiam

1. CLXVI. *Ch.* CIV. *M.* 2. *Ephyrorum. V.* 3. *Damiades: Ch. M.* 4. *Lictoreum. V. Litorium. Val. Max. Pictorium ex his. Ch.*

maiore, et Aſinius Pollio apud Val. Max. L. VIII. c. 13. et Auguſtin. de ciu. Dei, L. XV. c. 12. hunc Plinii locum exſcribens. *Plinius Secundus*, inquit, *quum commemoraſſet relatum fuiſſe in literas, quemdam vixiſſe centum quinquaginta duos annos, alium decem amplius alios ducentorum annorum habuiſſe vitam, alios trecentorum, quoſdam ad quingentos, alios ad ſexcentos, nonnullos ad octingentos etiam perueniſſe, haec omnia propter inſcitiam temporum accidiſſe arbitratus eſt.* Arganthonii aetatem legiſſe videtur in Plinianis codicibus fuiſſe CLII. annorum. Sed mendum id eſſe librariorum ſuſpicor. H.

k. Theopompus) Val. cap. 14. lib. VIII. *Dal.*

Theopompus) Val. Max. L. VIII. c. 13. p. 406. *Epimenides Gnoſſius, quem Theopompus dicit ſeptem et quinquaginta et centum annos vixiſſe.* Tamen R. 1. 2. Colb. 1. 2. habent dumtaxat annos CLIII. Par. cod. expreſſius ſine numeralibus notis, *centum quinquaginta tres.* Chiffl. CLVI. qui numerus a librariis ſaepe ex CLIII. effingitur, notis V. et II. in MSS. permutari ſaepe ſolitis, vt alio loco hoc ipſo capite euincemus. H.

l. Hellanicus) Val. Max. l. c. *Hellanicus vero ait, quoſdam ex gente Epiorum, quae pars eſt Aetoliae, ducentos explere annos: eique ſubſcribit Damaſtes, hoc amplius affirmans, Litorium quemdam ex his maximarum virium, ſtaturaeque praecipuae, trecenteſimum annum cumulaſſe.* H.

m. Epiorum) Hoc eſt, Aetolorum, qui profecti olim ab Epiis, quos in Elide Ἐπειοὺς diximus vocari, L. IV. ſ. 6. Scribit Ephorus apud Strabonem, L. VIII. p. 357. Aetolum a Salmoneo Epeorum, Piſaeorumque rege, eiectum in Aetoliam, cui a ſe nomen fecit, extructis ibi oppidis. Sic Aetoli e gente ſunt Epiorum. Hunc locum reſpicit Auguſtinus, L. XV. c. 9. H.

n. Pictoreum) Ita MSS. omnes. A Val. Max. *Litorius* appellatur: ſed vt arbitror, mendoſe. Quid ſi Pycthoraeum,

etiam ccc. vixiſſe. [1] Ephorus *o.* Arcadum reges [2] ccc. annis. Alexander Cornelius, [3] Dandonem *p.* quemdam in Illyrico D. vixiſſe. Xenophon *q.* in Periplo, [4] Tyriorum inſulae regem *r.* DC. atque, vt parce mentitus,

1 *Teophorus. M.* 2. *tricenis. Ch.* 3. *Candonem. Ch.* 4. *maritimorum regem Gr. et Al.*

raeum legas, quaſi eximium pugilem, πυκ-θωρᾶιον, voce omnino ad eximias hominis huius vires indicandas perquam accommodata. H.

o. Ephorus) Ita Cenſorinus, c. 7. ex eodem Ephoro. H.

p. Dandonem) R. 1. et. Par. *Dandonem.* R. 2. Chiffl. perperam *Candonem.* Valerius idem p. 407. *Alexander vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu compoſuit, affirmat Danthona quemdam, ad quingenteſimum vſque annum, nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe.* Forte Δάτωνα vtrobique ſcribere praeſtabilius fuerit. H.

q. Xenophon in Periplo maritimorum regem) Quis ille rex maritimorum? libri ſcripti habent: *in Periplis Lutmiorum, etc.* lege. Xenophon *in Periplo Latmiorum inſulae regem.* Latmus vel vrbs vel inſula, vnde *ſinus Latmicus.* Salmaſ.

Xenophon in Periplo, Tyriorum inſulae) De ea egimus L. III. ſ. vlt. Vide N. et Em. N. CXXIX. (hic poſ.) *Xen. etc.)* Habent MSS. codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. conſtantiſſime, *Xenophon in Periplulutiniorum inſulae Regem.* Parm. editio *in petripulutiniorum inſulae regem.* Codex Lugdunenſis, *in petropulutiniorum inſulae regem.* Ab his Gelenius confidenter ſane diſceſſit, vt *in Periplo, maritimorum regem* ſcriberet. Salmaſius *Lamiorum* reponit. Sed mons eſt Cariae Latmus, cum vrbe cognomine, non inſula. Nos priore ſyllaba vocis *Lutiniorum,* quam ex ſuperiore *periplu* amanuenſes perperam repetierunt, expuncta, Tyriorum inſulam hic verius agnoſcendam putamus. H.

r. Maritimorum regem) Vetuſti codices, *Latiniorum inſulae regem.* Valer. Maximus libro octauo, capite de ſenectute, *Latinorum regem.* Sequitur ſtatim: DC. *atque vt parce mentitus filium eius* DCCC. Valerius Maximus loco nuper allegato DCCC. ſcribit, non DC. regem hunc vixiſſe. Et paulo poſt vbi DC. ſcriptum eſt, Valerius Maximus DCCC. ponit, nimirum ordine verborum commutato. Item magna librariorum allucinatione (nam

titus, filium eius *s.* DCCC. quae omnia inſcitia temporum acciderunt. *t.* Annum enim *u.* alii aeſtate vnum determinabant, et alterum hieme: alii quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere: quidam Lunae ſenio, vt Aegyptii *x.*: itaque

(nam Plinii inhumanum eſſet dicere) vbi ſcribi *patrem*, debuit, *filium*, poſitum eſt. Valer. Maximus: *Sed multo*, inquit, *liberalius Xenophon*, *cuius Perigeros legitur. Is enim Latinorum regem octingentis vitae annis donauit. Ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoque* DC. *aſſignauit annos.* Pint.

s. Filium eius) Vide N. et Em. CXXX. (hic coll.) *Fil.)* Salmaſius L. de annis climactericis p. 749. poſt Pintianum in notis, Plinium ait hallucinatum videri, quum haec exſcriberet: annos patris filio tranſſcripſiſſe: filii viciſſim, patri. At certe non eſt ouum ouo ſimilius, quam quod Valerius, et quod Plinius recitat. Ille enim L. VIII. c. 13. p. 407. *Sed multo liberalius Xenophon*, inquit, *cuius* περίπλες *legitur: Inſulae enim Lachmiorum regem octingentis annis donauit:* (hunc regis filium Plinius appellat; Valerius regem, qui regno vtique paterno ſucceſſit:) *Ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoque ſexcentos aſſignauit.* De patre Plinius priore loco egit, Valerius poſteriore. Cetero inter ſe conſentiunt. Nihil certe in numeris eſſe vel leuiter immutandum, ex Auguſtino ſcimus, qui hunc Plinii locum ſumma fide tranſſcripſit, vt diximus in prioribus Notis. H.

t. Inſcitia temporum acciderunt) De ſtatuendi anni ſpatio per quam multa Alex. ab Alexand. c. 23. III. Solin. Polyhiſt. c. 3, Cenſorin. de die nat. ſeu vt alius, Pictorius Philol. lib. I. c. 2. Diod. Sicul. lib. I. *Dalec.*

u. Annum enim) Solin. c. 1. p. 4. *Ante Auguſtum Caeſarem incerto modo annum computabant: qui apud Aegyptios quatuor menſibus terminabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanas, ſex, etc.* De Acarnanibus idem teſtatur Auguſtinus De ciuit. L. XV. c. 12. De Arcadibus Cenſorinus c. 19. Macrob. Saturnal. L. I. c. 12. aliique. H.

x. Vt Aegyptii) Plinio adſtipulantur Diod. Sicul. L. I. Suidas, verbo ἥλιος, aliique. Solus Cenſorinus loco proxime appellato, antiquiſſimum annum

itaque apud eos aliqui et ſingula millia annorum vixiſſe produntur. Sed vt ad confeſſa transeamus, Arganthonium *y*. Gaditanum octoginta annis regnaſſe prope certum eſt: putant quadrageſimo coepiſſe. Maſiniſſam *z*. ſexaginta annis regnaſſe indubitatum eſt: Gorgiam *a*. Siculum centum et octo vixiſſe. Q. Fabius *b*. Maximus [1] ſexaginta tribus annis Augur fuit.

O 2 M. Per-

1. LXVI. *Ch.* XLII. *Liu.*

annum in Aegypto ait bimeſtrem fuiſſe. H.

y. Arganthonium) Haec de eodem totidem verbis Val. Max. l. c. p. 405. ex Aſinio Pollione. Herodotus item Clio, L. I. n. 163. p. 68. Annos Arganthonii paene aequaſſe ciuem Pariſienſem in monumenta publica relatum eſt, qui menſe Februario anni 1683. quo iſta primum typis edita ſunt, diem clauſit extremum, annos natus CXVIII. quum integra adhuc ante annos paucos valetudine eſſet. Nomen ei fuit D. le Maiſtre, natalis, anno 1565. H.

z. Maſiniſſam) Polybius in Excerptis, p. 174. ἔτη πλείω τῶν ξ'. annos amplius LX. regnaſſe tradit. Vide quae de eo diximus, ſ. 12. H.

a. Gorgiam Siculum CVIII. *vixiſſe*) Cicero in Catone maiore: et Valerius Maximus, CVII. Lucianus in Macrobiis cum Plinio CVIII. Pauſanias CV. Quintilianus in tertio, CIX. *Pintian.*

Gorgiam) De quo Val. Max. loco proxime appellato. *Gorgias*, inquit, *Leontinus, Iſocratis, et complurium magni ingenii virorum praeceptor, ſua ſententia feliciſſimus. Nam quum centeſimum et ſeptimum ageret annum, interrogatus quapropter vellet in vita remanere: Quia nihil, inquit, habeo, quod ſenectutem meam accuſem.* Vide praeterea Tullium, libro, qui Cato maior inſcribitur. H.

b. Q. Fabius Maximus LXIII. *annis augur fuit*) Valerius Maximus loco toties allegato LXII. ſcribit, vno minus. *Q.* inquit, *Fabius Maximus et* LX. *annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta iam aetate id adeptus.* Pintian.

Q. Fabius) Duobus tantum et LX. annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuiſſe, robuſta aetate id adeptum, prodidit Val. Max. l. c. p. 403. Editis tamen Plinii libris manu exarati conſentiunt, R. 1. 2. Par. etc. H.

M. Perpenna *d.*, et nuper L. Voluſius *e.* Saturninus, omnium quos in Conſulatu ſententiam rogauerant, ſuperſtites fuere. Perpenna, VII. reliquit ex iis, quos Cenſor legerat: vixit annos [1] XCVIII. Qua in re et illud annotare ſuccurrit, vnum omnino quinquennium fuiſſe, quo Senator nullus moreretur: quum Flaccus *f.* et Albinus Cenſores luſtrum condidere vſque ad proximos *g.* Cenſores, ab anno vrbis quingenteſimo [2] ſeptuageſimo nono. M. Valerius *h.* [3] Corvinus

1. LXXXVIII. *Ch.* XCVII *M.* 2. *ſeptuageſimo octauo. M.* 3. *Cornelius. Ch.*

d. M. Perpenna) Valerius idem l. c. *Iam de M. Perpenna quid loquar? qui omnibus, quos in Senatu Conſul rogauerat, ſuperſtes fuit: ſeptem quoque tantummodo, quos Cenſor collega L. Philippi legerat, e Patribus Conſcriptis reliquos vidit: toto ordine ampliſſimo diuturnior.* Viuere hic deſiit ſub initium belli ciuilis Caeſariani, L. Cornelio Lentulo, Claud. Marcello CoSS. anno DCCVI. vt Dio ſcribit, L. XLI. p. 160. Simile exemplum L. Piſonis illius, cuius Plinius alter meminit, L. III. ep. 7. *qui dicere ſolebat, Neminem ſe videre in Senatu, quem Conſul ipſe ſententiam rogauiſſet. Tam anguſtis terminis;* ſubiicit idem egregie, *tantae multitudinis viuacitas ipſa concluditur, vt mihi non venia ſolum dignae, verum etiam laude videantur illae regiae lacrymae. Nam ferunt Xerxem, quum immenſum exercitum oculis ſubiiſſet, illacrymaſſe, quod tot millibus tam breuis immineret occaſus.* Geſſerat is Conſulatum cum Nerone ſecundum Conſule. H.

e. L. Voluſius) De eo egimus Libri huius ſect. 12. Veterem Conſularem, opulentiſſimum virum, vocat Columella L. I. c. 7. p. 29. et eumdem a ſe viſum teſtatur. H.

f. Quum Flaccus) Anno DLXXIX. Q. Fuluius Flaccus, et A. Poſtumius Albinus Cenſores, luſtrum egiſſe quinquageſimum primum dicuntur in Faſtis. H.

g. Ad proximos) Ad M. Perpennam ſcilicet, de quo proxime dictum eſt, et collegam eius L. Marcium Philippum, quos eo functos eſſe munere anno DCLXVIII. L. Corn. Cinna, et C. Mario ſeptimum CoSS. Faſti referunt, luſtrumque feciſſe LXVII. H.

h. M. Valerius) Tradit haec

vinus c. annos impleuit: cuius inter primum et ſextum Conſulatum xlvi. anni *i.* fuere. Idem ſella *k.* curuli ſemel ac vicies ſedit, [1] quoties nemo alius. Aequauit *l.* eius vitae [2] ſpatium Metellus Pontifex. Et ex feminis Liuia [3] Rutilii *m.* xcvii. annos exceſſit: [4] Statilia *n.*, Claudio Principe, ex nobili domo *o.*, nona-

1. *Quoties nemo alius. Ita quantum ſpatium aetatis maiores noſtri eſſe volunt ad ſenectutis initium tantus illi curſus honorum fuit. Adamauit eius. Conſtantinus e Val. nullius exemplaris fide.* 2. *ſpatia. Ch.* 3. *Rutilia. M. et Ch.* 4. *Stratilia. M. Statilia. Ch.*

haec etiam Valerius, l. c. Vnde ei Coruini nomen, diſces ex eodem, L. VIII. c. 15. p. 413. H.

i. xlvi. *anni)* Ita MSS. omnes. Valerius tamen XLVII. Plutarch. in Mario, p. 422. πέντε καὶ τεσσαράκοντα XLV. H.

k. Idem ſella) Conſulem, Praetorem, Aedilem, qui maiores magiſtratus dicebantur, ſella curuli vti ſolitos, nemo neſcit. Perfunctum toties iſtis muneribus Coruinum intellige. H

l. Aequauit) Ad verbum haec quoque Valerius. *Cuius vitae ſpatium,* inquit, *aequauit Metellus, ſenex admodum Pontifex Maximus creatus,* etc. Et Cicero, L. de Senect. Fuit ille Metellus Pontifex, A. V. C. 512. H.

m. Liuia Rutilii) Vxor videlicet, vt Terentia Ciceronis, et Clodia Ofilii, quae tria exempla, relata a Plinio, a Valerio quoque commemorantur iiſdem paene verbis. De Rutilio diximus ſ. 36. H.

n. Statilia Claudio principe) Seneca epiſtola 78. *Nulla vita eſt non breuis. Nam ſi ad naturam rerum inſpexeris, etiam Neſtoris et Statiliae breuis eſt, quae inſcribi monumento ſuo iuſſit, annis ſe nonaginta nouem vixiſſe. Vides aliquem gloriari ſenectute longa. Quis illam ferre potuiſſet, ſi contigiſſet centeſimum implere? etc.* Dalec.

Statilia) Seneca, ep. 77. p. 339. H. Totum locum a Dalecampio mutuatum ſuis inſeruit obſeruationibus Harduinus ille, qui alios audacter tranſſcriptores appellat.

o. Ex nobili domo) T. Statilius Taurus collega Auguſti in Conſulatu eius octauo, iterumque Conſul exſtitit triennio ante illius obitum. M. Statilius Taurus, principe Claudio, Conſul notatur. Stati-

nonaginta nouem: Terentia Ciceronis [1] CIII. *p.* Clodia [2] Ofilii *q.* CXV. haec quidem etiam enixa quindecies. Lucceia mima centum annis in ſcena pronunciauit. Galeria Copiola Emboliaria *r.* reducta eſt in ſce-

1. CVI. *Ch.* 2. *Ofelli. Ch. Ofelii. Val. Max. Auli filia. Longol.*

Statilia huius, fortaſſis filia, illius neptis fuit. H.

p. Ciceronis CIII.) Sic MS. noſter, *centum tres.* Chiffl. cod. CVI. prono, vt alias diximus, notarum lapſu ab III. ad VI. Sed et a Valerio Maximo coarguitur. H.

q. Ofilii) Vide N. et Em. CXXXI. (hic coll.) *Ofilii)* Ita R. 1. 2. Par etc. Chiffl. *Ofelli.* Val. Max. *Aufilii.* Vnde Longolius coniicit legi oportere, *Auli Filia.* Sane perperam: Quis enim filiam de ſolo patris praenomine demonſtrari abunde putet, cognoſcique poſſe, ſi nomen cognomenue abſit? Recepta lectio ſola eſt ſincera. Aulum Ofilium inter clariſſimos aeui ſui Iuriſconſultos Pomponius refert L. I. Dig. tit. 2. de origine iuris, §. 44. Fuit is Q. Aelii Tuberonis IC. praeceptor, qui Q. Ligarium, Cicerone defendente, accuſauit: teſte eodem Pomponio H.

r. Emboliaria) Τὰ εἰσόδια iocularia, quae ante mimos et Attellanas vel alta voce recitabantur, vel canebantur ad citharam, aut pſalterium, a ſcurris mimicis, vrbicis, vrbicariis. Eadem mediae fabulae interpoſita, τὰ ἔμβολα dicebantur, vnde fit *Embolaria mulier*, id eſt, Scenica, θυμελικὴ: ad finem vero fabulae Exodia, Iuuenalis Satyr. 6. *Vrbicus exodio riſum mouet Attellanae.* Sunt autem Mimi, vt ait Claudianus, qui laetis ſalibus faceti riſum mouent: Pantomimi vero, vt idem ait, — *nutu manibuſque loquaces*, Scalig. in Manilium. *Dal.*

Emboliaria) Scenicae hoc mulieris cognomen videtur eſſe Scaligero, Pellicerioque in Notis MSS. et aliis eruditis, quibus me lubens adiungo: Deductum illud ab earum partium actione, quas Embolia Graeci dixerunt, quoniam fabularum actibus interponebant: ἐμβάλλω enim iniicio, interponoque eſt. Hoc ſignificatu ea vox apud Tullium legitur ἐμβόλιον, L. III. ep. 1. ad Q. Fratrem, p. 635. Vide N. et Em. CXXXII. (hic adi.) *Emboliaria)* Ita R. 1. Pariſ. etc. R. 2. *Embolaria.* Non placet Salmaſio vocis huius interpretatio, quam a viris ſum-

ſcenam, [1] C. Poppaeo *s.*, Q. Sulpitio coſs. ludis pro ſalute Diui Auguſti votiuis, annum centeſimum quartum agens; quae producta fuerat tirocinio a M. Pomponio [2] Aedili plebis, C. Mario *t.*, Cn. Carbone

1. *Et ſic Sigon. Cn. Pompeio Gr. et Al.* 2. *aedile.*

ſummis acceptam tradidimus, quum tamen de ſcenicis mulieribus, *mimiſque, quae pronunciare ſolerent in ſcena*, agere ſe hoc loco Plinius conteſtetur. Aliam ipſe comminiſcitur in Notis ad hiſt. Aug. p. 384. ac legi primum iubet *Empolaria:* ſcenicamque interpretatur, ac quaeſtuariam. Scenicas enim omnes mulieres ait corpore quaeſtum feciſſe: Empolam autem eſſe capturam, vel quaeſtum. Nicolaus Alemannus, in not. ad hiſt. arc. Procopii c. 9. p. 33. haud paulo felicius ſe conieciſſe exiſtimat, quum ait, Embolarias mulieres dictas eſſe ab ἐμβόλοις, hoc eſt, *Porticibus.* Nam quae Heſychio Mileſio Τρωαδικοὶ ἔμβολοι, appellantur, Porticus Troadenſes vocat Auctor Deſcriptionis Vrbis CP. in regione duodecima. Quemadmodum igitur a Porticuum fornicibus Fornicariae mulieres nomen inuenerunt: vnde illud Iuuenalis Sat. 3. v. 156. *Lenonum pueri quocumque in fornice nati.* Sic a Porticibus ipſis ſiue Embolis, Embolarias ille pronunciat fuiſſe ab aliis appellatas: Id ſane ſi vel vnoſcriptoris idonei calculo comprobet, haud inuitus eruditae huic coniectare faueam. Sed vereor, vt vllo vel modice probabili argumento ſuaderi poſſit, iam tum Plinii temporibus, ac non potius multo poſt ſequiore aeuo, hanc vocem ἔμβολος Porticum, fornicemque ſignificaſſe: aut omnes ſcenicas mulieres, fornicarias fuiſſe. H.

s. C. Poppaeo) A. V. C. DCCLXII. ad quem annum refert Petauius Varianam cladem. Vide N. et Em. N. CXXXIII. (hic ſubi.) *C. Popp.)* Ita MSS. omnes R. 1. 2. Par. etc. In editis perperam Cn. Pompeio. A. V. C. DCCLXII. toto fere ſexennio ante Auguſti obitum, cuius ludis votiuis hi Conſules dicuntur fuiſſe, leguntur in Faſtis Q. Sulpicius Camerinus, C. Poppaeus Sabinus. Apud Occonem p. 53. ex nummo vetere A. POPPAEVS SABINVS AED. CVR. Inde Poppaea coniux Neronis. H.

t. C. Mario) A. V. DCLXXII. C. Mario iuniore, Cn. Papirio Carbone ter-

bone Conſulibus, ante annos [1] nonaginta *u.* vnum: et a Magno Pompeio magni theatri dedicatione, anus pro miraculo [2] reducta. [3] Sammulam quoque centum [4] annis vixiſſe, auctor eſt Aſconius Pedianus. Minus miror Stephanionem *x.* (qui primus [5] togatas ſaltare *y.* inſtituit) vtriſque saecularibus

1. *Sic emendat ex MSS. Hard. XV. Ch. nonaginta nouem et a M. Gr. et Al.* 2. *producta. M.* 3. *Summulam Ch. Samulam Gr. et Al.* 4. *centum decem Gr.* 5. *ſic et Sabell. togatus Gr. et Al.*

tertium CoSS. Igitur producta fuerat tirocinio, annos nata XIV. H.

u. Nonaginta vnum) Vide N. et Em. N. CXXXIV. (paulo poſt) Mox pro *Sammulam*, in MS. noſtro legitur *Samullam. Nonag.)* Mirari ſatis non poſſum cur Dalecampius in editione ſua a recepta lectione, tum codicum MSS. (nam R. 1. et Colb. 2. habent XCI. Colb. 1. et Par. ſine numeralibus notis, *nonaginta vnum:)* tum etiam omnium exemplarium ante ſe editorum, quae eamdem plane lectionem repraeſentant, vnus diſceſſerit, ſcripſeritque *nonaginta nouem:* quum id Chronologicae rationi, ſerieique Conſulum plane aduerſetur. H.

x. Stephanionem) Stephanionem togatarium hiſtrionem ab Auguſto relegatum ſcribit Suetonius, c. 45. Rectius *togatarum* ſcripſeris, ſicut *Atellanarum hiſtrionem*, idem dicit in Nerone, c. 39. H.

y. Saltare inſtituit) De ſaltationis, ac muſices ſtudio et exercitatione vide plura apud Alex. ab Alex. c. 25. lib. II. *Dal.*

Togatas ſaltare) Togatae fabulae, inquit Diomedes, L. III. p. 468. *dicuntur eae, quae ſcriptae ſunt ſecundum ritus et habitus hominum togatorum, id eſt, Romanorum. Toga namque Romana eſt: ſicut Graecas fabulas ab habitu aeque Palliatas Varro ait nominari.* At paucis interpoſitis: *Togatarum fabularum ſpecies tot fere ſunt quot Palliatarum* etc. Meminit huius generis fabularum Q. Serenus, dum C. Titinium poetam laudat, *Qui veteri claras expreſſit more Togatas.* Et ante eum Horatius: *Et qui praetextas, et qui docuere Togatas.* Seneca item ep. 8. p. 171. Denique Suetonius in Nerone, c. 11. *Inducta eſt et Afranii Togata, quae incendium inſcribitur.* Ex quibus apparet recte a nobis

ribus ludis [1] ſaltaſſe, et Diui Auguſti z., et quos Claudius a. Caeſar Conſulatu ſuo quarto fecit, quando LXIII. non amplius anni interfuere, quamquam et poſtea diu [2] vixit. In Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempſin, CL. annis viuere, Mutianus auctor eſt. [3] Totidem annos [4] cenſum b. Claudii Caeſaris Cenſura T. Fullonium Bononienſem: idque collatis cenſibus quos ante detulerat, vitaeque argumentis (etenim id curae principi erat) verum apparuit.

O 5 L. (XLIX.)

1. *Saltauiſſe, diui. Cb.* 2. *vixerit. V. Parm.* 3. *Totidem annos, id eſt,* CL. *cenſum. M.* 4. *item cenſum. V.*

nobis emendatum fuiſſe, *qui primus togatas ſaltare inſtituit*, quum prius legeretur mendoſe, *togatus*. De Palliatis et Togatis multa Aſconius Pedianus habet in orat. Cic. de Diuin. p. 54. H.

z. *Et Diui Auguſti)* Meminit horum ludorum Sueton. in Aug. c. 31. Dio, L. LIV. Quintos ludos ſeculares Cenſorinus appellat, c. 17. exhibitoſque ait C. Furnio, Iulio Silano CoSS. A. V. DCCXXXVII. H.

a. *Quos Claudius)* Sextos ſaeculares ludos appellat Cenſorinus l. c. ipſo Claudio Auguſto quartum, et L. Vitellio tertium CoSS. A. DCCC. Meminere Suetonius, in Claudio, c. 21. et Tacit. Annal. L. XI. Claudii nummum vidimus inſcriptum SAECVLARIA SACRA, ſed adulterinum. Vt ludos ederet Conſulatu ſuo quarto Claudius Imp. ſaeculum definiuit annis nouies ſeptenis, ſiue ſexaginta tribus: eo quod annus ille LXIII. climactericus eſſe ab Aſtrologis et Medicis perhibetur. Alioqui ſaeculum Romani definierunt nunc annis mille, vt in nummis Philippi Imperatoris inſcriptis: MILLIARIVM SAECVLVM: et apud Plautum, in Milite glorioſo, Act. IV. Sc. 2. v. 87. *Et pueri annos octingentos viuunt.* MI. *Vae tibi nugator.* PY. *Quin mille annorum perpetuo viuunt, a ſaeculo ad ſaeclum.* Alias ſaeculum dixerunt eſſe ſeptuaginta annorum, vt in nummo Poſtumi Auguſti IOVI SPONSORI SAECVLI AVG. *Ioui ſponſori ſaeculi Auguſto.* H.

b. *Annos cenſum)* Hoc eſt, totidem habere annos agnitum, et in cenſus relatum. Vetus inſcriptio, reperta Bononiae, quam refert Gruterus, p. 872. T. FVLLONIVS CORNELIA. FVLLONIA. H.

L. (XLIX.) Poſcere videtur locus ipſe ſideralis *c.* ſcientiae ſententiam. Epigenes [1] cxii. *d.* annos impleri negauit poſſe: Beroſus [2] excedi cxvii. Durat et ea ratio, quam Petoſiris *e.* ac Necepſos [3] tradiderunt, et [4] tetartemorion *f.* [5] appellant, a trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiae tractu, [6] cxxiv. annos *g.* vitae contingere apparet. Negavere

1. cxxv. *Ch.* cxxii. *Gr. et Al.* 2. *excedit. Ch.* 3. *tradiderit. Ch.* 4. *tetarmorion. V.* 5. *appellat. Ch.* 6. cxxiv. *M.* cxxvii. *Ch.* cxxvi. *Gr. et Al.*

c. Sideralis) Aſtrologicae diſciplinae. H.

d. Epigenes cxii.) Vide N. et Em. N. CXXXV. (hic coll.) *Epig.*) In libris hactenus editis, *Epigenes* CXXII. addita perperam denarii nota, contra omnium exemplarium fidem, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. atque adeo contra Cenſorinum ipſum, qui hunc Plinii locum viſus eſt tranſſcripſiſſe c. 17. *Epigenes*, inquit, *in* cxii. *annis longiſſimam vitam conſtituit: Beroſus autem in* cxvi. Quo ex loco mendoſe legi conſtat in Chiffl. codice aliiſque, *Beroſus excedit* CXVII. quum potius verum ſit negare illud excedi CXVII. vel CXVI. H.

e. Petoſiris etc.) De vtroque egimus in Auctorum Indice. Singulari opere de eo argumento tractaſſe videntur, cuius operis meminit Iulius Firmicus in praef. Matheſ. L. IV. p. 45. *Quare illi diuini viri*, inquit, *atque omni admiratione digni: Petoſiris, Necepſoſque, quorum prudentia ad ipſa ſecreta diuinitatis acceſſit, etiam mundi genituram diuino nobis ſcientiae magiſterio tradiderunt*, etc. H.

f. Tetartemorion) Eſt *Tetartemorion* Graece, qui *Quadrans* Latine dicitur, conſtans ex quatuor partibus ſigniferi circuli, hoc eſt ſignis tribus, vt annotauit Budaeus lib. I. de Aſſe. *Dal.*

Tetard.) Τεταρτημόριον, h. e. quarta pars δωδεκαζωδίε, tribus ſignis conſtans, ſ. partibus XC. quodlibet enim ſignum in partes triginta diſtribuitur. H.

g. cxxiv. *annos*) Ita repoſuimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. Par. etc. In noſtro legitur abſque notarum compendio, *centum viginti quatuor.* In editis vulgo, CXXVI. Quomodo hunc annorum

vere *h.* illi quemquam XC. partium exortiuam menſuram (quod anaphoras *i.* vocant) tranſgredi, et has ipſas

norum numerum colligerent veteres, ſtatim ſubiicitur. H.

h. Negauere) Negauere, illi, quemquam poſſe viuendo tranſgredi menſuram nonaginta graduum caeli aſcendentis ſupra horizontem — — et hanc ipſam menſuram aiunt abrumpi ſaepe occurſu maleficorum ſiderum. Igitur: Negauere, inquit, illi, poſſe quemquam tranſgredi viuendo menſuram XC. partium, ſeu quadrantis caeli, quem luſtrant ea ſidera, quae tum oriri incipiunt et aſcendere ab horizonte ad medium caeli hora natali, vt ait Hor. L. II. od. 17. hoc eſt, quum quis ex parentis vtero prodit. Has adſcenſiones ſignorum, ἀναφορὰς Mathematici vocant, quae fiunt ab oriente circumactu quotidiano mundi. Eſt autem menſura illarum inaequalis, prout climata variant, propter caeli inclinationem diuerſam: neque porro eamdem menſuram annorum vitae vbique ſignificant. Eleuato, exempli gratia, Ariete per Alexandriae clima partibus XXI. et ſcrup. 40. Ptolemaeus ait ipſum ſubleuari annis 28 et totidem menſibus, hoc eſt, tot annos vitae promittere. In Climate Vrbis ex Iulio Firmico, Matheſeos, L. II. c. 13. p. 27. Aries, annos 17. ſignificat: Taurus, 22. Gemini 27. Cancer 22. Leo 37. Virgo 42. Libra 42. Scorpius 37. Sagittarius 32. Capricornus 27. Aquarius 22. Piſces 17. Hoc eſt clima, quod vocarunt διὰ Ῥώμης. In eo climate, ſi duodecim ſigna diuidimus in quatuor tetartemoria, quod longiſſimum vitae ſpatium pollicetur, illud eſſe videtur, quod Leonem, Virginem Libramque complectitur: quorum ex annis ſumma annorum exſiſtit centum et XXI. Sed quum alii aliter hos aſcenſionum annos computarent, non eoſdem ſequutus videtur Plinius auctores, qui CXXIV. ſcripſit, atque Firmicus Maternus, qui CXXI. tantum. Plura de eo argumento ſufficiet Georg. Valla Aſtrologiae, L. IV. c. 62. et ſqq. Sed ſunt haec futiliſſima, pleniſſimaque vanitatis. H.

i. Quod anaphoras vocant) Eam caeli partem intelligit, quae 30. partibus, hoc eſt, duobus ſignis ab horoſcopo diſtat. *Dal.*

Anaphoras) Iulio quoque Firmico, Math. L. III. c. 3. Sexto Empirico, aliiſque, haec eo ſignificatu vſurpata vox,

ipſas *k.* incidi occurſu maleficorum ſiderum, aut etiam radiis eorum, Soliſque. *l.* [1] Schola rurſus Aeſculapii ſequuta, [2] quae ſtata vitae ſpatia *m.* a ſtellis accipi dicit, ſed quan-

1. *Rurſus, in M. deëſt. rurſus Aeſculapii ſecta. Gr. et Al.*
2. *qui. M.*

vox. Scripſit et Hypſicles Graece Ἀναφορικὸν, ſeu librum de Aſcenſionibus: in quo totam hanc doctrinam luculenter explicat: Latine Mentelius reddidit. H.

k. Et has ipſas) Has ſignorum aſcenſiones, efficientiamque benignam ait incidi ſiue interpellari occurſu maleficorum ſiderum, aut eorum radiis, ipſiuſque Solis: hoc eſt, malefica ſidera, ſiue coniuncta ſua praeſentia eſt, ſiue paulum ſemota immiſſorum vi radiorum, ex diametro, quadrato, trigono, vel hexagono, vt Ptolemaeus ait L. III. c. de modis Apheſis, praeſtare quominus vitalis ille XC. vitae partium curſus integer conficiatur. H.

l. Soliſque) Vide N. et Em. N. CXXXVI. (hic adi.) *Soliſque)* Salmaſius L. de annis climact. p. 300. et Pellicerius in Not. MSS. hanc vocem plane expungunt: negat hic fas eſſe arbitrari perinde ac ceterorum ſiderum, Solis ſimiliter radiis, caeleſtium vtique omnium benigni maxime ac benefici, vim ineſſe maleficam. Ille vero ſic locum emendat: *aut etiam radiis eorum ſolis*: vt ſit intellectus, non ſola coniunctione, ſiue corpore toto, ſed et quando conſpiciunt, coniiciuntque radios, tunc eſſe malefica ſidera. Verum, vt omittam omnia prorſus exemplaria, ſiue ſcripta manu, ſiue impreſſa, emendationi huic vtrique refragari: non reliquis modo ſideribus, ſed et Soli ipſi, vt Pellicerio primum reſpondeam, hanc quoque vim ineſſe ad fata hominum acceleranda Firmicus docet, vir in ea diſciplina et exercitatione in paucis accuratus, ac diligens: *Sol,* inquit, L. IV. Matheſ. c. 103. *ſi cum domo geniturae hac, qua diximus fuerit radiatione coniunctus — — — mortis exitus in peregrinis locis violentos, publicoſque decernit,* etc. Et L. II. c. 8. p. 21. *In ſumma tamen dicendum videtur, quod omnibus ſtellis noceat Solis vicinitas,* etc. Quod vero Salmaſius commentus eſt, legi poſſe commodius, *radiis eorum Solis*, vix Plinianum puto. H.

m. Rurſus Aeſculapii ſecta quae ſtata vitae ſpatia) Exemplar Salmanticenſe, *Aeſculapii ſententiam ſequuti qui vitae ſpatia, etc.* Verbum enim rur-

quantum plurimum tribuat, incertum eſt. Rara autem eſſe dicunt longiora tempora, quandoquidem *n.* momentis *o.* horarum inſignibus, Lunae dierum, vt VII. atque

rurſus, in eo non legitur. Item non *Aeſculapii*, ſed *Aſclepiadae*, fortaſſe legendum ex Indice, in quo duo huius nominis auctores referuntur: alter Medicus, Philoſophus alter, qui ſcripſit tragodumena, Medici Aſclepiadis et Plinius ſupra et Galenus frequenter et omnes meminere. *Pint.*

Schola rurſus) Quae fuerat aliquanto tempore, Petoſiris ac Necepſi celebriore fama obſcurata, ea rurſus coepta coli et frequentari. Vide N. et Em. N. CXXXVII. (hic coll.) *Schola etc.)* Ita omnium codicum ſcriptura conſentiente ſcripſimus, quum in libris impreſſis prius ederetur, *rurſus Aeſculapii ſecta*, inducta priore voce *Schola*, poſtremaque vna ſui literula deminuta. Eſt haec familiaris Plinio formula, in L. XX. ſ. 34. *Eraſiſtrati*, inquit, *ſchola clamat.* Vana porro eſt Pintiani haeſitatio, dubitantis num *Aſclepiadae* potius quam *Aeſculapii* ſit legendum. Meminit enim huius ſcholae Iul. Firmicus, Math. L. IV. c. I. p. 45. *Mundi itaque genituram hanc eſſe voluerunt*, de Petoſiri Necepſoque loquitur, *ſequuti Aeſculapium*, etc. Et p. 46. *Secundum hanc itaque genituram, et ſecundum has conditiones ſtellarum — — etiam hominum volunt fata diſponi, ſicut in illo libro Aeſculapii continetur, qui* Μυϱιογένεσις *appellatur.* H.

n. Quandoquidem) Quandoquidem inſignibus horarum momentis, Lunae dierum, vt ſeptima et decima quinta (quae horae die ac nocte computantur) ingens hominum turba naſcitur, quae fere climacterico anno occidit, ſiue moritur, etc. H.

o. Momentis horarum) Quandoquidem, inquit, multi naſcuntur momentis horarum inſignibus Lunae, non Solis dierum; qualia ſunt horae ſeptimae et quintae decimae cuiuſuis diei Lunae: aut quae ex iis multiplicatis oriuntur, vt ſunt 14. 21. et 22. quae horae die ac nocte obſeruantur, et computantur, quum die perinde ac nocte partuum frequentia illa contingat. Sed partum aiunt eiuſmodi, turbamque naſcentium eſſe occiduam, hoc eſt, labilem, ac minime vitalem, certo praeſertim anno, quem κλιμακτῆϱα, ſeu ſcanſilem vocant, quod certis numeris velut per ſcalarum gradus annus ille adſcendit: qualis eſt annus vitae quinquageſimus

atque [1]xv. (quae nocte ac die obſeruantur) ingens turba naſcatur, ſcanſili annorum lege occidua *p.*, quam climacteras appellant, non fere ita genitis LIV. annum *q.* excedentibus. Primum ergo artis ipſius inconſtantia declarat, quam incerta res ſit. Accedunt experimenta et exempla recentiſſimi cenſus *r.*, quem

[1]. *Sic et. M.* XXIV. *Parm. dierum, vt* VII. *atque* XV. *Ch.* VII. *et* IX. *Gr. et Al.*

mus quartus, quem ita geniti haud fere excedunt. Conſtat enim ille ex nouenario ſexies multiplicato. Hae quae ſunt pleniſſima futiliſſimae vanitatis, refellere verboſius conſilium non eſt, quod Plinius experimentis plurimis coarguere mox ipſe annititur, et conuellere. Vide N. et Em. N. CXXXVIII. (hic adi) *Momentis etc.*) Hunc locum, quemadmodum nos edi curauimus, exhibent totidem plane ſyllabis, apicibuſque codices, MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. aliique omnes, a quibus deſciuiſſe ſe fatetur Hermolaus, vt ita reponeret, *Momentis horarum inſignibus, Lunae dierumue VII. atque IX.* etc. ex quo verborum intextu, et numerorum immutatione, elici nulla probabilis ſententia poteſt, etſi in eo nodo ſoluendo non parum ſe Barbarus ipſe, et Pellicerius in notis MSS. ſed fruſtra torquent. H.

p. Scanſili annorum lege occidua) Gellius cap. 7. lib. XV. annum vitae 63. cum periculo et clade aliqua venire tradit, quod ſepties nouem contineat. De hac re fuſius Firmicus cap. 14. IV. et Cenſor. de die nat. c. 14. Cael. Rhod. 36. *Dalecamp.*

q. LIV. *annum)* Ita codices omnes ad vnum. Etſi Pellicerius in notis MSS. magis ſibi probatum iri dicat, ſi legatur LVI. quoniam vt quintus decimus dies Lunae ex octauo conſtat, et ſeptimo: ſic annis ſeptem octies multiplicatis, quinquaginta ſex colliguntur. H.

r. Cenſus) Cenſus ea fuit ratio. Ciues omnes bona aeſtimabant, et iureiurando obſtricti aeſtimationem deferebant: praeterea nomen et aetatem vxoris, liberorum, libertorum, ſeruorum: ac quum Romae id fiebat, qua regione vrbis habitarent. Qui ſecus feciſſet, bona publicabantur: verberatus ipſe vaenibat, et ciuitatem amittebat. Inſtitutum hoc a Seruio Tullio. Sigonius de ant. iur. Ciu. Rom. cap. 14. lib. I. Onuph.

quem intra quadriennium *s.* Imperatores Caeſares Veſpaſiani, pater filiuſque Cenſores egerunt. Nec ſunt omnia [1] vaſaria *t.* excutienda: mediae tantum partis *u.*, inter Apenninum Padumque, ponemus exem-

1. *Varia. Ch.*

Onuph. Panuin. ſuper faſt. pag. 53. et 87. De cenſu vero in coloniis peracto, ſingulatim Iuſtus Lipſius de milit. Rom. I. dial. 7. p. 49. *Dal.*

s. Intra quadriennium) Quum Veſpaſianus pater quintum, Domitianus filius tertium gereret Conſulatum, anno Chriſti ex aere vulgari, LXXIV. Meminit huius luſtri Cenſorinus, c. 18. p. 131. *Quum inter primum,* inquit, *a Seruio rege conditum luſtrum, et id quod ab Imperatore Veſpaſiano V. et Caeſare III. CoSS. factum eſt, anni interfuerint paulo minus ſexcentis quinquaginta, luſtra tamen per ea tempora, non plura quam LXXV. ſunt facta, et poſtea plane fieri deſierunt.* H.

t. Omnia vaſaria) Omnes libri cenſuales. Nos Galli *archiua* nuncupamus. Vaſaria nunc loca illa eſſe quibuſdam placet, inquit Pellicerius in notis MSS. quibus diſtincte per ſingulas quaſque prouincias et regiones, eorum qui cenſi fuerunt, aſſeruarentur nomina: a vaſis fortaſſe, vrniſque, quibus ea continerentur. Alii per metaphoram quamdam a domeſticis vaſis ſumtam, non omnes cenſuum profeſſiones eruendas eſſe, ita ſignificari exiſtimant. Vaſarium alioqui Cicero in Piſonem, et in Rull. pecuniam eam appellaſſe videtur, adſtipulatore Budaeo, de aſſe L. III. f. 95. quae publice ex aerario Magiſtratibus dabatur, qui cum imperio in prouincias proficiſcebantur: vt mulos, equos, et vaſa, reliquamque magiſtratus ſupellectilem ea pecunia compararent. Nos vaſaria hoc loco nihil eſſe aliud arbitramur, vt diximus, quam libros cenſuales. Teſtis ab Honorio Imp. lata lex, cod. Theod. L. XIII. t. 11. l. 12. qua iubet, *e vaſariis publicis auferri loca ea quae praeſtationem ſuam implere non poſſint:* in iiſdem *ſcribi*, quae poſſint. Sic et Caſſiod. Var. L. VII. form. 45. *Decernimus, vt tot ſolidos — — — ita faciatis de vaſariis publicis diligenter abradi, vt huius rei duplarum veſtigium non debeat inueniri.* H.

u. Mediae tantum partis) Reliqua Italia praetermiſſa, quoniam longum foret omnia recen-

exempla. Centum viginti annos Parmae tres edidere *x.*, [1]Brixelli vnus cxxv. Parmae duo cxxx. Placentiae vnus cxxxi. Fauentiae vna [2]mulier cxxxv. *y.* Bononiae L. Terentius Marci filius, Arimini vero [3]M. Aponius *z.* c. et L. Tertulla, cxxxvii. [4]Circa Placentiam in collibus oppidum eſt [5]Veleiacium *a.*, in quo cx. annos ſex detulere, [6]quatuor centenos vicenos: vnus [7]cxl. M. Mutius M. filius, [8]Galeria *b.* Felix. Ac ne pluribus moremur in re confeſſa,

1. *Brixilli, etc. Ch. Bruxilli vnus.* cxxv. cxxx. *Placentiae vnus. M.* 2. cxxv. *Ch.* 3. *Maponia. Ch. Maponias. M.* 4. *citra. M.* 5. *ſic et M. Velleiacium Gr. et Al.* 6. *quatuor vero. Ch.* 7. c. *quinquaginta.* 8. *ſic et M. Galerius Gr. et Al.*

recenſere. Exempla plura vide apud Phlegontem, L. de Longaeuis. H.

x. Tres edidere) Tres, inquit, Parmae geniti, detulere apud Cenſorem, profeſſique ſunt annos CXX. Quae formula iu ſequentibus ſervatur. H.

y. Mulier cxxxv.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. quamquam editi CXXXII. H.

z. M. Aponius) Alii *Maponias*, male. Apud Gruterum, p. 302. M. APONIVS CELSVS. H.

a. Veleiacium) Phlegon Trall. in opere de Longaeuis, ex ipſis Cenſuum commentariis, multos refert ex oppido Velia, πόλεως Βελείας, qui diu aetatem produxerint. Forte idem cum Veleiacio Pliniano: forte diuerſum ab eo, idemque cum Velia, de qua L. III. ſ. 10. H.

b. Galeria) Hoc eſt, ex matre Galeria, cognomento Felix. Vide N. et Em. N. CXXXIX. (hic conſp.) *M. Mucius etc.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. vet. cod. Dalec. aliique, *Galeria:* quam vocem imperiti editores maſculino more ac ſono deformarunt: ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. Ita Cicero or. 2. in Verr. *Fortem amicum Q. Verrem Romilia* Quem in locum Aſcon. Pedian. p. 62. *Verrem*, inquit, *nomen eſt proprium. Romilia, nomen eſt tribus, ablatiui caſus, vt ſit, ex Romilia. Tribus enim vrbanae, ruſticaeque omnes XXXV. numerantur — — Sic alibi ait, L. Claudium Palatina.* Scilicet, or. IV. in Verr.

feſſa, in regione Italiae octaua centenum annorum cenſi ſunt homines LIV. centenum denum homines [1] XIV.

Verr. C. *Claudius*, C. F. *Palatina*, hoc eſt, ex Palatina tribu. Et in Antonium, *Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus*. Sexcenta ſunt huiuſmodi apud Tullium, quae cuique ſunt obuia. Et apud Grut. p. 525. L. AVFVSTIVS L. F. PALATINA. SERENVS. Ac ſimilia paſſim plurima. Ita nos olim hunc locum expoſuimus. At ex nominibus gentium Romanarum, praeſertim vero inſigniorum, qualis Galeria fuit, appellatas fuiſſe, aut ex ſingulis conflatas tribus integras, nunc plane nobis abſurdum videtur et incredibile. Tribus ex plebe fuiſſe Plinius docet, et quae earum nomina quondam fuerint, L. XVIII. ſ. 3.

In his vrbanas ignominioſiores fuiſſe, quam ruſticas, quae rura haberent. Igitur matrem Mucii Galeriam, hic verius deſignari credimus; quae nata ex maioribus affinitate iunctis cum gente Sullana, ex iiſdem traxerit Felicis cognomen, quod ſibi Sulla impoſuerat. Quoniam vero inuidioſa admodum ex cauſa illud cepiſſet, alii ex illa gente Galeria illud dimiſiſſe videntur; Commodus autem Imperator, qui Anniae Galeriae Fauſtinae filius fuit, laudabili occaſione illud recepiſſe, quod decori fuit deinceps poſteris. Itaque genus hoc Commodi Auguſti a Sulla Felice fuiſſe hic Plinii locus ſubindicat.

L. Cornelius Sulla FELIX:
|
Cornelia FELIX nubit Galerio
|
Galerius FELIX. Galeria FELIX nubit Annio ex cuius abnepote | Galeria FELIX nubit M. Mucio
Anna Galeria FELIX Fauſtina, nubit Antonino Pio | C. Mucius M. F. Galeria FELIX
|
Fauſtina Pia FELIX. nubit Marco
|
M. Commodus Antoninus Pius FELIX.

Deinceps a Commodo Pio Felice genus traxere, quotquot Auguſti Pii Felices et Piae Felices Auguſtae cognominantur,

[1] xiv. [2] centenum vicenum quinum homines duo, centenum tricenum homines quatuor, centenum tricenum quinum aut ſeptenum totidem, centenum quadragenum homines tres. Alia mortalitatis inconſtantia: Homerus *c.* eadem nocte natos Hectorem et Poly-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Cb.* LVII. *Gr. et Al.*
2. *centenum vicenum homines* IV. M.

tur, ſi fides eſt nummis antiquis; paucis admodum exceptis, quibus adſcripti ii duo tituli ſunt, at non ad poſteros tranſmittendum. Ea cognomina Auguſtae ſemper, quae eadem haberent a maioribus, in liberos tranſfuderunt: in maritos interdum, vt: Vlpia Aurelia Seuerina Pia Felix ex Vlpio Pio Felice patre in Aurelianum Imp. maritum ſuum. Nam et ipſa in ſingulari nummo aeris minimi e cimelio D. de Sorbeck: SEVERINA P. F. AVG. inſcribitur.)(. CONCORDIA AVG. Seuerina altior, quoniam eſſet e gente multo clariore, ſiquidem Pia Felix, et in ſiniſtra nummi parte, quae magis eſt honorifica: Aurelianus minor, ſed laureatus; iungunt dextras. Et Aurelianus in paucis admodum ex auro nummis a coniuge Vlpia Aurelia Seuerina Pia Felice, vt Aurelianus, ſic enim Pius Felix ſcribitur. In Felicis cognomine ludit ingenioſe nummus ſingularis ex aere maximo; apud P. de Grainuille, Societatis Ieſu Rotomagi: M. COMMODVS ANT. PIVS FELIX AVG. BRIT. Capite laureato)(. Commodus ſtans ad aram, rem ſacram Neptuno ſtanti pariter e regione facit. Inſcriptio: SEC. IMP. OMNIA FELICIA. Hoc eſt, *Saluo Exercitu Commodi* IM*Peratoris* OMNIA FELICIA, Felix Imperator, Felix Imperium, Felix Exercitus, Felix naualis Expeditio, reduce nimirum ex aliqua tranſmarina regione et ſoſpite exercitu. TR. POT. XV. IMP. VIII. Infra COS. VI. P. P. Pertinet hic nummus ad annum Chriſti CXC. H.

c. Homerus eadem nocte, etc.) Homer. Τοῖσι δὲ Πελυδάμας πεπνυμένος ἦρχ᾽ ἀγορεύειν Πανθοΐδης ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω· Ἕκτορι δ᾽ ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ᾽ ἐν νυκτὶ γένοντο. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν ὁ δ᾽ ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. *Dal.*

Homerus) Iliad. 6. v. 249. Τοῖσι δὲ Πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ᾽ ἀγορεύειν Πανδοΐδης· ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω· Ἕκτορι δ᾽ ἦεν ἑταῖ-

Polydamanta *d.* [1] tradit, tam diuerſae ſortis viros. C. Mario *e.*, Cn. Carbone III. CoSS. a. d. quintum Kalend. Iunias, M. Caecilius *f.* Rufus [2] et C. Licinius Caluus eadem die geniti ſunt, oratores quidem ambo, ſed tam diſpari euentu. Hoc etiam *g.* iiſdem horis naſcentibus in toto mundo quotidie euenit, [3] pariter domini ac ſerui gignuntur, reges et inopes.

LI. (L.) Publius Cornelius Rufus *h.*, qui Conſul cum [4] M'. Curio fuit, dormiens oculorum viſum amiſit, quum id ſibi accidere ſomniaret. E diuerſo

 [1] Phe-

1. *Trudit. Ch.* 2. *et Cornelius Licinius Caluus.* 3. *pariterque Gr. et Al.* 4. *ſic et vet. Marius Gr.*

ἑταῖρος. ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο· Ἀλλ' ἄρ' μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. H.

d. Polydamanta) Alius Polydamas fuit, corporis prodigioſi, viribus Miloni vel aequandus, vel etiam anteponendus, de quo Rhod. cap. 36. XXIX. *Dal.*

e. C. Mario) De his CoSS. dictum eſt ſuperiore ſect. H.

f. Caecilius) Ita libri omnes MSS. non *Caelius.* Is eſt M. Caecilius accuſator Calpurnii, a Plinio iterum memoratus, L. XXVII. ſ. 2. Praetor hic fuit, P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote CoSS. oppreſſus a P. Clodio, vt auctor eſt Tiro, Ciceronis libertus, L. IV. de vita eius, citante Aſconio Pediano. De Licinio Caluo egimus in Auctorum Indice. H.

g. Hoc etiam) In hoc argumento verſatur egregie Auguſtinus de ciu. Dei L. V. c. 4. 5. 6. et ſubſequentibus. H.

h. P. Cornelius Rufus qui conſul) In Epitome Liuii, volumine 14. *P. Cornelius Rufinus* nominatur hic, non *Rufus.* Valerius item Maximus libro ſecundo, capite de cenſoria nota: *Quid de Fabricii Licinii cenſura loquar? Narrauit enim omnis aetas et deinceps narrabit: ab eo Cornelium Rufinum duobus conſulatibus et dictatura ſpecioſiſſime functum, quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe.* Aſtipulantur Florus libro primo, Eutropius ſecundo, Gellius XVII. capite 21. *Pintian.*

Corn. Rufus) Qui Conſulatum geſſit cum M'. hoc eſt Manio Curio Dentato, A. V. CCCCLXIV. vt in Faſtis notatur. Vide N. et Em. N. CXL. (hic coll.) *Certe Ru.)* In omnibus libris *Rufus*

[1] Pheraeus Iaſon *i.* [2] tum deploratus a medicis vomicae morbo *k.*, quum mortem in acie quaereret, vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoſte. Q. Fabius *l.* Maximus Conſul apud flumen Iſaram praelio com-

1. *Phalereus tum etc. Gr. et Al.* 2. *iam tum. V.*

fus certe legitur: quamuis in Conſularibus Faſtis, Valerioque Maximo L. II. c. 9. n. 4. et Epitome Liuiana L. XIV. *Rufinus* ſcribatur. H.

i. E diuerſo Phalereus tum deploratus a medicis) Romana et omnis impreſſa lectio, *Phalereus iam tum deploratus, etc.* Duo noſtra exemplaria, *Phareus iam tum.* Scribo, *Phereus Iaſon*, ex Valerio Maximo libro primo, capite de miraculis: *Diuinae fortunae vulnus Phereo Iaſoni, quidam exitii eius cupidus intulit*, etc. Magna Hermolai memoriae haeſitatione, et aliorum qui poſt eum in Plinium aliquid annotauerunt, in reſtitutione loci, qui maxime omnium ad manus et in expedito erat. *Pint. Phalereus dum, etc.)* Phereus Iaſon, Cicero de Natura Deor. Prometheus Theſſalus. Plutarch. lib. Quid interſit inter amicum et adulatorem. Τύραννος Προμηθεύς. Simplicius in 2. Φυσικῆς ἀκροάσεως. Victorius cap. 9. VII. Idem et Proclus. Brodaeus cap. 21. I. *Dalec.*

Pheraeus Iaſon) Vide N. et Em. N. CXLI. (hic poſ.) *Pher. I.)* In libris editis, *Phalereus tum.* In MSS. R. 1. 2. Par. etc. *Phalereus iacum.* In Chiffl. *Phalereuſcacum.* Emendauimus *Pheraeus Iaſon*, vt Turnebus ante nos cenſuit, Aduerſ. L. XXIX. c. 18. p. 1055. Emendationem Tullii adſtipulatu corroboramus, qui eadem cum Plinio refert: *Nec prodeſſe voluit Pheraeo Iaſoni*, inquit ille de N. D. L. III. p. 145. *is qui gladio vomicam eius aperuit, quam ſanare medici non poterant.* Valerii quoque Max. L. II. c. 8. p. 72. *Diuinae fortunae vulnus Pheraeo Iaſoni quidam exitii eius cupidus intulit*, etc. Hunc Prometheum Theſſalum vocat Plutarch. L. de capienda ex inimicis vtilitate, p. 89. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν Θεσσαλὸν Προμηθέα κτεῖναι διανοηθεὶς, ἔπαισε τῷ ξίφει τὸ φῦμα, καὶ διεῖλεν οὕτως, ὥστε σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, etc. H.

k. Vomicae morbo) Ἀπόστημα ἔσωθεν Graeci vocant: Tumorem excreſcentem, latente interius ſanie. *Vne apoſtume.* H.

l. Q. Fabius Maximus) Aemi-

commiſſo aduerſus [1] Allobrogum Aruernorumque gentes, [2] a. d. VI. Idus Auguſtas, CXXX. M. *m.* perduellium caeſis, febri quartana liberatus eſt in acie. Incertum ac fragile [3] nimium eſt hoc munus naturae, quidquid datur nobis: malignum vero et breue etiam [4] in [5] his, quibus [6] largiſſime contigit, vniverſum vtique aeui tempus intuentibus. Quid, quod aeſtimatione nocturnae *n.* quietis, DIMIDIO QVISQVE SPA-

P 3

1. *Allobrogum regem. V.* 2. *ad* VI. *Gr.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. V. nimirum Gr. et Al.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. in iis quibus largiſſime contingat Gr. et Al.* 5. *iis. Gr.* 6. *longiſſime. V.*

Aemilianus is fuit, aduerſus quem ad confluentem Iſarae et Rhodani, deinde qua Sulgas Rhodano miſcetur, adverſus Domitium Aenobarbum, Bittus Zuarii filius Auernus, ſummus et fortiſſimus Imperator, CC. M. hominum generoſe, quamuis infeliciter conflixit. Strabo lib. IV. *Dal.*

Q. Fabius) Q. Fabius Maximus, ex Faſtis A. V. C. DCXXIII. Conſul, L. Opimio Collega. Liuii epitome LXI. *Q. Fabius Maximus Conſul, Pauli nepos, aduerſus Allobrogos, et Bituitum Aruernorum Regem feliciter pugnauit.* Hinc Allobrogici ei cognomen. Vide Flor. L. III. c. 2. p. 103. H.

m. CXXX. M.) Liuius l. c. *Ex Bituiti exercitu caeſa millia hominum centum viginti.* Ex quo fortaſſe Plinii numerus corrigendus eſt; Strabo tamen L. IV. etiam numerum auget: nam caeſa ducenta Gallorum millia aſſeverat. H.

n. Quid quod aeſtimatione nocturnae, etc.) Id nimirum eſt quod ſcripſit Plato VII. de Leg. καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Et Ariſtot. I. Ethicorum, οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου, τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἄλλων. Scopelianus tamen apud Philoſtratum lucubratam noctem inter Deos, πλεῖστον σοφίας μέρος ἔχειν dicebat. Rhodig. cap. 11. XX. Mneſimachus comicus ſcite dixit, *Somnum eſſe parua mortis myſteria.* Idem auctor. c. 6. XXX. ex Plutarch. conſolat. ad Apollon. Inſigne eſt et Ariſtonis dictum, *Viuendi breue tempus homini datum, quoniam ſomnus veluti publicanus dimidium aufert.* Gorgiam ſenio feſſum et dormientem quum familiaris quidam excitaſſet et ecquid

SPATIO VITAE [1] SVAE VIVIT? PARS AEQVA MORTI SIMILIS EXIGITVR, AVT POENAE, NISI [2] CONTIGIT QVIES. Nec reputantur infantiae anni, qui ſenſu carent: [3] non ſenectae, in poenam viuacis. *o.* Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curae, toties inuocata [4] morte, vt nullum frequentius ſit votum. Natura vero nihil hominibus breuitate vitae praeſtitit melius. Hebeſcunt ſenſus *p.*, membra [5] torpent, praemoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta: et tamen vitae hoc tempus [6] annumeratur. [7] Ergo pro miraculo et id ſolitarium reperitur exemplum, Xenophilum Muſicum *q.* [8] centum et quinque annis vixiſſe ſine vllo

1. *Suae tantum viuit. V.* 2. *ſic et M. et Ch. contingit. Gr.* 3. *nec. M.* 4. *mors. M.* 5. *torquentur. M.* 6. *adnumerant. Ch.* 7. *Eſt ergo pro. M.* 8. *ducentum. Ch. ducentis. M. praue.*

ecquid valeret ſciſcitaretur, reſpondit is, ἤδη μὲ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ. Praeclarum et illud Ouid. *Stulte quid eſt ſomnus, gelidae niſi mortis imago.* De ſomno aenigma lepidiſſimum apud Athenaeum legitur ex Alexi comico, quod recitat Hadr. Iun. cap. 26. VI. Eius vltimus verſus eſt, ὕπνος βροτείων ὦ κόρη παυστὴρ πόνων. Hygino e nocte et Erebo letum et ſomnus nati ſunt: vnde Virg. *Tum conſanguineus leti ſopor.* Infra lib. XXXVI. cap. 1. *Dal.*

o. Non ſenectae in poenam viuacis) Apud Ciceronem in Catone Maiore, ſenibus quibuſdam ita odioſa eſt ſenectus, vt ſe onus Aetna grauius dicant ſuſtinere: quod et ſenum chorus apud Euripidem in Hercul. furente queritur, ἀνεότας μοὶ φίλον· τὸ δὲ γῆρας ἄχθος ἀεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κεῖται. Callimachus Priamum ſaepius quam Troilum ploraſſe ſcripſit, nempe quod diutius vixerit. *Dalec.*

p. Hebeſcunt ſenſus) De ſenibus praeclare Plaut. in Merc. *Senex cum extemplo eſt, iam nec ſentit, nec ſapit: Aiunt ſolere eum rurſum repueraſcere.* Dalec.

q. Xenophilum Muſicum) Valerius c. 14. lib. VIII. Xeno-

vllo corporis incommodo. At [1] hercules reliquis omnibus per ſingulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus *r.*, certis peſtifer calor remeat horis, aut rigor: neque horis modo, ſed et diebus noctibusque trinis quadrinisue, etiam anno toto. Atque etiam morbus eſt aliquis, per ſapientiam mori. *s.*

P 4 [1] Mor-

1. *Hercule Gr.*

Xenophilus is fuit Chalcidenſis et Pythagoricus. *Dal.*

Xenophilum Muſicum) Val. Max. L. VIII. c. 13. p. 405. non muſicum Xenophilum facit: ſed a muſico didiciſſe ſe, quae de Xenophilo recitat, profitetur. Verba illius ſunt: *Biennio minor Xenophilus Chalcidenſis Pythagoricus, ſed felicitate non inferior. Siquidem vt ait Ariſtoxenus Muſicus, omnis humani incommodi expers, in ſummo perfectiſſimae doctrinae ſplendore exſtinctus eſt.* H.

r. Qualiter nullis aliis animalibus, etc.) Leones tamen et caprae febre vexantur. *Dal.*

Qualiter nullis) In equis tamen raros ſtatosque febrium circuitus deprehendiſſe ſe nunc affirmant veterinarii medici. H.

s. Per ſapientiam mori) Deſipientem φρενιτίζοντα male hoc Plinius. *Dal.*

Per ſapientiam) Etiam dum ſapit, et ſana mens eſt, aduentantem imminentemque ſentire mortem, e variis morborum generibus vnum aliquod genus eſt: cuius expertes ſunt ii, qui furore ac delirio obeunt. Igitur morborum genera duo facit: Furoris vnum, quum phreneſi, delirioque vexantur aegroti: Sapientiae alterum, quum animus nullo eiuſmodi vitio laeditur. Sic enim mox ille initio ſectionis ſequentis: *Iam ſigna letalia: in furoris morbo riſum: ſapientiae vero aegritudine, fimbriarum curam,* etc. Adiuvant interpretationem hanc noſtram ea, quae ſequuntur: *Morbis enim quoque quaſdam leges natura poſuit.* Hoc eſt, neque morbi omnes aſſidua animum conflictatione obruunt, aut labefactant. Itaque *per ſapientiam* dictum eſt, vt L. IX. ſ. 21. *per fici maturitatem:* hoc eſt, quo tempore ficus eſt matura. Alia exempla plurima Index ſuppeditabit. Vide N. et Em. N. CXLII. (hic conſp.)

Atque etc.) Fuit ſuperiore ſaeculo inter egregia aliquot eruditorum ingenia, praeſertim in Baetica, et Medicorum, inprimis, magno ar-

dore

[1]Morbis enim quoque quaſdam leges natura [2]poſuit. Qua-

1. *Mortis quoque enim. Tol.* 2. *impoſuit. M.*

dore incenſa contentio, quum de loci huius intellectu inter ſe diſceptarent. Horum ego indicem in praefatione huius voluminis propoſui: ſcripta nec vidi: nec vidiſſe credo operae pretium futurum. Mercurialis L. Varr. c. 20. de phreneſi expoſuit: quem ſequutus Dalecampius cenſuiſſe videtur legendum in Plinio, *deſipientem mori*, hoc eſt, delirum, φρενιτίζοντα: Pliniumque male dixiſſe videri pronunciat. Pintianus, et Rhenanus, in hoc nodo ſolvendo, ne γρῦ quidem. Alii ad morum arborem retulerunt, quam Plin. L. XVI. ſ. 41. ſapientiſſimam arborum vocat. Alciatus parergôn iuris L. II. c. 16. fol. 109. T. VI. operum, ita legit: *Atque etiam morbus eſt aliquantiſper ſapientiam mori.* Conqueritur Plinius, inquit, homines tot morbis affectos eſſe, non corporis ſolum, ſed etiam animi: morique ſapientiam ad tempus, vt in his qui certis interuallis ἀπὸ νȣ̃, hoc eſt, a mente cadunt. Eo fere recidit Laurentii Ramirez coniectura, aientis Pliniana verba perperam traiecta ſic reſtitui oportere: *Atque morbus eſt aliquis ſapientiam praemori.* Iohannes de Pineda, cum Schotto: *Atque morbus eſt aliquis per ſapientiam moroſis*: vnde *mori* a ſcribis imperitis per compendium factum. Μώρωσις porro fatuitas eſt. Multo vendibilius, quod ait Laelius Biſciola horr. ſubſeciu. L. XVIII. c. 12. p. 1378. hunc loci iſtius eſſe intellectum: Atque etiam hoc ipſum, quod per ſapientiam atque induſtriam naturae moriamur, genus quoddam morbi eſt: quam ſapientiam certis illis atque ordinatis febrium periodis, quae deinde explicantur, natura demonſtrat. Lud. de la Cerda, in L. Georg. IV. p. 520. ſententiam ait hanc eſſe, quod in ſenibus a ſapientia mors incipiat. Nihil affert in eam rem noui Salmaſius, L. I. ep. 36. et 40. ad Ioh. Beuerouicium: ſed vbi multa dixit, ad ſtabiliendam, quacumque ratione poteſt, Dalecampii et Mercurialis coniecturam, qui φρενῖτιν hunc ſapientiae morbum intelligi putauerunt, negat demum in eo loco verſando agitandoque ſe ſibi feciſſe ſatis. Audiui demum, qui ſic interpretaretur: adeo eſſe omnia in homine morbis obnoxia, vt ſapientiae ipſius morbus quidam ſit, ſapientiae

Quadrini circuitus febrem *t.*, numquam bruma *u.*, numquam hibernis menſibus incipere: quoſdam *x.* poſt ſexageſimum vitae ſpatium non [1] accidere: alios pubertate *y.* deponi, [2] a feminis praecipue. Se-

nes

1. *Accedere. Ch.* 2. *a feminis. Praecipue ſenes. V.*

tiae famam ſectando, vitaeque contemtu, mortem ſibi conſciſcere. Interpretatione nos vſi ſumus, et minus aſtuta, nec repetita tam longe, et vti remur, ad ſcriptoris mentem accommodatiore. H.

t. Quadrini circuitus febrem) Quartanam Octauius Horatianus medicus vetuſtate commendabilis, Saturni filiam eſſe tradit, ob tarditatem et malignam contumaciam. In eius curatione Democritus flagitium aliquot inſigne committere putauit neceſſarium, vt hominem iugulare aut ſauciare, ſanguinem bibere, menſtruum adlinire, ſacras aues, et animalia religione prohibita comeſſe. Hadrian. Iun. cap. 1. lib. III. *Dal.*

u. Numquam bruma) Hippocratem ſequitur, cuius ſententiam quoque Galenus amplectitur, Com. III. in Aph. 22. T. IX. p. 117. H.

x. Quoſdam) Subintellige morbos. Etiam poſt viceſimum vitae annum, admodum raro comitiali morbo quemquam corripi, ſcribit Hipp. L. de morbo ſacro, t. 13. H.

y. Alios pubertate) Vt comitiales. Hoc adhuc expreſſius idem L. XXVIII. ſ. 20. *Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur, primoque feminarum menſe: aut ſi non id contingat, longinqua fiunt, atque maxime comitiales.* Galenus adſtipulatur T. IX. in aph. Hipp. 7. p. 198. τὰ μὲν πρὸ τῆς ἥβης συνιςάμενα ἐπιληπτικὰ παθήματα, κατὰ τὸν ἐκείνης λύεται καιρόν· Τὰ δὲ ἐξωτέρω τῆς ἥβης, συναποθνήσκει. Καιρὸς δ' ἥβης ἐςὶν, ὁ μετὰ τεσσαρεσκαίδεκα μέχρι πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. *Comitiales morbi, qui ante pubertatem oriuntur, pubertatis tempore ſoluuntur: qui vero vltra pubertatem, commoriuntur. Tempus autem pubertatis eſt, a* XIV. *anno ad vſque* XXV. Alii a ſecundo vitae ſeptenario ad tertium, hoc eſt, a quarto decimo ad viceſimum primum, pubertatis pertinere tempus aiunt. Hippocrates ipſe, ſ. 5. aph. 7. τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίγνεται, μετάςασιν ἴσχει, ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίγνεται, τὰ τέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

nes minime *z.* ſentire peſtilentiam. Namque et vniuerſis gentibus *a.* ingruunt morbi, et generatim modo ſeruitiis, modo procerum *b.* ordini, alioſque per gradus. Qua in re obſeruatum, [1] a meridianis partibus, [2] ad occaſum *c.* Solis peſtilentiam ſemper ire: [3] nec vmquam fere aliter: [4] non hieme *d.*, nec vt ternos excedat menſes.

LII. (LI.) Iam ſigna letalia: in furoris morbo *e.* riſum:

1. In Mer. 2. et occaſu. Tol. 3. nec vnquam aliter fere, non hieme. Ch. 4. niſi hieme ſedari, et vt ternos non excedat. V. Niſi hieme, nec. Gr. et Al.

θνήσκει. Quae ſunt omnino paria cum Galeni verbis. H.

z. *Senes minime*) Peſtilentiae genus eſt in primis duplex: alterum ex aere peſtilenti, ſeu putridis exhalationibus infecto: alterum ex diuturno aeris habitu calido humidoque ortum. Poſteriorem peſtilentiam minime ſentiunt ſenes, quoniam natura eis ineſt ſicca et frigida: contraria autem contrariis aduerſantur. Priore etiam conflictari minus, quam iuvenes ſolent, ſi veſcendi modum optimum ſibi ipſi praeſtituant. Ita fere Georg. Agricola, de peſte L. II. p. 54. et 56. H.

a. *Vniuerſis gentibus*) Ἐνδημικοί. *Dal.*

Vniuerſis gentibus) Hoc morborum genus ἔνδημον et ἐπιχώριον Graeci vocant: Latinis indigenum et patrium dicere licebit: cuiuſmodi elephantiaſis eſt; Aegyptiis quodammodo propria: podagra, Atticis: ſemitertiana, Romanis; etc. H.

b. *Modo procerum*) Refert Kircherus, L. de peſto, ſ. 2. c. 3. p. 139. ex ſcriptoribus rerum Francicarum, peſtem aliquando in ſolos nobiles ſaeuiiſſe, expertibus tanti mali mediocris ac infimae ſortis hominibus: Numine ſcilicet nobilium in pauperes acerbitatem ac ſaeuitiam vlciſcente. H.

c. *Ad occaſum*) Niſi venti contra perflauerint, vt quum ab Illyriis in Atticam morbum perduxerunt, quemadmodum ſuperius diximus, ſ. 37. H.

d. *Non hieme*) Ita MSS. omnes: editi *niſi hieme*: cui lectioni experientia ipſamet refragatur: aeſtiuo plerumque tempore peſte graſſari incipiente: quamquam et hieme ſaeuit. H.

e. *Furoris morbo*) Maniae. *Dal.*

In fu-

riſum *f.*: ſapientiae vero aegritudine *g.*, [1] fimbriarum *h.* curam et ſtragulae veſtis plicaturas: a ſomno *i.* mouentium neglectum *k.*, [2] praefandi humoris *l.* e corpore

1. *Fimbriarum oram et ſtrag. veſt. plicaturas in omnes mouere neglectum praefandi. V.* 2. *profundi humoris effluuium.*

In furoris) In delirio. De furoris, ſapientiaeque morbo diximus ſuperiore ſect. Docet hoc ipſum Hippocrates in Progn., t. 21. p. 604. T. VIII. H.

f. Riſum) Hippocrates Aphoriſ. 63. VI. deſipientiam quae cum riſu fit, tutiorem eſſe vult, quae cum ſtudio periculoſiorem. At hic riſum intelligo, non quidem hilaritatis indicium, ſed Sardonium riſum, nempe conuulſionem faciei, riſui ſimilem. *Dal.*

g. *Sapientiae vero aegritudine)* Sapientiae morbum vocat, non in quo aegri ſapivnt, et mente conſtant, ſed in quo laeditur et offenditur eorum ſapientia: in quo deſipiunt, Φρενῖτιν, Celſus cap. 6. lib. II. Hippoc. lib. Progn. *Dal.*

h. Fimbriarum) Celſus, L. II. c. 6. *Illa quoque mortis indicia ſunt, ſi manibus quis in febre et acuto morbo — in veſte floccos legit, fimbriaſque diducit.* H.

i. A ſomno mouentium) Scribe, *a ſomno morientium.* Sic vtrumque praefert exemplar. Eſt autem periphraſis lethargi. *Pintian.*

A ſomno) Quum aeger eos negligit qui ipſum a ſomno excitant: quum effluit humor e corpore, qui non niſi cum honoris praefatione nominandus. De ea re Galenus in com. 2. ad L. I. Hipp. de Praed. t. 63. περὶ κάρας de ſopore, p. 743. t. VIII. H.

k. Neglectum) Vide infra c. 39. lib. IX. *Dalec.*

l. Praefandi humoris) Vrinae. *Dal.* *Praefandi humoris)* Sic Plinius more ſuo verecunde genitale ſemen circumloquitur; ac ſi dicat, cum praefatione honoris aurium nominandi. *Gelen.*

Praefandi) Hoc eſt cum honoris praefatione nominandi, ſicuti in rebus turpibus fieri conſueuit. Nam vrina et excrementa alui huiuſcemodi humore indicantur. Ea enim quum proſtratis admodum aegroti viribus nequeant retineri, ſed effluunt delabunturque, inſcio interdum illo, nec ſentiente, euidens ſane mortis indicium, nullique nunc etiam incom-

pore effluuium: in oculorum *m.* quidem et narium adſpectu indubitata maxime, atque etiam ſupino *n.* [1]aſſidue cubitu: venarum *o.* inaequabili aut formicante percuſſu: quaeque alia Hippocrati *p.* principi Medicinae obſeruata ſunt. Et quum [2]innumerabilia ſint mortis ſigna *q.*, ſalutis ſecuritatiſque nulla ſunt:

1. *Aſſiduo. V. ac venarum inaequalium, et alia quoque. M.*
2. *inenumerabilia. Ch.*

incompertum. Barbarus fruſtra, *praegrandis* vel *profundi*, vice *praeſandi* ſubſtituere nititur. H.

m. In oculorum) Inter praua ſigna, τὴν ὀξεῖαν ῥῖνα, *naſum acutum*, ὀφθαλμοὺς κοίλες, *oculos concauos*, aliaſque narium et oculorum affectiones commemorant Hippocr. et Gal. in Progn. T. VIII. p. 590. ſqq. Seruius Grammaticus in illud Poetae, Aen. IV. v. 244. *Dat ſomnos, adimitque, et lumina morte reſignat. Phyſici dicunt pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non viſis eſt ſumma deſperatio.* Ea de re nos iterum alias. H.

n. Supino) Ita pariter Celſus loco proxime citato: Galenus item et Hippocrates p. 601. operis modo appellati. H.

o. Venarum inaequabili aut formicante percuſſu) Hippocratis more ſic arterias appellat, quod et annotauit Rhodigin. cap. 14. lib. III. Priſcis enim duplices venae fuerunt, ἄσφυκτοι, priores, quae citra motum ſanguinem diſpergunt: aliae micantes et pulſatiles, σφύζεσαι, quas arterias vocauit poſteritas, ὅτι ἀείροντα, quoniam dilatantes ſeſe attolluntur. *Dalecamp.*

Venarum) Venas pro arteriis dixit, Hippocratis more. Formicantem vero pulſum, inquit Cael. Rhodigin. Antiqq. lect. L. III. c. 15. p. 109. Galenus, L. de tactu pulſus, c. 3. intelligit minutum, denſum, ac ſumme debilem, qui velocitatis opinionem exhibeat, quum ſit tamen minime velox; pulſui nuper editi infantis plane ſimilis. Galeno in Iſagoge pulſuum μυρμηκίζων σφυγμός. Vide Gorraeum hoc ipſo verbo μυρμηκίζων σφυγμός. H.

p. Hippocrati) Adde et comm. Galeni ad L. IV. aph. 49. p. 166. T. IX. H.

q. Innumerabilia ſunt mortis ſigna) Celſus cap. 6. lib. II. *Dalec.*

ſunt: Quippe quum Cenſorius Cato ad filium *r.* de [1]validis *s.* quoque obſeruationem, vt ex oraculo aliquo, prodiderit: ſenilem iuuentam *t.* praematurae mortis eſſe ſignum. Morborum *u.* vero tam infinita eſt multitudo, vt Pherecydes *x.* [1]Syrius

1. *Valetudinis quoque obſeruatione. M.*

r. Ad filium) Iniuria temporum opus iſtud intercidit. H.

s. De validis) In valentibus quoque, inquit, ſigna, quae mortem portendant, inveniuntur, Catone teſte, qui veriſſime de his obſeruationem prodidit, etc. Quare nec valetudini quoque tuto creditur. H.

t. Senilem iuuentam) Apud Senecam, controu. L. II. 1. Ceſtius de Alfio Flavio ſic pronunciat, Tam mature magnum ingenium non eſſe vitale. Hinc illud eſt quod Apuleius refert ex vate neſcio quo: *Odi puerulos praecoci ſapientia.* H.

u. Morborum) Oculo certe, omnium membrorum minimo, morbos centum ac duodecim adſcribit auctor libri, qui Introductio ſiue Medicus appellatur, inter Galeni opera, Tom. II. c. 16. Alii aliorum morborum affectus ex eodem repeti commode poſſunt. H.

x. Vt Pherecydes Syrius copia ſerpentium, etc.) Ὑπὸ τῶ τῶν φθειρῶν πλήθȣς τελευτῆσαι. Suidas ſcribit, quos *animalia tetra* vocauit Serenus Laërtius verſibus de illo editis, ad hunc modum ſcripſit: εἰς φθεῖρας ἐςὶν ἀλλάξαι τὸ πρὶν εἶδος. Idem ſua ad Thaletum epiſtola totum ſe pediculis opertum queritur: quae quum ita ſint, mirum cur hic Plinius ſerpentum copia tradat exſpiraſſe, quaſi τῶν ἑρπετῶν nomine pediculi ſignificari poſſint. Haec quum attentius conſiderarem, occurrit apud Aelianum ſub finem lib. IV. Var. Pherecydis hiſtoria, ex Laërtio vt videtur ſumpta: Deinde mox c. 2. lib. V. alia narratio petita ex alio quodam auctore qua refert: ἐμπεσόντα εἰς ἀῤῥωςίαν πρῶτον μὲν ἱδρῶσαι ἱδρῶτα θερμὸν, ἰξώδη ὅμοιον μύξῃ, ὕςερον δὲ θηριώδη μετὰ δὲ φθειριάσαι, καὶ διαλυομένων τῶν σαρκῶν ἐς φθεῖρας τῆξιν ἐπιγενέσθαι, καὶ ὅτως τὸν βίον καταλλάξαι. Haec quum fortaſſis Plinius legiſſet, ſuſpicor eum vocem θηριώδη ad ſerpentes retuliſſe, quum potius eo loco ſignificet ſudorem noxiorum animalium foecundum, genito-

[1] Syrius *y.* [2] ſerpentium *z.* multitudine ex corpore eius erumpere exſpirauerit. Quibuſdam perpetua febris

1. Syrus. V. *2. ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Syrius copia ſerpentium ex c. Gr. et vulgg.*

nitorem ac effectorem, quae ſtatim pediculos fuiſſe declarat, quamuis Geſnerus foetidum et viroſum interpretatus ſit. Aurelianus cap. de phthiriaſi, pediculos, in eo morbo, infeſtiſſimos, non conſuetos, aut ſimplicis formae, ſed ignotos, latiores, duros magis, vehementer morſu ſaeuientes, qui ſaepe corpora ſub capillo penetrant. Ferales vocari tradit, eos fortaſſis, quos hic Plinius ſerpentes vocat. Nec iis aſſentior qui ſerpentes hinc ſignificari putant medicorum dracunculos, morbum Arabibus, Aethiopibus, et corporibus in eo tractu melancholicis familiarem. Pediculos et vermes olim vocauerunt. Theoph. lib. I, de ſignis pluuiarum, inter earum praeſagia numerat, ἰȣ́λȣς, id eſt, τȣ̀ς ὀνίσκȣς πρὸς τοῖχον ἕρποντας· quum tamen ii non ſerpant anguium modo, ſed inſtar pediculorum multis pedibus ambulent. *Dal.*

y. Syrius) Syrius non a Syria prouincia, ſed a Syro inſula vna ex Cycladibus. Illum quum inuiſeret Pythagoras, ac, πῶς διέκειτο rogaret, digito per ianuam immiſſo, ἐν χροὶ δῆλα, reſpondit. Hunc etiam fato defunctum humi religioſe vt magiſtrum mandauit. Narrarunt Delii peſtiferum eum morbum ab Apolline immiſſum, quod in eius templo ſedens in frequenti corona circumſtantium arroganter et ſuperbe gloriatus fuiſſet, nulli Deo ſe vmquam ſacrificaſſe, nec ideo minus ſanum degere, quam qui Ecatombas immolant: offenſum ergo Deum illam hominis κȣφολογίαν tam diro morbo vindicaſſe. Quidam ſcribunt *Scyrium* a Scyro, Suidas tamen σύρον et σύριον ſcripſit. Rhod. ex Aeliano cap. 13. XIV. et cap. 30. XIX. *Dal.*

Syrius) Ὁ Σύριος, ex inſula Syro, de qua L. VI. c. 12. H.

z. Serpentium) Phthiriaſin hac verborum circumſcriptione ſignificat, hoc eſt, pedicularem morbum, quo et Syllam interiiſſe, et Pherecydem, auctores ſunt Pauſanias, Attic. L. I. p. 36. Aelianus Varr. hiſt. L. IV. c. 28. τοῦ παντὸς αὐτῷ σώματος ὑπὸ τῶν φθειρῶν ἀναλωθέντος. Philoſtr. in vita Apollonii, Plutarch. in Sylla, aliique. Pediculos, qui ex cunctis

febris eſt, [1] ſicut C. Maecenati. Eidem triennio ſupremo, nullo horae *a.* momento contigit ſomnus. Antipater Sidonius Poëta *b.* omnibus annis, vno die tantum natali, corripiebatur [2] febre, [3] et eo conſumptus eſt ſatis longa ſenecta.

LIII. (LII.) Auiola *c.* Conſularis in rogo revixit:

1. *Sic em. Hard. ex MSS. conſ. Ch. vt C. Moecenati Gr. et vulgg.* 2. *ſic et M. et Ch. febris Gr. et Al.* 3. *et ea. V.*

cunctis interdum corporis noſtri partibus ſcatent, a rependo ſerpendoque, ſerpentes, vetuſti ſcriptores nuncupauerunt. Apuleius de ipſo Pherecyde, Florid. L. II. p. 17. *Quin etiam Pherecydes Syro ex inſula oriundus — — quem Pythagoras magiſtrum coluit, et infandi morbi putredine in ſerpentium ſcabiem ſolutum religioſe humauit.* Sic Diodorus Siculus, L. III. p. 163. Acridophagorum morbum deſcribens, nunc Φθεῖρας appellat, nunc ἑρπητά. H.

a. Nullo horae) De Maecenate Seneca, L. de prouid. c. 3. *Feliciorem tu ergo Maecenatem putas, cui amoribus anxio, et moroſae vxoris quotidiana repudia deflenti, ſomnus per ſymphoniarum cantum, ex longinquo lene reſonantium, quaeritur?* Affert exempla nonnulla eorum, qui menſes XIV. qui decennio toto ſomnum non viderint, Ioh. Schenkius, Obſſ. Med. L. I. p. 73. H.

b. Antipater Sidonius Poëta) Valer. cap. vlt. lib. I. *Dal.*

Sidonius Poeta) E Sidone Phoeniciae ciuitate. Laudat hunc impenſe Cicero de orat. L. III. Catonis Vticenſis magiſter fuit. Eadem de illo refert Val. Max. L. I. c. 8. p. 75. *At Poeta Antipater Sidonius, omnibus annis, vno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Quumque ad vltimam aetatem perueniſſet, natali ſuo, certo illo circuitu morbi conſumtus eſt.* Et Platonem obiiſſe ipſo ſuo natali ſcribit Seneca, ep. 58. p. 283. Similes febrium typos, quae ſingulis annis in diem natalem inciderent, refert et Schenkius, Obſſ. Med. L. VI. p. 825. Alios item febrium, quae ſingulis hebdomadibus menſibuſque recurrerent H.

c. Auiola Conſularis in rogo reuixit) Val. Max. cap. 8. lib. I. Vide et Celſum cap. 6. lib. II. *Dalec.*

Auiola) Acilius Auiola, qui Andegauos in Galliis legatus

vixit *d.*: et quoniam ſubueniri non potuerat praeualente flamma, viuus crematus eſt. Similis cauſa in L. Lamia *dd.* Praetorio viro traditur. Nam C. Aelium Tuberonem *e.* Praetura functum a rogo relatus

gatus a Tiberio coercuit, vt Tacitus memoriae prodidit Annal. L. III. p. 83. Vide N. et Em. N. CXLIII. (hic poſ.) *Auiola etc.)* Onuphrius in Faſtis hunc eſſe putat Auiolam, qui Claudii principatu Conſul fuit, A. V. 806. cui caue hac in parte credas: quum Valerius Max. in hoc narrando prodigio, Plinio ſuffragetur L. I. c. 8. n. 12. p. 71. *Admirationis aliquid,* inquit, *ciuitati noſtrae Acilii etiam Auiolae rogus attulit, qui et a medicis, et a domeſticis mortuus creditus, quum aliquamdiu humi iacuiſſet, elatus, poſtquam ignis corpus eius corripuit, viuere ſe proclamauit, auxiliumque paedagogi ſui, (nam is ſolus ibi remanſerat,) inuocauit. Sed iam flammis circumdatus, fato ſubtrahi non potuit.* Suffectum fuiſſe Conſulem, et extraordinarium neceſſe eſt, neque enim ſignatur nomen eius in Faſtis. H.

d. Reuixit) Pro mortuo habitus, vita non plane extincta. Exempla plura huiuſcemodi hominum, qui mortui exiſtimabantur, Schenkius refert, L. I. p. 94. Obſeruatu dignum eſt, quod ait Foreſtus, Obſſ. medd. L. XVII. obſ. 9. *In vndis,* inquit, *ſubmerſi poſt octo et XL. horas recreati reuixere: Feminae aliquando in vuluae cruciatu elatae in ſepulcris ad vitam rediere. — — Septuaginta propterea et duas horas antequam humentur, decreuere, etc.* H.

dd. In L. Lamia) Val. Max. L. I. c. 8. n. 12. p. 71. *L. quoque Lamiae Praetorio viro aeque vocem fuiſſe ſuper rogum conſtitit.* Is eſt L. Aelius Lamina, (ſic enim ſcribendum, non Heluius: fuit Aeliae gentis familia Lamiarum:) de quo Cicero de orat. L. II. p. 418. Ciceronis ipſius cauſa abire iuſſus eſt in exſilium. Praeturam exercuiſſe dicitur in Faſtis Capitolinis, L. Munatio Planco, M. Aemilio Lepido CoSS. A. V. DCCXI. H.

e. Nam C. Aelium Tuberonem) Cicero de claris oratoribus. *Q. Aelium Tuberonem* celebrat, L. Pauli nepotem, diſciplina Stoicum, Gracchorum aliorumque clariſſimorum oratorum tempore. *Pint.*

Tuberonem) Vide N. et Em. N. CXLIV. (hic adi.) *C. Ael. Tub.)* Ex Aelia gente Tuberones fuiſſe quum ſit certiſſi-

relatum, Meſſala Rufus, et plerique tradunt. Haec eſt conditio mortalium: ad has, et eiuſmodi occaſiones fortunae gignimur, vti de homine [1] ne morti quidem debeat credi. Reperimus inter exempla, [2] Hermotimi Clazomenii *f.* animam relicto corpore errare ſolitam, vagamque *ff.* e longinquo multa annun-

1. *Ne forte mori quidem. V.*

2. *Hermolini. V.*

certiſſimum, caue Patinum audias, qui in Familiis Romanis Heliam gentem ſtatuit cognomine Tuberonis, ex nummo, cui hae literae ſunt inſcriptae L. H. TVB. Legere enim eum oportuit, non *L. Heluius Tubero*, ſed *L. Hoſtilius Tubulus*, de quo Cicero ad Attic. L. XII. ep. 5. p. 359. et Aſconius in orat. pro Scauro. H.

f. Hermotimi Clazomenii, etc.) Sic eum Ariſtoteles primo Metaphyſicorum appellat: item Lucianus in laudatione muſcae, et communis Graeciae nominatio. Verum Plutarchus maximae auctoritatis ſcriptor, *Hermodorum,* non *Hermotimum* nuncupat in libro de daemonio Socratis verbis: *De Hermodori autem Clazomenii anima, accepiſti quo pacto e corpore egreſſa, vagabatur per loca complura, deinde regrediebatur, quum et audiſſet et interfuiſſet multis quae longe inde accidebant, quoad vxoris proditione, inimici corpus illius, dum anima abeſſet, in ſuam poteſtatem redactum, domi exuſſerunt.* Pint.

Hermotimi) Tertull. de anima, c. 2. 28. et 44. Hermotimum vocat: Apollonius item in hiſt. Comment. c. 3. p. 7. aliique: Plutarchus, omnium vnus, Hermodorum appellat, L. de genio Socratis: aitque eum alte dormiviſſe: geniumque eius interim longius euagatum, ad dormientem denique rediiſſe, eique res ab ſe viſas atque auditas prodidiſſe. Μῦθον eſſe ſeu fabulam Lucianus agnoſcit in Muſcae encomio. H.

ff. Vagamque e longinquo multa annuntiare) Plato in Phaedone pollutas et impuras animas, quum e corpore diſceſſerint, circa monumenta et ſepulcra vagari tradit. Quidam eius auctoritate freti putant, eorum qui mortem ſibi conſciuerunt, poſt fatum animas cadaueri magis vinciri et adhaereſcere, illincque nata lemurum et Vmbrarum terriculamenta. Virg. IV. Aeneid. *Et quum frigida mors anima ſeduxerit artus,*

annuntiare, quae niſi a [1] praeſente noſci non poſſent, corpore interim ſemianimi: donec cremato eo inimici (qui Cantharidae vocabantur) remeanti animae velut vaginam ademerint. [2] Ariſteae etiam viſam *g.* euolantem ex ore in Proconneſo, corui effigie, [3] magna quae ſequitur *h.* fabuloſitate. Quam equidem et in Gnoſſio Epimenide *i.* ſimili modo acci-

1. Sic et Ch. praeſenti Gr. et Al. 2. *Ariſtaei Gr. et Al.* 3. *quae magna quaeritur. Parm. quae magna quaeritur hic fabul. Ch.*

tus, Omnibus vmbra locis adero. Brod. cap. 11: V. Magius cap. 5. III. de animarum poſt obitum recurſu, et in percuſſorem corporis odio, multa refert, quaeſtionem obſcuram explicans et arduam. Quid cauſae ſit, cur praeſente eo qui interfecerit ex eius vulneribus, qui occiſus eſt, ſanguis manet? Homer. Iliad. ϑ. animam quae e corpore exceſſit, non amplius reuerti his verſibus docet: Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν ἔτε λῃιςὴ, Οὔθ' ἑλετὴ ἐπεὶ ἄρκεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Apud Plin. Iun. lib. VII. Fpiſtolarum mirabilis eſt et terribilis hiſtoria domus peſtilentis et infamis, Athenis ob vagantem noctu ſenis vmbram. Vide Magium cap. 12. IV. Huc pertinet Miltiadis ſepulcrum apud Pauſan. et aliud in Lipara Aeolica apud Ariſt. lib. περὶ θαυμασίων ἀκεσμ. Ouid. II. Faſtorum: *Vix equidem credo, buſtis exiſſe feruntur, Et tacitae queſti tempore noctis aui.* Dal.

g. Ariſtaei etiam viſam, etc.) Scribe, *Ariſteae,* non *Ariſtaei.* ex Herodoto et Plutarcho in Romulo et Suida, et gregatim omnibus qui Proconneſium hunc ſcriptorem *Ariſteam* appellant, non *Ariſtaeum:* vt errauit Plutarchi interpres, qui monſtrato loco pro *Ariſteam*, *Ariſtaeum* vertit. *Pint.*

Ariſteae) Ita ſcribendum, non vti hactenus *Ariſtaei.* Nam Scriptoribus Graecis eſt Ἀριςέας ὁ Προκοννήσιος. Rem paulo aliter narrat Herod. L. IV. ſiue Melpom. p. 230. Vide praeterea Apollonium in hiſt. mirab. c. 2. p. 4. Suidam, alioſque. H.

h. Magna quae ſequitur) In omnibus MSS. et edit. Parm. multo ſincerius: *quae magna quaeritur hic fabuloſitate.* H.

i. Epimenide) De illo quidem Victorius, cap. 1. lib. XXIV. Varro et Plutarchus quin-

accipio: Puerum aeſtu et itinere feſſum in ſpecu ſeptem et quinquaginta *k.* dormiſſe annis: rerum faciem mutationemque mirantem, velut poſtero experrectum die *l.*: hinc pari numero *m.* dierum ſenio ingruente, vt tamen in ſeptimum et quinquageſimum atque centeſimum vitae duraret annum. Feminarum *n.* ſexus huic malo *o.* videtur maxime opportunus, conuerſione vuluae *p.*: quae ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur. Huc pertinet nobile apud Graecos volumen Heraclidis, ſeptem diebus feminae exanimis *q.* ad vitam reuocatae. Varro quo-

 que

quinquaginta tantum obdormiſſe tradunt. *Dalec.*

Gnoſſio Epimenide) Siue Gnoſſium dicas, cum Laertio Pauſaniaque, ſiue Phaeſtium, vt alii, Cretenſis fuit. Fuere enim haec duo Cretae inſulae oppida olim inſignia. Floruiſſe Olymp. 46. auctor eſt Laert. L. I. p. 29. in Epimenidis vita, vbi eadem refert, quae Plinius. H.

k. Septem et quinquag.) Quadraginta dumtaxat dormiiſſe annos ſcribit Pauſanias Attic. L. p. 26. Plutarchus, quinquaginta: et Varro in L. de L. L. Ceteri ſcriptores Plinio fauent: inter quos Phlegon, L. περὶ Μακροβ., quem citat Laert. loco proxime appellato, et Apollonius. c. I. p. 3. H.

l. Rerum faciem mutationemque mirantem, velut poſtero experrectum die) Puto vitiatum eſſe ordinem verborum, ſcribendumque, *Experrectum velut poſtero die, rerum faciem mutationemque mirantem.* Pint.

m. Pari numero) Totidem mox diebus ſenem eſſe factum, quod annis dormierat, hoc eſt, LVII. H.

n. Feminarum) Vide quae paulo antea ex Foreſto retulimus. Mulieres Graeci tum vocant ὑστερικάς. De voce ea, *corrigatur*, egimus ſ. 19. H.

o. Huic malo) Ἀπνοίᾳ, ſpiritus et animae interceptioni ac priuationi. *Dal.*

p. Conuerſione vuluae) Sic vocat ὑστερικὴν πνίγα Graecorum. Eo morbo vexatas feminas ὑστερικῶς πνιγμένας Graeci vocant. *Dal.*

q. Feminae exanimis) Sic librum ſuum Heraclides inſcripſerat, περὶ τοῦ ἄπνου, de exanimi, teſte Laertio in proem. p. 3. Hunc feminam reuocaſſe ad vitam Empedocles dicebatur: vnde ingens homi-

que auctor eſt, [1] xx viro ſe *r.* agros diuidente Capuae, quemdam qui efferretur, [2] foro domum *s.* remeaſſe pedibus. Hoc idem Aquini accidiſſe. Romae quoque [3] Corfidium materterae ſuae maritum funere locato reuixiſſe, et locatorem funeris *t.* ab eo elatum. Adiicit miracula, quae tota indicaſſe conueniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis Corfidio maiori accidiſſe, vt videretur exſpiraſſe, apertoque teſtamento

1. *Sic et Pint. et Ch. et Fulu. Vrſinus in Nott. ad Varron. p. 17. e* XX. *viris agros diuidentem Capuae quemdam.* XX *viris agros diuidentibus Gr. et Al.* 2. *ſic et V. et Ch. feretro Gr. et Al.* 3. *Corfidiis. V. Corfidis. Ch.*

hominum fama eſt conſequuta. Ita Laertius idem in Empedocle, L. VIII. p. 230. H.

r. XX *viro ſe)* De hac voce egimus ad Libri huius ſ. 45. p. 184. Vide Not. et Em. N. CXLV. (hic poſ.) XX *viro)* Ita libri omnes MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. ex qua lectione apparet Vigintiuirum fuiſſe M. ipſum Varronem ei agro diuidendo. Huius vocis vſum paulo reconditioris Grammaticae Plinii editores quum minime intelligerent, ſcripſere, XX *viris agros diuidentibus:* ſed hunc ediſcere vel ex Gruteri inſcriptionibus variis potuere, p. 372. AVRELIO. VICTORI. XV. VIRO. Meminit porro huius agrariae diuiſionis, Frontinus de coloniis: *Capua colonia,* inquit, *muro ducta, Iulia Felix, iuſſu Imp. Caeſaris, a* XX *viris eſt deducta.* Et Vell. Pat. L. II. n. 44. *Caeſar in Conſulatu primo legem tulit, vt ager Campanus plebi diuideretur, ſuaſore legis Pompeio. Ita circiter* XX. *millium virûm eo deducta* etc. H.

s. Foro domum) Vide N. et Em. N. CXLVI. (hic add.) *Quemdam* etc.) Prius legebatur, *quum efferretur feretro, domum remeaſſe.* Nos lectionem ſinceram reſtituimus, ex R. 1. 2. Chiffl. Par. et aliorum codicum admonitu. *Efferri* enim propria vox funeris eſt, et eſt feretri vocabulum ibi otioſum. H.

t. Locatorem funeris) Is eſt qui cum libitinariis contrahit, vt omnem funeris apparatum ſuis ſumtibus praeſtent. Plaut. in Aulul. *Loca efferendum: nam iam, credo, mortuus eſt.* H.

mento recitatum heredem minorem [1] funeri inſtitiſſe: interim eum, qui videbatur exſtinctus, plaudendo [2] conciuiſſe miniſteria *u.*, et narraſſe a fratre *x.* ſe veniſſe, commendatam ſibi filiam ab eo. Demonſtratum praeterea, quo in loco defodiſſet aurum nullo conſcio, et rogaſſe vt iis funebribus, quae comparaſſet, efferretur. Hoc eo narrante, [3] fratris domeſtici propere annuntiauere exanimatum illum: et aurum, vbi dixerat, repertum eſt. Plena praeterea vita eſt his vaticiniis, ſed non [4] conferenda *y.*, quum ſaepius falſa ſint, ſicut ingenti exemplo docebimus. Bello Siculo Gabienus Caeſaris [5] claſſiarius *z.* fortiſſimus captus a Sext. Pompeio, iuſſu eius inciſa ceruice *a.*, et vix cohaerente, iacuit in litore

Q 3 [1] toto

1. *Fratrem inſtituiſſe. Sabellicus. male vt indicant ſequentia.* 2. *ſic et M. concinuiſſe myſteria. V.* 3. *fratres Gr.* 4. *referendis.* 5. *claſſium. M. et Ch.*

u. Conciuiſſe miniſteria) Vt pro ſeruis alii, Pliniuſque paſſim ipſe, ſeruitia, ita et miniſteria hoc loco, pro miniſtris vſurpat. H.

x. A fratre) Minore ſcilicet, qui diem ſuum extremum eo temporis interuallo, forte ex moerore orbitatis, obierat. H.

y. Non conferendo) Ita MSS. omnes, etſi quidam malint, *ſed non referendis.* H.

z. Claſſiarius) Vetuſti codices omnes R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. atque editiones omnes ante Sig. Gelenium legunt, *Caeſaris claſſium*, forte pro *claſſiariûm* vel *claſſiariorum*: qua voce frequenter Tacitus vtitur. H.

a. Iuſſu eius inciſa ceruice) Auerrhoës 7. Phyſicôn tradit arietem ſe vidiſſe amputato capite huc illuc ambulantem. In Caria Iouis Hoploſimi ſacerdos occiſus, quum percuſſor ignoraretur, capite praeciſo Cereidam accuſauit. Rhodig. cap. 23. III. apud Platonem in Politicis. Val. Max. lib. I. Clement. Alexand. lib. V. Stromaton. Eris Armenii filius natione Pamphylius, multis acceptis vulneribus, inter mortuos ad decimum vſque diem relictus, deinde duodecimo ad ſepulturam ſublatus, in rogo reuixit, ac mira quaedam ſibi viſa, dum exanimis iaceret,

[1]toto die. Deinde quum aduesperauiſſet, [2]cum gemitu precibuſque] congregata multitudine petiit, vti Pompeius ad ſe veniret, aut aliquem ex [3]arcanis *b.* mitteret: [4]ſe enim ab inferis remiſſum, habere quae nuntiaret. Miſit plures Pompeius ex amicis, quibus [5]Gabienus dixit *c.*: Inferis diis placere Pompeii cauſas et partes pias: proinde euentum futurum, quem optaret: hoc ſe nuntiare iuſſum: argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus exſpiraturus eſſet: [6]idque ita euenit. Poſt ſepulturam quoque viſorum exempla ſunt: niſi quod naturae opera, non [7]prodigia conſectamur.

LIV. (LIII.) In primis [8]autem miraculo ſunt atque [9]frequenti mortes repentinae, ([10]hoc eſt, ſumma vitae *d.* felicitas,) quas eſſe naturales *e.* docebimus.

1. *Tota. Gr.* 2. *quum, in M. deſideratur.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. ex charis Gr. et Al.* 4. *ſe autem. a. i. r. habereque quod. Parm.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. dixit deeſt ap. Gr. et Al.* 6. *itaque ita venit. Ch.* 7. *prodigioſa. V.* 8. *autem viſa miraculo ſunt, atque frequentia mortis, etc. quam eſſe naturalem. Parm.* 9. *frequenter M. frequentia mortis. Ch.* 10. *haec non ſunt vncinis incluſa apud Gr.*

ceret, narrauit. Leopard. cap. 2. lib. IX. *Dalecampius.*

b. Ex arcanis) Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Par. Chiffl. vetus Dalecampii, etc. Hoc eſt, aliquem ab arcanis et ſecretis miniſtrum. Editi hactenus, *a charis*, mendoſe. H.

c. Gabienus dixit) Voculam *dixit* addidimus ex MSS. antea laudatis, et Colb. 1. 2. etc. Ac paulo poſt *Pompeii cauſam* magis probarem quam *Pompeii cauſas.* Tamen quum MSS. *cauſas* habeant, nihil mutamus. H.

d. Summa vitae) Huic ſententiae non abſimilis illa ſuperior, ſ. 51. *Natura vero nihil hominibus breuitate vitae praeſtitit melius.* In hanc ſententiam multa congerit Plutarch. toto libro de Conſol. ad Apollon. Refer huc quoque id quod Tzetzes habet, Chil. 1. v. 38. de matre, quae a Deo id optans, quod

bimus. Plurimas prodidit Verrius: nos cum delectu modum [1] ſeruabimus. Gaudio obiere, praeter Chilonem, de quo diximus *f.*, Sophocles *g.* et Dionyſius *h.* Siciliae tyrannus, vterque accepto tragicae victoriae nuntio. Mater pugna illa Cannenſi *i.*, filio

Q 4 inco-

1. *Seruamus.* M. quod optimum liberis foret, mortem impetrauit. H.

e. Naturales) Non diuinitus immiſſas, ſed a natura profectas. H.

f. De quo diximus) Cap. 32. huius libri. *Dal.*

De quo diximus) Libri huius ſ. 32. H.

g. Sophocles) Val. Max. L. IX. c. 12. p. 455. *Sophocles vltimae iam ſenectutis, quum in certamine tragoediam dixiſſet, ancipiti ſententiarum euentu diu ſolicitus, aliquando tamen vna ſententia victor, cauſam mortis gaudium habuit.* Gaudio pariter obiiſſe annos natum XC. ſcribit Diod. Sic. L. XIII. p. 222. In ea laetitia vinum hauſiſſe, aciniquè hauſtu ſtrangulatum eſſe Simonides innuit in Anthol. L. III. c. 25. ep. 38. Ἐσβέσθης γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν, Οἰνωπὸν Βάκχου βότρυν ἐρεπτόμενος. *Flos vatum, Sophocles, canentibus occidis annis: Dum ſtringit fauces vua comeſta tuas.* H.

h. Dionyſius) Quamquam alias Dionyſii carmina riſu excepta non ſemel, atque exſibilata fuiſſe refert idem Diodorus, L. XIV. p. 318. et L. XV. p. 332. Hunc tamen recitata fabula, quam inſcripſerat *De redimendo Hectore*, viciſſe omnes, qui erant Athenis auctor eſt Tzetzes, Chil. 5. v. 180. Εἰς λύτρα δὲ τοῦ Ἕκτορος καλούμενόν τι δρᾶμα, Ἀναγνωσθὲν ἐνίκησε πάντας ἐν ταῖς Ἀθήναις. H.

i. Mater pugna illa Cannenſi) Vide Valer. Max. cap. 12. lib. V. *Dal.*

Pugna illa Cannenſi) Ita plane Gellius L. III. c. 15. p. 253. *Praeterea in noſtris annalibus ſcriptum legimus, qua tempeſtate apud Cannas exercitus populi R. caeſus eſt: anum matrem nuntio de morte filii allato, luctu atque moerore affectam eſſe: ſed is nuntius non verus fuit: atque is adoleſcens non diu poſt ex ea pugna in Vrbem rediit: Anus repente filio viſo, copia atque turba, et quaſi ruina incidentis inopinati gaudii oppreſſa, exanimataque eſt.* Val. Max. L. IX. c. 12. p. 452. ad eam pugnam quae habita eſt ad Traſymenum lacum refert, anno ante Cannenſem: et Liuius poſteam, L. XXII. p. 211. H.

incolumi [1] viſo *k.* contra [2] falſum nuntium. Pudore Diodorus *l.* ſapientiae [3] Dialecticae profeſſor, [4] luſoriam *m.* quaeſtione non protinus ad interrogationes [5] Stilponis diſſoluta. Nullis euidentibus cauſis obiere, dum calciantur matutino, duo Caeſares *n.*, Praetor, et Praetura [6] perfunctus Dictatoris Caeſaris pater: hic Piſis [7] exanimatus, ille Romae. Q. Fabius Maximus in conſulatu ſuo pridie Kalend. Ianuarias *o.*: in cuius locum [8] Rebilus *p.* pauciſſimarum horarum Con-

1. *Reuiſo. Ch.* 2. *nuntium falſum. M.* 3. *delectae. M.* 4. *luxuriae. M.* 5. *Stilbonis Gr. et Al.* 6. *P. R. functus. M.* 7. *exanimatus eſt ille. Ch. et M* 8. *M. Orellius. Par. Caninius Rebelius. Turn. Orabilius. M. Orbilius. Ch.*

k. Viſo) Ita MSS. quos vidimus, et libri editi: itaque maluimus cum Gellio, quam *reuiſo*, vt in Chiffl. cod. H.

l. Pudore Diodorus) Rem luculenter Laertius narrat in Euclidis vita L. II. p. 60. Hunc valentem Dialecticum Cicero vocat L. de Fato, p. 277. Stilponis vitam idem Laertius deſcribit, p. 61. H.

m. Luſoria) Ludicra, *iocular, quae ludo fit.* H.

n. Duo Caeſares) L. Praetor, et C. Praetorius, C. Caeſaris Dictatoris pater, ambo fratres, ex C. Caeſare patre, Dictatoris auo. H.

o. Kalend. Ianuarias) Quibus fiebant comitia conſularia. Statum ea tempus non habuiſſe, ſed ab eo Magiſtratu penes quem tempore quouis ea conſtitit poteſtas, edicto ſignificatum notat Cl. Praeuot. de magiſtr. Rom. pag. 94. et 101. Sed quum hoc tempore Kal. Ian. coss. anno praeced. deſignati magiſtratum inirent, Quinctusque ad pridie Kal. Ian. eius anni qui conſulatum ipſius ſequebatur fato conceſſiſſet, paucas tantum in horas ei ſuffici cupiebat Rebelius, non autem ſequentem in annum coss. deſignari. *Dal.*

p. Rebilus pauciſſimarum horarum, etc.) Macrob. lib. II. Satur. de illo Ciceronis iocos refert: *Vno die conſulem fuiſſe roſtra eum aſcendiſſet, honorem conſulatus iniiſſe pariter, et exſpiraſſe: ἐλιγωρητέον fuiſſe, tamquam paucarum horarum: ſomnum toto ſuo conſulatu non vidiſſe: hoc conſequutum, vt quaereretur quibus conſulibus conſul fuiſ-*

Conſulatum petiit: Item C. Vulcatius Gurges Senator: omnes adeo ſani atque [1]tempeſtiui *q.*, vt de progrediendo cogitarent. Q. Aemilius *r.* Lepidus iam egrediens incuſſo pollice limini cubiculi. [2]C. Aufuſtius *ſ.* egreſſus quum in Senatum iret, offenſo

Q 5 pede

1. *Feſtiui. V.* 2. *ſic et Ch. Cauſtiſtius. M. C. Aufidius Gr. et Al.*

fuiſſet: eo conſule nihil mali factum. Sed ad eum conſulem *venientem, a nocte comprehenſum: quum multi ad eum prehenſandum et* deducendum *irent, properandum, priuſquam ille occuparet ſibi magiſtratum abrogare: eo conſule neminem prandiſſe.* Sed et feſtiue M. Otacilium Pitholaum olim Flamines diales fuiſſe, nunc conſules diales fieri. Leop. 17. III. Macrobius idem et ſimile dictum de Vatinio refert, magnum oſtentum eius anno factum, quod nec ver, nec aeſtas, nec autumnus, nec hiems fuerit. Idem cap. 18. eiuſdem libri. *Dal.*

Rebilus) Hunc Γαΐον Κανίνιον Dio appellat L. XLIII. p. 236. Illum vero cuius in locum ipſe ſuffectus eſt a Caeſare Dictatore, Q. Fabium C. Trebonii in Conſulata collegam, A. V. DCCIX. Κανίνιον Ῥεβίλιον vocat Plutarch. hiſt. III. p. 71. Fuit ei igitur nomen C. Caninius Rebilus. In Caninia gente familiae quatuor exſtiterunt. Rebili, quorum meminit Liuius, L. XLII. aliique: Reguli, Labeones, Galli. Macrobius, Saturn. L. II. c. 2. p. 325. iocos refert, quos in eum congeſſiſſe Tullius aliique dicuntur: exempli cauſa, quaeſitum iri quibus Conſulibus Rebul Conſul fuiſſet: Vigilantem fuiſſe Conſulem, qui in Conſulatu ſuo ſomnum non viderit: eo Conſule neminem praudiſſe, etc. Meminit et Sueton. in Iulio, c. 76. H.

q. Tempeſtiui) Valetudine rebus agendis opportuna. H.

r. Q. Aemilius) Is, opinor, cuius Conſulatus incidit in annum Vrbis DCCXXXIII. Auguſti principatu. H.

ſ. C. Aufuſtius) Vide N. et Em. N. CXLVII. (hic adi.) *C. Auf.)* Hoc familiae Romanae nomine parum ſibi cognito, neque admodum in libris obuio, perterriti Plinii editores, contra fidem MSS. omnium, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. ver. Dal. etc. *C. Aufidium* reponere auſi ſunt. At exſtat frequens Aufu-

pede in Comitio. Legatus quoque, qui Rhodiorum cauſam in Senatu magna cum admiratione [1] orauerat, in limine Curiae protinus exſpirauit progredi volens. Cn. Bebius Tamphilus *t.*, Praetura et ipſe functus, quum a puero quaeſiſſet horas. [2] A. Pompeius *u.* in Capitolio, quum Deus ſalutaſſet. M'. Iuventius [3] Talna *x.* CoS. quum ſacrificaret. C. Seruilius Panſa, quum ſtaret in foro ad tabernam hora diei [4] ſecunda *y.*, in P. Panſam fratrem innixus. Bebius iudex, [5] quum vadimonium *z.* differri iubet. M. Te-

1. *Concionauerat. M.* 2. *Aulus Pompeius. M. et Ch.* 3. *ſic et. M. et Ch. Thalna Gr. et Al.* 4. *ad ſecundam. M. et Ch.* 5. *cum Babilium. Pint. ex Tol. dum Babylonium vadimonium differre iubet.*

Aufuſtiae familiae mentio in Inſcriptionibus vetuſtis apud Gruterum, cuiuſmodi illa eſt iam proxime recitata, p. 525. L. AVFVSTIVS. L. F. PALATINA. SERENVS. H.

t. Cn. Bebius Tamphilus) Ita ſcribendum id nomen admonent partim Inſcriptiones veteres, partim Capitolini Faſti: non vt vulgo, *Cn. Bebius Pamphilus.* Praeturam geſſiſſe hunc Faſti aiunt A. V. C. DCLX. H.

u. Aulus Pompeius) Bithynicus appellatus. Praetor Vrbis anno DCLXXX. H.

x. Thalna) Ita reſcripſimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. ex Faſtis Capitolinis, atque ex ipſo Valerio Maximo L. IX. c. 12. p. 452. MN. (hoc eſt, *Manius) Iuuentius Thalna,* inquit, *collega Ti. Gracchi CoS. iterum, quum in Corſica, quam nuper ſubegerat, ſacrificaret: receptis literis decretas ei a Senatu ſupplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens, caligine orta ante foculum collapſus mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus.* Conſul fuit anno p. V. C. DXCI. H.

y. Hora diei ſecunda) Poſt Solis exortum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Chiffl. *hora diei ad ſecundam.* H.

z. Quum vadimonium) Vide Not. et Em. N. CXLVIII. (hic poſ.) *Dum vad.*) Codices manu exaratos a vitio omni feliciter ſanauere ii, qui Plinium primo ediderunt: nullum enim vidi, in quo hac parte mendum non iaceret: dum alii *Babylonium,* alii *Babylium,* alii *Babylo-nium*

M. Terentius Corax, dum tabellas [1]ſcribit in foro. Nec non et proximo anno, dum Conſulari viro in aurem dicit, eques Romanus, ante Apollinem eboreum, qui eſt in foro Auguſti. *a.* Super omnes C. Iulius medicus dum inungit, ſpecillum *b.* per oculum [2]trahens. [3]Aulus Manlius *c.* Torquatus Conſularis, quum in coena placentam appeteret. L. [4]Tuccius *d.* Valla medicus, dum mulſi potionem haurit. Ap. Saufeius *e.*, [5]quum a balneo reuerſus mulſum bibiſ-

1. *Scriberet. M.* 2. *trahens iam Manlius. Ch.* 3. *ſic et M. Iam L. Manlius Torq. Gr. et Al.* 4. *Ductius. Dictius. V. Tuſcius. Tol. Tunctius. M. L. Tuntius medicus Valla. Ch.* 5. *a balineo reuerſus quum mulſum, etc. M. et Ch.*

nium vadimonium repraeſentant. H.

a. In foro Auguſti) In regione Vrbis octaua. H.

b. Specillum) Quid ſit ſpecillum, Varro explicat de L. L. libro V. *Qui oculos inungimus, quibus ſpecimus* (hoc eſt, aſpicimus) *Specillum eſt.* Graecis μήλη dicitur. Aetius Serm. 8. c. 14. p. 8. *Cum ſpecillo inſtrumento, quod melam Graeci appellant.* Inſtrumentum paruum ac teres, quo vtuntur ad vulnerum aut fiſtularum viam ac profunditatem pernoſcendam: *vne ſonde de Chirurgien.* Spicellam vocat Sextus Platon. de medic. ex anim. L. I. c. 9. n. 23. *Et ſi dexter oculus glaucomate laborat, in dexteriorem partem ſpicella demittitur: ſin ſiniſter, ſiniſtram.* Vox ea Plinio familiaris, vt conſtabit ex Indice: Celſo quoque L. VI. c. 6. *de imbecillitate oculorum*, et c. 9. *de dentium dolore.* Eſt apud eumdem, c. 7. tit. *aduerſus aurium vermes, et auricularium ſpecillum.* H.

c. Aulus Manilius) Conſul A. V. DXC. H.

d. L. Tuccius) Vide N. et Em. N. CXLIX. (hic poſ.) *L. Tucc.)* Editi hactenus libri *Durius* et *Dutius* exhibent. At R. 1. codex, *Tuncius.* R. 2. et Tolet. *Tuſcius* Colb. 1. 2. et Chiffl. *Tuncius* Par. *Tunctius.* Nos *Tuccius* reſtituimus. Eſt enim Tuccia familia inter plebeias Romae notiſſima. Sed quum in laudatis codicibus ſcriptum ſit inuerſo ordine, *L. Tuccius medicus Valla dum*, etc. quid ſi legatur, *L. Tuccius medicus, calidam dum mulſi etc.* H.

e. Ap. Saufeius) Saufeia familia Romae e plebeiis fuit. H.

bibiſſet, ouumque ſorberet. P. Quinctius *f.* Scapula, quum apud Aquilium Gallum coenaret. Decimus Saufeius ſcriba, quum domi ſuae pranderet. Cornelius Gallus *g.* Praetorius, [1] et Q. Haterius *h.* eques Rom. in Venere *i.* obiere. Et quos noſtra adnotauit aetas, duo equeſtris ordinis in eodem Pantomimo *k.* Mythi-

1. *Et vethrius. M. et V. aetherius. Ch. T. Aetherius Gr. et Al.*

f. P. Quinctius) Huius gentilis, ac fortean frater, T. Quinctius Scapula, de quo Dio, L. XLIII. p. 228. Apud Gruter. p. 184. P. QVINCTIVS SCAPVLA. H.

g. Cornelius Gallus) Valer. cap. 12. lib. V. *Dalec.*

Corn. Gallus) Ex eadem familia Corn. Gallus, Poeta, primus Aegypti praefectus temporibus Auguſti. H.

h. Q. Haterius) Vide Not. et Em. L. L. (hic poſ.) *Q. Hat.)* Et hoc praenomen rurſus ſanauimus, cum gentis nomine. Perperam enim in editis legitur, *T. Aetherius*, quum manu exarati codices habeant, V. *Etherius.* R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. aliique omnes, pro *Q. Haterius*, quae gens Romae notiſſima: ex qua Haterius Rufus eques Rom. de quo Val. Max. L. I. c. 7. Q. Haterius Antoninus Conſul extremis Claudii temporibus, aliique. Quid plura? Valerius idem, Exemplorum ſuorum, L. IX. c. 12. p. 454. Haterium vocat, ſed perperam Titi praenomen addidit: *Cornel. Gallus Praetorius*, inquit, *et T. Haterius Eques Rom. inter vſum Veneris abſumti ſunt.* H.

i. In Venere) Id etiam Speuſippo Platonico contigiſſe prodit Tertull. in Apol. c. 46. De Pindaro vate quidam id quoque affirmant. Tarentinum Principem, dum congrederetur cum meretrice, emiſiſſe animam, ſcribit Petrus Damiani. Plura exempla videſis apud Andr. Tiraquellum, in 15 legem connub. p. 312. et 313. et apud Schenkium Obſſ. med. L. IV. p. 588. H.

k. Pantomimo Mythico) Hoc eſt, dum eamdem fabulam geſtu ac ſaltatione repraeſentarent in ſcena. Pantomimus, non pro ſaltatore modo, qui geſtu fabulas exprimat, accipi ſolet, ſed et pro ipſo poematis genere, quod fabulis τοῖς μύθοις, laſciuius erat, liberiuſque: in quo Caeſaris aetate, Publius Syrus, Laberiuſque, Mimographi ideo dicti, maxima cum laude verſati ſunt. Solitum id porro recitari a Pantomimis, non ore ac voce, ſed

ce, ſed geſtu modo ac ſaltatione: quod eleganter a Caſſiodoro explicatur Varr. L. I. ep. 20. *Qui laetitiae publicae aptior fuerit aeſtimatus — — conſtituatur a vobis — — pantomimus — — Hanc partem Muſicae diſciplinae Mutam nominauere maiores: ſcilicet quae ore clauſo manibus loquitur, et quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcripturae textu poſſit agnoſci.* Et L. IV. ep. 51. *Pantomimus igitur, cui a multifaria imitatione nomen eſt, quum primum in ſcenam quibuſdam plauſibus inuitatus aduenerit, adſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit: et per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam literis edocet intuentis adſpectum: in illa leguntur apices rerum: et non ſcribendo facit, quod ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat, et Venerem: feminam praeſentat et marem: regem facit, et militem: ſenem reddit, et iuuenem: vt in vno credas eſſe multos, tam varia imitatione diſcretos.* Dum igitur hi duo inter ſe commiſſi idem poema recitarent in theatro, obiere diem extremum. De commiſſione Pantomimorum inter ſe in theatro conſule Plin. Iun. in L. VII. ep. 24. Vide N. et Em. N. CLI. (hic coll.) *Pantomimo M)* In codd. MSS. *Myſtico*, mendoſe. Sed aberrat a vero longiſſime Salmaſ. in hiſt. Aug. p. 504. vbi legi oportere contendit *Mithaeco:* idque nomen Graecum eſſe et proprium illius Pantomimi: afferri aliud nihil poſſe, quod non ſit μυθικώτατον. At certe non μυθικώτατον ſolum, ſed prodigii ac portenti ſimile eſt, exiſtimare harum vocum altera, *Pantomimo*, actorem ſignificari, altera proprium nomen exprimi. Nam quae tandem, amabo, vt cetera ſileam, textura totius orationis erit, ſi erit huiuſcemodi, vti eſſe neceſſe eſt? Duo equeſtris ordinis in eodem actore mimo obiere? Μίθαικον eſſe piſtoris nomen apud Athen. ſcio, L. III. p. 112. ſed nihil iſtud ad praeſens negotium. Epigramma vetus haud inuenuſte ſane concluſum, inter ea quae collecta ſunt a Pithoeo, L. IV. p. 156. quae fuerint Pantomimi partes explanat: PANTOMIMVS. *Maſcula feminea deriuans pectora ſexu, Atque aptans lentum ſexum ad vtrumque latus. Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat, Solerti pendet prodere verba manu. Nam quum grata chorus diffundit cantica dulcis, Quae reſonat cantor, moribus ipſe probat. Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adſtat, Illuſtrat verum, cuncta decore replet. Tot linguae,*

Mythico, tum [1] forma praecellente. Operoſiſſima *l.* tamen ſecuritas mortis in M. [2] Ofilio Hilaro ab antiquis [3] traditur, Comoediarum [4] hiſtrio is, quum populo admodum placuiſſet natali die ſuo, conuiuiumque haberet, edita coena calidam [5] potionem *m.* in pultario *n.* popoſcit: ſimulque perſonam *o.* eius diei acceptam intuens, coronam e capite ſuo in eam tranſtulit, tali habitu rigens nullo ſentiente, donec accubantium proximus tepeſcere potionem admoneret. Haec felicia exempla: at contra miſeriarum innumera. L. Domitius *p.* clariſſimae gentis apud Maſſiliam victus, Corfinii captus ab eodem Caeſare, veneno [6] poto propter taedium vitae, poſtquam biberat, omni [7] opere *q.* vt viueret, annixus eſt. Inuenitur

1. *Tum in M. deeſt.* 2. *O filo. M.* 3. *traditur Comoediarum hiſtrius cum populo. M. traditur. Comoediarum hiſtrio is cum. Ch.* 4. *hiſtrione. Is quum etc. Gr. et Al.* 5. *gloſſema hoc ac proinde inducendum iudicat Lipſius elect. I. c. 14.* 6. *potato eſt. M.* 7. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. adniſus quoque legit. Ch. omni ope vt v. etc. Gr. et Al.*

guae, quot membra, viro, miraculis ars eſt, Quae facit articulos ore ſilente loqui. H.

l. Operoſiſſima) Difficile *creditu* eſt, quanta ſecuritate mortem obiiſſe dicatur Ofilius Hilarus. H.

m. Calidam potionem) Ita MSS. omnes, neque vox *potionem* temere a nobis expungenda eſt, vt Lipſio viſum eſt oportere. H.

n. In pultario) In vaſe coquendae pulti idoneo. H.

o. Perſonam) Laruam. H.

p. L. Domitius) Hanc rem narrat egregie Seneca de Benef. L. III. c. 24. p. 46. Sueton. in Nerone, c. 2. de hoc Domitio: *Vir neque ſatis conſtans, et ingenio truci. In deſperatione rerum, mortem timore appetitam, ita expauit, vt hauſtum venenum poenitentia euomuerit, medicumque manumiſerit, qui ſibi prudens ac ſciens, minus noxium temperaſſet.* Subiit haec animum illius poenitentia, quum Caeſarem audiit mira humanitate captos hoſtes perſequi. Hic abauus Domitii Neronis Caeſaris fuit. H.

q. Omni opere) Ita codd. omnes MSS. Editi *omni ope.* H.

nitur in actis, [1] Felice Ruſſato *r.* auriga elato, in rogum eius vnum e fauentibus ieciſſe [2] ſeſe *s.*: friuolum dictu *t.*: ne hoc gloriae artificis *u.* daretur, [1] aduer-

1. *Foelicis Ruſſaei aurigae, eius. Parm.* *iam igne illato in rogum* 2. *ſe. Cb.*

r. Felice Ruſſato auriga elato) Is Ruſſatorum factionis fuerat. Aurigarum factiones veſtis colore potiſſimum diſtinguebantur c. 5. l. XXXIII. Nero publicis ſpectaculis arenam circi chryſocolla ſtrauit, concolori panno aurigaturus. Ruſſatus color, Ruſceus Catonis, e viridi rutilus aut flauus. Turn. cap. 8. lib. XVII. Aduerſ. Caſſiodor. Var. III. Epiſt. 51. Xyland. ad M. Antonini Vit. pag. 325. Fulu. Vrſin. in append. ad Ciacon. de triclin. pag. 113. Fabr. Rom. cap. 12. pag. 155. *Dal.*

Felice Ruſſato) Quum Felicis, inquit, Ruſſatae factionis aurigae funus efferretur: quidam ex fautoribus in eumdem rogum ſe coniecit. Circi factiones tunicarum coloribus erant inter ſe diſcretae, Alba, Ruſſata, Praſina, Veneta: quas verſu complexus eſt, Sidonius, a nobis laudandus, L. VIII. ſ. 65. Vnde diſcolor agmen agitatorum Ouidio dicitur. Porro quot erant factiones agitatorum, tot erant quoque fauentuim, qui in diuerſa partium ſtudia diſtrahebantur: id quod eleganter praeter ceteros deſcribit Iſidorus L. XVIII. cap. 14. Meminit et Dio, L. LXI. in Nerone, p. 693. Vetus inſcriptio relata a Sirmondo noſtro in Nott. ad Sidon. Carm. 23 M. AVRELIVS... QVI. VICIT. PALMAS. NVMERO. DCCXXXIX. SIC. IN. RVSSEO. N. DCLV. IN. PRASINO. LV. IN. VENETO. XIII. IN. ALBO. N. XVIII. etc. Altera a Reineſio, p. 392.

TI. CLAVDIVS.
TI. AVG. LIB.
EROS
AGITATOR. FAC. RVSSAT.
H. S. E.

Hoc eſt, *Tiberius Claudius, Tiberii Auguſti Libertus, Eros, Agitator Factionis Ruſſatae, hoc ſepulcrum elegit.* H.

s. Ieciſſe ſeſe etc.) Lego: *Ieciſſe ſe, ſed friuolum dictis,* Vide *Dorleans* in Tacitum. p. 26. a.

t. Friuolum dictu) Sic paruum dictu vſurpat c. 7. lib. II. *Dalec.*

Friuolum dictu) Quod vti

[1]aduerſis ſtudiis *x.* copia odorum [2]corruptum criminantibus. *y.* Quum ante non multo M. Lepidus nobiliſſimae ſtirpis, quem [3]diuortii *z.* anxietate diximus mortuum, [4]flammae vi e rogo eiectus, recondi propter ardorem non potuiſſet, iuxta ſarmentis aliis nudus crematus eſt.

LV. (LIV.) Ipſum cremare *a.* apud Romanos non fuit

1. *A diuerſis. M.* 2. *correptum. V.* 3. *ingenii. V. euenti Gr. et Al.* 4. *Flamminiae viae. M.*

friuolum, hoc eſt, ineptum et futile, omittere Acta Annaleſque impune poterant. H.

u. Artificis) Aurigae. H.

x. Aduerſis ſtudiis, etc.) Aurigis qui aduerſae factionis ſeu aduerſarum partium erant, quidam legunt *aduerſis ludiis.* Dal.

Aduerſis ſtudiis) Aduerſa ſtudia, ſunt factiones ceterae, quae Ruſſati illius fautoris factum maligne interpretando cauillabantur: quaſi non officio aut in gloriam artificis defuncti, hoc eſt, agitatoris Felicis, ſe ille ignibus deuouiſſet: ſed vnguentis captus, quae in rogum ſparſa et coniecta fuerant, ac ſubita animi defectione correptum, in rogum concidiſſe. H.

y. Corruptum criminantibus) Mente alienatum. *Dal.*

Corruptum) Ita MSS. omnes. Quidam *correptum* malunt. H.

z. Quem euenti anxietate diximus mortuum) Ambo noſtri codices, non, *euenti,* ſed *deuerti* agnoſcunt. Scribo *diuorti*, ſeu *diuortii.* Nam ſuperius cap. 36. oſtenſum fuit, M. Lepidum Apuleiae vxoris charitate poſt repudium obiiſſe. *Pint.*

Quem diuortii) Reſpicit ad ea, quae paulo ante ipſe de Lepido eodem retulit. Vide N. et Em. N. CLII. (hic adi.)

Quem etc.) Ita repoſuimus ex codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Pintiani: in quibus *diuerti* legitur. In editis corrupte, *quem euenti.* Adiuuat emendationem locus ille Plinii ſuperior, ſ. 36. quo nunc reſpicit: *M. Lepidus,* inquit, *Apuleiae vxoris caritate poſt repudium obiit.* Hunc angore animi periiſſe, quum in vxoris ſcrinio amatorias epiſtolas reperiſſet, auctor eſt Plutarchus in Pompeio, p. 627. H.

a. Ipſum cremare) Hoc ipſum adnotauit et Cicero de Legg. L. II. p. 345. *At mihi quidem,* inquit, *antiquiſſimum ſepulturae genus id videtur fuiſſe,*

fuit veteris inſtituti *b.*: terra condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc inſtitutum. Et tamen multae familiae priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idque eum voluiſſe, veritum

fuiſſe, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur; redditur enim terrae corpus, et ita locatum, ac ſitum, quaſi operimento Matris obducitur. Eodemque ritu in eo ſepulcro, quod procul ad Fontis Aras, regem noſtrum Numam conditum accepimus: gentemque Corneliam vſque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe humatam. Tamen ipſe Plinius, L. XIV. c. 12. rogum vino aſpergi, a Numa vetitum ſcribit. Verum et Plutarchus auctor eſt, eumdem Numam teſtamento cauiſſe, ne corpus ſuum poſt mortem igne combureretur. Quod certe ille non cauiſſet, niſi iam tum vterque ritus, et terra obruendi et cremandi igne Romae receptus eſſet. Macrob. vero Sat. L. VII. c. 7. ſuo ſeculo nullum, amplius vrendi corpora defunctorum vſum eſſe teſtatur. H.

b. Non fuit veteris inſtituti) Cicero II. de legib. *Hominem mortuum,* inquit, *lex in XII. Tabulis, in vrbe ne ſepelito, neue vrito.* Credo propter ignis periculum. Quod autem addit, *neue vrito*, indicat non ſepeliri eum qui vritur, ſed humari. Tabulae quidem earum legum, anno 300. ab vrbe condita ſcriptae fuerunt, teſte Gellio c. I. XX. Apud Plut. Numa corpus ſuum vri vetat, itemque rogum vino aſpergi cap. 12. XIV. huius operis Ouid. IV. Faſtor. de Remi funere. *Arſuroſque artus vnxit, fecere quod ille Fauſtulus, et moeſtas Acca ſoluta comas, etc. Tunc iuuenes nondum facti fleuere Quirites: Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.* Haec omnia oſtendunt antiquiorem cremandi corpora morem fuiſſe, quam Plinius cenſet. Quamquam a poetis id per πρόληψιν ſcribi quidam volunt. Magius cap. 10. III. Locum Romae in quo plebeiorum et vulgarium hominum corpora comburebantur, Puticulos et Culinas appellabant. Cremandi morem ſub Antoninorum imperio relictum et antiquatum fuiſſe tradit Alex. ab Alex. c. 2. III. magna diligentia omnia perſequutus, quae ad funerandi et ſepeliendi cadauera leges pertinent. Vide Valer. Max. cap. 2. IX. Rhodig.

ritum talionem *c.*, [1] eruto C. Marii cadauere. [2] Sepultus intelligatur quomodo conditus *d.*: humatus vero humo conte&#x1F;ctus. *e.*

LVI.

1. Obruto. Ch. ob erutum. C. Macarii cadau. V. 2. *ſic V. et Ch. ſepultus intelligitur Gr. et At.*

dig. capitibus 19. 20. 21. lib. XVII. *Dalecamp.*

c. Veritum talionem) Cicero l. c. C. *Marii*, inquit, *ſitas reliquias apud Anienem diſſipari iuſſit Sylla victor acerbiore odio incitatus, quam ſi tam ſapiens fuiſſet, quam fuit vehemens: quod haud ſcio an timens ſuo corpori poſſe accidere, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari*, etc. In Plinianis codd. MSS. non eruto C. *Marii cadauere*, ſed *obruto* legitur; forte, pro *ab eruto*. H.

d. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus) Apud Iuriſconſultos, de relig. et ſumpt. fun. ex edicto diuorum fratrum cauetur, ne inquietetur corpus ſepulturae traditum, hoc eſt, terra conditum, viderique terra conditum, etſi in arcula conditum ſit, eo animo, vt non alio tranſferatur. Arcularum ſepulcralium lapidearum mentio eſt apud Caſſiodorum in epiſtola quadam regis Theodorici ad Danielem marmorarium lapidicidam. Seneca lib. I. epiſt. *In ipſa Scipionis Africani villa iacens haec tibi ſcribo, adoratis manibus eius, et arca, quam ſepulcrum tanti viri eſſe ſuſpicor.* In Epitaphio An. Creſtinae, Ne. qvis. Nos. Inqvietet. Ex. Arca. Neqve. Ab. Ante. Aliam. Ponat. Avt. Commvtet. Raeuard. cap. 4. II. Varior. *Dal. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus)* Haec verba ſubdubito an ſint Plinii, an vero alicuius grammatici, qui differentiam inter ea duo verba in margine libri, vt fieri ſolet, notare voluerit. *Pintian.*

Sepultus) Cicero loco allato p. 346. *Et quod nunc communiter*, inquit, *in omnibus ſepultis penitus, humati dicantur: id erat proprium tum iis, quos humus iniecta contegeret: eumque morem ius Pontificale confirmat. Nam priuſquam in eos iniecta gleba eſt, locus ille, vbi crematum eſt, nihil habet religionis*, etc. Ac paulo poſt: *Hominem mortuum inquit lex in XII. tabulis, in vrbe ne ſepelito: neue vrito. Credo, vel propter ignis periculum: Quod autem addit, ne urito, indicat, non qui vratur, ſepeliri, ſed qui humetur.* Vide N. et Em. N. CLIII. (hic poſ.) *Sepultus)* Ita R. Colb.

LVI. (LV.) Poſt ſepulturam [1] variae Manium *f.* ambages. *g.* Omnibus *h.* a ſuprema die eadem, quae ante primum: nec magis a morte ſenſus vllus *k.* aut cor-

1. *Sic et Tol. et Salm. poſt ſepulturam Manium, etc. Ch. aliae atque aliae Manium Gr. et Al.*

Colb. Par. Chiffl. vbi vulgati libri, *Sepultus intelligitur.* H.

e. Humatus vero humo contectus) In vſtrina mortui comburebantur: humabantur quum iuſta perſoluta fuiſſent poſt Denicale ſacrum, ſepulcro (τῷ τύμβῳ) invecti: Siti vocabantur, impoſito ſepulcri titulo. Inferiarum et funerandi morem vide copioſe a Vertranio explicatum commentario in lib. IV. Varronis de ling. Lat. *Dalec.*

f. Variae Manium) Vide N. et Em. N. CLIV. (hic adi.) *Var.)* Ita R. 1. Tol. et Salmant. At R. 2. et Par. *aliae manium.* Perperam editi repetita voce, *aliae atque aliae.* Varias ambages exponit ſtatim, varias de immortalitate, transfiguratione, ſimilibuſque, coniectationes et ſententias. H.

g. Manium ambages) Manibus Diti et Proſerpinae ſacros dies eſſe putauit antiquitas, quibus mundus pateret, quod illis abdita et occulta religionis eorum numinum patefierent, et in lucem proferrentur, orcique fores alias clauſae, iis aperirentur. Varroni autem mundus patet ter in anno: pridie Vulcanalia: tertio Nonas Octobris: ſexto Idus Nouembris. Gyrald. ex Varr. Alex. ab Alex. capite 20. IV. *Dalec.*

h. Omnibus etc.) Epicuri haram, ſcholamque Democriti iſta ſapiunt, vt Plutarch. monet L. IV. de plac. philoſ. c. 7. p. 899. Haec autem confutat Tertull. L. de teſtimonio animae, c. 4. et 5. H.

k. Nec magis a morte ſenſus vllus) Homer. Iliad. ψ. Ὢ πόποι ἦ ῥά τίς ἐστι καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ, καὶ εἴδωλον. Sic Cn. Mattius lib. XXIII. ſuae Iliadis. *An manent ſpecii ſimulacrum in morte ſilentum. Scaliger.* Plautus in Capt. *Poſt mortem in morte nihil eſt quod metuam mali. Dal.* Doctrina haec ſeu ſentina potius ex foetulenta Epicuri ſchola hauſta. Lucret. lib. III. *Nunc age, natiuos animantibus et mortalis Eſſe animos, animaſque leuis vt noſcere poſſis, etc.* Primum autem Pythagoram apud Ethnicos animae immortalitatem aſſeruiſſe notat Carrio emend. 14. II. Aliter tamen Pauſan. cenſente Meſſen. p. 142. Videatur et Plutarchus con-

corpori aut animae, quam ante natalem. Eadem [1]enim vanitas in futurum etiam ſe propagat, et in mortis quoque [2]tempora ipſa ſibi [3]vitam mentitur: alias immortalitatem animae, alias tranſſigurationem *l.*, alias

1. *Etiam vanitas in futura re.* 2. *tempore ſibi vita. M.* 3. *vita. Ch.*

conſolat. Apollon. pag. 188. et ſympoſ. pag. 278. etc.

l. Tranſſigurationem) Μετεμψύχωσιν ſignari arbitror, hoc eſt, animarum e corpore in corpus tranſmigrationem. Vnde illud Perſii, Sat. 6. v. 10. *Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe Maeonides quintus pauone ex Pythagoreo.* Huiuſcemodi enim corporum mutatione, ex hac in aliam tranſire figuram animae quoque ipſae videntur. Μετεμψύχωσιν Aegyptios docuiſſe teſtis eſt Herodotus, L. II. n. 123. ſed de Pythagora ſilet. Eodem porro errore imbuti fuere ii, qui nummum hunc argenteum praeclarum ac ſingularem cuderunt, qui eſt in cimelio Illuſtriſſimi D. *de Pontcarre*, Neuſtriae Senatus Protopraeſidis. IMP. TRAI. PIO FEL. AVG. P. P. *Imperatori Traiano Pio Felici Auguſto Patri Patriae* Caput Traiani ſimile laureatum .)(. Dea ſedet, brachio ſiniſtro rotae innixa. In ambitu: VIA TRAIANA. Metalli genus, et fabrica, et modulus, et characterum forma, non Traiani tempora, ſed Gordiani Pii Felicis, referunt. Nemo, qui nummum conſpicit, harum rerum peritus, non ita eſſe continuo exclamat. Longe diſſimilis etiam eſt inſcriptio ei, quae in omnibus nummis ipſiusmet Traiani Imp. cum eiuſdem viae Traianae commendatione legitur. Eſt enim huiuſmodi: IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. TR. P. COS. V. P. P. .)(. In ambitu SPQR. OPTIMO PRINCIPI. Infra, VIA TRAIANA. Nullus certe Traiani nummus Latinus titulo ſaltem Germanici caret, qui in iſto abeſt. Vnde ergo hic Traiani vultus et nomen? Vnde ei cognomina Pii Felicis, quae in Traiani nummis, quamuis ii ſint numero inſigniti, ne ſemel quidem comparent. Senſus inſcriptionis vtriuſque coniunctim hic eſt: *Imperatori* olim *Traiano*, nunc *Pio Felici Auguſto, Patri Patriae:* et propterea VIAM TRAIANAM a ſe dudum inchoatam, nunc demum perficienti. Haec Pliniana *tranſſiguratio animarum* eſt, quum alterius humanae effigiei corpora animae

alias ſenſum inferis dando, et Manes colendo *m.*, Deum-

mae inducerent, vt quidam credebant, dudum antea prioribus exutae corporibus. Docet Anchiſes Aeneam de hoc reditu ingentium praeſertim animarum in noua corpora, L. Aen. VI. v. 712. *Tum pater Anchiſes: Animae, quibus altera fato Corpora debentur.* Ait igitur nummi opifex, in Gordianum Iuniorem, ſiue Pium Felicem, caelo lapſam immigraſſe ac inſeruiſſe ſe animam defuncti ante annos centum viginti Traiani Auguſti; qui pro antiqua indole ac voluntate de Republica bene merendi, inchoatam a ſe viam Traianam Gordianus iam factus ſtuduerit perficere. Certe poſt Commodum ipſe primus eſt natalium iure *Pius Felix* appellatus, Commodi quippe pronepos. Ipſe igitur in iſto numiſmate deſignatur. Nam ſi quis alius ex poſterioribus Piis Felicibus indicaretur, (id quod tamen credi vetat ipſa fabrica nummi huius, vt diximus:) non illa cognomina, aut non ſola ſcriberentur; quippe quae poſſent pari vel potiori iure primo e Piis Felicibus tribui. Cetero viri harum rerum peritiſſimi in hac ciuitate, quibuſcum de hoc nummo contulimus, in vultu Traiani, qualis in eo pingitur, quoſdam ductus ſiue lineamenta quaedam oris Gordiani ſe putant agnoſcere. Si Gordiani vultus in nummo pingeretur, titulus ſuaderet vnum e Gordiani nominibus Traianum eſſe, et ex Traiano ei genus eſſe, quod falſum eſt. Itaque Traianum fere ipſum pingi oportuit, vt tranſiſſe ipſe in Gordiani corpus intelligeretur, factuſque renaſcendo *Pius Felix.* Tam ſunt enim cognomina duo, *Pius Felix*, quam fuit ſupremis Traiani temporibus cognomen ei *Optimus.* In nummis porro Traiani, qui ſunt inſcripti VIA TRAIANA, Dea ſedens vultu auerſo in meridiem reſpicit: vt ſignificetur viae Traianae initium ductum a Traiano ex Vrbe fuiſſe, verſus Terracinam fortaſſis; ſed interruptum opus perfectum a Gordiano fuiſſe vſque ad Terracinam; vnde Romam iter eſſet. Quamobrem Dea in iſto nummo picta ſeptemtrionem ſpectat, et flagellum quatit in eam partem, quo vult curruum rotas peruolui. H.

m. Manes colendo) Plinio Nepoti lib. VII. Epiſtolarum, manes condere, parentare, iuſta perſoluere, quod Virg. III. Aeneid. animam condere: *Inferimus tepido ſpumantia*

Deumque faciendo, qui iam etiam homo eſſe deſierit: ceu vero vllo modo [1] ſpirandi ratio homini a ceteris animalibus diſtet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo ſimilem diuinat immortalitatem. [2] Quod autem *n.* corpus animae per ſe? quae materia? vbi cogitatio illi? quomodo viſus? auditusque, aut [3] quî tangit? qui vſus eius? aut quod ſine his bonum? Quae deinde ſedes, quantaue multitudo tot ſeculis animarum, velut vmbrarum *o.*? puerilium iſta [4] delinimentorum,

1. *Spirandi ratio ceteris. M.* 2. *et ſic P. Quod autem corpus animae perſequitur materiam? Gr. Quae autem corporis animam proſequitur materia. V.* 3. *qui tangit? quis M. et V. quid agit, qui Gr. et Al.* 4. *deliramentorum Gr. et Al.*

tia cymbia lacte. Sanguinis et ſacri pateras, animamque ſepulcro Condimus, et magna ſupremum voce ciemus. Ouidio condere vmbras V. Faſtor. *Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras, Et male veloci iuſta ſoluta Remo.* Dalec.

n. Quod autem) Quo genere corporis conſtat, inquit, quaue materia, anima per ſe, hoc eſt, ſeiuncta ſegregataque ab hac compage corporis. Vide Not. et Em. N. CLV. (hic colloc.) *Quod a.)* Ingentes huic loco tenebras offuderunt Plinii editores, quum a fide omnium codicum diſcedentes, ita ſcripſerunt, *Quod autem corpus animae perſequitur materiam?* Lucem reſtituimus admonitu codicum R. 1. 2. Par. in quibus totidem paene apicibus ea lectio repraeſentatur, vti et in Toletano ante nos animaduertit Pintianus. Et mox: *aut qui tangit,* non ex codd. ſolum MSS. ſed et ex Parm. aliiſque vetuſtis editionibus, non, *aut quid agit?* H.

o. Velut vmbrarum) Quanta, inquit, tot ſeculis animarum multitudo, ſicuti vmbrarum etiam? Ex recepta tunc opinione duas animae ſeiunctae a corpore partes agnoſcit: animae vnam, quae in ſublimi maneat: alteram vmbram, quae inferos petat, vt mox idem explicatius tradit. Ita etiam Homerus in Odyſſ. L. XI. ſub fin. v. 601. idolum quidem Herculis apud inferos eſſe dixit, ipſum vero inter ſuperos degere. H.

rum *p.*, auidaeque numquam deſinere mortalitatis commenta ſunt. Similis et de aſſeruandis corporibus hominum, ac reuiuiſcendi promiſſa a Democrito *q.* [1] vanitas, qui non reuixit ipſe. Quae (malum) iſta dementia eſt, iterari [2] vitam *r.* morte? quaeue genitis quies vmquam, ſi in [3] ſublimi ſenſus animae manet: inter inferos vmbrae? Perdit profecto iſta dulcedo credulitaſque praecipuum naturae bonum, mortem; ac duplicat *s.* [4] obitus, ſi dolere etiam poſtfutu-

1. *Vanitas reuixit: ipſoque malo iſta.* M. *reuixit ipſe: malique ipſa dementia eſt iterari vitam mortemque.* V. *Quae genitis.* Parm. 2. *vitam mortemque.* *Interea quies nunquam, ſi ſublime.* M. 3. *ſublime.* Ch. 4. *ac duplicat obituri dolorem etiam poſt futuri aeſtimatione. Sic alias obitu, ſi dolorem etiam poſt futura aeſtimatione inuenit, obitu, ſi dolorem.* Ch.

p. Delinimentorum) Ita reſcripſimus ex R. 1. et Chiffl. Pelliceriurn ſequuti. In R. 2. et Par. *telementorum*, corrupte. In editis, *deliramentorum*, praue. Senſus eſt, huiuſcemodi ſpes inanes blandimentis ac pollicitationibus eſſe perſimiles: quibus pueros quum delinire voluimus, ludificamur, atque decipimus. H.

q. Promiſſa a Democrito) Varronis verba περὶ ταφῆς. *Quare Heraclides Ponticus plus ſapit, qui praecepit, vt comburerent, quam Democritus, qui vt in melle ſeruarent: quem ſi vulgus ſequutus eſſet, peream, ſi centum denariis calicem mulſi emere poſſemus.* H.

r. Iterari vitam) Dementiae eſt, inquit, exiſtimare mortem, quae vitae finis eſt, vitae alterius eſſe principium. H.

s. Ac duplicat) Ac mors inde duplo fit acerbior, ſi dolere nos neceſſe eſt, ex cogitatione ſtatus poſt mortem futuri. Nam ſi dulce nunc viuere eſt, cui poterit tunc dulce eſſe non viuere amplius, ſed vixiſſe? Quanto facilius certiuſque eſt, ſibi quemque credere, atque argumentum ſecuritatis poſt mortem futurae repetere ex ea quae ortus ſui initia anteceſſit? Itaque duplicant illi, inquit, mortis dolorem, qui ſenſum nobis poſt mortem ſupereſſe autumant: quoniam angemur etiam aeſtimatione ſtatus poſtfuturi, praeteritae vitae memoriam

futuri aeſtimatione euenit. Etenim ſi dulce [1] viuere eſt, cui poteſt eſſe vixiſſe? At quanto facilius certiuſque, ſibi quemque [2] credere, ac ſpecimen *t.* ſecuritatis antegenitali ſumere experimento.

LVII. (LVI.) Conſentaneum videtur, priuſquam digrediamur a natura hominum, indicare quae [3] cuiuſque inuenta [4] ſint. Emere ac vendere inſtituit Liber pater. Idem diadema *u.*, [5] regium inſigne, et triumphum *uu.* inuenit. Ceres *x.* frumenta, quum antea

1. Sic et MSS. em. Hard. conſ. Ch. ſi dulce viuere; cui p. Gr. et Al. 2. *credere ſpecimen ſecuritatis antegenitali experimento. Pint.* Tò *ac, certe in Ch. non leg.* 3. *cuiuſque ſcientia inuenta ſint. M. ſcientia a quocumque. Parm.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. qui ſunt Gr. et A.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. regum Gr. et Al.*

moriam moleſtam nobis fore mortuis reputantes: quandoquidem ſi dulce eſt vita frui, dulce eſſe nequit vixiſſe, hoc eſt, ea dulcedine perfunctum eſſe, ſeque non viuere amplius, intelligere. Qui vero animam mortalem rentur, dolorem mortis ſentiunt, praeſentis tantum temporis aeſtimatione: poſt mortem enim, nullo manente ſenſu, huiuſcemodi dolore ſe carituros intelligunt. Ita fere Pellicerius. H.

t. Ac ſpecimen) Atque ad ſecuritatem animi ſui, exiſtimare id ſe fore poſt obitum, quod ante ortum fuit. Ita impie Seneca, ep. 5. *Hoc erit poſt me, quod ante me fuit. Antegenitali* nouo vocabulo vtitur ex re ipſa facto, ad id ſignificandum, quod ante nos genitos accidit. Sic Maro *antemalorum*, figurate dixit, pro *malorum ante actorum*, ſiue praeteritorum. H.

u. Diadema) Quale diadema fuerit, et quae inſignia regum: corona, chlamys, et crepidae, ſceptrum, ſtola, cidaris, tiara, mitra, prolixe exponit Alex. ab Alex. cap. 28. lib. I. *Dal.*

uu. Et triumphum) Nummus eſt argenteus in Theſauro Regio et apud Parin. p. 196. n. 1. Caput ſenatus, virile, laureatum: retro, trophaeum: infra: TRIVMPVS. Hic eſſe caput Triumphi vulgo dictitant: et TRIVMPVS ſcribi pro TRIVMPHVS. Lege, ſodes: *TRaiani*

antea glande veſcerentur. *y.* Eadem molere *z.*

iani Imperatoris Victoria Maxima Peperit Vrbi Securitatem .)(. L. PAPIRIVS CELSVS. IIIVIR. Lupa facem accenſam inuertit, vt exſtinguat: ex aduerſo Aquila eſt, Romani imperii ſymbolum. Romae belli facem ſiue ſeditionem aduerſus Imperatorem exortam, ab eo feliciter exſtinctam docet. H.

x. Ceres frumenta) Quamobrem in eius ſacris placentae, ſeſama, papauerum capita, et id genus alia myſticis ciſtis incluſa contrectabantur et offerebantur, nulla animalium caede. Sacris iis qui initiabantur, hac formula religionem profiteri ſolebant, ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κήστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθη εἰς κήστην· quod fuit occulti et arcani eius myſterii σύμβολον. Had. Iun. ex Arnobio et Euſebio, cap. 23. VI. apud Pauſaniam ea ficum arborem Pythalo prima oſtendit. Ἔνθα δὲ ἄναξ ἥρως Φύταλος ποτὲ δέξατο σεμνὴν Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν, Ἣν ἱερὰν συκὴν θνητῶν γένος ἐξονομάζει, Ἐξ ȣ̃ δὲ τιμὰς Φυτάλȣ γένος ἔσχεν ἀγήρȣς. *Dal.*

Ceres) Virg. Georg. L. I. v. 147. *Prima Ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit: quum iam glandes atque arbuta ſacrae Deficerent ſiluae, et victum Dodona negaret.* Ovid. pariter Metam. L. V. v. 341. *Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro: Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris: Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus.* Translatis aliunde ſeminibus, vt ait Iſidor. Origg. L. XVII. c. 3. prima frugibus vti coepit in Graecia. H.

y. Glande veſcerentur) Arcadas Pelaſgus rex docuit glande veſci, tuguria, καλύβας aedificare pellibus veſtiri. Inde, βαλανηφάγοι Arcades in oraculo Pythiae dato Lacedaemoniis. Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασσιν οἱ δὲ ἀποκωλύσσȣσι, ἐγὼ δέ τοι ȣ̓τὶ μεγαίρω, Arcas humaniorem vitae rationem monſtrauit, nimirum panis vſum, lanificiique: texendae veſtis ſolertiam. Rhod. c. 3. XVI. *Dal.*

z. Molere) Pauſanias in Laconicis Myletam Lelegis filium, tradit in Aleſia vico molam primo reperiſſe, et eius vſum in molendis frugibus docuiſſe: indeque dictum vicum eum Aleſiam, quaſi piſtrinam aut piſtorium. *Dal.*

[1] et conficere in [2] Attica: et alia in Sicilia *a.*: ob id Dea iudicata. Eadem prima leges *b.* dedit: vt alii putauere, Rhadamanthus. Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe *c.*: ſed alii apud Aegyptios a Mercurio, vt Gellius *d.*: alii apud Syros *e.* repertas volunt. Vtique

1. *Et panem conficere. V.* 2. *Attica, Italia et Sicilia Gr. et Al.*

a. Et alia in Sicilia) Hoc eſt, non vt Pellicerius ait in Not. MSS. alia praeter molere et conficere, in Sicilia docuit, velut arare, ſerere, metere: ſed alia Ceres praeter Atticam, forte quam Cererem Hennenſem mulierem vocat Iul. Firmicus, L. de errore profan. Relig. p. 24. Geminam hic Cererem Plinius diligenter diſtinguit, Virgilium ſequutus in Georg. Prior Attica eſt, de qua vates cecinit v. 147. *Prima Ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit: quum iam glandes atque arbuta ſacrae Deficerent ſiluae.* Alia vero in Sicilia, *Dea iudicata*, vt Plinius ait, hoc eſt, globo Lunae, vt putabant, adiuncta. Vnde Cererem pro Luna dixit idem vates, initio libri: — — *Vos o clariſſima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum Liber, et alma Ceres.* Et in nummis Siculis, inſcriptis ΚΟΡΑΣ, Ceres pingitur, faces accenſas vtraque manu gerens, quod eſt nocturni ſideris ſymbolum. Vide N. et Em. CLVI. (hic adi.) *Et alia)* Ita MSS. R. 1. 2. Pariſ. aliique. Libri hactenus editi, *Italia et Sicilia*: ſane mendoſe. Italos enim Ceres numquam legitur adiiſſe. Errorem librariorum plane parem indicabimus L. XVIII. ſ. 13. *Italica* pro *et alica* ſcribentium. H.

b. Eadem prima leges) Vide quae de Theſmophoriis dicturi ſumus, L. XXIV. ſ. 38. H.

c. Aſſyrias fuiſſe) Hoc eſt, vt ego interpretor, apud Aſſyrios. Sic autem Plinius arbitratur, quoniam regnorum antiquiſſimum Aſſyrium eſſe crederet, nec gentem aut linguam Hebraeam valde curaret, nec vtriuſque vetuſtatem noſſet. Vide Diſquiſitionem noſtram de nummis, qui ſunt inſcripti literis vt vocant Samariticis, poſt Notas et Em. ad hunc librum VII. H.

d. Vt Gellius) Adde et Hygin. fab. 277. ſub. finem, ſ. 53. Mercurius idcirco literas inueniſſe dicitur, quia eae nuntiis perferendis vtiles, et lucra computando. H.

e. Apud Syros) Cl. Alex. Str.

Vtique in Graeciam [1] intuliſſe e Phoenice *f.* Cadmum ſedecim numero. *g.* Quibus Troiano bello Palamedem adieciſſe *h.* quatuor hac figura ΘΞΦΧ. Totidem poſt eum Simonidem [2] Melicum *i.*, ΖΗΨΩ. *k.* quarum omnium

1. *Attuliſſe.* M. et Ch.

2. *Medicum.* M.

Str. L. I. p. 307. οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσι. Syriae pars fuit Palaeſtina, quam Hebraei tenuere, ex Aegypto profugi. Idcirco alii literas, apud Aegyptios primum repertas voluerunt; alii apud Syros: Hebraeas ſcilicet, quales etiamnum legimus. H.

f. E Phoenice) Tyrios primos literas aut docuiſſe aut didiciſſe, tradit Q. Curt. lib. IV. *Dal.*

E Phoenice) Hinc Timo apud Sext. Pyrrhonium, adu. Mathemat., p. 11. Φοινικικὰ σήματα Κάδμου literas appellat. Et Lucan. L. III. v 220. *Phoenices primi (famae ſi credimus) auſi Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.* Plinio ſubſcribit et Tacit. Annal. L. XI. p. 158. H.

g. Sedecim numero) Infinitas ſcriptorum rixas de literarum inuentoribus numero atque forma earum quas quiſque inuenerit, neque eſt otii, neque inſtituti noſtri hoc loco exſcribere. Collegit iſta incredibili diligentia, atque operam noſtram anteuertit Herm. Hugo, e ſociet. noſtra, ſingulari opere, de prima ſcribendi origine, et rei literariae antiquitate, c. 3. H.

h. Palamedem adieciſſe) Palamedem aiunt Y, literam inueniſſe ex ordine gruum volantium. Martialis: *Turbabis verſus, nec litera tota manebit, Vnam ſi tollas, hinc Palamedis auem.* Φ, vero a figura crucis, quae in inferiore parte eius literae ſpectatur. *Haec crucis effigies Palamedica porrigitur* Φ. Scaliger in Auſon.

i. Simonidem Melicum) E Caeo inſula fuit Simonides, Melicus vero ἀπὸ τῶν μελῶν. *Dalec.*

Melicum) Vim huius vocis aperuimus L. huius ſ. 24. Eadem de Simonide refert Hygin. fab. 277. Haeſitare Tzetzes videtur, Simonidi Ceo, an alteri Samio haec tribuenda ſint, Chil. 12. hiſt. 398. v. 13. H.

k. ΖΗΨΩ) Caue igitur exiſtimes iam inde paucis a Troia capta annis, literam Ε a Graecis vſurpatam fuiſſe pro Η: quum literam paulo poſt bellum Troianum vſu rece-

omnium vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles x. et

receptam fuiſſe admoneat. Nummi quidem Athenienſium plerique inſculptam noctuam exhibent: et in ſuperiore nummi parte hinc A. inde ΘE. Sed has literas coniungi oportere, legique Αϑεναίων, magno errore hodie plerique exiſtimant. Nam Athenae apud Graecos ſcriptores ſemper Ἀϑῆναι ſunt: vt apud Homerum Minerua Ἀϑήνη eſt. Illud vero A ΘE non eſſe pro Ἀϑένη vel Ἀϑεναίων oportuit intelligi ex Magiſtratuum nominibus, quae in iiſdem numiſmatibus inſcripta leguntur. Siquidem quae literam H poſtulant, in his eſt H ſemper, E vero numquam pro H. Cum his, inquam, literis AΘE leguntur in nummis ex Theſauro Regio, ΠΑΜΜΕΝΗΣ, ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΣ, ΚΛΕΟΦΑΝΗΣ, ΝΙΚΗΤΗΣ, ΧΑΡΙΝΑΥΤΗΣ. In Cimelio D. *Foucault* ΕΥΜΑΡΙΔΗΣ, et ſimilia nomina. In Golzianis ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ, ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, ΞΕΝΟΚΛΗΣ, ΔΙΟΓΕΝΗΣ, etc. In argenteo maximi moduli e Muſeo noſtro, cum A ΘE ſunt ΔΗΜΕΑΣ et ΕΡΜΟΚΛΗΣ Nuſquam E pro H occurrit. Athenienſes profecto nomen ſuum nouerant; et in nummis duobus e Theſauro Regio, totidemque e Muſeo, noſtro integrum eſt ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Apud D. *Foucault* ſedecim vidimus, in quibus vel ΑΘΗΝΑΙΩΝ integrum nomen, vel, (vt in duobus Regiis) ΑΘΗ tantum legitur. Nuſquam in Cimeliis viſum numiſma eſt inſcriptum ΑΘΕΝΑΙΩΝ, quamvis vnum Golzius refert, oculorum haud dubie lapſu in errorem abductus. Ipſum viri nomen Ἀϑηναῖος haud aliter ſcriptum in nummis occurrit, etiam ante Caeſarum tempora, quam quo ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Sic in nummo argenteo maximi moduli e Gaza Regia legimus ΑΕΒΕΔΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ: et in altero Synnadenſium e Phrygia ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. AΘE igitur poſitum eſt ſcribendi compendio pro Ἀϑηναίων Θεά, *Athenienſium Dea*, vel Ἀϑήνη Θεά, *AthenienſiumDea*, vel *Minerua Dea*, cuius effigies ſemper in illis nummis eſt, qui has literas A ΘE exhibent. Sic in Muſeo P. Chamillart, nummus Solenſium in Cilicia, hinc caput Mineruae inſculptum habet, inde noctuam cum epigraphe ΣΟΛΕΩΝ ΘE, quod eſt haud dubie Σολέων Θεά, *Solenſium Dea*. In nummis Athenienſium ſcribi duabus ſaltem

et VIII. priſcas fuiſſe: ΑΒΓΔΕΖΙΚΛΜΝΟΠΡΣΤΥΦ: et

ſaltem literis ΘΕ Θεὰ oportuit: quoniam ſi vna litera Θ ſcriberetur, ſecunda tantum ea litera vocis Ἀθηναίων eſſe crederetur: nec de Deae nomine cuiquam in mentem veniret: aut certe intelligendum eſſe illud nemini ſuaderet. Nummus Athenienſium antiquiſſimus primos annos haud excedit Philippi Macedonis, qui fuit Alexandri M. pater. Ex vna parte caput Palladis ſeu Mineruae galeatum exhibet, et cinctum foliis oliuae, argumento agri, qui ferax eſt olei: in altera noctua eſt, cum Lunae creſcentis effigie: vt perſpicaces eſſe Athenienſes ſignificet, noctuae ſimiles, quae noctu videt, vbi ceterae aues caecutiunt. Eſt hic nummus argenteus in Muſeo noſtro. Athenienſium numiſmata, quae nomina Magiſtratuum exhibent, aut Alexandro M. aequalia ſunt, aut poſteriora. Ita ΝΙΚΟΔΩ, quod nomen in nummo legitur apud Golzium, Tab. XIV. 11. 16. Nicodori poteſt videri illius eſſe, quem Athenis geſſiſſe Magiſtratum A. V. Romae CCCCXL. temporibus ſcilicet Alexandri Magni, Plinius auctor eſt, L. III. ſ. 9. hoc eſt, vnum e tribus fuiſſe, ſiue Triumviris, qui rempublicam Athenienſium adminiſtrarent. Itaque falſo creditum eſt, remotioris longe aeui eſſe haec numiſmata, in quibus ΑΘΕ ſcriptum eſt, vetuſtioraque Troianis ipſis temporibus, quibus additum alphabeto Graeco literam Η a Simonide Plinius prodidit. Scriptores vetuſtiſſimi nonniſi alphabeto iam dudum abſoluto integroque ſcripſerunt: et ſunt illis ſcriptoribus numiſmata recentiora annis amplius quadringentis. Et ſcriptores autem et nummorum opifices rationem eamdem ſcribendi ſeruant quam diligentiſſime, quae a nobis hodieque tenetur. In marmoribus tamen nonnullis, ſed a falſariis, ex praeconcepta illa opinione, qua viſum pleriſque eſt hactenus, Ε pro Η poſitum eſſe olim fuiſſe, ita legitur, vt in eo quod Sponius deſcribit in Miſcell. Eruditae Antiquit. p. 315. et 316. Nam ibi leges, ſed a falſariis ſcriptum, vt diximus, ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ pro ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, ΘΕΟΦΑΝΕΣ pro ΘΕΟΦΑΝΗΣ, ΚΤΕΣΙΦΩΝ pro ΚΤΗΣΙΦΩΝ, et alia multa ſimilia. Denique ex eo praeiudicio Scaliger in Notis ad Euſeb. p. 104. Plinium ait poſuiſſe hanc inſcriptionem L. VII. c. 58. ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΕΣ

et duas ab Epicharmo *l.* additas ΘΧ, quam a Palamede mauult. Anticlides in Aegypto inueniſſe quemdam nomine Menona tradit [i] xv. annis ante Phoroneum *m.* antiquiſſimum Graeciae regem; idque monumentis approbare conatur. E diuerſo Epigenes, apud Babylonios dccxx. annorum *n.* obſeruationes ſide-

i. xv. *annorum ante Phoronea. Ch.*

ΤΕΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟ ΑΘΗΝΑΙΟΣ, pro Ναυσικράτης Τισαμένου Ἀθηναῖος. Atqui nihil apud Plinium huiuſmodi eſt, vti a Turnebo animaduerſum iam olim fuiſſe mox admonebimus. H.

l. Ab Epicharmo) Hyginus item l. c. Diſcrepat Tzetzes l. c. v. 49. H.

m. Phoroneum) Φορωνεὺς Graece. H.

n. dccxx *annor.)* Vide N. et Em. N. CLVII. (hic adi.) Ita libri omnes MSS. et editi, neque quidquam immutandum eſt; tametſi Cicero prima fronte legentibus aliud ſtatuere videatur, L. II. de Diuin. p. 171. *Contemnamus*, inquit, *Babylonios, et eos qui ex Caucaſo caeli ſigna ſeruantes, numeris et motibus ſtellarum curſus perſequuntur: comdemnemus, inquam, hos aut ſtultitiae, aut vanitatis, aut imprudentiae, qui* cccclxx. *millia annorum, vt ipſi dicunt, monumentis comprehenſa continent, etc.* Et L. II. eiuſdem operis, p. 250. *Nam quod aiunt quadraginta et ſeptuaginta millia annorum in periclitandis, experiundiſque pueris, quicumque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt*, etc. At Tullius eo loci mendaces irridet: Plinius hic auctorem ſequitur in primis grauem, Epigenem, alioſque non contemnendos. Plinii ſententia haec eſt, quam neque alii, qui hunc locum ante nos expenderunt, neque reprehenſores noſtri, neque nos ipſi primum animaduertimus. Ante papyri vſum vel ceris ſcribebatur, vel aliis modis, quos Plinius enumerat diligenter, L. XIII. ſ. 13. vbi et pugillarium vſum fuiſſe ex Homero docet ante Troianum bellum; Ergo priuſquam hi modi ſcribendi in vſu fuiſſent, hoc eſt, ante bellum ipſum Troianum, etiam in coctilibus laterculis, quae rudior eſt ſcribendi ratio, ſcripſere Babylonii obſeruationes ſiderum, a ſe factas per annos dccxx., vt quidem refert Epigenes, grauis auctor in primis; vel vt minimum per annos ccccxc. vt Beroſus

ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, grauis auctor in primis: qui minimum, Beroſus et Critodemus, ccccxc. *o.* [1] annorum. Ex quo [2] apparet *p.* aeter-

1. Sic et M. et Ch. ccccLXXX. *Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. aeternus literarum vſus Gr. et Al.*

roſus prodidit, et Critodemus. Coquere lateres coeperunt Babylonii, teſte Moſe, Gen. XI. 3. quo tempore facta confuſio linguarum eſt, hoc eſt, anno, vt cum citiſſime, CLII. poſt diluuium. Ac ſi primam ſiderum obſeruationem factam Babylone fuiſſe ponamus anno circiter CLX. hunc in coctilibus laterculis ſcribendi morem tenuiſſe dicendi ſunt vſque ad annum Moſis circiter ſexageſimum, calculo Epigenis: calculo autem Beroſi et Critodemi, vſque ad tempus, quo Iacob in Aegyptum deſcendit. Ex quo liquet perſpicue, probos illos tres ſinceroſque ſcriptores eſſe; et quod Plinius colligit, *ex eo apparere aeternum literarum vſum*, non hunc ſenſum habet, ex omni aeternitate eſſe hunc vſum. Nam ſi non annos DCCXX. ſed ipſa millia annorum ſeptingenta ſcripſiſſet Plinius, vt libris omnibus inuitis Critici haud ſatis acuti volunt, inſulſus eſſet, qui vel ex tot annorum numero id colligeret. Plinianum illud, *Ex quo apparet aeternum literarum vſum*, recte Gallicus Interpres vertit: *En quoi on voit l'vſage des lettres avoir été de tant tems.* Qua loquendi forma quis aliud intelligat, quam tempus ab omni memoria propter vetuſtatem remotum; et vſum, non ab omni profecto aeternitate, ſed ab omni aeuo initio incomperto, ex quo coepit, receptum? Quando autem Babylonii vel ſiderum obſeruationes ceperint, vel eaſdem coctilibus laterculis inſcribere deſierint, ſcriptores allati a Plinio non definiunt. H.

o. ccccXL.) In MSS. omnes. Editi ccccLXXX. tantum. H.

p. Ex quo apparet) Ex dictis, inquit, capite iſto de inuentoribus literarum manifeſtum eſt, ab omni vetuſtate vſum literarum eſſe. De Latinis literis nihil habuit, quod diceret dignum memoratu: non praetermiſſurus, opinor, ſi verum eſſet, vt quibuſdum videtur, Latinos interdum B pro V ſcripſiſſe. Nam id ſe illi putant iure colligere, tum ex nummo inſcripto, BENERI GENETRICI; ſed magno errore, vt oſten-

aeternum literarum vſum. In Latium eas attulerunt Pelaſgi. *q.* [1] Laterarias *r.*, ac domos conſtituerunt primi Euryalus *s.* et Hyperbius [2] fratres Athenis:

1. *Laterarias. Domum. M. Lateritias domos. V.* 2. *fratres. Athenis antea. M.*

vt oſtendimus ad L. II. ſ. 23. tum ex altero Gallieni, cui titulus eſt, IVBENTVS AVG. Stat ibi Gallienus capite laureato, paludatus, laeva haſtam, dextra orbem Romanum tenet, cui Victoria impoſita Gallieno coronam porrigit. Eſt argenteus apud *P. Albaret*, e Soc. noſtra Turnonii, editus etiam a Morellio, tab. XXII. Verum ſub his literis, IVBENTVS. AVG. latet haec ſententia, *Iouis Victoris Beneficio Eduos Negotiatores Ter Victor Seruauit AVGuſtus.* Tergemina illa Victoria Gallieni ſignatur in nummis inſcriptis, VICT. AVG. III. et VICT. GALL. AVG. III. *Victoria Gallieni Augusti tertia*, ET VICT. T. GALL. AVG. Alioqui quomodo *Iuuentus* Auguſti de Gallieno diceretur, qui quadrageſimum iam aetatis annum, vt nummi effigies teſtatur, exceſſiſſet? H.

q. Pelaſgi) Quos in Italiam commigraſſe vidimus, L. III. ſ. 8. Tacit. Annal. L. XI. p. 159. *At in Italia Etruſci ab Corinthio Demarato: Aborigines Arcade ab Euandro didicerunt.* Vide et Hyginum, fab. 277. H.

r. Laterarias ac domos conſtituerunt, etc.) Legend. *Lateritias domos conſtituerunt primi Euryalus ac Hyperbius fratres Athenis, etc.* Agrolas ac Hyperbius homines Pelaſgi, qui ſub arce Athenarum habitarunt, muro eam cinxere. Pauſan. Attic. accepta in exſtructi eius mercede regione ſub Hymetto quam colerent. Herodot. lib. V. Hos οἰκοδομητικῆς auctores indicare voluit Plin. mutandum igitur alterius nomen. *Reineſ.* Var. lect. lib. II. c. 7. p. 169. qui Agrolas et H. mauult, et pro *antea*, dat *ante.*

Laterarias) Ita plane MSS. omnes, praeter vnum, qui *litterarias* habet errore manifeſto. Vt aerarias, ferrarias, aurarias, argentarias, loca ea dicimus, vnde aes, ferrum, aurum, argentum effoditur: ſic forte etiam, vbi lateres fiunt, laterariae erunt. Alioqui lateritias domos recepto vocabulo Plinius dixiſſet. Nam domos lateritias paſſim legimus: laterarias vbi legerim, in praeſentia non ſuccurrit. H.

s. Euryalus) Ita ſane MSS. omnes. Verum apud Pauſan. in At-

nis: antea ſpecus erant pro domibus. Gellio [1]Doxius [2] Caeli filius *t.*, lutei aedificii inuentor placet, exemplo ſumto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops *u.* a ſe appellauit Cecropiam, quae nunc eſt [3]arx Athenis. Aliqui Argos a Phoroneo rege ante conditum volunt: quidam et Sicyonem. [4]Aegyptii vero multo ante apud ipſos Dioſpolin. [5]Tegulas inuenit Cinyra [6]Agriopae *x* filius, et metalla aeris, vtrumque in inſula Cypro: Item forcipem, [7]martulum *y.*, vectem, incudem. Puteos Danaus, ex Aegypto aduectus in Graeciam, quae *z.* vocabatur

1. *Toxius. Ch. Doxius Gr.* 2. *Caelii. V.* 3. *Athenae. M.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Aegyptii multo ante Gr. et Al.* 5. *Regulas. M.* 6. *agricolae. M.* 7. *ſic et M. Ch. Turn. ex Capro. ſarculum. V. martellum. Tol. marculum Gr. et Al.*

in Attic. L. I. Ἀγρόλας vocatur, niſi ſit mendum in nomine. Arcem Athenarum muro cinxiſſe is dicitur cum Hyperbio. Τῇ δὲ ἀκροπόλει — — περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγοὺς — — Φασὶ γὰρ Ἀγρόλαν καὶ Ὑπέρβιον. Niſi forte ab iſtis arcis conditoribus diuerſi ſint οἰκοδομητικῆς auctores, quos Plinius nunc commemorat. H.

t. Caeli filius) Forte *Caelii:* vt in editione Parmenſi, aliiſque. In Romana, anni 1470. *Celii filius.* H.

u. Oppidum Cecrops) Iſidor. Origg. L. XV. c. 1. haec de Cecrope, Cecropiaque arce, totidem verbis habet. Et Anonym. L. de incredibil. p. 97. H.

x. Agriopae) Hanc vocem vnde, aut qua arte Plinii editores extuderint, nondum ſcio. MSS. omnes, *Agricolae* exhibent. H.

y. Martulum) Id eſt malleolum. Ita MSS. omnes. Veteres tamen etiam marculum dixere: Martialis L. XII. epigr. 57. *Aerariorum marculi die toto.* Iſid. Origg. L. XIX. c. 17. *Marcus, malleus maior: martellus, mediocris: marculus, malleus puſillus.* At Caper Grammaticus, L. extr. de Orthogr. martulum a Marte deducit. H.

z. In Graeciam, quae) Hoc eſt, in eam Graeciae partem, quae prius Ἄργος δίψιον, quaſi ſiticuloſa, ob aquarum penuriam vocabatur. Vnde vulgatum erat illud

tur [1] Argos Dipſion. [2] Lapicidinas *a*, Cadmus Thebis;

1. *Argidipſion. Parm.* 2. *Lapidicinas. Ch.*

[1] Illud Poetae, neſcio cuius, quem Strabo laudat, L. VIII. p. 370. Θεοὶ δ' αὖ θέσαν Ἄργος ἄνυδρον, *Lympharum expertes Argos ſuperi poſuerunt.* Et Homericum illud Iliad. δ', v. 171. Πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην. Poſt Danai vero tempora, qui arcem Argiuorum condidit, putei ibi frequentes fuere, vt auctor eſt idem Strabo, p. 371. quos alii volunt a Danai filiabus eſſe perfectos, adducto eo carmine, quod ille ipſe recitat: Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον, *Argos aquis vacuum, Danaae fecere redundans.* H.

a. Lapicidinas] Ita R. 2. et a caedendis lapidibus ita vocem hanc fingi multo verius videtur. R. tamen 1. Par. et Chiffl. et vetuſtae editt., Romana, Parmenſis, aliaeque *lapidicinas.* Porro de Cadmo inuentore adſtipulatur Cl. Alex. Strom. L. I. p. 307. Κάδμος γὰρ ὁ Φοίνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε. Ad lapicidinas pertinet haec vetus inſcriptio, reperta ineunte menſe Februario anni huius MDCCXXI. milliari vno a Muſſipontana ciuitate: erutaque ex lapicidina montis, quem Moſella omnis alluit:

IOM ET HER
CVLI SAXA
SACRVM
P. TALPIDIVS
CLEMENS ℸ
LEG. VIII. AVG.
CVM MIL. LEG. EIVS.
V. S. L. L. M.

Hanc vero ſic interpretamur: *Ioui Optimo Maximo, et Herculi Saxatili Sacrum. Publius Talpidius Clemens Augur Legionis Octauae Auguſtae, cum Militibus Legionis Eiuſdem, Votum ſoluit liberum lubentiſſime merito.* Iuppiter, vt quidem ſimulacrorum, falſorumque numinum cultores intellexere, Natura parens rerum eſt, vt eſt hominibus omnia in vniuerſum bona corporis animiue diſpertiens. Hercules, eadem rerum natura, vt impertit robur in ſuſtinendo labore. Herculi Saxatili grates agit Augur Legionis, cum eiuſdem Legionis militibus, qui fuerant lapidariis latomiis iſtis addicti, de indito ſibi robore ad hunc perferendum laborem in eruendis ac propellendis

bis *b.*, [1] aut, vt Theophraſtus, in Phoenice. Thraſon muros. Turres, vt Ariſtoteles, Cyclopes *c.*: Tirynthii, vt Theophaſtus. Aegyptii textilia *d.*: [2] in-

S 2 ficere

1. *Archeophraſius. M. V.*

2. *infecere. M. et Ch.*

lendis extra ſpecum ſaxis, et de incolumitate ſingulorum, nemine ſub his ſpecuum cavis laeſo. Ob memoriam beneficii poſitus hic lapis ab iis eſt in ipſa lapicidina. Poſt nomen *Clemens*, hac forma ן Hebraici lituus Auguralis eſt, inſigne augurum: quod de induſtria pro ipſo *auguris* nomine inſculptum eſt: ne ſi AVG. ſcriberetur, AVGVSTVS crederetur, vt verſu ſequente AVG. pro AVGVSTA eſt. *Eiuſdem* ſimilem ob cauſam, non *eius* legi oportet. *Legio octaua Augusta*, LEG. VIII. AVG. TR. P. COS. in nummo argenteo Septimii Seueri Aug. legitur. Idcirco ſculptum hunc lapidem fuiſſe opinamur, Seueri eiuſdem Auguſti principatu. H.

b. Thebis) Scilicet Aegyptiis. H.

c. Cyclopes) Virg. in VI. Aeneid. *Cyclopum educta caminis Moenia conſpicio.* Nam ii fabricam ferrariam inuenerunt et munitiones oppidorum, vt Tyrinthes Pauſaniae, et quod quidam putant, Mycenarum. Turn. c. 46. LXXXII. *Dalec.*

Cyclopes, etc.) Non illi Monoculi Siculi, non Vulcani ſocii, ſed fabri periti, de quibus Strabo, L. VIII. p. 372. quum carmen illud ex Homeri catalogo recitaſſet Il. β' v. 559. Οἳ δ' Ἄργος τ' εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν, *Argos qui tenuere, et qui Tirynthia clauſtra.* Tirynthe, inquit, ad excurſiones faciendas arcem occupaſſe Proetus videtur: et cinxiſſe eam moenibus, opera atque arte Cyclopum. Septem hi numero fuerant, γαστερόχειρες, hoc eſt, *ventrimani* dicti, quoniam ſuo labore victitarent. Argiua praeterea moenia appellat arces Cyclopum Statius in Theb. L. I. v. 251. ſicuti Seneca in Herc. Fur. act. 4. ſiue v. 996. moenia Mycenarum. De Tirynthe oppido diximus L. IV. c. 5. Vide N. et Em. N. CLVIII. (hic poſ.) *Vt Ariſt.)* Hunc Plinii locum, quando Polydorus exſcripſit, dormitaſſe videtur, de inuent. rer. L. III. c. 9. p. 182. *Muros Thraſon,* inquit, *fecit primus omnium. Turres, vt Ariſtoteles ait, Cyclopes inuenerunt: vt Theophraſtus Phoenices.* Pro Tirynthiis Phoenices perperam appoſuit. H.

d. Aegyptii textilia) Martianus,

ficere lanas *e.* Sardibus Lydi. Fuſos in lanificio *f.* Cloſter filius [1] Arachnes: linum *g.* et retia Arachne. *h.* Fulloniam artem Nicias Megarenſis. Sutrinam [2] Tychius

1. Arachnae. Ch. *2. Tibus Boeotius. Tol. et Ch. Sutrinam Boethius.*

tianus, L. II. p. 39. *Iſis in Aegypto lini vſum ſementemque monſtrauit.* Mineruae Nili Regis filiae inuentum hoc adſcribit Iul. Firmicus, L. de prof. religg. p. 49. *Quinque Mineruas*, inquit, *fuiſſe legentibus nobis tradit antiquitas. Vna eſt Vulcani filia, quae Athenas condidit. — — Fuit alia in Aegypto, Nili Regis filia, textrinae artis magiſtra, etc.* Permiſcent omnia Poetae, quum nendi texendique artem, aliaſque diſciplinas ab vna Pallade inſtitutas volunt, Eo praeterea artificio inſignem fuiſſe Παθυμίαν Aegyptium ſcribit Athen. L. II. p. 48. H.

e. Inficere lanas) Vide N. et Em. N. CLIX. (hic poſ.) *Inf.)* Subintellige inuenerunt: etſi plerique MSS. legunt *infecere.* Hygini locum fab. 274. hinc emendabis, *Lydis ſurculis*, inquit, *lanam fecerunt*: lege: *Lydi Sardibus lanam infecerunt.* H.

f. In Lanificio) Lanificii vſum primos Athenienſes docuiſſe tradit Iuſtin. L. II. c. 6. p. 26. H.

g. Linum) An lini ſegetem intelligit, ex qua conficiuntur retia? an linum pro verriculo ſeu piſcatorio reti dixit, vt Virgil. Georg. L. I. *Pelagoque alius trahit humida lina*: Retia vero, pro caſſibus, quibus detinentur ferae? An lineum ſcribi ſatius fuerit, qua piſces capiuntur, aut qua terrentur cerui? Quemadmodum Martial. L. III. ep. 58. *Tremulaue captum linea trahit piſcem.* Et Nemeſianus in Cynegetico, p. 174. *Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus Qua poſſit, volucreſque metu concludere praedas.* Quo ſenſu et linum vſurpat idem p. 175. *Namque vrſos magnoſque ſues, ceruoſque fugaces, Terrificant, linique vetant tranſſcendere ſeptum.* H.

h. Arachne) Lyda puella, quae cum Pallade texendi certamen iniiſſe dicitur. Vide Ouid. in Metam. init. L. VI. Iuuen. Sat. 2. v. 56. *Vos tenui praegnantem ſtamine filum Penelope melius, leuius torquetis Arachne.* H.

chius [1]Boëotius. *i.* Medicinam *k.* Aegyptii apud ipſos volunt repertam: alii per Arabum *l.*, Babylonis et Apollinis filium: Herbariam et medicamentariam a Chirone *m.*, [2]Saturni et Philyrae filio. Aes con-
S 3
flare

1. *Boëthius Gr.* 2. *Phyllirae Gr.*

i. Tychius Boeotius) Vide N. et Em. CLX. (hic poſ.) *Sutrinam etc.)* In libris hactenus editis, *ſutrinam Boethius.* At in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Tolet. Par. Chiffl. etc. *ſutrinam Tibus Boeotius.* Vnde nos germanam lectionem expreſſimus *Tychius Boeotius.* Hunc enim Tychium patria Boeotium ſutrinae inuentorem laudant Graeci pariter ac Latini ſcriptores. Homerut inprimis Il. η. v. 221. vbi de ſcuto Aiacis ſeptemplici, ἑπταβοείῳ Ὅ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων Σκυτοτόμων ὄχ᾽ ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. Eſt porro Hyle vrbs Boeotiae, vt monet Strabo, L. IX. p. 408. hoc ipſum carmen ex Homero recitans. Ouid. item adſtipulatur, Faſt. L. III. v. 823. *Nec quiſquam inuita faciet bene vincula plantae Pallade ſit Tychio doctior ille licet.* Nonnus denique Dionyſ. L. XIII. p. 354. vbi catalogum texens oppidorum Boeotiae; Καὶ οἱ λάχον εὔβοτον Ὕλην Σκυτοτόμου Τυχίοις τανυκνημίδα τιθήνην. Fuit hic Tychius σκυτεὺς hoſpes Homeri, teſte Herodoto, in Homeri vita, n. 9. p. 501. H.

k. Medicinam) Ab Api Aegyptio inuentam ſcribit Cl. Alex. Strom. L. I. p. 307. ab Aeſculapio deinde amplificatam. Vide et Suidam, verbo Γράμματα. H.

l. Per Arabum) Ἀσκληπιὸν Apollinis et Coronidis F. appellat Hyginus fab. 161. et 202. atque Homerus ipſe laudatus a Pindari Scholiaſte, p. 218. H.

m. Chirone) Hyginus fab. 274. „Chiron Centaurus Saturni F. artem medicinam chirurgicam ex herbis primus inſtituit. Apollo artem ocularium medicinam primus fecit. Tertio autem loco Aſclepius Apollinis F. Clinicem reperit.„ Vide N. et Em. N. CLXI. (hic poſ.) *A Chirone etc.)* Hunc Philyrae filium, non vti habent libri editi, *Phyllirae* ſcribi oportuit; teſte Hygino fab. 138. *Saturnus,* inquit, *Iouem quum quaereret in Thracia cum Philyra Oceani filia, in equum conuerſus concubuit, quae ex eo peperit Chironem Centaurum, qui artem medicam primus inueniſſe dicitur. Philyra in* arbo-

flare et temperare *n.*, Ariſtoteles Lydum [1] Scythen *o.* monſtraſſe, Theophraſtus *p.* [2] Delam Phrygem [3] putat. Aerariam fabricam *q.* alii Chalybas, alii Cyclopas. *r.* Ferrum Heſiodus *s.* in Creta eos, qui vocati

1. *Scytin. Tol.* 2. *Deltam. V.* 3. *putant.*

arborem philyram, hoc eſt. tiliam, commutata eſt. Graecis eſt Φίλυρα. H.

n. Aes conflare et temperare) Pauſan. in Arcadicis Rhaecum Philaei et Theodorum Teleclis filium, ambos Samios, aes conflare et cudere primos docuiſſe tradit, a Theodoroque caelatum ſmaragdum, quo Polycrates Samius maxime delectabatur. *Dal.*

o. Scythen) Id nomen viri proprium fuit: patriae, Lydus. Ariſtoteli ſubſcribit Heſiodus apud Cl. Alex. Str. L. I. p. 307. ὡς δὲ ὁ Ἡσίοδος, Σκύθης. H.

p. Theophraſtus) Libro ſingulari, quem περὶ εὑρημάτων *De rebus inuentis* inſcripſerat, cuius meminere Laertius, Cl. Alex. aliique. H.

q. Aerariam fabricam) Ferri fundendi modum Theodorum Samium inueniſſe ex Pauſania conſtat, et Rhod. ſcribit cap. 5. XVIII. *Dal.*

Aerariam fabricam) Artem ex aere vaſa, ceteraque ſimilia fabricandi. Sic paulo poſt, fabricam materiariam ferreamque dicit. H.

r. Cyclopas) Cyclopas fulminis Iouis fabros Virgil. et Heſiodus Aſteropen, Bronten, Argen, nominant. Hos quum Apollo ſagittis occidiſſet, quod Ioui fulmen cudiſſent, quo Aeſculapium necauerat, caelo depulſus Admeto famulari coactus eſt. Panyaſis apud Clementem Alexandrinum, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων. Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητεύσεμεν εἰς ἐνιαυτόν. Leopard. c. 9. II. *Dal.*

s. Ferrum Heſiodus) Ferri ferruminandi rationem primum inueniſſe Glaucum Chium, Pauſanias in Phocicis tradit. Strab. lib. XX. Idaei dactyli ferrum primum fabricati ſunt. Eidem lib. XIV. Telchines primi ex aere et ferro varia opera fecerunt. *Dal.*

Ferrum Heſiodus) Cl. Alex. l. c. Κέλμις καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δάκτυλοι, πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ. Euſ. Praep. L. X. p. 475. vbi hic locus Clementis exſcribitur, alterum ex illis Δαμναμενέα vocat, recte.

ti ſunt Dactyli *t.* Idaei. Argentum inuenit Erichthonius *u.* Athenienſis: vt alii, [1] Aeacus. *x.* Auri metalla et [2] conflaturam, Cadmus Phoenix ad Pangaeum *y.* montem: vt alii, Thoas et [3] Eaclis *z.* in Panchaia: aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinae quoque inuentionem [4] ex melle *a.* [5] aſſignat. Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportauit Midacritus. *b.* Fabricam [6] ferream *c.* inuenere Cy-

S 4 clopes.

1. Caeacus. Turn. ex Hygin. et V. 2. flaturam. Cb. 3. Aeolis. Cb. 4. Sic et M. V. et mellis. Gr. 5. ſignat. Cb. 6. Et ſic Cb. ferrariam Gr. et Al.

cte. Heſiodo Sophocles adſtipulatur ap. Strabon. L. X. p. 473. H.

t. Dactyli) Tres Dactylos vno verſu complexus eſt auctor Phoronidis fabulae, apud Schol. Apollonii, Κέλμις, Δαλμαμενεὺς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων. Quod tamen quoque fuerint fratres a digitorum numero, quos δακτύλȣς Graeci vocant, prius nomen inuenere: poſterius ab Ida monte, quem incolebant. Teſtis eſt Strabo proxime laudatus. H.

u. Erichthonius) Hygin. fab. 274. *Indus rex in Scythia argentum primus inuenit quod Erichtonius Athena primum attulit.* Aliter Caſſiodor. Varr. L. IV. ep. 34. *Primi dicuntur aurum Aeacus, argentum Indus rex Scythiae reperiſſe.* H.

x. Aeacus) Ita R. 1. 2. At Colb. 1. 2. Par. et Turnebus *Caeacus*: male, vti ex Caſſiodoro liquet proxime appellato. H.

y. Ad Pangaeum) Totidem verbis Cl. Alex. Str. L. I. p. 307. Κάδμος γὰρ ὁ Φοίνιξ — μέταλλα χρυσȣ̃ τὰ περὶ τὸ Πάγκαιον ἐπενόησεν ὄρος. H.

z. Thoas et Eaclis) Vide N. et Em. N. CLXII. (hic poſ.) *Thoas etc.)* Ita R. 1. et 2. Colb. 1. 2. Par. etc. Hunc Plinii locum Hyginus quum exſcriberet Fab. 274. miſere deformauit, *Thoas* in *Thaſo* immutans, et quod viri nomen eſt proprium, monti aſſignans: et tandem *Eaclis* in *Sacus* tranſfigurans. Sic enim ille: *Sacus Iouis F. vt Panchaia in monte Taſo aurum primus inuenit.* H.

a. Ex melle) Ita reſcripſimus ex MSS. ante laudatis, quum editi libri praeferant, *et mellis.* H.

b. Midacritus) Ita MSS. Forte, *Midas Phrygius.* Vide N. et

clopes. Figlinas *d.* Coroebus *e.* Athenienſis. In iis orbem *f.* Anacharſis Scythes: vt alii, [1] Hyperbius *g.* Corinthius. [2] Fabricam materiariam *h.* Daedalus, et in ea ſerram *i.*, aſciam, perpendiculum, terebram,

1. Hyperbios. Gr. *2. Fabricae materiam Daedalus. Tol. Fabricam materiarum. V.*

N. et Em. N. CXXIII. (hic poſ.) *Plumbum etc.)* Portentum hoc nominis, ſi codices aliqui MSS. faueant, libenter immutarim, vt legatur, *Midas Phrygius.* Hyginus enim, l. c.: *Midas rex,* inquit, *Cybeles filius, Phryx, plumbum album et nigrum primus attulit.* Item Caſſiodor. Varr. L. III. ep. 131. *Aes enim Ionos Theſſaliae rex, plumbum Midas regnator Phrygiae repererunt.* H.

c. Fabricam ferream) Ita MSS. omnes: non, vt vulgo editi, *ferrariam.* H.

d. Figlinas) Officinae hae ſunt, in quibus ex creta, argillaue fit aliquid, a fingendo. H.

e. Coroebus) Graecis Κόροιβος. Is artem inuenit: inventam exercuit Chalcoſthenes, et ab eius officina Athenis loco nomen inditum, Κεραμεικὸς, vt docet Plin. L. XXXV. ſ. 45. Vide Athen. L. I. p. 28. H.

f. In iis orbem) Seneca ep. 30. p. 398. *Anacharſis,* inquit, *Poſidonius, inuenit rotam figuli, cuius circuitu vaſa formantur.* Laertius in vita Anacharſis, p. 27. εὗρε δὲ καὶ κεραμικὸν τροχὸν, etc. Suidas his adſtipulatur, p. 257. Strubo vero L. VII. p. 209. τροχὸν κεραμέως notum fuiſſe Homero demonſtrat, qui Anacharſi antiquior fuit. H.

g. Vt alii, Hyperbius) Fuit haec Theophraſti ſententia, libro antea laudato περὶ εὑρημάτων, vt auctor eſt Pindari Schol. in Olymp. od. 13. p. 113. Θεόφραστος δὲ, inquit, ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, Ὑπέρβιον τὸν Κορίνθιον φησὶν εὑρηκέναι τὴν τῆς κεραμικῆς τροχῆς μηχανήν. H.

h. Fabricam materiariam) Ita R. 1. Colb. 1. 2. Par. etc. At R 2. et Tolet. *Fabricae materiam.* H.

i. In ea ſerram) Iſid. Origg. L. XIX. c. 19. et Hygin. fab. 274. ſerrae inuentorem Perdicem faciunt Daedali ex ſorore nepotem: a Daedalo ex inuidia praecipitem actum e turri. Hunc vero non Phoenicem, ſed Τάλων vocat Diodorus Sic. L. IV. p. 277. inuentoremque ait fuiſſe ſerrae, rotae

bram, glutinum, [1] ichthycollam: [2] normam autem *k.*, et libellam, et tornum, et clauem Theodorus Samius. *l.* Menſuras et pondera, Phidon *m.* Argiuus: aut Palamedes, vt maluit Gellius. Ignem e ſilice Pyrodes Cilicis filius: eumdem aſſeruare in ferula *n.*, Prometheus. *o.* Vehiculum cum quatuor rotis Phryges: Mercaturas *p.* Poeni. [3] Culturas vitium et

S 5

1. *Lithocollam Alii. ſic et M.* 2. *normam, fornicem autem. V. lege forcipem.* 3. *Culturam. Ch.*

tae figularis, torni, ac reliquae materiariae fabricae. Ouid. Metam. L. VIII. v. 244. rem ſignauit carmine, nomen non adnotauit: ex ſorore Daedali nepotem tantum fuiſſe ait: *Ille enim medio ſpinas in piſce notatas Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, et ſerrae repperit vſum Primus,* etc. Quare ſuſpicari merito quis poſſit, num pro *Daedalus*, *Talos* legi in Pliniano contextu oporteat. H.

k. Normam autem) A Pythagora Samio eſſe inuentam ſcribit Vitruuius L. IX. c. 2. p. 175. forte pro *Theodoro Samio.* H.

l. Theodorus Samius) Quem praeterea aeris ferrique conflandi repertorem fuiſſe auctor eſt Pauſan. in Lacon. et Arcad. Vide L. XXXIV. ſ. 19. n. 22. H.

m. Phidon) Φείδων ὁ Ἀργεῖος. Straboni L. VIII. p. 358. μέτρα ἐξεῦρε καὶ σταθμούς. Idem habent Oxonienſia Marmora, p. 157. Pollux, Herodotus, aliique. H.

n. In ferula) E ſilice ignem excuſſum excipere medulla ferulae, νάρθηκος, exſiccata. Ferula quid ſit dicemus in opere de herbis et fruticibus. H.

o. Prometheus) Pauſanias non a Prometheo, ſed a Phoroneo ex Argiuorum ſententia, repertum ignem, et eum mortalibus communicatum ſcribit. Vide Rhod. cap. 14. et 15. lib. XV. *Dalec.*

p. Mercaturas) Quae nauigatione fierent. Alioqui emere praeciſe ac vendere Liber Pater initio capitis huius inſtituiſſe, dicitur. Dionyſius, de Poenis, Πρῶτον δὲ ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο *Miſcuerunt primi infido commercia Ponto.* Pomponius Sabinus, in L. I. Aeneid. *Phoenices condidere Tyrum in mari, propter merces, primi mortalium negotiatores in marina alea.* Ita fere Schefferus, de militia nauali L. I.

et arborum Eumolpus *q.* Athenienſis. Vinum aqua *r.* miſceri Staphylus [1] Sileni filius. Oleum et trapetas Ariſtaeus Athenienſis. *s.* Idem mella. Bouem et ara-

1. *Silethi. V.*

L. I. c. 1. p. 10. Sed vim, opinor, affert orationi Plinianae, in qua de terreſtribus tantum inuentis nunc agitur, publicisque et longinquis per vehicula, de quibus proxime dictum eſt, mercaturis. H.

q. Eumolpus) Qui cum Thracibus popularibus ſuis Atticam obtinuit, Strabone teſte, L. VII. p. 321. Hinc Athenienſis dicitur quum Thrax ortu fuerit. H

r. Vinum aqua) Vini diluendi ac temperandi modum Bacchus edocuit, indeque factum, vt homines recti incederent, qui prius curvi ob meri potum: vnde et ara Baccho Recto, Ὀρθοῦ Διονύσου, ſtatuta, ſi Philochoro credimus, apud Athen. L. II. p. 36. Staphylum ſcriptorem auctor eſt idem Athen. p. 45. literis mandaſſe, vini diluendi modum a Melampode primo inuentum eſſe. Theopompum vero ſcripſiſſe, Midam Phrygem fontem diluiſſe vino, quum Silenum ebrium capere vellet. Staphylum Dionyſii F. facit Apollodorus, de Diis, L. I. p. 53. Theſei, Plutarch. in Theſeo, p. 9. In tanta diſſenſione opinionum, quid certo ſequar, non habeo. H.

s. Oleum et trapetas Ariſtaeus Athenienſis) Diodorus quinto, docet nos, *Cyrenenſis* hic legendum eſſe non *Athenienſis*, his verbis: *Nunc Ariſtaei acta ſequentur. Hic ex Apolline ac Cylene Hipſei filia genitus eſt. De cuius genere quidam ita tradunt. Quum Cyrene apud Pelium virgo educaretur, Apollo eius forma captus raptam virginem in Libyam detulit ad ea loca, in quibus poſtmodum ciuitas condita eſt ab eius nomine Cyrene. Ex ea filium ſuſcepit Ariſtaeum, quem infantem tradidit Nymphis nutriendum, a quibus triplici nomine eſt appellatus Nomius, Ariſtaeus, Agraeus. Ab his nymphis quum lac coagulare, mel atque oleum conficere didiciſſet, primus ea in vſum hominum traduxit.* Pint.

Et trapetas) Varro de L. L. IV. p. 34. *Trapetes vocantur molae oleariae, a terendo, niſi Graecum eſt, vt molae a molendo.* Vnde Virg. Georg. L. II. v. 519. *Venit ſpes: teritur Sicyonia bacca trapetis.* Adſtipulatur Plinio Diodorus, Bibl. L. IV. p. 281. de olei melliſque invento.

aratrum [1] Buzyges *t*. Athenienſis: vt alii, Triptolemus. *u*. Regiam ciuitatem *x*. Aegyptii, popularem *y*. [2] Attici, poſt Theſeum. *z*. Tyrannus primus fuit Phalaris *a*. Agrigenti. Seruitium inuenere Lacedaemonii.

1. *Briges. V. Bytyges. Ch. cui ſuperne adſcript. vel Buziges.* 2. *Popularem Attici. Poſt Theſ. Gr. et Al.*

vento. Nonnus item Dionyſ. L. XIII. p. 366. Vterque Cyrene in Libya natum Ariſtaeum refert, ſed Graecis parentibus, Apolline et Cyrene. H.

t. Buzyges) Siue is Hercules fuerit, ſiue Epimenides, a iungendis bobus nomen id illi factum. Suidas p. 566. Βουζύγης, ὁ Ἡρακλῆς. Heſych. p. 196. Βȣζύγης, ἥρως Ἀττικὸς, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας, ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. In Vaticana prouerbiorum Graecorum appendice, cent. I. prou. 21. Ὁ Βȣζύγης Ἀθηνῆσιν, τȣ̃ τὸ ἱερὸν ἄροτρον etc. H.

u. Vt alii, Triptolemus) A Cerere matre edoctus. Hygin. fab. 277. *Ceres boues domare, et alumno ſuo Triptolemo fruges ſerere demonſtrauit.* Verum antiquior Moſes de agricultura leges tulit, quas ex facris paginis collegit Bochartus de animal. P. I. L. II. c. 32 p. 310. Ex Plinio exſcripſit haec Iſidor. L. XVII. c. I. H.

x. Regiam ciuitatem) Hoc eſt, communitatem, cui rex praeſit! quam μοναρχίαν Graeci appellant. H.

y. Popularem) Δημοκρατίαν vocant. H.

z. Poſt Theſeum) Expulſo Theſeo. Vide N. et Em. N. CLXIV. (hic conſp.) *Popularem* etc.) Vitioſa interpunctione locus hic hactenus laborauit, quum ſubſequenti periodo haec verba ſic annecterentur, *Poſt Theſeum tyrannus primus*, etc. quum ad ſuperiorem clauſulam ea pertineant: ſitque ſententia, poſt Theſeum, hoc eſt, pulſo Theſeo, popularem ciuitatem, ſiue Δημοκρατίαν primos Atticos inſtituiſſe, Theſeum enim pulſum Athenis in Scyrum inſulam conceſſiſſe, ibique ex moerore obiiſſe, non ſine ingratae patriae deteſtatione, quam per pagos diuiſam, ſub regni ſui primordium vnum in corpus ciuitas contraxerat, teſtantur Plutarchus in eius vita, et Arundelliana marmora. H.

a. Phalaris) Olymp. LII. coepit teſte Suida temporibus Seruii Tullii Romanorum Regis. H.

monii. Iudicium capitis *b.* in [1] Areopago primum actum eſt. Praelium Afri*c.* contra Aegyptios [2] primi fecere fuſtibus, quos vocant phalangas. *d.* Clypeos *e.* inuenerunt Proetus et Acriſius inter ſe bellantes, ſiue Chalcus Athamantis filius. Loricam Midias Meſſenius. Galeam, gladium *f.*, haſtam Lacedaemonii. *g.* Ocreas et criſtas Cares. Arcum et ſagittam Scythen Iouis filium, alii ſagittas Perſen Perſei filium inueniſſe dicunt: lanceas Aetolos, iaculum

1. *Areopago. M. et Ch.* 2. *ſic em. ex MSS. Hard. conſ. Ch. primum Gr. et Al.*

b. Iudicium capitis) ſubſcribit Aelianus V. H. L. III. c. 38. H.

c. Praelium Afri) Hygin. fab. 274. *Afri et Aegyptii primum fuſtibus dimicauerunt: poſtea Belus Neptuni. F. gladio belligeratus, vnde bellum eſt dictum.* Nugae. Caſſiodor. Var. L. II. ep. 30. pugnam a pugnis, a Belo bellum appellatum eſſe, non minus leuiter credidit. H.

d. Phalangas) Heſychius: Φαλάγγια ϛρογγύλα ξύλα καὶ σύμμετρα. Schol. Apollonii ad Argon. L. II. v. 845. Φάλαγξ δὲ, τὸ ἐπιμῆκες καὶ ϛρογγύλον ξύλον. Latini etiam Palangas dixere. Quid eae ſint, Nonius ex Varrone docet: *Palangae dicuntur fuſtes teretes, qui nauibus ſubiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus; vel quum ad litora ſubducuntur: vnde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſvehunt.* H.

e. Clypeos) Totidem verbis Apollodorus de Diis, L. II. p. 85. Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος-- πολεμοῦντες εὗρον ἀσπίδας πρῶτοι. Fratres hi fuere: et iidem Argiuorum reges. Acriſii filia Danae, ex qua Perſeus. H.

f. Galeam, gladium) Intellige Laconum haec propria, galeam Laconicam, gladiumque Laconicum. Nam ſuam quoque galeam habuere Boeoti, Corinthii, Paphlagones. Gladii vero ſeu pugionis Laconici breuitatem oſtendit Plutarch. in Lycurgo, p. 51. ἐγχειρίδια appellans μαχαίρας Λακωνικάς. H.

g. Haſtam Laced.) Peculiarem ſcilicet, qualis vero ea fuerit, ſtatuere haud ita procliue eſt. Hinc illud Gregorii Nazianz. dictum, ep. 139. ad Themiſtium: Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει, *Spartanos haſta notos facit.* H.

culum cum amento Aetolum Martis *h.* filium. [1] Haſtas velitares Tyrrhenum *i.*: pilum *k.* Pentheſileam Ama-

1. *Haſtas velitares Tyrrhenum, pilumque. Pentheſileam Amazonem ſecurim. Piſaeum venabula, etc. Gr. et Al.*

h. Aetolum Martis) Aetolum Endymionis F. facit Apollodorus de Diis, L. I. p. 29. a quo Aetoliae nomen. H.

i. Tyrrhenum) De haſtis velitaribus ſic appellatis, quod ad velites, hoc eſt, levis armaturae milites eae pertinent. Liuius, L. XXVI. p. 280. *Et ſeptena iacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt.* H.

k. Pilum) Vide N. et Em. CLXIV. (paulo poſt) Apud Homerum nulla Penthiſilea eſt. *Penthiſileam* ſcribit Plinius, et inde Graeci quidem Πενθεσίλειαν. At in nummo vetere, quem Neapoli exſtitiſſe affirmat Occo p. 216. *Penteſilea* ſcribitur, quin ita poſcit ſententia latens ſub illis literis. In antica parte eſt, DIVO TRAIANO AVGVSTO .)(. In ambitu, ACHILLIS: Infra, PENTESILEA. Non ibi *Achilles armatus interficit Penteſileam*, vt putat Occo; nam quid iſta caedes, ſi vera fuit, ad Traianum pertinet? Sententia haec iſtis literis ingenioſe comprehenſa eſt: ACHILLI *Similis Princeps Equitum Nerva Traianus, Equeſtri Signifero Interfecto Liberauit Eduam Auguſtam.* Non eſt in hoc nummo Penteſilea picta, ſed hoſtilis exercitus ſignifer, a Traiano, vt quondam ab Achille Hector ἱππόδαμος interfectus, *Pilum etc)* In editis hactenus libris adiecta perperam eſt vocula connectens, *pilumque*: Nos eamdem ſuſtulimus optimorum codicum admonitu, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. atque vitioſam interpunctionem ſanauimus: pili inuentione Pentheſileae, ſecuris Piſaeo, venabulorum Cretenſibus attributa: quum prius ſic legeretur: *Haſtas velitares Tyrrhenum, pilumque: Pentheſileam Amazonem, ſecurim: Piſaeum, venabula, etc.* Ac certe primos venatores Cretas fuiſſe, primoſque vſos eſſe, et ſagacitate canum, conſtat, et ſagittis, venabulis, aliiſque ad huius ſtudii ſtructionem ſpectantibus, vt loquitur Iul. Firmicus, Matheſ. L. VIII. c. 9. p. 219. Quamquam Dercylo Amyclaeo venabuli inuentionem aſſignat Gratius in Cyneg. p. 6. *Et Lacedaemoniae primum vidiſtis Amyclae Per non aſſuetas metantem retia valles* Dercy-

Amazonem: ſecurim, Piſaeum. Venabula, et in tormentis ſcorpionem *l.* Cretas: catapultam *m.* ¹ Syros *n.*: Phoenicas balliſtam et fundam. *o.* Aeneam tubam *p.* Piſaeum

1. *Sicilios, Phoenicas. Turn. Syrophoenicas. Ch.*

Dercylon Ille etiam valido primus venabula dente Induit, etc. Cretenſes igitur venabula inuenerunt: primus ea valido dente Dercylus armavit, ſiue ferreo. H.

l. Scorpionem) Vitruuius catapultae et ſcorpionis eamdem ait eſſe rationem: catapultis, ſagittas: balliſtis, ſaxa mitti. Caeſar tamen bello ciuili L. II. et catapultis ſaxa, et balliſtis ſagittas miſſas ſignificat. Scorpionem Marcellinus prolixe deſcribit, L. XXIII. proxime poſt initium. H.

m. Cretas catapultam) Aelianus inuentam ſcribit in Sicilia a Dionyſio tyranno: ideoque allata e Sicilia catapulta, Graecum quemdam dixiſſe ὤλετο ἀρετά Siculos Machinalis ſcientiae peritiſſimos fuiſſe oſtendit Archimedes. Turn. I. 18. 29. *Dal.*

n. Syros, Phaenicas baliſtam et fundam) Scribe coniunctim *Syrophaenicas*, tum ex vetuſto vtroque codice tum ex geographis. Mentio et in ſacris literis mulieris Syrophoeniſſae. *Pint.*

Syros) Vide N. et Em. N. CLXVI. (hic adi.) *Catapultam etc.)* Ita MSS. omnes: etſi quidam coniunctim *Syrophoenicas* legant, ſed perperam: nulli tamen Turnebi coniecturae fauent, qui Adverſar. L. XXIX. c. 18. *Sicilios* vel *Siculos* reponit: propterea ſolum, quia Aelianus a Dionyſio in Sicilia catapultam inuentam refert. H.

o. Fundam) Aetolos Strabo inueniſſe ſcribit. Pollux fundam Acarnanum, qui Aetolis vicini ſunt, laudat. Had. Iun. c. 2. lib. I. *Dalec.*

Fundam) Strabo, L. VIII. p. 357. ab Aetolis repertam ſcribit. Idem p. 167. Balearium incolas funditores optimos exiſtimatos eſſe, artemque eam coluiſſe in primis, vt fama fuit, ex quo Phoenices has inſulas tenuere: Σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται· καὶ τοῦτ᾽ ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξ ὅτου Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους, et in eas, vti credere promtum eſt, artem intulere. H.

p. Aeneam tubam) Hygin. fab. 274. *Tyrrhenus, Herculis F. tubam primus inuenit.* Clemens Al. apud Euſeb. Praep. L. X. p. 475. Τυῤῥηναῖοι δὲ σάλπιγγα ἐπενόησαν. Ita quoque Athen. L. IV.

Piſaeum Tyrrhenum. Teſtudines *q.* Arthemonem Clazomenium. Equum *r.* (qui nunc aries appellatur) in muralibus machinis, [1]Epeum ad Troiam. *s.* Equo vehi Bellerophontem. *t.* Frenos et ſtrata equorum Pelethronium. *u.* Pugnare ex equo *x.* Theſſa-

1. *Primum Epeum. M.*

IV. p. 184. Inde *tuba Tyrrhenum melos dicitur*, vt notat idem Hyginus. H.

q. Teſtudines) Militares intelligit, oppugnandis olim idoneas oppidis, de quibus Lipſium vide. H.

r. Equum) Inde equi Troiani fabula. Machina ea muralis fuit, quae poſtea aries appellata eſt. De eius forma vide Vegetium, Lipſiumque. Ferramenta, quibus equum ligneum Epeus fabricatus erat, Metapontini oſtentabant, vt auctor eſt Iuſtinus L. XX. c. 2. Virg. Aen. II. *Et ipſe doli fabricator Epeus.* H

s. Epeum ad Troiam) Septimius Florens iuuentum fuiſſe a Carthaginenſibus ait, Vitruuius in oppugnatione Gadium id factum fuiſſe ſcribit. Vide Turn. c. 20. lib. VIII. Aduerſar. *Dal.*

t. Bellerophontem) Pegaſi conſcenſorem, Glauci F. a Deucalione ſextum: Vixit Aode iudiciarium munus apud Hebraeos exercente. H.

u. Pelethronium) Virgil. *Frena Pelethronii Lapithae gyroſque dedere, Impoſiti dorſo, etc.* Contra quem Plinius ſcribit, Lapithas Pelethronios Virgilius nominat, a Pelethronio Theſſaliae monte, quem incolebant, vbi primum domitos equos fuiſſe tradunt. Turn. cap 9. lib. XXI. Aduerſ. *Dal.*

Pelethronium) Regem Lapitharum. Vide Not. et Em. CLXVII. (hic poſ.) *Frenos etc.*) Hunc fuiſſe Chironem nonnemo fortaſſis exiſtimet, quia ipſe ita eſt appellatus. Phauorinus: Πελεθρόνιος ὁ Χείρων, ἀπὸ τοῦ Πελεθρόνου ἐν ᾧ ἐτράφη. *Pelethronius eſt Chiron dictus, a Pelethrono, vbi educatus eſt.* Habet eadem Heſychius. Verum Chironem inueniſſe frena, veterum nemo prodidit. Deinde ante Troiana tempora, quibus Chiron Achillis Magiſter vixit, in vſu frequentiſſimo frena fuerunt. Poſtremo Virgilius non Pelethronium vnum, ſed Pelethronios Lapithas, gentem notam huius rei facit auctorem, L. III. Georg. v. 115. Lapithae, Theſſali ſunt: dicti Pelethronii, a Pelethronio oppido Theſſaliae, ſicut Ser-

Theſſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem. Bigas [1] prima *y.* iunxit Phrygum natio quadrigas Erichthonius. *z.* Ordinem

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. primum Gr. et vulgg.

Seruius eſt auctor. Plinii Pelethronium exiſtimo fuiſſe regem vetuſtiorem, illius oppidi conditorem. Ipſius meminit ſolus Philargyrus ad dictum Poetae locum: *Pelethronios*, inquit, *Lapithas ideo appellauit, quia ſunt Theſſalis. Pelethronium antrum eſt, vbi Achillem Chiron erudiuit. Alii Pelethronium regem Lapitharum volunt.* Ex Plinio ſumſit Hygin. fab. 274. *Pelethronius frenos et ſtratum equis primus inuenit.* H.

x. Pugnare ex equo) Non aduerſus homines in praelio, meo quidem iudicio: nam hoc Theſſalorum inuento vetuſtius reor: ſed contra tauros in venatione, in monte Pelio, vnde Centaurorum nomen acceperunt: vt Palaephatus ſcribit, c. 3. de Centauris. Eſt nummus argenteus apud Patinum, in Famil. p. 43. n. 1. in quo caput eſt Romae Victricis, galea tectum et alatum. Latere ſiniſtro: COTTA .)(. Victoria in bigis Centaurorum vt vocant, qui dextra ſtrictum enſem ſurſum attollunt: humero ſiniſtro palmas gerunt. Infra. M. AVRELI. *Marcus Aurelius.* Inferius, ROMA. Quid Centauri iſti ſignificent, valde aeſtuat Spanhemius cum aliis, vt exponat, T. II. p. 16. et 19. nec expedit. Significat Cotta in gente ſua Aurelia victorem exſtitiſſe equitatu, ſiue quum magiſter equitum eſſet, M. Aurelium. Nam qui Centauri vocantur in nummis, ii nihil aliud in iis denotant, niſi equitatum. H.

y. Bigas prima) Ita MSS. non *primum.* Plinii auctoritati Polydorus adiungit et Probum. *Bigas primum*, inquit, L. I. c. 12. p. 112. *Phrygum natio iunxit, vt Probus et Plinius auctores ſunt.* M. Valerium Probum, credo, intelligit, cuius eſt liber, qui *Inſtituta artium* inſcribitur, ſed nullum eius rei veſtigium in opere toto, aliiſue. Magna laus alioqui fuit equorum Phrygiſcorum, ſeu Phrygiae: de quibus vberrime Gothofred. in Cod. Theod. L. VI. tit. 4. de Praetoribus et Quaeſtoribus L. XIX. p. 57. H.

z. Quadrigas Erichthonius) Cicero de Natur. Deor. lib. III. quadrigarum inuentricem

nem exercitus, ſigni dationem, teſſeras *a.*, vigilias Palamedes inuenit Troiano bello. [1] Specularum *b.* ſignificationem, eodem Sinon. Inducias [2] Lycaon. *c.* Foe-

1. *Sic et M. Specularem Gr. et Al.* 2. *ſic et V. Lycanor Gr. et Al.*

cem fuiſſe tradit quartam Mineruam Ioue natam, ex Coryphe Oceani filia, quam Arcades a matre Coriphaſiam vocauerunt Victorius cap. 15. lib. XI. *Dal.*

Erichthonius) Non in Graecia, vt ait Euſeb. in Chronico p. 79. ſed in Troade. Fuit enim is Dardani filius, regum ibi ſecundus. Habuere autem currus ante eum Aegyptii, vt ex ſacris paginis conſtat, Aelian. V. H. L. III. c. 38. Ἵππȣς ἐζεύξε πρῶτος Ἐριχθόνιος Virg. Georg. L. III. v. 113. *Primus Erichthonius currus, et quatuor auſus Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.* Vixit Erichthonius Ioſuae temporibus, aut paulo poſt. H.

a. Teſſeras) Idem ſcribunt et Philoſtratus in Heroicis, et Nazianzenus in I. ϛηλιτευτικῇ, Pauſanias in Argolicis, cuboſque abs ſe inuentos conſecraſſe illlum in Fortunae templo. Sophocles in Palamede, Οὐ λιμὸν ȣ̂τος τὸν δ' ἀπῶσε, σὺν θεῷ εἰπεῖν· χρόνȣ τε διατριβὰς σοφωτάτας πεσσȣ̀ς, κύβȣς τε τερπνὸν ἀργίας ἄχος. Polemonis aetate apud Ilium ſaxum monſtrabatur, ſuper quo Graeci teſſeras iacebant. Celebratur et ab auctoribus ἀβάκιον Παλαμήδειον. Plato tamen in Phaedro Aegyptios inueniſſe ait numerandi ac calculos ſubducendi rationem, tum etiam πεττείαν atque κυβείαν. Hadrian. Iun. cap. 4. II. *Dal.*

Teſſeras) Non ludicras, vt Dalecampius poſt Hadrianum Iunium putauit: quamquam et has idem Palamedes inueniſſe fertur, quas Palamediacos calculos Caſſiodorus appellat Var. L. VIII. p. 31. συνθήματα et σύμβολα vocant, ſiue ſigna bellica, de quibus Maro, Aen. L. VII. v. 637. *It bello teſſera ſignum.* H.

b. Specularum) Ita MSS. omnes, non vt ante nos editi, *Specularem.* H.

c. Lycaon) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et editi omnes ante Dalecampium, qui *Lycanor* ſubſtituere voluit. Lycaonem agnoſcit et Polydorus, L. II. c. 15. p. 123. Sunt autem induciae, vt idem monet, ex Gellio N. A. L. I. pactum quoddam et ceſſatio pugnae, manente tamen bello. H.

Foedera Theſeus. *d.* Auguria ex auibus *e.* Car, a quo Caria *f.* appellata. Adiecit ex ceteris animalibus Orpheus. [1] Aruſpicium *g.* Delphus, igniſpicia Amphiaraus *h.*, auſpicia auium Tireſias Thebanus. Interpretationem oſtentorum et ſomniorum *i.* Amphiction.

1. *Aruſpicam. Tol. Ariſpicam. Ch.*

d. Foedera Theſeus) Diodorus L. V. p. 341. Mercurio aſſignat, alii aliis. Vide Polydorum l. l. H.

e. Auguria ex auibus) Atqui mox ſubiungit *auſpicia auium Tireſiam inueniſſe.* Caue credas quod credidit Pintianus, ab auſpiciis auguria non differre: Feſto enim ſi credimus, ab auium garritu eſt augurium: ab aue ſpecienda auſpicium: veteribus, quod nunc *aſpicio* dicimus olim *ſpecio* ſine praepoſitione *ad* dicentibus. Phrygibus haec auguria Cl. Alex. attribuit Strom. L. I. p. 306. Caribus diuinationem ex aſtris. H.

f. A quo Caria) Stephanus p. 357. Καρία, ἡ χώρα. Τὸ ἐθνικὸν, Κάρ, ὁμωνύμως τῷ οἰκίςῃ. H.

g. Aruſpicium) R. 2. et codices duo Pintiani, cum Chiffl. legunt *Aruſpicam*, haud poenitenda lectione. Huius loci ſententia eſt: Primus Delphus ouium ac boum, aliorumque quadrupedum exta inſpiciendo, monſtrauit aruſpicam: Amphiaraus, igniſpicam, hoc eſt, genus illud diuinationis, quod ex igne ſumitur, quod Graeci dixere πυρομαντείαν. Tireſias vero ex auium quoque extis ſignificationem accipiens, promouit aruſpicae terminos, propagauitque. Nam quod auium quoque exta aruſpices obſeruarent; indicat Cicero, dum diſciplinam eorum refellit, de Diuin. L. II. p. 223. *Non dicam gallinaceum fel, ſunt enim qui vel argutiſſima haec exta eſſe dicant*, etc. H.

h. Igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus) Verbum *auſpicia*, deſideratur in vtroque exemplari. Reliqua ſic lego: *igniſpicia Amphiaraus aut Tireſias.* Nam ſi auſpicia tribuas Tireſiae, diſcordabit Plinius a ſeipſo: ſupra enim auſpicia aſſignauerat Cari. *Pint.*

Amphiaraus) De Amphiarao et Tireſia, multa praeclare idem Cicero, L. II. de Diu. p. 192. H.

i. Somniorum) Quorum alia ſunt ἀλληγορικὰ, alia θεωρηματικὰ Ὀνειροκριτικοὺς libros de his praeſcitis ſcriptos vocant, vt οἰωνιςικοὺς

ſtyon. Aſtrologiam Atlas *k.* Libyae filius: vt alii, Aegyptii: vt alii, Aſſyrii. [1] Sphaeram *l.* in ea Mileſius Anaximander. Ventorum rationem Aeolus Hellenis *m.* filius. Muſicam *n.* Amphion. [2] Fiſtulam *o.* et monaulum *p.* Pan Mercurii: obliquam *q.* tibiam Midas in Phrygia *r.*: geminas *ſ.* tibias [3] Marſyas

T 2

1. *Spiramina. M. prauc. lon Mercurius. M.* 2. *Fiſtulam Pan: et Monau-* 3. *Marſias. In eadem. Ch. Marſias quoque Gr.*

κȣ̀ς augurales, et θυτικȣ̀ς, de aruſpicina. Clemens Alex ἐν ϛρώμασι, Telmiſſeos narrat primos excogitaſſe, τὴν δὲ ὀνείρων μαντικήν. Cicero quidem in Telmeſſo oppidulo Lyciae excelluiſſe teſtatur aruſpicum diſciplinam, vt et Arrianus lib. II. de geſt. Alex. Hadr. Iun. cap. 18. eos recenſet, qui ſuis ſcriptis eam artem illuſtrarunt. *Dalec.*

Et ſomniorum) Diuinationem per ſomnia Telmiſſenſibus in Caria attribuit Tatianus orat. contra Graecos, p. 106. et Cl. Alex. Strom. L. I. p. 306. H.

k. Aſtrologiam Atlas) Tzetzes in Lycoph. p. 127. Ἄτλας Μαθηματικὸς ἦν Λίβυς ἀνὴρ, ὅς εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνερχόμενος, πρὸς ἀκριβεϛέραν κατασκοπὴν τῶν ἀϛέρων, etc. *Atlas Mathematicus fuit, vir Libycus, qui in editiſſimum montem aſcendens, ad accuratam ſiderum contemplationem,* etc. H.

l. Sphaeram) Vide quae de Anaximandri ſphaera diximus in Not. et Em. ad L. II. n. X. v. Vol. I. p. 203. H.

m. Aeolus Helenis) Ita Hyginus, fab. 125. H.

n. Muſicam) Plutarchum conſule L. de Muſica, p. 1129. H.

o. Fiſtulam) Hygin. fab. 274. *Pan fiſtulae cantum primus inuenit.* Hunc idem Mercurii ac Penelopes filium, fuiſſe ſcribit, fab. 224. p. 46. H.

p. Monaulum) Μόναυλος fiſtula eſt, cui vnicus et ſimplex calamus eſt: cuius inventorem Mercurium ipſum facit Euphorion, apud Athen. L. IV. p. 184. Aegyptios, Pollux, L. IV. p. 190. H.

q. Obliquam) Φώτιγγα πλαγίαυλον, de qua Athenaeus idem p. 185. Oſiridis inuentum eſſe Aegyptii volunt. H.

r. Tibiam Midas in Phrygia) Vide notata infra ad cap. 8. lib. XXXV. Tibias porro

ſyas in eadem gente, Lydios modulos *t.* Amphion: Dorios Thamyras *u.* Thrax: Phrygios *y.* Marſyas Phryx: Citharam Amphion: vt alii, Orpheus: vt alii, Linus. *z.* [1] Septem chordis *a.* additis Terpander. Octa-

1. *Septem chordis primum cecinit* III. *ad* IV. *primas additis.* Ch.

porro funebres, quibus Naeniae, Leſſi, Mortualia θρηνῴδη, ſiue θρηνητικὰ αὐλίσματα canebantur a praeficis, quae, vt ait Papinius, ficta pietate alienos dolores colunt, nec ſua plorant funera, Phryges inuenerant: nempe θρηνητικὰς αὐλὰς. Quamobrem apud Nonium Varro Pergameam praeficam requirit, in voce Naenia. Cares a Phryg. id didicerunt, vnde καρικὸν μέλος Polluci, et καριναὶ Heſych. θρηνωδοὶ μουσικαὶ, αἱ τὰς νεκρὰς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσαι πρὸς τὰς ταφάς. *Scaliger.*

s. Geminas) Vide Athen. l. c. p. 184. Clem. Alex. Strom. L. I. p. 307. Apollodor. de Diis, L. I. p. 13. et Plutarch. L. de Muſica p. 1132. Tzetzes Chil. I. v. 353. Μαρσύας Φρὺξ φιλόσοφος εὗρεν αὐλὰς τὸ πρῶτον. H.

t. Lydios modulos) Quae ſingulorum fuerint horumce modulorum notae ac diſcrimina: ex Apuleio diſcimus L. I. Florid. p. 6. *Tibicen quidam*, inquit, *fuit Antigenidas, omnis voculae melleus modulator, ſeu tu velles Aeolium ſimplex, ſeu Aſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum.* H.

u. Thamyras) Θαμύρας Plutarch. adu. Epicur. p. 1093. In Chiffl. cod. *Thamyris*, quod idem eſt. Suidas, p. 1289. Θάμυρις, ἢ Θαμύρας Θρᾷξ. Cl. Alex. l. c. Καὶ τὴν Δώριον (μουσικὴν) Θάμυριν ἐπινοῆσαι τὸν Θρᾷκα. Vide quae de eo diximus in Not. et Em. ad L. IV. n. XV. Vol. II. p. 29. H.

y. Phrygios) Auditis illis ſemiuiri Galli matris Deûm ſacerdotes, in furorem quaſi ex imperio agebantur, non item reliqui homines. Seneca epiſt. 109. Lucianus in Nigrino, Philoſtratus, Brodaeus cap. 13. V. *Dalec.*

z. Vt alii, Linus) Suidas, T. II. p. 47. Λῖνος — — τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος λέγεται γενέσθαι ἡγεμὼν, *primus fertur Lyricae Muſae auctor.* Fuiſſe hunc Orphei fratrem docet Apollodor. de Diis, L. II. p. 103. Vide praeterea Diodor. Bibl. L. III. p. 192. 200. et 201. H.

a. Septem chordis) Pindarus

Octauam Simonides addidit: nonam Timotheus. *b.* Cithara ſine voce cecinit [1] Thamyras primus: cum cantu Amphion: vt alii, Linus. [2] Citharoedica *c.* carmina compoſuit Terpander. Cum tibiis canere voce [3] Troezenius Ardalus *d.* inſtituit. Saltationem

1. *Thamyris. Ch.* 2. *Cithara edita. V.* 3. *Troezenius Dardanus Gr. et Al.*

rus apud Athen. L. XIV. p. 635. auctor eſt, Terpandrum Lesbium, primum omnium barbiton inueniſſe. Coaeuus Lycurgo is fuit, circa Olympiadum initia. Vide N. et Em. N. CLXVIII. (hic adi.) *Septem etc.)* Ita MSS. omnes Solus Chiffl. codex: *Septem chordis primum cecinit, tribus ad quatuor primas additis:* quod ſane eſt verius: ſed emendatoris potius alicuius, quam ſcriptoris ſtilum ſapere id videtur. Magis ego probarim expungi vocem *additis.* Etenim ſenſus eſt, non ſeptem chordas prioribus addidiſſe Terpandrum, ſed ad ſeptem vſque earum numerum perduxiſſe. Ideoque ſequitur, *Octauam Simonides addidit.* Ita et Plutarchus L. de Muſica, p. 1141. H.

b. Nonam Timotheus) Imo duodecimam, ſi Pherecrati Comico fides eſt, cuius verſus recitat Plut. L. de Muſica p. 1141. et 1142. Cicero de LL. L. II. p. 338. *Illa ſeuera Lacedaemon neruos iuſſit, quod plures quam ſeptem haberet in Timothei fidibus, inde demi.* Idem refert Athen. L. XIV. p. 636. Vixit Timotheus Euripidis vatis, et Philippi Macedonis aetate, vt auctor eſt Suidas. T. II. p. 213. Mileſius idem patria fuit. H.

c. Citharoedica) Ita Proclus apud Phot. in Bibl. cod. 239. p. 985. Ea ad numeros modoſque illos fortaſſe pertinent, inquit Pellicerius in Not. MSS., quibus hoc etiam tempore citharoedi modulationes ſuas peculiaribus quibuſdam notis ſignantes deſcribunt, quo ceteri facilius addiſcere poſſint, ac reddere. De Terpandri poematibus agit Plutarch. L. de Muſica, p. 1137. Adiuvat Pellicerii coniecturam Cl. Alex. Str. L. I. p. 308. Μέλος δὲ αὖ πρῶτος, inquit, περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, τὸς Λακεδαιμονίων νόμȣς, ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος. *Modos autem poematibus primus adiecit, et Lacedaemoniorum leges numeroſis verſibus ſcripſit Terpander Antiſſaeus.* H.

d. Ardalus) Vide N. et Em. N. CLXIX. (hic conſp.)

Cum

nem *e.* armatam Curetes docuere, Pyrrhichen Pyrrhus *f.*, vtramque in Creta. Verſum [1] heroicum Pythio

1. *Heroum. Ch.*

Cum tibiis etc.) In libris omnibus, etiam MSS. *Troezenius Dardanus*, ſed vitio librariorum haud dubio. Dardanum Troezenium nemo veterum nouit: Ardalum Troezenium tibiis cum voce canere, ſiue tibicinam Muſicam inſtituiſſe auctor eſt locupletiſſimus Plutarch. de Muſica, p. 1133. Ἄλλοι δέ τινες τῶν συγγραφέων Ἀρδαλόν φασι Τρυζήνιοι πρότερον τὴν αὐλῷ δικὴν συςήσασθαι μȣ̃σαν. Fuit hic Ardalus Vulcani F. a quo Muſae Ardalides nuncupatae, apud Pauſaniam in Corinthiacis. H.

e. Saltationem) Edidit Salmaſius in Not. ad Spartianum, p. 51. vetus epigramma antea ἀνέκδοτον, quo palam fit aciem illam in armis ſaltantium, ex viris pariter ac mulieribus componi ſolitam: et buxeis armis, non ex ferro fuiſſe inſtructam. Sed Pyrrhichen ille cum ſaltatione armata confundit, quod et ſcriptores aliqui vetuſti faciunt: Pollux, L. IV. c. 14 p. 196. Heſychius, verbo Πυῤῥιχίζειν, aliique. Plinius aperte diſtinguit: Pliniique paraphraſtes Solinus, c. 11. p. 29. Pyrrhichen fuiſſe equeſtrem docet. *Pyrrho repertore*, inquit, *equeſtres turmas prima docuit*, (Creta ſcilicet) *laſciuas vertigines implicare.* H.

f. Pyrrichen Pyrrhus) Ariſtoteli Achilles. Quidam ab ardore, id eſt velocitate dictam volunt. Ardere enim feſtinare eſt. Poëta, *Inſtant ardentes Tyrii:* ac rurſum, *Ardet abire fuga.* Nicolaus apud Srobaeum, οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ καὶ τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονȣ̃ντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. Pyrricha luſus et ſaltatio cum ſimulachro pugnae, vel equeſtris, Dioni πρύλις et ἱππασία: vel pedeſtris. Cuiacius c. 10. l. XIII. Obſeruu. Apud Apuleium l. X. Aſini, pueri et puellae Pyrrhicham ſaltant, depoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrantes, nunc in orbe rotarum flexuoſi, etc. Vide locum. *Dal.*

Pyrrhus) Πύῤῥιχον Κρῆτα vocat Heſychius loco proxime appellato, aliique. Lacedaemonium Athenaeus, L. XIV. p. 630. At Proclus in Chreſtomathia, Diomedes, L. III. a Pyrrho Achillis F. inuentam aiunt, aliique apud Heſychium. H.

Pythio oraculo *g.* [1] debemus. De poëmatum origine magna quaeſtio [2] eſt. Ante Troianum bellum probantur fuiſſe. Proſam orationem *h.* condere Pherecydes Syrius inſtituit, [3] Cyri regis aetate. Hiſtoriam Cadmus Mileſius. Ludos Gymnicos *i.* in Arcadia Lycaon: funebres [4] Acaſtus *k.* Iolco: poſt eum Theſeus *l.* in Iſthmo. Hercules Olympiae *m.* athleticam:

1. *Habemus. M.* 2. *Eſt, in M. deeſt.* 3. *tempore Cyri regis. M.* 4. *Sic et Cb. in Iolco Gr.*

g. Pythio oraculo) Vide quae de Phemonoe diximus in Auctorum ſyllabo. H.

h. Proſam orationem, etc.) *Proſam orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit, etc.* Et lib. V. cap. 29. *Nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit:* iiſdem verbis eamdem rem diuerſis locis, diuerſis auctoribus attribuit in eodem opere. Vide *Salmaſ.* pag. 840. b. 841. a.

Proſam) Apuleius Flor. L. II. p. 17. *Quin etiam Pherecydes Syro ex inſula oriundus, qui primus verſuum nexu repudiato conſcribere auſus eſt paſſis verbis, ſoluto loquutu, libera oratione, etc.* Atqui Plinius idem L. V. ſ. 31. hanc ipſam laudem Cadmo attribuit: cur igitur modo Pherecydi? Illud nimirum eſt, quod quum antea ingenii doctrinaeque monumenta nonniſi carmine proderent, primus Cadmus Mileſius, iam Halyattis tempore, hiſtoriam, reſque geſtas proſa conſcripſerit: At poſtea Croeſi Cyrique temporibus primus in Philoſophicis rebus idem Pherecydes praeſtitit: quem Laertius in eius vita primum fuiſſe ait, qui de natura et Diis ſcripſerit. Strabo, L. I. p. 18. tres iſtos ſoluta oratione primos ſcripſiſſe ait, Cadmum, Pherecydem, Hecataeum. H.

i. Gymnicos) In quibus nudi et peruncti ſe exercebant. H.

k. Funebres Acaſtus) Romanis duplex funus fuit, alterum, in quo adhibebantur ludi et deſultores, indictiuum: alterum, in quo ludi tantum, Simpludearium, quaſi ſimplex, *Scaliger in Auſonium.*

Acaſtus) Acaſtus Pelei F. Iolco profectus, inter Argonautas numeratur ab Hygino fab. 14. Qui porro his diuerſis ludorum generibus vicerint, recenſet idem, fab. 273. H.

l. Poſt eum Theſeus in Iſthmo) Legendum opinor, *Siſy-*

ticam: [1] Pythus pilam luſoriam *n.*: [2] Gyges Lydus *o.* picturam in Aegypto: in Graecia vero Euchir *p.* Daedali cognatus, vt Ariſtoteli placet: vt Theophra-

1. *Picus. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard Gyges Lydus picturam Aegypti, et in Graecia Euchirarae. Gyges Lydius Gr. et Al.*

Siſyphus in Iſthmo: non *Theſeus*, auctore Pindari enarratore in argumento Iſthmiorum. *Pint.*

Theſeus) Siſyphum malunt, Corinthiaci Iſthmi tyrannum, Pindari Scholiaſtae, in enarratione argumenti Iſthmiorum, p. 433. H.

m. Olympiae) Vnde hi ludi Olympici cognominati. Primum eos inſtituiſſe Herculem auctores ſunt pariter Diodorus L. IV. et Euſebius in Chron. aliique. H

n. Pilam luſoriam) Lydos omnium primos pilae, teſſerarum, aleae luſum, inſtitoriam, cauponariamque artem inueniſſe, aureum item et argenteum nummum primos cudiſſe, ſcribit Rhod. cap. 14. lib. XXIV. *Dalec.*

Pythus pilam) Sphaeriſticam, ſiue pilae ludum quis primus inuenerit, magna eſt varietas ſententiarum: Agallis, ſiue potius, vt habet Suidas, Anagallis Corcyraea Grammatica apud Athen. L. I. p. 14. Nauſicaeae Homericae adſcribit: Dicaearchus Sicyoniis: Lacedaemoniis Hippaſus, vti et reliquas corporis exercitationes. H.

o. Gyges Lydius) Archetypum Toletanum, *Cynges, luctus*, vt forte ſcribi poſſet, *Cynges Lyctius*, ab vrbe Lycto. *Pint.*

Gyges Lydus) Vide N. et Em. N. CLXX. (hic adi.) *Gyges* etc.) In R. 1.2. aliiſque, *Gyges Ludus.* Tolet. *Cynges lucias*, vnde Pintianus expreſſit, *Cynges Lyctius* ab vrbe Lycto; ſed Cretenſis vrbs Lyctus eſt, non Aegyptiaca. Indigenam vero potius, quam externum hominem picturae in Aegypto auctorem primum fuiſſe veriſimile eſt: quum praeſertim, vt Plinius ipſe animadvertit, L. XXXV. ſ. 5. Aegyptii ſex millibus annorum ab ipſo inuentam, priuſquam tranſierat in Graeciam, affirmarent. H.

p. Euchir.) Εὔχειρ Graecis, a dextrae ſolertia excogitato nomine. Polydor. Virg. L. II. c. 24. p. 147. quum hunc Plinii locum exſcriberet, pro *Euchire* incaute *Pyrrhum* repoſuit. H.

phraſto, Polygnotus *q.* Athenienſis. [1] Naue primus *r.* in Graeciam ex Aegypto Danaus aduenit: [2] antea ratibus nauigabatur, inuentis in mari Rubro *s.* inter inſulas *t.* a rege Erythra. Reperiuntur, qui Myſos et Troianos priores excogitaſſe in Helleſponto putent, quum tranſirent aduerſus Thracas. Etiam

T 5

1. Nauem primus in Graecia ex Aegypto Danaus adinuenit. M. Graeciam, etc. advexit. V. 2. Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. et Ch. ante Gr. et Al.

q. Polygnotus) Qui primus plurimum picturae contulit, vt dicitur L. XXXV. ſ. 35. H.

r. Naue primus) Quam quidem nauim πεντηκόντορον, quaſi quinquagintiremem, a Danao de filiarum numero fuiſſe appellatam, auctor eſt Apollodor. de Diis, L. II. p. 79. H

s. Inuentis in mari Rubro) Nauem primum a ſe inuentam gloriatur apud Aeſchylum Prometheus θαλασσόπλαγτα δ' ἔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα. Muret. Var. cap. 11. lib. I. *Dal.*

t. Inter inſulas) Quum enim hae perangustis eſſent fretis diſcretae, facile ratibus adiri poterant. Quae porro Plinio ratis appellatur, hanc Strabo L. XVI. p. 779. eamdem rem narrans, σχεδίαν vocat, hoc eſt, ſubitariae ac tumultuariae operae ſcapham. Sic apud Iſidorum Characenum, σχεδίαι καλάμιναι, ſunt ſcaphae ex arundine, de quibus dictum eſt ſ. 2. huius libri. Vulgo, *des eſquifs.* Sunt nihilominus et aliae rates, quas Galli *des radeaux* appellamus: de quibus agetur commodius L. VIII. ſ. 6. Ratem et alio ſignificatu accepit Varro, de L. L. L. IV. quum ait: *Ratis dicta nauis longa, propter remos*, etc. Vide N. et Em. N. CLXXI. (hic adi.) *In mari R.* etc.) Erythram regem e Perſide in inſulam Rubri maris tranſmiſiſſe, deductiſque in proximas inſulas coloniis, pelagus de ſuo nomine vocitaſſe, auctor eſt Strabo, L. XVI. p. 779. Inſulam priorem iſtam Τυῤῥίνην vocari: ibi regni ſedem Erythram poſuiſſe. Vnde cuipiam ſuboriri ſuſpicio poſſit, num hoc Plinii loco, *in Tyrrhine inſula*, potius legendum ſit, quam *inter inſulas.* Mihi vero magis placet codicum omnium conſtantiſſimam conſenſionem ſequi, quam coniecturae videri fauere plus aequo. H.

iam nunc in Britannico oceano vitiles *u.* corio circumſutae fiunt: in Nilo *x.* ex papyro, et ſcirpo, et arundine. Longa naue *y.* Iaſonem *z.* primum nauigaſſe, Philoſtephanus auctor eſt: [1] Hegeſias Paralum *a.*: [2] Cteſias [3] Semiramim *b.*: [4] Archemachus

1. *Egeſias Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. Samyram Gr.* 3. *Cteſias Samyram: Saphanus, Semiramin: Archimachus etc. Gr. et Al.* 4. *Antimachus. V. Archeachus. Ch.*

u. Vitiles) Hoc eſt vimineae, ex vimine factae, et corio deinde obductae. Solini paraphraſis c. 22. *Nauigant autem Britanni vimineis alueis, quos circumdant ambitione tergorum bubalorum.* Vitiles dicit a *viere*, quod apud priſcos eſt ſuere, vel ligare. Sutiles Plinius appellat, a corio circumſuto L. XXIV. ſ. 40. H.

x. In Nilo) Dicemus ea de re, L. XIII. ſ. 21. H.

y. Longa naue) Fuit rei nauticae ediſcendae in primis ſtudioſus Plinius noſter, qui claſſem cum imperio et laude rexit, vt quidem ſcribit ſatis ambitioſe Plinius alter, in ep. ad Tacitum, huic operi praefixa. Longam nauem hic appellari eam putem, quae Graecis μονήρης dicitur, vno remorum ordine actuariolum, *vne Feloque*, quoniam de biremibus, triremibuſque, aliiſque deinceps eiuſdem generis agitur. Sed Iaſonis nauim, quae Argonautas expeditione in Colchos ſuſcepta tranſuexit, fuiſſe μονήρεα, concoquere haud ſatis commode poſſum: quamquam Parali, Semiramidis et Archimachi naues forte eiuſmodi eſſe potuerunt. H. v. Reineſ. varr. lect. L. II. c. 7. p. 169.

z. Iaſonem) Iaſonem pro quouis ditiſſimo rege dixit Plautus in Pſeud. — — *atque adeo vt frumento affluam, Vt ciuitas mihi nomen commutet, meque vt praedicet, Lenone ex Ballione regem Iaſonem. Dal.*

a. Paralum) Phylarchus apud Harpocr. p. 231. Parali herois meminit, τȣ̃ Παράλȣ ἥρωος, qui triremem ſtruxit a ſe cognominatam. De eo rurſum, L. XXXV. ſ. 36. n. 20. H.

b. Cteſias Semiramim) Refert Diod. Sicul. L. II. p. 103. Semiramim, quum aduerſus Indos expeditionem pararet, naues bis mille fieri iuſſiſſe, (Suidas τρισχιλίας ναῦς μακράς, longas naues ter mille)

chus *a.* Aegaeonem: Biremem *b.* [1] Damaſtes Erythraeos feciſſe: triremem *c.* Thucydides *d.* Aminoclem Corinthium: quadriremem Ariſtoteles *e.* Carthaginienſes: [2] quinqueremem *f.* Mneſigiton, Salaminios:

1. Demaſthenes. V. 2. *Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminius Gr. et Al.*

le) eaſque διαιρετάς, hoc eſt, quae diſſolui diſiungique poſſent, ac rurſum pro arbitrio coagmentari: Gallice, *Navires en fagot.* Vide N. et Em. N. CLXXII. (hic adi.) *Cteſias*) Portenta quaedam vocum his perperam interiecta expunximus, quum ea nulli veterum MSS. agnoſcant. Sic enim libri vulgo editi habent, *Cteſias Samyram, Saphanus Semiramim.* At Chiffl. cod. quem ſequuti ſumus, *Cteſias Semiramim.* Reg. tamen, I. 2. Colb. I. 2. et Pariſ. *Cteſiaſapanuſmiramim.* H.

a. Archemachus) Ἀρχέμαχος ἐν ταῖς μετωνυμίαις laudatur, cum Xenagora, de quo poſtea, a Scholiaſte Apollonii, in L. IV. v. 262. De eo vide plura in Auctorum indice. H.

b. Biremem) Quae remos vnoquoque latere binos haberet. Loquitur enim Plinius de prima, eaque rudiore nauium fabricatione, tum de artis progreſſu. H.

c. Triremem) Quae tres vnoquoque latere remos haberet. Thucydides, L. I. p. 10. Τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι λέγονται. Φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπαγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. *Corinthi primum ex omni Graecia triremes aedificatae traduntur: Conſtat etiam Aminoclem Corinthium, nauium fabricatorem, quatuor naues Samiis feciſſe.* H.

d. Thucydides) Φαίνεται δὲ, inquit, καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέτταρας. *Dal.*

e. Ariſtoteles) Et Clem. Alex. Strom. L. I. p. 370. Καρχηδόνιοι γὰρ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν etc. H.

f. Quinquerem) Quae Graecis πεντήρης, quinque remos vno quoque latere. Vide N. et Em. N. CLXXIII. (paulo poſt) vbi et de Ptolemaeorum cognominibus obiter dicemus. *Quinqueremem etc)* Quae fuerit opera noſtra in hoc loco emendando plane conſtabit, ſi quam maculoſe editus in hunc vſque diem fuerit, ſubiiciemus oculis: In hunc ſcilicet mo-

minios: [1] ſex ordinum g. Xenagoras Syracuſios: ab ea

1. *Sex ordinum Xenachoras Syracuſius Gr. et Al.*

modum: *Quinqueremem inſtituit Neſichton Salaminius: ſex ordinum Xenagoras Syracuſius: ab ea ad decemremem Mneſigeton, Alexandrum M. ferunt inſtituiſſe ad XII. ordines. Philoſtephanus Ptolemaeum Soterem ad quindecim. Demetrium Antigoni ad XXX, Ptolemaeum. Philad. ad XL. Ptolemaeum Philop., qui Tryphon cognominatus eſt, ad L.* Quae non vitioſa modo interpunctione laborant, verum etiam turpi nominum deformatione, atque emendatorum interpolatione deprauantur. Nam prior illa vox *inſtituit*, poſtremaque illa *ad L.* in nullis plane codicibus MSS. leguntur R. 1. 2. aliiſue, nec vllum earum veſtigium eſt. Deinde in Auctorum Indice huius libri, Mneſigiton, et Xenagoras nominantur, cum ceteris, qui, quo ordine appellantur illic, rurſum eo ipſo hic repetuntur. Praeterea quindecimremem ad Demetrium Antigoni pertinere teſtis eſt locuples Plutarchus, in eius vita p. 897. Ad XL. ordines Ptolemaeum Philopatorem inſtituiſſe nauim, auctor Callixenus L. I. de Alexandria, apud Athen. L. V. p. 203. τὴν τεσσαρακοντήρη ναῦν κατεσκεύασεν ὁ Φιλοπάτωρ, etc. Denique vel ipſa orationis ſtructura clamat, vt Ariſtotelem de Carthaginienſibus, ita Mneſigitonem de Salaminiis: de Syracuſiis Xenagoram, de aliis alios quid inuenerint, literis conſignaſſe. Obſeruandum porro hic obiter Ptolemaei Tryphonis cognomen, nec alibi temere obvium, nec inuentu promtum. Nam qui Ptolemaeum Lagi F. primum Aegypti dynaſtam, Soterem cognominarint, nummos habemus ſcriptoreſque plurimos: Ptolemaeum vero quartum, ſiue Philopatorem, qui Tryphonem appellarit, neque nummis adhuc, neque monumentis aliis conſignatum vidimus. Ad Demetrium Antigoni quod attinet, Poliorcetem illum ſignari manifeſtum eſt, Antigoni F. qui Macedoniae rex poſt Alexandrum fuit. H.

g. *Sex ordinum)* Quum ſex ordines dixit Plinius, idem id fuit, ac ſi ſex remos ab vnoquoque latere diceret; ſiue quae ſex ſubſellia vocamus, *ſix bancs*,: quorum vnumquodque tres, quatuorue, vel plures haberet remiges. Dici nimirum ſexremem, ſeptiremem, octiremem, ſimiliaque portenta

tenta compoſitorum nominum Latinus ſermo non patitur: propterea pro ſexremi *ſex ordines*, hoc eſt, ſubſellia ex vno quoque latere ſex ſcripſit. Plures aliquando fuiſſe in vna naui longa ordines remigum, veluti tabulatis diſtinctos, alios aliis ſuperpoſitos, futile commentum eſt. Negant conſtanter viri rei nauticae peritiſſimi, ſic conſtrui nauem poſſe: negant, etiamſi fieret, etiamſi vel geminus tantum ordo remigum eſſet, alter alteri ſuperpoſitus, nauim vtroque recte impelli poſſe; idque multis certiſſimiſque argumentis. Aetate noſtra naves longae, quas Galli vocant, *Galeres*, non excedunt triginta ordines, ſiue ſubſellia, *a trente bancs*. Quas vocant *Galeaſſes*, eae triginta duos ordines habent: in ſingulis autem ordinibus, ſeu ſubſelliis, ſex ſeptemue remiges. Quas vero Herodotus L. VII. n. 36. 97. 163. et alibi fortaſſis τριηκοντέρους et πεντηκοτέρους vocat, et ad tria millia dicit fuiſſe, naues eae longae ſunt, *des Barques*, ad tranſuehendos milites, equos, et merces. Vnde eiuſdem generis ibi eſſe dicuntur κέρκουροι, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα. Τριηκόντεροι remos habuere triginta; quindenos ſcilicet vno quoque latere: πεντηκόντεροι, quinquaginta; quinos ac vicenos latere dextro, ſiniſtroque totidem. In nummis antiquis perſaepe viſuntur ordines remorum duo; alter ſuperior altero; nec vmquam tamen plures quam duo. Sic in nummo Hadriani Auguſti e Muſeo noſtro et apud P. Chamillart; qui nummus inſcribitur, FELICITATI AVG. ordines remorum duo ſunt, alter perſpicue ſuperior altero; ſed remi inferiores fixi, abſque vllo remige, immobileſque ſunt, naui adhaerentes, ad cohibendum ſiſtendumque vel moderandum veri remi impulſum, ne iuſto longius procedat: et vt ſit abſque vllo colliſu, remorum ſimul omnium aequalis et par impetus. Remiges in eo nummo picti ſunt omnino ſex; vnde illius generis nauem eam eſſe intelligas, quod Plinius hoc loco ſex ordinum vocat: remi autem ſunt duodecim. Sic in columna Traiani, vt eſt accuratiſſime depicta a Petro ſancti Bartoli p. 23. 24. 25. 59. 60. 61. 64. duos quos diximus, nec plures, alioſue, quam quales exponimus, naues habent remorum ordines, alterum altero ſuperiorem, ſed verorum agitabiliumque remorum ſuperiorem, vt manus teſtantur remigum, quibus tenentur: immobilium fixorumque, ſine vllo remige, inferiorem. Similis effigies eſt longae

ea ad decemremem *h.* [1] Mneſigiton, Alexandrum Magnum, ferunt [2] inſtituiſſe: ad XII. ordines, Philoſtephanus Ptolemaeum Soterem: ad quindecim, Demetrium Antigoni: ad XXX. Ptolmaeum Philadelphum: ad XL Ptolemaeum Philopatorem, qui [3] Tryphon cognominatus eſt. Onerariam *i.* Hippus Tyrius inuenit, lembum *k.* Cyrenenſes, cymbam *l.* Phoenices, [4] celetem *m.* Rho-

1. *Neſigiton. Ch. Mneſigeton Gr.* 2. *inſtituiſſe ad* XII. *ordines Gr. et Al.* 3. *qui Tryphon cognominatus eſt ad* L. *Gr. et Al.* 4. *ſic et M. Turn. et Ch. celocen Gr. et Al.*

longae nauis Venetae, picta in Concilio Florentino, Romae edito a D. Iuſtiniani p. 382. Scriptores quoslibet ſecus ſentientes nihil moramur: quum his et Plinius, et Herodotus, et nummi antiqui, et Traiani columna, et peritorum in arte nautica conſentiens iudicium aduerſetur. Adde quod ex Plinio praue intellecto, ii qui poſt eum ſcripſere, finxiſſe ordines remigum alios aliis ſuperpoſitos poſſunt videri. H.

h. Decemremem) Decemremem dicit, vt prius *quadriremem* et *quinqueremem*, quoniam voces eſſent vſu communi receptae: ita vt ſimul innuat, ſiue *decemremem* diceret, ſiue *decem ordinum*, vt proxime *ſex ordinum* dixit, nihil intereſſe: vtrobique ſcilicet nihil aliud, quam nauim tot remorum ex vno quoque latere intelligi oportere. *Vndeciremem Demetrii* laudat idem, L. XVI. ſ. 76. H.

i. Onerariam) Graecis, Φοϱτηγόν. Gallis, *Navire de voiture, ou de charge.* Hoc nauium genus partim remis olim, partim etiam velis agebatur. Vide Magium Miſcell. L. I. c. 6. p. 28. H.

k. Lembum) Liuius, L. XXVIII. *Nullam ipſe nauem, praeterquam duos lembos, qui non plus quam ſedecim remis agerentur, haberet.* Galli tot remorum nauim vocant, *une Galiote.* H.

l. Cymbam) Barquette Gallis eſt, quatuor remorum ex vtroque latere: nauium minima, quarum vſus in mari ad oblectationem. H.

m. Celetem) Ita MSS. omnes non *celocem:* quamquam vtrolibet nomine ſignetur, nihil intereſt. Gellius, L. X. c. 25. p. 564. nauium appellationes recenſens nouem et viginti, has affert in primis: *Longae, hippagines, cercuri, celoces,* vel

Rhodii, cercurum *n.* [1]Cyprii. *o.* Siderum *p.* [2]obſeruationem in nauigando Phoenices, remum Copae *q.*, latitudinem [3]eius Plataeae: vela Icarus *r.*, malum et antennam Daedalus: Hippagum *ſ.* [4]Samii, aut Pericles Athe-

1. *Corcyraeos. Turn.* 2. *obſeruatione Gr.* 3. *nauium. V, Plateae Gr.* 4. *Damias. Tol. Salm.*

vel vt Graeci dicunt, *celetes*, *lembi*, etc. Deductum a celeritudine nomen Nonius eſſe ait. H.

n. Cercurum) Κέρκουρος, a κερκὸς et οὐρά, quae vox vtraque caudam ſonat: quod caudata ea eſſet, et praelonga nauis: non a Κέρκυρα ſeu Corcyra inſula, vt Suidas exiſtimauit, et poſt eum Turnebus Aduerſar. L. XXIX. c. 18. p. 1054. Eſt enim Cercurus nauis Aſiana praegrandis. Plautus in Sticho Act. II. Sc. 2. v. 43. *Dum percontor portitores, ecquae nauis venerit Ex Aſia, negant veniſſe: conſpicatus ſum interim Cercurum, quo ego me maiorem non vidiſſe cenſeo.* Cyprii autem cercuri inuentores Aſiae ſunt contributi. H.

o. Cyprii) Corcyraei interpreti Thucydidis: cuius opinionem vtcumque aſſerit, τοῦ κερκούρου appellatio. Turn. cap. 18. XXIX. *Dal.*

p. Siderum) Strabo, L. XVI. p. 757. H.

q. Remum Copae) Boeotiae oppida duo, τὰς Κώπας, ab inuentione remi, qui Graece κώπη dicitur: Πλαταιὰς, ab eorum latitudine, ſeu palma, quae πλάτη iiſdem eſt, traxiſſe appellationem, auctor eſt pariter Strabo, L. IX. p. 406. H.

r. Vela Icarus) Hoc Daedalo tribuit Pauſanias in Boeoticis. *Dal.*

Vela Icarus) Hoc inuentum Aeolo Diodorus, L. V. p. 291. Daedalo Pauſanias in Boeoticis adſcribit. H.

ſ. Hippagum Samii aut Pericles Athenienſis) Ambo exemplaria, *Hippagum Damias, aut Pericles Athenienſis.* Hippagines has vocat Feſtus, quibus equi vehantur, quas inquit, Graeci *Hippagus* vocant. *Hippagogus* appellat Ariſtophanes eiuſque expoſitores in comoedia Hippis. Suidas quoque *Hippagogus.* Quid vero in hoc loco ſibi velit Hermolaus, minime intelligo. *Pint.*

Hippagum) Ita MSS. omnes: ſed pro *Samii*, *Damiam* iidem exhibent. *Hippagines* Feſto ſunt *naues, quibus equi vehuntur, quos Graeci* ἱππαγωγοὺς *dicunt*, Ἱππηγῶν, καὶ καταφράκτων, hip-

thenienſis; tectas longas *t.* Thaſii: antea ex prora tantum et puppi pugnabatur. [1] Roſtra addidit Piſaeus *u.* Tyrrhenus: ancoram Eupalamus: eamdem bidentem Anacharſis *x.*: harpagonas *y.* et manus Pericles Athe-

1. *Roſtra addidit Piſeus: Tyrrheni anchoram: Eupalamus eamdem bidentem: Anacharſis harpagonas: et manus Pericles Gr. et Al.*

hippagorum, tectarumque nauium meminit Plutarchus in Pyrrho, p. 391. Quare Hermolao non aſſentior, nec Pellicerio in notis MSS. qui hypagum ſcribi malunt, vt nauticum illud inſtrumentum ſit, non nauigii genus. H.

t. Tectas longas) Naues cum tabulatis, quae κατα-ςρώματα Graecis dicuntur. Hae καταφράκτοι νῆες Plutarcho, loco cit. aliiſque. Caeſar de B. C. L. I. p. 142. *Maſſilienſes naues longas expediunt, numero XVII. quarum erant vndecim tecta.* H.

u. Roſtra addidit Piſeus. Tyrrheni anchoram. Eupalamus eamdem bidentem: Anacharſis Hippagonas, etc.) Praepoſtera punctorum interlocatio et lectionem, et ſenſum et rerum fidem deprauauit, nonnulloſque noſtrae aetatis doctos alioqui viros in errorem inuexit. Scribendum igitur ſic: *Roſtra addidit Piſeus Tyrrhenus, Anchoram Eupalamus. Eamdem bidentem Anacharſis.* De Piſeo enim Tyrrheno hoc ipſo capite ſupra Plinius. Bicipitem autem anchoram ab Anacharſi inuentam, auctor eſt Strabo libro ſeptimo. *Pintian.* Vide Rhodig. c. 24. XVIII.

x. Bidentem Anacharſis) Vide N. et Em. N. CLXXIV. (hic adi.) *Bid. etc.)* Locum hunc vitioſa interpunctione laborantem ſanauimus, non harpagonas Anacharſi, ſed bidentem ancoram tribuentes, a Strabone edocti L. VII. p. 303. Καὶ τὸν Ἀνάχαρσιν δὲ ἄνθρωπον σοφὸν καλῶν ὁ Ἔφορος — — εὑρήματα αὐτῷ λέγει τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν, etc. H.

y. Harpagonas et manus Pericles Athenienſis) Si ſic legatur, duas res eſſe quiſpiam putabit, quum vna tantum ſit. Curtius libro IV. *Omnia belli apparatu ſtrepunt. Ferreae quoque manus harpagonas vocant, quas operibus hoſtium iniicerent, coruique et alia tuendis vrbibus excogitata praeparabantur.* Proinde lego hic, *Harpagonas aut manus.* Pint.

Harpagonas et manus) Grae-

Athenienſis, adminicula gubernandi[1] Tiphys. z. Claſſe princeps *a.* depugnauit Minos. *b.* Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus *c.* bouem.

LVIII. (LVII.) Gentium conſenſus tacitus primus omnium conſpirauit, [2] vt Ionum *d.* literis vterentur.

1. *Typhis Gr.* 2. *vt literis vterentur. Hot.*

Graecam vocem Latina emollit, et explicat. Caue enim diuerſi generis eſſe haec inſtrumenta exiſtimes. Ita loquutus Caeſar loco cit. *Manus ferreas atque harpagones parauerant.* Sed apertius multo ſane Curtius, L. IV. c. 9. p. 116. *Ferreae quoque manus (harpagonas vocant) quas operibus hoſtium iniicerent* etc. Deſcribit illas Liuius L. XXX. p. 355. et Frontinus Stratag. L. II. c. 3. p. 502. H.

z. *Tiphys)* Hinc nauis illius qua vecti ſunt Argonautae, gubernaculum ei delatum ſcribit Apollodorus, de Diis, L. I. p. 53. H.

a. Claſſe princeps depugnavit Minos) Iis viribus, auctore Ariſt. lib. II. de Repub. inſulas partim ſubegit, partim oppidis conditis, populoſas et frequentes reddidit: ad extremumque quum Siciliae bellum intuliſſet, ad Camicum oppidum: cui imperabat Cocalus Daedali filius, dolo interfectus eſt, ἐδολοφονήθη. Victorius ex Strabone et Stephano c. 18. XVI. *Dalec.*

b. Minos) Ita Thucydides L. I. p. 4. et Diodorus Bibl. L. IV. p. 263. aliique. H.

c. Prometheus bouem) Ad vſum, vt quidem reor, profanum. Nam ad ſacros vſus, ſi Euſebio credimus in Chronol. p. 95. Κέκροψ πρῶτος βοῦν ἔθυσε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. Et Hieronymus, p. 75. *Primus Cecrops bouem immolans, Iouem appellauit.* H.

d. Vt Ionum) Ita MSS. et libri editi omnes. Exemplum literarum, quibus Iones olim vſi, ex columna, quae in via Appia reperta eſt, ac poſtea ad hortos Farneſianos traducta, exhibet Ioſ. Scaliger in Animaduu. ad Euſeb. p. 102. vbi et de earumdem literarum origine digreſſionem facit: cuius haec ſumma eſt: Iones a Phoenicibus literas accepiſſe: quae, vt fere fit, vſus tractatione et proceſſu longinqui temporis a primige-

rentur. (LVIII.) Veteres Graecas *e.* fuiſſe eaſdem paene, quae nunc [1] ſunt Latinae, indicio erit *f.* Delphica tabula antiqui aeris, quae eſt hodie in Palatio, dono principum Mineruae dicata in bibliotheca, cum inſcriptione tali, Ναυσικράτης *g.* Τισαμένȣ Ἀθηναῖος [2] ἀνέθηκεν.

LIX.

1. *Sint.* Ch. 2. *Sic et in V. legitur Gron. et vulgg. inſerunt poſt* Ἀθηναῖος *verba* κόρᾳ καὶ ἀθηνᾷ ἀνέθηκεν.

nia forma deſciuerint: ita tamen vt earum origo diſſimulari non poſſit: ideo Herodotum dixiſſe Ionicas veteres literas Phoeniciis eſſe ſimillimas, earumque ſe monumenta quaedam in Aſia vidiſſe: Falli denique doctiſſimum virum (Hottomannum intelligit) qui in ſuos ad Caeſaris Commentarios notis τὸ *Ionum* ex Plinii codice expungendum cenſeat, neque pulcerrimae rei vetuſtam memoriam ſit aſſequutus. Locus Herodoti, quem ille, citat e libro quinto petitur, ſiue Terpſichore, p. 309. n. 59. H.

e. Veteres Graecas) Tacitus Annal. L. XI. p. 159. *Et formae literis Latinis quae veterrimis Graecorum.* H.

f. Indicio erit) Simili argumento probat Herodotus loco allato, Ionicis literis perſimiles fuiſſe Phoeniceas ſiue Cadmeas, ex tripode, quam vidiſſe ſe ait Thebis Boeotiis, cum hac epigraphe: Ἀμφιτρύων μ᾽ ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων. *Amphitryon poſuit me, Telebois oriundus.* H.

g. Ναυσικράτης) Hoc eſt, *Nauſicrates Tiſameni F. Athenienſis, dedicauit.* Τισάμενος, rex eſt Mycenarum, apud Euſeb. in Chron. p. 94. ab iſto tamen diuerſus. Vide N. et Em. N. CLXXV. (hic adi) Ναυσικράτης) Hanc inſcriptionem ita exiſtimat inſculptam fuiſſe Scaliger in animaduu. ad Euſeb. p. 104. NAVSICRATES TISAMENO ATHENAIOS, ac poſteriores iis notis id expreſſiſſe, quibus vſi ſumus. In codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. ita fere legitur, ΑΔΤCΙΚΡΑ ΙΝCΑΝΕΘΕΤΟ ΙΝΔΙΟC ΚΟΡΤΤΝΔΕ ΚΑΤΔΝΗΔΔΕ ξΙΟ ΑΔΙΟ ΝΟoΝΔΕ. At mihi diligenter veſtigia literarum rimanti, inquit Turnebus, L. XXIX. c. 18. p. 1054. ſcriptum a Plinio fuiſſe videtur, Ἀδυσικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρῃ δεκάτην, ἥδε δέξατο ἥδιον τήνδε. Ac principium ſane horum verborum audacter affirmare poſſe videor:

LIX. (LIX.) Sequens gentium conſenſus in tonſoribus *h.* fuit, ſed Romanis tardior. In Italiam ex Sicilia *i.* venere poſt Romam conditam anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto, adducente P. [1]Ticinio *k.* Mena, vt auctor eſt Varro *l.*: [2]antea intonſi *m.* fuere. Primus omnium radi *n.* quotidie in-

 ſtituit

1. *Tinnio. Ch.* 2. *Sic et Ch. ante Gr. et Al.*

deor: de clauſula paululum addubito: ſed nihil comminiſci potui, quod propius ad literarum ductus accederet. Ita ille, cuius laudandus ſane conatus, neque poenitendus admodum ſucceſſus. H.

h. In tonſoribus) Barbae radendae morem inuectnm eſſe Alexandri M. principatu, Chryſippus auctor eſt, Libro de honeſtate et voluptate, apud Athen. L. XIII. p. 565. quum aeuo priore inauditum id foret. Ratio tondendi gemina: vel ſtrictim, hoc eſt, ad cutem vſque: vel paulo longius a cute, hoc eſt, interpoſito pectine. Plautus in Captiu. act. II. ſc. 2. v. 16. *Nunc ſenex eſt in tonſtrina: nunc iam cultros attinet. Sed vtrum, ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, Neſcio, verum ſi frugi eſt, admutilabit probe. H.*

i. In Italiam ex Sicilia) Antea, vt apud Nonium Siſennas ait, immiſſa barba, id eſt, demiſſa, populus fuit. Vide Gell. lib. III. c. 4. An. Hot. πωγωνίᾳ. *Dalec.*

In Italiam) Haec ad verbum exhibet etiam Varro, de R. R. L. II. c. 11. ſub finem. H.

k. Ticinio) Vide N. et Em. N. CLXXVI. (hic adi.) *L. Ticinio)* Chiffl. cod. *Thinnio*, refragante Varrone, apud quem *Ticinio.* Multo malim nihilominus legi *Titinio* Maena. Eſt enim Romanorum haud poſtrema Titinia gens: *Maena* cognomen in inſcriptionibus Gruteri, p. 866. H.

l. Varro) Cap. 11. lib. XI. *Dal*

m Antea intonſi) Varro l. c. *Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuae, quod pleraeque habent capillum et barbam longam.* H.

n. Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus) Eum, qui primus Athenis radi ſe paſſus eſt, per ludibrium κόρσην vocatum fuiſſe Chryſippus ſcripſit. Hadrian. Iun. lib. de Coma Alexis, τι γὰρ αἱ τρίχες λυπᾶσιν ὑμᾶς πρὸς θεῶν δι' ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ὑμῶν φαίνεται. Adductis

ſtituit Africanus [1] ſequens *o.*: Diuus Auguſtus cultris *p.* ſemper vſus eſt.

LX. (LX.) Tertius conſenſus fuit in horarum obſeruatione, iam hic rationi *q.* accedens. Quando et a quo in Graecia reperta, [2] diximus in ſecundo volumine. *r.* Serius etiam hoc Romae contigit. Duodecim tabulis ortus tantum et occaſus nominantur: poſt aliquot annos adiectus eſt *rr.* et meridies;

1. *I. e. minor. vid. ſupra cap. 44.* 2. *diximus ſecundo. M.*

ductis ante Romam e Sicilia tonſoribus, iuuenibus mos fuit barbam radere, et comam tondere: ad annum vſque 40. poſtea vero minime. Alex. ab Alex. c. 18. lib. V. *Dal.*

o. Africanus ſequens) Scipio Aemilianus, qui et Africanus ſequens, ſiue poſterior, qui Carthaginem deleuit. Quod moris ei fuerit, ante aetatem ſenectam, ſemper barbam radere, auctor eſt Gellius, L. III. c. 4. p. 221. H.

p. Cultris) Nempe tonſorio cultro, ſiue nouacula. Dio, L. XLVIII. p. 577. auctor eſt A. V. C. 715. L. Marcio Cenſorino, C. Calviſio Sabino CoSS. Octauium Auguſtum barbam primum radere coepiſſe, atque ab eo tempore genas laeues ſervaſſe: Τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε ξυράμενος —— — καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελεῖστο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. Tranquillus tamen, *Omnis lenocinii negligentem fuiſſe* ſcribit, *et in capite comendo tam incurioſum, vt raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam.* H.

q. Iam hic rationi) Supradicti, inquit, tonſorum Ionicarumque literarum conſenſus, voluntatis hominum et arbitrii fuere potius quam rationis: hic vero qui horarum obſeruatione exſtitit, ratione magis, quam placito aut libidine ortus videtur. H.

r. In ſecundo volumine) L. II. ſ. 78. H.

rr. Poſt aliquot annos adiectus eſt et meridies accenſo conſulum id pronunciante, cum Curio, etc.) Florianus Senticenſis, vir eruditiſſimus et antiquitatum Hiſpaniae illuſtrator, alio modo legendum cenſet. Subiiciam autem eius verba ex epiſtola, quam ad me miſit nono ferme ab hinc anno. Mitto, inquit,

inquit, ad te pro hoc beneficio vicem, vltimi capitis ſeptimi libri hiſtoriae naturalis emendationem, vbi quum de horologiis Romanis Plinius agat, ſtatim a principio ſic legitur: *Poſt aliquot annos adiectus eſt et meridies accenſo conſulum id pronunciante, cum Curio, etc.* In Gottico meo codice particulae *id pronunciante*, non reperiuntur, ſed tota dictio ſic legitur: *Poſt aliquot annos adiectus eſt meridies a Caeſo conſule, dum ad Curiam inter roſtra et Graecoſtaſin proſpexiſſet talem ſolis vmbram e columna aerea qualem carcerem inclinato ſidere ſupremum medontauit.* Hactenus Gottica lectio: in vltimis voculis dumtaxat mendoſa, ſed ex qua veram facile elicias, ſic videlicet: *Poſt aliquot annos adiectus eſt et meridies a Caeſone conſule, dum ad curiam inter roſtra et Graecoſtaſin proſpexiſſet talem ſolis vmbram columna aerea: qualem ad carcerem inclinato ſidere ſupremum medio notauit*, hoc eſt, in puncto medio quod eſſet inter vmbras ad ortum et ad occaſum ſupremum notauit ſolis ſidus, id eſt, altiſſimum, et maxime ſublime, quo tempore eſt meridies vbique. Ceterum Caeſo Conſul, de quo nunc agitur, is videtur eſſe, qui et T. Quintius Caeſo dictus ſit, C. Sulpitii Potiti collega, quorum magiſtratus in annum incidit Vrbis conditae, CCCCIV. non CCCCLXXVII. vt Plinii habet corruptus calculus, qui fuerit ante Chriſtum natum annus CCCXLIV. Nam Caeſones alii conſules fuerunt perplures: ſed is primus Caeſo poſt leges XII. tabulis ſcriptas. Infra etiam: *Nec congruebant ad horas eius lineae, paruerunt tamen ei annis vndecim, etc.* Tu ex codice Gottico *annis vndecentum* ſcribe. Quae lectio vel hoc vno verior eſt, quod a Meſſalae conſulatu, quando horologium deportatum eſt, aduſque conſulatum Q. Martii Philippi, anni interfuere ſeptem et ſeptuaginta. Id quod in Caſſiodori libello de Conſulibus liquida computatione reperias. Geſſit autem Philippus cenſuram annos aliquot poſt conſulatum, vt iam tanto annorum interſtitio natus eſſe non potuerit Valerio Meſſala conſule: quod oportebat ſi non plus annis vndecim cenſor fuit poſt Meſſalae conſulatum, vt habet impreſſa lectio Pliniana. Quae tu omnia in Annotationibus tuis repones cum honorifica noſtri mentione, qui tuus eſt candor, vt dum te nouerit poſteritas, noſcant et iuuenes amicos quibus cum vixeris, non omnino indiligentes. Quod ſi haec forte placuerint, habebis et alia plurima et docta

dies; accenſo *s.* Conſulum id pronunciante, [1] quum a Curia *t.* inter Roſtra et Graecoſtaſin [2] proſpexiſſet Solem. A columna [3] Maenia *u.* ad carcerem inclinato

1. *Vet. lect. cum Harduino conſentit penitus. ſic et Turn. continuans ita ſequentia, Solem a columna Menia ad carcerem. cum Curio inter Roſtra Gr.* 2. *Sic et M. proſpexiſſet talem Solem Gr. et Al.* 3. *Sic et M. Ch. et V. columna aenea Gr. et Al.*

pariter et iucunda. Vale. *Pint.*

s. Accenſo) Pronunciabat meridiem accenſus Conſulum, vbi primum praeterita Curia, inter Roſtra et Graecoſtaſim Solem iam perueniſſe videret. Huc pertinet verſus ille Comici poetae, citatus a Varrone, de L. L. L. V. p. 62. *Vbi primum accenſus clamarit meridiem. H.*

t. Cum Curio inter Roſtra et Graecoſtaſin, etc.) Legend. *quum ab Curia inter Roſtra et Graecoſtaſin proſpexiſſet talem Solem.* Accenſus Conſulum quum ab Curia Solem proſpiciebat inter Roſtra et Graecoſtaſin, meridiem pronuntiabat. *Salmaſ.*

Quum a Curia) Vide N. et Em. N. CLXXVII. (paulo poſt) Vbi quid Curia ſit, quid Graecoſtaſis, facile diſces. *Quum a C.)* In editis hactenus, *Cum Curio*, MSS. omnes *quum auguria.* Vnde feliciter Turnebus et Pellicerius in notis MSS. *cum a Curia*, elicuerunt. Nam tria haec loca contermina ſibi fuiſſe in Regione Vrbis octaua, praeter P. Victorem, Varro edocet de L. L. L. IV. p. 37. *Curiae duorum generum*, inquit: *Nam et vbi curarent Sacerdotes res diuinas, vt Curiae veteres: et vbi Senatus humanas, vt Curia Hoſtilia — — Ante hanc Roſtra — — ſub dextra huius a Comitio locus ſubſtructus, vbi nationum ſubſiſterent legati, qui ad Senatum eſſent miſſi: Is Graecoſtaſis appellatur* etc. Vide quae dicenda ſunt de ſitu Graecoſtaſis, L. XXXIII. ſ. 6. In Pliniano textu paulo poſt quum legeretur olim, *Proſpexiſſet talem Solem*, hanc vocem *talem* induximus ceu ſpuriam, quod nullum eius veſtigium appareat in MSS. H.

u. A columna aenea ad carcerem, etc.) Sic legend. *a columna Maenia ad carcerem inclinato ſidere ſupremam pronuntiauit.* Ita quum eumdem Solem proſpexerat a columna Maenia ad carcerem radios mittentem, quod fiebat inclinato ſidere, tum *ſupremam* pronun-

nato ſidere, ſupremam *x.* pronuntiabat. Sed hoc ſerenis tantum diebus vſque ad primum Punicum bellum. [1]Princeps Romanis ſolarium *y.* horologium ſtatuiſſe ante [2] vndecim *z.* annos, quam cum Pyr-

V 4 rho

1. Princeps ſolarium. Ch. et M. *2. Sic et M. et Ch. duodecim Gr. et Al.*

pronunciabat. *Suprema* igitur dicebatur ante Solis occaſum. *Salm.* pag. 649. a. b.

A columna Maenia) Cui Maenius nomen dedit, de quo infra L. XXXIV. ſ. 11. Vide Not. vt Em. N. CLXXVIII. (hic poſ.) *A col.*) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. aliique, quos Turnebus ſequutus eſt Aduerſ. L. XXIX. c. 18. p. 1054. Columnae Maeniae Cicero in Verrem meminit, et Aſconius. Hinc et Maeniana aedificia apud Feſtum. Libri editi hoc loco perperam, *a Columna aenea.* H.

x. Supremam) Gellius L. XVII. c. 2. p. 922. *In duodecim autem tabulis verbum hoc ita ſcriptum eſt: Ante meridiem cauſam conſcito — — Poſt meridiem praeſenti litem addicito. Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.* Varro de L. L. L. V. p. 44. *Suprema, ſummum diei: id a ſupremo. Hoc tempus duodecim tabulae dicunt occaſum eſſe Solis: ſed poſtea lex Plaetoria id quoque tempus iubet eſſe ſupremum, quo Praetor in Comitio ſupremam pronuntiauit populo.* Vbi nos *Plaetoria* reſcribimus, pro *Praetoria.* Legem enim illam ſignificat, quam M. Plaetorius Tr. pl. tulit, refertque Cenſorin. c. vlt. H.

y. Princeps Romanis ſolarium, etc.) Sic lege: *Princeps ſolarium horologium ſtatuiſſe ante* III *decim annos.* id eſt, ante tredecim L. Papirius Curſor conſul fuit, et aedem Quirini dedicauit anno vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto. *Salm.* ibid.

z. Ante vndecim) Vide N. et Em. N. CLXXIX. (paulo poſt) De ſolari horologio multa feſtiue et eleganter Caſſiodorus, Var. L. I. ep. 45. et 46. *Ante v.*) Prius editi *duodecim* legunt, ſed reclamantibus MSS. R. 1. Chiffl. Par. noſtro, aliiſque, in quibus diſerte ſine numerorum compendiis *vndecim* ſcriptum reperias. Atque id ſane ratio temporum poſtulat. Nam cum Pyrrho bellatum eſſe anno CCCCLXXII. ex Plinio ipſo conſtat L. VIII. ſ. 6. Conſulem vero Papirium Curſorem

rho bellatum eſt, ad aedem Quirini *a.*, L. Papirius Curſor, quum [1] eam dedicaret *b.*, a patre ſuo votam, a Fabio [2] Veſtale proditur. Sed neque facti horologii rationem vel [3] artificem ſignificat: nec vnde translatum ſit, aut apud quem ſcriptum id inuenerit. M. Varro *c.* primum [4] ſtatutum in publico *d.* ſecundum Roſtra in columna tradit, bello Punico primo, a M. Valerio Meſſala Conſule *e.*, [5] Catina capta

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſent. Ch. eamdem Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* 3. *Artificis V.* 4. *factum Ch.* 5. *Sic et Ch. Cathina. M. Catana Gr.*

rem fuiſſe anno CCCCLXI. Faſti docent: ſcribendum igitur *vndecim* fuit, non vti Salmaſius iubet, p. 649. *tredecim*, qui quibus auctoribus probari queat bellum cum Pyrrho initum anno modo CCCCLXXV. haud diuinare licet. H.

a. Ad aedem Quirini) Cenſor. c. 23. *Solariorum antiquiſſimum quod fuerit, inuentu difficile eſt. Alii enim apud aedem Quirini primum ſtatutum dicunt; alii in Capitolio: nonnulli ad aedem Dianae in Auentino.* Fuit templum Quirini in ſexta Vrbis regione, teſte P. Victore. H.

b. Dedicaret) Eo anno, quo Conſul fuit, Vrbis CCCCLXI. quum anno ſuperiore eam vouiſſet pater, ſi Samnites, quos bello tum Dictator petebat, deuiciſſet. Rem narrat prolixe Liuius ſub fin. L. X. p. 187. H.

c. M. Varro) In aliquo opere, quod intercidit. H.

d. Statutum in publico) In foro. Cenſorin. l. c. *Illud ſatis conſtat, nullum in foro ſolarium prius fuiſſe, quam id quod M. Valerius ex Sicilia aduectum ad Roſtra in columna poſuit. Quod quum ad clima Siciliae deſcriptum, ad horas Romae non conueniret, L. Philippus Cenſor aliud iuxta conſtituit. Deinde aliquanto poſt L. Cornelius Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium: quod et ipſum ex conſuetudine noſcendi a Sole horas, ſolarium coeptum vocari.* Verbo *ſtatutum* vſus in re eadem Plautus, in comoedia Boeotia: *Vt illum dii perdant, primus qui horas repperit, Quique adeo primus ſtatuit hic Solarium, etc.* H.

e. Meſſala Conſule) Qui Valerius Max. Meſſala dictus eſt, *Primus ex familia Valeriorum*, inquit Seneca L. de breuit.

capta in Sicilia: deportatum inde poſt xxx. annos, quam de Papiriano horologio traditur, anno vrbis [1]cccclxxxxi. *f.* nec congruebant [2] ad horas eius lineae*g.*: paruerunt tamen [3] eis annis vndecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Cenſor, diligentius ordinatum iuxta poſuit: idque munus inter Cenſoria opera gratiſſime acceptum eſt. [4]Etiam tum tamen nubilo incertae fuere horae vſ-

V 5 que

1. ccclxxxii *Ch. trecenteſimo quinquageſimo vigeſimo ſeptimo. M.* cccclxxvii. *Gr. et Al.* 2. *ad lineas eius horae et paruerunt. M.* 3. *ei annis vndecima. V. et M.* 4. *Etiamnum tamen numero incerto fuere. Ch. emend.*

breuit. vitae c. 13. p. 743. *Vrbis Meſſanae captae in ſe translato nomine Meſſana appellatus eſt, paulatimque vulgo permutante literas, Meſſala dictus eſt.* H.

f. cccclxxxxi.) Vide N. et Em. N. CLXXX. (hic conſp.) *A. V. etc.*) Ita reclamantibus licet MSS. editisque libris fidenter reſcripſimus, pro cccclxxvii. non ſolum Faſtorum auctoritate permoti: ſed et ipſius Plinii admonitu, qui vndecentum annis poſt deportatum e Sicilia horologium alterum, (quod factum eſt poſt triginta a Papirii Conſulatu annos, qui Conſulatus incidit in annum, vt diximus, cccclxi.) tertium hoc ſolarium diligentius ordinatum ſcribit, hoc eſt, anno dxc. quo ipſo anno in Faſtis Cenſuram geſſiſſe produntur L. Aemilius Paulus, Q. Marcius Philippus, luſtrumque feciſſe liii. H.

g. Eius lineae) In eo horologio deſcriptae lineae ad indicandas horas. Ex Marcio Philippo, quem Plinius mox appellat genus traxit M. Iulius Philippus Imperator et coniux ipſius Marcia Otacilia Seuera: et hi omnes ab Anco Martio rege Romanorum. Vnde in nummis ſuis vterque Philippus Aug. pater et filius, vidit inſcribi NOBILITAS AVGG. *Nobilitas Auguſtorum.* Inde etiam traxit ortum Traiani ſoror, hoc eſt, conſobrina, Marciana Auguſta: et longe poſtea Marcianus Auguſtus. Ex nobilitate, hoc eſt, ex nobilium ordine Philippos fuiſſe ante Marſicum bellum, docet etiam Plinius L. IX. ſ. 80. H.

que ad proximum luſtrum. *h.* Tunc Scipio Naſica collega [1] Laenatis, primus aqua *i.* diuiſit horas aeque noctium [2] ac dierum. Idque horologium ſub tecto dicauit, anno vrbis DXCV. Tamdiu *k.* [3] populo Romano indiſcreta lux fuit. Nunc [4] reuertamur ad reliqua animalia, primumque terreſtria.

1. *Laenati. Ch.* 2. *et M.* 3. *Sic et M. et Ch. tamdiu populi Romani Gr. et Al.* 4. *reuertemur. M. et Ch.*

h. Ad proximum luſtrum) Quinquennio poſt, A. V. C. vt mox dicetur, DXCV. quo Cenſores fuere P. Corn. Scipio Naſica, M. Popilius Laenas, luſtrumque factum quartum et quinquageſimum. H.

i. Aqua) Per clepſydram ſtillante: de cuius verbi notione vide Victorium cap. I. lib. XXII. *Dal.*

Primus aqua) Per clepſydram ſtillante, inquit Dalecampius. Verum a clepſydra haud parum differre haec ὡρολόγια ὑδραυλικὰ, ex Vitruuio intelliges, a quo ea prolixe deſcribuntur, L. IX. c. 9. H.

k. Tamdiu) Vide Cenſorin. l. c. H.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER VIII.

I. (I.) Ad reliqua tranſeamus animalia, et primum terreſtria. Maximum eſt elephas, proximumque humanis ſenſibus: quippe intellectus illis ſermonis *a.* patrii, et [1]imperiorum [2]obedientia, officiorumque *b.*, quae didicere, memoria: amo-

1. *Imprimis*, *M.* 2. *obedientiae*. *Ch.*

a. Quippe intellectus illis ſermonis, etc.) Legend. *Quippe intellectus illis ſermonis patrii, et in priorum obedientia officii, eorum quae didicere, memoria, amoris et gloriae voluptas.* Intellectus, inquit illis ſermonis patrii et officii in priorum obedientia, τȢ καθήκοντος ἐν τῷ ὑπακȢ́ειν τοῖς πρεσβυτέροις. Priores aetate elephantos intelligit, quibus minores obedientiam praeſtant, officii intelligentes ſunt in priorum obedientia. *Salm.* 305. b.

Sermonis patrii) Refert haec Aelian., de Indicis elephantis, H. A. L. XI. c. 14. H.

b. Officiorumque) Hoc eſt, obſequiorum, officiorumque memores, ad quae praeſtanda edocti inſtitutique ſunt. Vide N. et Em. N. I. (hic adi). *Et etc)* Ita omnes ad vnum codices manu exarati, librique impreſſi: vt mirari ſatis non ſit, cur *Salm.* in Solin. p. 305. mutari haec in hunc modum malit: *et in priorum obedientia officii, eorum quae didicere memoria:* vt elephantes dicat ſuis prioribus, hoc eſt, vt quidem arbitror, natu maioribus obedientiam praeſtare. Operae pretium porro viſum eſt, ceteris quae ſubſequentur notis, praemittere non inuenuſtum Ioh. Paſſeratii carmen, ante annos fere centum XL exaratum, quum mera ſimplexque ſit orationis Plinianae de elephantorum natura ingenioque paraphraſis, quae commentarii vice eſſe ipſa poſſit. ELEPHAS. Cal. Iun. M. D. LXXXIV. *Parva quidem primis, ſed non ingrata, Calendis, Hactenus obtulerit tenui tibi Muſa libello: At nunc ingenti magnum te munere donet, Aonidum decus,*

amoris et gloriae voluptas: immo vero (quae etiam in

cus, et columen, rerumque mearum. Pande fores, Memmi, penituſque recluſa dehiſcant Limina, quo celſis valeat ſuccedere tectis, Arma viroſque ferens turrito bellua tergo. Dum loquor, ecce tuos intrat manſueta penates: Accede, et vaſtam propius mecum inſpice molem. Multa hic inuenies naturae arcana ſagacis, Forſan et humanos elephantum in corpore ſenſus. Imbuti pietate animos, cultuque deorum, Aequoreis luſtrantur aquis, et ſupplice geſtu Curua renaſcentis venerantur cornua Lunae. Sidera ſuſpiciunt aegri, tacitiſque ſupini Caelum onerant votis, et lumina Solis adorant, Purus vbi Eois rutilum caput exſerit vndis. Poſt domitos thyrſis ortus, Gangemque ſubactum, Mite vltro ſubiere iugum curruſque Lyaei. Submiſſis genibus, porrectiſque arte corollis, Purpureos reges, auguſtaque ſceptra ſalutant. Non obtuſa gerunt, doctiſue aliena Camoenis Pectora, ſed memori retinent ſibi tradita mente. Sermoni auſcultant patrio, parentque monenti. Obſeruant nutus, et herilia iuſſa capeſſunt. Quod ſi forte ſui ediſcunt praecepta magiſtri Tardius, haec ſecum noctu meditata requirunt. Credimus? an falſo narrat ſcripſiſſe vetuſtas, Argiuiſque notis ſignata dicaſſe torphaea? In numerum ludunt, et flectunt mollia certis membra modis vnctaeque cient ſimulacra palaeſtrae. Threicies memorem, veluti moderante laniſta, Congreſſus? aut vt celeres iactata per auras Martia tela cadant, clypeique rotentur in orbem? Addo per extentum ſolitos incedere funem, Sublimeſque gradus librare per aera, vulgo Attonito, fruſtraque graves metuente ruinas. Quid quod et ingreſſos plenis conuiuia menſis, Accubitum perhibent ſpondas tranſiſſe per omnes, Nec tamen e coetu quemquam ſtrinxiſſe frequenti, Cum ſummis ſuſpenſa toris veſtigia ferrent! Procedunt quoties motis ad pabula caſtris, Maximus agmen agit, cogit qui proximus aeuo; Ignotoque acies numquam committitur amni: Quia rapidi explorant vada gurgitis ante minores. Si quis in occultam fraudem delapſus, et altis inciderit foveis: tum ſedula turba profundam Congeſtis properat ramis aequare lacunam, Incolumem vt ſociis tandem ſolertia reddat. Nilus adhuc celebrat miros vnius amores Exarſit Phariae qui perditus igne puellae Certauitque ſuis riualem expellere donis. Nam modo collatos trepidanti a plebe quadrantes, Poma modo inuoluens gremio

in homine rara) probitas, prudentia, aequitas: religio quoque ſiderum, Soliſque *c.* ac Lunae veneratio. Auctores ſunt *d.*, in Mauritaniae ſaltibus ad quemdam amnem, cui nomen eſt Amilo *e.*, niteſcente

gremio furtiua reducto, Per cauſam, roſeas auſus tractare papillas. Concepere alii Paphiae quoque ſemina flammae: Huic acres ſiquidem tulit vnguentaria curas: Illi Sicanius florenti aetate Menander: Cuius et adſpectu praeſentis laetus, et aluo Abſentis deſiderium teſtatus inani. Errantem ſolis hominem deducere ſiluis, Ac monſtrare viam pueris, et parcere norunt, Iuſta laceſſitos licet exſtimulauerit ira. Lanigeros anguſta greges cum ſemita tantos Egit in occurſus, pecori clementia prudens Conſulit infirmo, teneros et dimouet agnos. Contenti modico viuunt, minimumque ſopori Indulgent: ideo paucis obnoxia morbis Corpora, Neſtoreae veniunt ad fata ſenectae. Educunt ſimiles natos: connubia turpis Neſcia adulterii: et Veneris cum foedera iungunt, Nulla niſi in tenebris quamuis conceſſa, voluptas. Otia ſectantur, ſed ſi eſt ad praelia ventum, Palmae ardent ſtudio, flagrantque cupedine laudis, Argentum et phaleras, clarique inſignia facti, Vel media de morte petunt: et nomine gaudent Docta quod aeternis includat pagina chartis: Surus vt Hannibalis: fortis Patroclus et Aiax Antiochi, praecepta ſibi qui praemia lugens Tabuit, et triſtem ieiunia duxit ad orcum. Spectaclo innocuum iuſſi praebere cruorem, Imploraſſe fidem populi, ſtratique feruntur Barritu querulo totum impleuiſſe theatrum. Acceptae voces lacrymis, et dira precati Muneris auctori conſurrexere Quirites. Ergo iſtuc tu, Magne, ſcelus meritumque luebas Supplicium, caderes Libyca cum truncus arena. Quid referam dentes, ſeu dicere cornua mauis, Phidiacae famam artis, ebur ſignum vnde Tonantis Oraque Cecropio fecit ſpirantia caelo? Hos ſimul exhauſtae nequeunt defendere vires, Inſidiaeque vrgent, et ſpicula denſa latronum: Arboris impingunt trunco, fractoſque relinquunt, Caſtoreo vt redimant vſuram luminis apta. H.

c. *Soliſque*) De hac ſiderum veneratione Plutarch. L. de ſolertia animal. p. 972. Aelian. H. A. L. VII. c. 44. et L. IV. c. 10. H.

d. *Auctores ſunt*) Ex Plinio mutuatus haec Solinus, c. 25. p. 46. H.

e. *Amilo*) Dion ait pergere

ſcente Luna noua, greges eorum deſcendere: ibique ſe purificantes ſolemniter aqua circumſpergi: atque ita ſalutato ſidere *f.* in ſiluas reuerti, vitulorum *g.* fatigatos prae ſe ferentes. Alienae quoque *h.* [1]religionis intellectu, creduntur maria tranſituri non ante naues conſcendere, quam inuitati rectoris iureiurando de reditu. Viſique ſunt feſſi aegritudine (quando et illas moles infeſtant morbi,) [2]herbas ſupini

1. *Regionis. V.* 2. *per herbas ſupini in caelum iacentes. V. iacentes habet et Ch.*

re πρὸς ὕδωρ ἀεινὸν perennem aquam. Vetuſti codices habent *Annulo*, quae vox a Graeca ἀεινὸς fortaſſis deprauata eſt. Rhodig. cap. 18. lib. X. Primus ex Europae regibus Indis dictis elephantos Alexander habuit: plurimos Antigonus: multos Pyrrhus in proelio captos ſuperato Demetrio, quos Romanis obiecit. *Salmaſ.* Rhod. cap. 20. lib. XXII. *Dal.*

Amilo) Ita MSS. omnes. Idem fortaſſe cum eo, cui nomen eſt Phalo apud Ptolem. L. IV. c. 1. quique ex montibus iis egredi fertur, quos ſeptem Fratres diximus appellari L. V. ſ. 1. Non placet coniectura Rhodigini, legentis *Annulo*, eamque vocem ex Graeca ἀεινὸς deducentis, Antiqq. lectt. L. XIII. c. 18. p. 593. H

f. Atque ita ſalutato ſidere in ſiluas reuerti) Id eſt, ſalutata luna. *Salmaſ.* p. 306. a.

Salutato ſidere) Salutata Luna, vt quidem interpretor. Solinus tamen de Sole accipit: *Luna niteſcente*, inquit, *gregatim amnes petunt: mox aſperſi liquore, Solis exortum motibus, quibus poſſunt, ſalutant: deinde in ſaltus reuertuntur.* H.

g. Vitulorum) Fetus maiorum animalium vitulos paſſim vocat. Sic de balaenis, L. IX. ſ. 5. *Irrumpunt orcae in ſecreta, et vitulos earum lancinant morſu.* Vide Indicem. H.

h. Alienae quoque) Non modo, inquit, ſuam habent elephantes religionem, ſicuti ex ſupradicta Solis ac nouae Lunae veneratione conſtat: ſed, quod maioris admirationis eſt, intelligere alienam quoque videntur: quandoquidem non antea nauem creduntur conſcendere, quam ſuo iureiurando rector eorum ad reducendos eos ſeſe obſtrinxerit. H.

ſupini *i.* in caelum iacientes, veluti tellure precibus [1] allegata. Nam quod *ii.* ad docilitatem attinet, regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. [2] Indis arant *k.* minores, quos appellant nothos. *l.* II. (II.)

1. *Alligata. M. ablegata. V. Sabellicus.* 2. *Indi arant minoribus, quos. Indicis Arabici minores, quos. Parmenſe.*

i. Herbas ſupini) Aegritudinis impatientia iaciunt ſupini interdum in caelum herbas, ceu Deorum opem, tellure ipſa in partem et ſubſidium precum aſſumta atque adhibita, ita implorantes. Vide N. et Em. N. II. (hic conſp.) *Herbas*) Ita R. 2. aliique. At. R. 1. et Par. ac vetuſtae editiones omnes ante Gelenium, *alligata*, quae vox ſatis probabilem ſententiam habere poteſt: ceu tellure ſibi irata, et tamquam obſtructa, ſurdaque ad eorum preces, Deos ita invocent. Aelianus, a quo haec eadem referuntur, H. A. L. V. c. 49. nihil fere adiuuat: ait hunc morem iis eſſe, vt herbas in caelum ſeu puluerem proiiciant, quum ex accepto vulnere morti ſe proximos ſentiunt, tamquam Deos ob ea quae tum iniuſte patiuntur, ita obteſtantes ὥσπεροῦν τοὺς θεὺς μαρτυρόμενοι, ἐφ᾽ οἷς ἐκδίκως καὶ ἐκνόμως ὑπομένουσιν. Sabellicus legit, *ablegata*, eodem plane intellectu, hoc eſt, remota, alienaque ab eorum precibus tellure. H.

ii. Nam quod) Id quoque Ariſtot. H. A. L. IX. c. 27. Et Dio, L. XLVIII. Πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων ἐκομίσθη. *Multis autem elephantis faces ferentibus deductus eſt.* Et Martial. in ſpect. Epigr. 17. *de ſupplice elephante. Quod pius et ſupplex elephas te, Caeſar, adorat, Hic modo qui tauro tam metuendus erat: Non facit hoc iuſſus: nulloque docente magiſtro: Crede mihi, numen ſentit et ille tuum.* H.

k. Indis arant) Arat India, inquit, minoribus elephantis. Sic L. VI. ſ. 22. de iiſdem: *Iis arant, iis vehuntur.* Vide N. et Em. N. III. (hic poſ.) *Indis*) Parmenſis editio, aliaeque vetuſtae, *Indicis Arabici minores.* At Sigiſmundus Gelenius, codicum MSS. fidem ſequutus, ſinceram lectionem reſtituit: quam nos rurſum ex Solino defendimus. Sic enim ille c. 52. de Indis p. 78. *Elephantos venantur, quibus perdomitis ad manſuetudinem,*

II. (II.) Romae iuncti *m.* primum ſubiere currum Pompeii Magni Africano triumpho: quod prius India *n.* victa, triumphante Libero Patre, memoratur. Procilius negat potuiſſe Pompeii triumpho iunctos [1] egredi porta. *o.* Germanici Caeſaris *p.* munere gladiato-

1. *Sic et M. et Ch. ingredi porta.* V.

aut arant, aut vehuntur Et vero quis Arabicorum aliquando elephantorum meminit? H.

l. Nothos) Solinus c. 25. de elephantis: *Duo eorum genera ſunt, nobiliores indicat magnitudo: minores nothos vocant.* H.

m. Romae iuncti) Refert idipſum Plutarch. in Pompeio, p. 626. Alii quidem ante Pompeium elephantos in triumpho duxiſſe leguntur: iunxiſſe vero, qui currum ſubirent, ante Pompeium nemo. H.

n. Quod prius India) Vide N. et Em. N. IV. (hic poſ.) *Quod prius)* Qui currui elephantos iunxiſſe Bachum ſcripſerint, adhuc auctores deſidero. Diodor. Sic. L. IV. p. 211. nihil de vehiculo, nihil de pluribus elephantis: Tantum egiſſe primum omnium triumphum ſuper Indico elephanto, cui is inſideret, teſtatur: *πρῶτον τῶν ἁπάντων θρίαμβον ἐπ' ἐλέφαντος Ἰνδικοῦ καταγαγεῖν.* Nonnus pariter L. XXVI. p. 696. Bacchum ex Indica expeditione reducem ſublimium elephantorum ceruicibus inſidentem repraeſentat. *Ἠλιβάτων λοφιῆσιν ἐφεδρήσσων ἐλεφάντων.* Sed auctorum vice, qui deſiderantur, haud paulo luculentius monumentum in nummis exſtat, quo currui iunctos a Libero patre elephantos credamus. Vidimus enim in Cimelio Chriſtianiſſimi Regis Antonini Pii et Commodi numiſmata duo, quibus Nicaeenſes curru vectum ſignauere Bacchum, quo vrbis ſuae conditore gloriabantur, ſubeunteſque currui quatuor elephantos, adiecta epigraphe ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. H.

o. Egredi porta) Vide N. et Em. N. V. (hic poſ.) *Procilius)* Sic R. 1. 2. Par. Chiffl. aliique omnes, atque vetuſtae editiones ante Hermolaum, qui *ingredi portam* repoſuit. Nos lectionem tot teſtimoniis confirmatam repudiare auſi non ſumus. Portae enim anguſtias declarat, quae fuere eiuſcemodi, vt quum in vrbem ingreſſi ſinguli elephanti fuiſſent, iuncti

diatorio, [1] quoſdam etiam inconditos motus edidere, ſaltantium modo. Vulgare *q.* erat, per auras arma iacere non auferentibus ventis *r.*, atque inter ſe gladiatorios congreſſus edere, aut laſciuiente [2] pyrrhiche [3] colludere *s.*: poſtea et per funes *t.* inceſſere, [1] lecti-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Sal. et Ch. quoſdam inconditos omiſſo etiam Gr. et Al.* 2. *pernicitate. M. V.* 3. *collidere Tol.*

cti curru, bigarum inſtar, egredi porta nequiuerint. H.

p. Germanici Caeſaris) Aelianus hoſce elephantorum ludos in Germanici munere editos fuſe deſcribit H. A. L. II. c. 11. Martial. L. I. epigr. 105. *Et molles dare iuſſa quod choreas Nigro bellua nil negat magiſtro.* Aethiopi ſcilicet ductori. H.

q. Vulgare) Familiare illis fuit ea arte, atque ſolertia, in altum arma iacere, vt eadem deinde decidentia exciperent, vti nos pilas ſolemus, nec vento quidem auferente ea. Simile illud eſt, quod refert ſ. 7. de elephante quodam: *Arrepta ſcuta iaciens in ſublime, quae decidentia ſpectantibus voluptati erant, in orbem circumacta, velut arte, non furore belluae iacerentur.* Similes quoque ludos edi noſtra vidit aetas non ſine ingenti voluptate in Regio nemore Verſaliis, ab elephante eximiae magnitudinis. H.

r. Arma iacere non auferentibus ventis) Velut quadam praeluſione, more pilariorum et ventilatorum ea, quae emiſerant, vt ſcribit Quintilianus lib. X. ita librantium, vt venire in manus viderentur, et qua iuberent, decurrere. Rhodig. cap. 8. Vide quae adnotata ſunt infra ad finem libri XXXVI. *Dalec.*

s. Aut laſciuiente pyrrhiche colludere) Eſt autem πυῤῥίχη ſaltationis genus Cretenſibus inprimis familiare. *Gelenius.*

Pyrrhiche) Saltatione armata, de qua dictum eſt Libro ſuperiore. Vide N. et Em. N. VI. (hic poſ.) *Aut etc.)* Qui *pernicitate* repoſuere in editione Parmenſi aliiſque, lapſi ſunt in errorem, codicum nonnullorum vitio, in quibus *pernice* legitur, vt in R. 1. Colb. 1. 2. et Pariſ. pro *pirrice*, vt in R. 2. ſcribitur: quam vocem primi editores Plinii haud ſatis videntur percepiſſe. Quid porro magis ab elephantorum tarditate abhorrens, quam ipſa pernicitas? Haud ita vero aſpernanda vo-

[1] lecticis etiam ferentes quaterni ſingulos puerperas *u.* imitantes: [2] pleniſque *x.* [3] homine tricliniis [4] accubitum iere per lectos ita libratis veſtigiis, ne quis [5] potantium attingeretur.

II.

1. *Lecticas e. f. q. ſingulas. M. modo, lecticis e. f. q. ſingulas, vt intelligamus elephantes feminas* 2. *pleriſque. M.* 3. *hominum. Gr.* 4. *Sic et M. et Ch. accubitu, iere Gr. et Al.* 5. *portantium. M. ſtructorum, miniſtrorum fercula et epulas ferentium.*

cis ſequentis lectio, quam R. 2. et Tolet. exhibent: *collidere*, nimirum, quod verbum armatae illi ſaltationi, quam Pyrrhichen vocabant, perquam accommodatam videtur. At in R. 1. et Pariſ. qui melioris notae, *colludere*. H.

t. Per funes) De funambulis elephantis, Seneca in epiſtolis, Sueton. in Galba, Vopiſcus in vita Carini, Dio in Nerone, etc. Viſum a ſe, qui ſaltaret, et pila luderet, elephantum ſcribit Busbequius, ep. 1. fol. 27. H.

u. Puerperas) Quaterni eorum, inquit, lecticis ſingulos guſtauerunt, elephantes, qui puerperarum inſtar a partu recentium, in iis lecticis iacebant. H.

x. Pleniſque) Quum in theatri arena, inquit, ſtrata triclinia eſſent, eaque coenantium hominum confertiſſimo coetu plena, venere tamen elephantes in partem conuiuii, accubitumque ſimul iere cum hominibus, ita libratis veſtigiis, vt ne quis hominum compotantium vel leuiter attingeretur. Ita fere Aelianus loco proxime appellato, vnde lux maxima orationi Plinianae acceſſit. Vide N. et Em. N. VII. (paulo poſt) Elephanti lychnuchos quoque geſtitant apud Sueton. in Iul. c. 37. *Pleniſque)* Exarati manu libri, quotquot vidimus, cum Chiffl. et Dalec. codice vetere, hanc lectionem exhibent quam nos edi curauimus: non vti vulgo impreſſi, *Pleniſque hominum tricliniis accubitu:* etſi hanc poſtremam vocem Pellicerius in notis MSS. improbat, mavultque *accumbentium.* Nobis autem religio fuit a vetere lectione, non tot codicum modo teſtimoniis, ſed et Aeliani ipſius auctoritate corroborata diſcedere: quum praeſertim loci huiuſce ſententiam vel vnius voculae immutatio labefactet. *Plenis homine* dictum a Plinio, vt a Marone, *Late loca milite complet.* H.

III. (III.) Certum eſt *y.*, vnum tardioris ingenii in accipiendis quae tradebantur, ſaepius caſtigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu *z.* repertum. Mirum maxime, et aduerſis quidem funibus ſubire *a.*, ſed regredi magis vtique pronis. Mutianus ter Conſul auctor eſt, aliquem ex his et literarum ductus Graecarum *b.* didiciſſe, ſolitumque praeſcribere eius linguae verbis: Ipſe ego *c.* haec ſcripſi, et ſpolia Celtica dicaui. Itemque ſe vidente Puteolis, quum [1]aduecti [2] e naue egredi cogerentur, territos ſpatio pontis procul [3] a continente porrecti, [4] vt ſeſe longinquitatis aeſtimatione fallerent, auerſos retrorſus iſſe.

IV. Praedam ipſi in ſe [5] expetendam, ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis, quae Iuba cornua *d.* appellat,

 Hero-

1. *Aduecti naue. M.* 2. *de. Vet.* 3. *in continentem.* 4. *vt ſeſe in long. Vet.* 5. *expectandam. V.*

y. Certum eſt) Romae hoc accidiſſe narrat Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 968. vbi plura ſubiungit elephantum docilitatis exempla. H.

z. Noctu) Ad Lunam. Plutarchus: ὤφθη νυκτὸς αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς τὴν Σελήνην ἀνατaττόμενος τὰ μαθήματα, καὶ μελετῶν: *noctu ſua ſponte ad Lunam deprehenſus eſt ſe exercere, ac veluti meditari.* H.

a. Funibus ſubire) Apud Labeonem Iuriſconſultum his verbis: *Si per catadromum ſeruus curreret*, funis protenſus intelligitur, per quem hiſtriones ac etiam elephanti ingrederentur ac currerent. Apud Suetonium in Nerone, notiſſimus eques Romanus, elephanto ſuperſedens per catadromum decurrit. Brod. cap. 6. III. *Dalec.*

Subire) Aſcendere. H.

b. Graecarum) Et Latinarum, Aelian. H. A. L. II. c. 11. H.

c. Ipſe ego) Quae verba ſi Graece ſcribantur verſus heroicus conſtituitur hoc modo, Αὐτὸς ἐγὼ τάδ᾽ ἔγραψα, λάφυρά τε Κελτ᾽ ἀνέθηκα. H.

d. Cornua) Varro quoque lib. VI. de ling. Lat. eſſe cornua putauit. Qua de re infra ad cap. 10. *Dal.*

Herodotus tanto antiquior, et conſuetudo melius *f.*, dentes. *g.* Quamobrem deciduos caſu aliquo, vel ſenecta, defodiunt. *h.* [1]Hoc ſolum ebur eſt: cetero *i.*, et in his quoque, qua corpus intexit, [2]vilitas oſſea. [3]Quamquam nuper oſſa etiam in laminas ſecari coepere penuria. *k.* Etenim rara amplitudo iam [4]dentium, praeterquam ex India, reperitur: cetera in noſtro orbe ceſſere luxuriae. Dentium candore *m.* intel-

1. *Hoc ſolum ebur eſt. Ceterum iis quibus corpus intexitur vilitas oſſea. V. Alii, ceteris quibus quoque corpus. Alii ceterum in iis quibus corpus.* 2. *vilitas oſſe. Ch.* 3. *aliquaque nuper. M.* 4. *dentibus. M.*

f. Conſuetudo melius) Melius ſane: Cornua enim exterius per frontem exeunt, et in ea protuberant: vt dentes et ebur per os exeunt, et in gingiuis radices habent. Deinde cornu translucet, ſi per tenues laminas ſecetur et leuigetur: ebur non tranſlucet. Cornu per ebullitionem in aqua feruente molleſcit, et fit ductile: ebur minime. De eodem argumento concertationem elegantem habet Philoſtratus de vita Apollonii L. II. c. 6. p. 70. et 71. Herodoto Plinioque Ariſtoteles ſuffragatur, de H A. L. II. c. 11. p. 194. atque alibi paſſim. Alicubi tamen Plinius ipſe, vt Rhinocerotis, ita elephanti cornua appellat. H.

g. Dentes) Iuuenalis Sat. 11. *Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes, Et Mauri celeres, et Mauro obſcurior Indus, Et quos depoſuit Nabathaeo bellua ſaltu, Iam nimios, capitique graues.* Dal.

h. Defodiunt) Inuidia ſcilicet odioque noſtri, ne quod tanta eorum iniuria quaerimus, aſſequamur. H.

i. Cetero etc.) Praebent ebur, inquit, tantummodo dentes, quamquam nec ipſi etiam toti ebore conſtant: quandoquidem qua parte latent obducti ipſo belluae corpore, maxillaque tecti, oſſei, ac viles hi quidem ſunt, nec eboris pretium obtinent. H.

k. Penuria) Scilicet eboris. H.

l. Ceſſere luxuriae) Luxuria noſtra, inquit, abſumpſit omne ebur huius noſtri orbis: adeo vt iam id ex India petere propemodum neceſſe ſit. H.

m. Dentium candore) Haec totidem fere verbis, de candore

intelligitur iuuenta. Circa hos [1] belluis ſumma cura: alterius mucroni parcunt, ne ſit praeliis hebes: alterius operario vſu fodiunt radices, impellunt moles: circumuentique a venantibus, primos conſtituunt, quibus ſunt minimi *n.*, ne tanti praelium putetur: poſtea feſſi, impactos *o.* arbori frangunt, praedaque ſe redimunt.

V. (IV.) Mirum *p.* in pleriſque [2] animalium, ſcire quare petantur: ſed et per cuncta *q.* quid caueant. Elephas *r.* homine obuio forte in ſolitudine, et ſimpliciter oberrante, clemens placiduſque etiam demonſtrare viam traditur. Idem veſtigio hominis anim-

1. *Belli. M. V. Circa alios belli. Ch.* 2. *animalia.*

dore curaque dentium, Plut. L. de ſolert. anim. p 966. Solinus item hunc locum tranſſcribens c. 25. p. 47. *Candore dentium intelligitur iuuenta: quorum alter ſemper in miniſterio eſt: alteri parcitur, ne hebetatus aſſiduo repercuſſu, minus vigeat, ſi fuerit dimicandum.* Ita etiam Aelian. Hiſt. An. L. VII. c. 56. H.

n. Quibus ſunt minimi) Quibus ſunt dentes exigui. H.

o. Impactos) Solin. l. c. *Quum venatu premuntur, pariter affligunt vtroſque, vt ebore damnato non requirantur: hanc enim ineſſe ſibi cauſam periculi ſentiunt. H.*

p. Mirum in pleriſque animalium, etc.) Lege: *Mirum in pleriſque animalium ſcire quare petantur, ſed et fere cuncta quid caueant.* Vide *Salmaſ.* p. 306. b.

Mirum) Mirum eſt, animalium pleraque intelligere quare petantur: cuncta vero ſcire, quid ſibi ſit cavendum. H.

q. Sed et per cuncta) Vide N. et Em. N. VIII. (hic conſp.) *Sed et etc.)* Ita Pariſ. cod. et editi omnes. R. 1. *Sed per cuncta.* R. 2. *Sed cuncta.* Salmaſ. p. 306. *Sed et fere cuncta.* Si quid iuuat indulgere coniecturae, mallem, *ſed ſuper cuncta*, quam *fere cuncta*, quoniam ad veſtigia veteris ſcripturae id propius accedat. H.

r. Elephas) Haec quoque Solin. ex Plinio, c. 25. p. 47. Sed *homini* malim, et *oberranti* legi, quam *homine* et *oberrante.* H.

animaduerſo priuſquam homine, intremiſcere inſidiarum metu, ſubſiſtere ab olfactu, circumſpectare, iras proflare, nec calcare, ſed erutum proximo tradere s., illum ſequenti, nuntio ſimili vſque ad extre-

s. *Iras proflare, nec calcare, ſed erutum proximo tradere)* Conſtantius Fanenſis non *erutum* hic, ſed *cretum* ſcribit, ſenſum Plinianis verbis accommodans parum, vt ſentio, congruentem, quum tamen et Romana et cetera impreſſa exemplaria, Salmanticenſis item codex *erutum* habeant. Hermolaus quoque *crutum:* propius veram lectionem, ſed ſenſu inepto et falſo. Apogr. Tolet. eximie hic vt in plerisque omnibus, *derutum.* agnoſcit. Petendusque eſt ſenſus horum verborum ab Aeliano, libro de natura animalium primo, vbi de Elephantis ad hunc modum diſſerit: *Tum etiam ſagaciſſime odorantur, tam acerrimis ſenſibus exiſtunt, tum vero ex his partim antegredientes, partim ſubſequentes ordinatim eunt. Atque horum primus narium ſagacitate herbam ante pedes ſuos poſitam, ſentiens humanis veſtigiis eſſe tranſitam, eam euellit, et ei qui a tergo proximus odorandam tradit. Is rurſus alteri qui poſt eum ſtat, ac deinceps per omnium quaſi manus ſagaciter contrectatur, quoad ad illum ipſum qui extremum agmen ducit, peruentum fuerit. Is ſimul ac olfecerit, barritum vaſtum edens, quaſi ſignum ad fugam dat.* Pintian.

Sed erutum) Veſtigium ſubintellige: hoc eſt, herbam, aliamue rem ſimilem, cui hominis planta inſtiterit. Vide N. et Em. N. IX. (hic coll.) *Sed erutum etc.)* Ita MSS. omnes, R. 1. 2. etc. Quamquam nonnulli *cretum* malunt, hoc eſt, viſum veſtigium alteri ſubſequenti referre ac nunciare. Sed ii ſunt qui obſoleta verba ſectantur, et dictionis obſcurae ambagibus oblectantur. Expreſſit rem eximie Aelian. H. A. L. IX. c. 9. ſcribens, agmen elephantorum ordine procedere, et ab eius agminis duce, vbi narium ſagacitate herbam ante pedes poſitam ſenſerit humanis calcatam eſſe veſtigiis, eam euelli, eique qui a tergo eſt proximus, olfaciendam porrigi; atque ita deinceps, dum ad extremum, qui claudit agmen, peruenerit: is enim ſimul atque olfecit, barritum ingentem edere, quaſi receptui canat, et ad fugam hortetur, etc. H.

tremum: et tunc agmen circumagi, et reuerti, aciemque dirigi: adeo omnium *t.* odori durare virus illud, maiore ex parte ne nudorum quidem pedum. *u.* Sic et tigris etiam feris ceteris truculenta, [1] atque ipſa elephanti quoque ſpernens veſtigia, [2] hominis viſo *x.* tranſferre dicitur protinus catulos. Quonam modo agnito? [3] vbi ante conſpecto illo, quem timet? Etenim tales ſiluas minime frequentari certum eſt. Sane mirentur ipſam veſtigii raritatem: ſed vnde ſciunt [4] timendum eſſe? Immo vero cur vel [5] ipſius conſpectum paueant, tanto viribus, magnitudine, velocitate praeſtantiores? Nimirum haec eſt natura rerum, haec potentia eius,

 ſaeuiſ-

1. *Alii, atque ipſa elephantum quoque ſpernens, veſtigio hominis viſo transferre :dicitur protinus catulos. V. Codices et ipſe Plinius mox, Sane mirentur ipſam veſtigii raritatem, etc.* 2. *Sic et Ch. homine viſo Gr. et Al.* 3. *aut vbi. V. vbi autem. M.* 4. *timendi. Tol. lego, timendi cauſam eſſe.* 5. *ipſum. Tol. ſaepius. V.*

t. Adeo omnium) Adeo elephantorum omnium olfactum percellit virus illud *ab hominis veſtigio* profectum. In tantum viget, inquit, virus illud humani veſtigii, vt a priore ad extremos vſque, ceu per manus traditum, nares omnium iuxta infeſtet: quodque magis mirari conveniat, non nudi pedis plerumque id veſtigium eſt, ſed calceati: a qua minoris efficientiae odor dubio procul emittitur. H.

u. Nudorum quidem pedum) Sed calceis tectorum, qui efflatum humani corporis impediunt. *Dalec.*

x. Hominis viſo) Subintellige, veſtigio. Vide N. et Em. N. X (hic poſ.) *Hom.)* Sequuti ſumus codices R. 1. 2. Pariſ. Chiffl. etc. ſpreta librorum editorum lectione, *homine viſo*, haud dubie vitioſa. Sic extremo capite, quum prius legeretur, *et ſtatim intelligere, cur ſit timendum*, eorumdem codicum admonitu, atque ad Pliniani mentem appoſite, *quum ſit timendum.* H.

ſaeuiſſimas ferarum maximaſque [1] numquam vidiſſe quod debeant timere, et ſtatim intelligere [2] quum ſit timendum. (V.) Elephanti *y.* gregatim ſemper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit aetate proximus. Amnem *z.* tranſituri minimos praemittunt, ne maiorum ingreſſu atterente alueum, creſcat gurgitis altitudo. Antipater auctor eſt, duos Antiocho regi in bellicis vſibus, celebres etiam cognominibus, fuiſſe: etenim nouere ea. *a.* Certe Cato, quum Imperatorum nomina Annalibus [3] detraxerit *b.*, eum qui *c.* fortiſſime praeliatus eſſet in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax *d.*, alioquin dux agminis ſemper. *e.* Tum pro-

1. *Quae numquam vidiſſent quod debeant timere ſtatim.* V. 2. *cur. Gr.* 3. *deſcriberet. Gr.*

y. Elephanti) Haec iiſdem verbis Solin. c. 25. p. 47. Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 986. Aelian. hiſt. Anim. L. VII. c. 15. H.

z. Amnem) Praeter auctores laudatos, hoc etiam Philoſtratus notat L. II. c. 8. de vita Apollonii, p. 75. et 76. H.

a. Nouere ea) Cognomina Dal.

Nouere ea) Nouere quiſque ſua cognomina. H

b. Annalibus detraxerit) Vide N. et Em. N. XI. (hic poſ.) *Quum etc)* Auctoris mentem aſſequi quum minime poſſent Plinii editores, hanc poſtremam vocem corruptam rati ſcripſere, *quum Imperatorum nomina annalibus deſcriberet*, contra fidem codicum R. 1. 2. ceterorumque melioris notae, a ſcriptoris mente longiſſime aberrantes, cuius haec ſententia eſt: Cato, inquit, Imperatorum Punicorum nomina annalibus ſuis apponere neglexit: idem tamen, quod nomen elephanti eſſet, qui tunc fortiſſime praeliatus, referre operae pretium duxit. H.

c. Eum qui) Eum elephantem, qui etc. H.

d. Renuit Aiax) Id elephanto nomen fuit: cuiuſmodi fuiſſe et illi, qui pro rege Poro aduerſus Alexandrum pugnauit, Philoſtratus eſt auctor, de vita Apollonii L. II. c. 6. p. 70. H.

e. Agminis ſemper.) Mallet Pellicerius in MSS. *dux agminis*

pronuntiatum, eius fore principatum qui tranſiſſet: auſumque Patroclum, ob id phaleris argenteis, quo maxime gaudent, et reliquo omni primatu [1] donavit. Ille, qui notabatur, inedia mortem ignominiae praetulit. Mirus namque pudor eſt, victuſque vocem *f.* fugit victoris: terram ac verbenas *g.* porrigit. Pudore numquam *h.* niſi in abdito coëunt: mas quinquennis *i.*, femina decennis. Initur autem biennio *k.*, quinis (vt ferunt) cuiuſque anni diebus, nec amplius: ſexto, perfunduntur amne, non ante

X 5 redu-

1. *Donatum.* D.

gminis, *praeire*. Sed nulli ei codices fauent. H.

f. Victuſque vocem) Ariſtot. hiſt. L. IX. c. 2. p. 1010. αὐχ' ὑπομένει τȣ̃ νικήσαντος φωνήν. H.

g. Terram ac verbenas) Quo ritu ſolent et homines herbam victi porrigere, vt dicetur inferius, L. XXII. ſ. 4. H.

h. Pudore numquam) Ariſt. hiſt. L. V. c. 2. p. 524. Refert etiam Aelian. H. A. L. VIII. c. 17. et de camelis item, L. VI. c. 60. H.

i. Mas quinquennis) Ariſtot. c. 27. lib. VI. hiſtor. non niſi poſt vigeſimum annum coire, aut gignere tradit. *Dal.*

Mas quinquennis) Ariſt. hiſt. L. V. c. 13. p. 566. Ex Plinio Solinus, c. 25. p. 37. H.

k. Initur autem biennio) Scribendum videtur, *Initur a triennio*, hoc eſt, poſt triennium exactum, ex Ariſtotele, volumine de hiſtoria animalium quinto, cap. XIII. *Coitum*, inquit, *triennio interpoſito repetit.* Nec me fugit in Solino *biennio* etiam legi. *Pint.*

Initur autem biennio) Poſt bienniuni. Vide N. et Em. N. XII. (hic poſit.) *Initur etc.)* Viſum eſt Pellicerio in not. MSS. poſt Pintianum, ſcribi oportere, *Initur a triennio.* Credo, quod Philoſophus ita ſenſiſſe videatur, de hiſt. anim. L. V. c. 13. p. 566. Πάλιν δὲ βαίνει μετὰ τὴν ὀχείαν διὰ τρίτȣ ἔτȣς; *Tertio poſt anno coitum repetit.* Codices tamen repugnant, et Solinus, c. 25. p. 47. *Biennio coeunt, quinis nec amplius in anno diebus, non prius ad gregarium numerum reuerſuri, quam viuis aquis abluantur.* H.

reduces ad agmen. Nec adulteria *l.* nouere: nullaue propter feminas inter ſe praelia, ceteris animalibus [1] pernicialia: non quia deſit illis amoris vis: namque *traditur *m.* vnus amaſſe quamdam in Aegypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter [2] electam putet, [3] mire gratam *n.* [4] Ariſtophani *o.*, celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracuſanum incipientis iuuentae in exercitu Ptolemaei, deſiderium eius, [5] quoties non videret, inedia teſtatus. Et vnguentariam quamdam dilectam Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conſpectu, blanditiaeque inconditae, ſtipesque *p.*, quas populus dediſſet, ſeruatae, et in ſinum *q.* effuſae. Nec mirum eſſe amorem, quibus ſit memoria. Idem namque tradit, agnitum in ſenecta, multos poſt annos, qui rector in iuuenta fuiſſet.

1. *Pernitioſa M.* 2. *Sic M. et Ch. dilectam Gr. et Al.* 3. *ſic Ch. mire tum gratam. Alii. miretur gratam Gr.* 4. *Ariſtophanico. V.* 5. *quotiens Gr.*

l. Nec adulteria) Solinus l. c. H.

m. Namque traditur) Haec quoque Plutarch., L. de ſolert. anim. p. 972. et Aelian. hiſt. anim. L. I. c. 38. H.

n. Electam putet, mire gratam) Ita reſcripſimus codicum omnium admonitu, R. 1. 2. Chiffl. etc. quum prius in editis legeretur, *dilectam putet, miretur gratam.* H.

o. Ariſtophani) Ἀριϛοφάνει τῷ Βυζαντίῳ, Aelianus, l. c. H.

p. Stipeſque) Huiuſce moris, erogandi nummos, coniiciendique in elephantorum proboſcidem, veſtigia exſtant apud Suetonium, in Aug. c. 53. vbi quemdam corripuiſſe ioco Auguſtus dicitur, *quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem*, hoc eſt, cum pauore et formidine. Quod Macrobius ſic expreſſit, Saturn. L. II. c. 4. p. 331. *Auguſtus, quum ei quidam libellum trepide offerret, et modo proferret manum, modo retraheret. Putas, inquit, te aſſem elephanto dare?* H.

q. Et in ſinum) In illius ſinum, quem elephas diligeret. H.

fuiſſet. Idem diuinationem quamdam iuſtitiae. Quum Bocchus rex *r.* triginta elephantis, totidem *s.*, in quos [1] ſaeuire inſtituerat, ſtipitibus alligatos obieciſſet, procurſantibus *t.* inter eos qui laceſſerent, [2] non potuiſſe effici, vt crudelitatis alienae miniſterio fungerentur.

VI. (VI.) Elephantos *u.* Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boues Lucas *x.* appellauit, in Lucanis viſos *y.*, anno Vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: Roma autem in triumpho *z.*, ſeptem

1. *Saeuirent ſtipitibus. M.* 2. *nec. Ch.*

r. Quum Bocchus rex) Seneca cap. 13. lib. de breuit. vitae. *Dalec.*

s. Totidem) Totidem elephantos. H.

t. Procurſantibus) Inter elephantos procurſantibus viris, qui eos laceſſerent. H.

u. Elephantos Italia primum vidit) Manium Curium Dentatum victis Pyrrho, Sabinis Samnitibus primum in triumpho elephantos duxiſſe ſcribit Seneca cap. 13. lib. de breuit. vitae. *Dal.*

Elephantos) Haec ad verbum Solin. c. 25. p. 47. Epitome Liuii, L. XIII. *Valerius Leuinus Conſul parum proſpere aduerſus Pyrrhum pugnauit: elephantorum maxime inuſitata facie territis militibus.* H.

x. Et boues Lucas) Haec Varro, de L. L. L. VI. p. 72. Luca hos, elephas. *Cur ita ſit dicta, duobus modis inveni ſcriptum. Nam et in C. Aelii Commentario erat, a Libycis Lucas: et in Vergilii commentario, ab Lucanis Lucas: ab eo quod noſtri quum maximum quadrupedem, quem ipſe haberent, vocarent bouem et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidiſſent apud hoſtes elephantos. — Lucam bouem appellaſſe*, etc. Boues Lucas appellant quoque Lucret. L. V. et Anſon. ep. 15. H.

y. In Lucanis viſos) Varro lib. VI. de Ling. Lat. nec a Lucania dictos putat, ſed a luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres eorum ornatae fuerunt. *Dal.*

z. In triumpho) Manii Curii Dentati, Pyrrho deuicto, triumpho agentis. Seneca, L. de breuit. vitae, c. 13. p. 734. „Primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantos.„ Idem habet Eutropius, L. II. p. 745. Pugnam, victoriam, triumphum

ptem annis *a.* ad ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingenteſimo ſecundo *b.*, victoria L. Metelli Pontificis *c.* [1] in Sicilia de Poenis captos. Centum *d.* quadraginta duo fuere tranſuecti ratibus *e.*, quas doliorum conſertis ordinibus [2] impoſuerat. *f.* Verrius eos pugnaſſe in Circo, interſe-

1. *In Sicilia, in M. non leg.* 2. *Impoſuerant Gr. et Al.*

phum, eleganter in primis Florus deſcribit, L. I. c. 18. de bello Tarentino. H.

a. Septem annis) Anno CCCCLXXIX. Sex annis in Italia bellum a Pyrrho geſtum, ſcribit Plutarchus in eius vita, p. 400. H.

b. Quingenteſimo ſecundo) Vide N. et Em. N. XIII. (hic conſp.) *Anno* etc.) Conſentientibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis, nihil hic audemus mutare, quantumius ab hoc calculo diffidere poſſint videri, quidam, qui circumferuntur, Faſti Conſulares. H.

c. Victoria L. Metelli Pontificis) Hanc ob cauſam in multis denariis antiquis, Metellorum geſtas res indicantibus, nunc elephas vnicus impreſſus fuit, nunc ad currum iuncti duo, cum Imperatore ſtante, quem coronat victoria, nunc ſub biga, cui inſidet Imperator, Elephanti caput. Vrſinus 38. *Dal.*

d. Centum quadraginta duo fuere) Adde ex vtroque exemplari: *Aut vt quidam, centum quadraginta.* Sic capite ſequenti: *Pugnauere in circo* XX. *aut vt quidam tradunt*, XVII. Verum de numero horum elephantorum parum ſibi auctores conſtant. Liuius in epitome libri decimi noni, CXX. fuiſſe tradit; L. Florus libro ſecundo, centum circiter aſſerit. Paulus Oroſius libro quarto, CIV. Eutropius CXXX. Seneca in libro de breuitate vitae CXX. cum Liuio *Pint.*

Centum) Flor. L. II. c. 2. p. 53. *Centum circiter.* Epitome Liuii, L. XIX. *Centum et viginti.* Totidem Seneca loco mox appellato. H

e. Ratibus) Rates, aſſeres ſunt praelongi doliorum, vt Plinius ait, conſertis ordinibus impoſiti, atque inter ſe nexi, trahae inſtar. Harum vſus eſt hodieque in Sequana amne frequens. His ligna, equi, armenta imponuntur, vt per amnem ea vehantur. Galli vocant, *des radeaux* Paulus ex Feſto, *Rates vocant tigna colligata, quae per aquam aguntur.* H.

f. Impoſuerat) Metellus ſcilicet.

terfectoſque iaculis tradit penuria [1] conſilii: quoniam neque ali placuiſſet, neque donari regibus. L. Piſo inductos dumtaxat in Circum, atque vt contemtus eorum increſceret, [2] ab operariis *g.* haſtas praepilatas habentibus, per Circum totum actos. [3] Nec quid deinde iis factum ſit, auctores explicant, [4] qui non putant interfectos.

VII. (VII.) Clara eſt vnius e Romanis dimicatio aduerſus elephantum, quum Hannibal captiuos noſtros dimicare inter [5] ſeſe coegiſſet. *h.* Namque vnum qui ſupererat, obiecit elephanto: [6] et ille, dimitti pactus, ſi interemiſſet, ſolus in arena congreſſus, magno Poenorum dolore, confecit. Hannibal, quum famam eius dimicationis contemtum allaturam belluis intelligeret, equites miſit, qui abeuntem interficerent. [7] Proboſcidem eorum facillime amputari, Pyrrhi praeliorum *i.* experimentis patuit. Romae

1. *Conſulum. M.* 2. *ab operis. Lipſ. in Tac. pag.* 32. 3. *Nec quid dein his. Ch. Nec dein quid de iis factum ſit, auctoris explicat, qui non putat interf. Tol.* 4. *Quatuor haec poſtrema verba huc aliunde irrepſiſſe putat Pint.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. ſe Gr. et Al.* 6. *et illum dimitti pactus ſi interemiſſet. Solus ergo in. M.* 7. *Promuſcidem. M. V.*

ſcilicet. Ita MSS. Editi fruſtra, *impoſuerant.* H.

g. Ab operariis) Ita MSS. omnes. Lipſius tamen in Tacit. Annal. L. I. p. 14. mauult, *ab operis.* Quoniam *operae Theatrales* apud Tacitum eo loci notae: apud Tullium, *Operae Clodianae:* denique apud Gruterum, p. 467. OPERAE VETERES. A SCAENA. H.

h. Dimicare inter ſe coëgiſſet) Val. c. 2. lib. IX. *Dal.*

i. Pyrrhi praeliorum) In altero tertioque cum Pyrrho congreſſu: de quo Florus, L. I. c. 18. p. 37. *In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio, Fabricioque CoSS. Iam quippe belluarum terror exoleuerat, et C. Minutius quartae legionis haſtatus, vnius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Itaque et in ipſas pila congeſta ſunt, — — Et ſic eaedem ferae, quae primum*

Romae pugnaſſe Feneſtella tradit *k.* primum omnium in Circo, Claudii Pulchri Aedilitate curuli *l.*, M. Antonio, A. Poſtumio Coſſ. anno Vrbis *m.* [1] ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Item poſt annos xx. Lucullorum *n.* Aedilitate curuli aduerſus tauros. Pompeii quoque altero Conſulatu *o.*, dedicatione templi Veneris Victricis, pugnauere in Circo viginti *p.*, aut vt quidam tradunt, [2] XVII. *q.* Gaetulis ex aduer-

1. CLV. *Ch.* 2. XVIII. *Seneca de br. vitae.*

mum victoriam abſtulerant, ſecundam pacem fecerant, tertiam ſine controuerſia tradidere. Meminit et Vegetius L. III. c. 24. p. 104. H.

k. Feneſtella tradit) Vide N. et Em. N. XIV. (hic adi.) *Fen.*) Non igitur verum eſt quod tradit Aſconius Pedianus, in orat. Cic. in Piſon. p. 7. Cn. Pompeium iis ludis, quibus theatrum a ſe factum dedicauit, elephantorum pugnam primum omnium dediſſe in Circo. Niſi forte legendum ſit, XX. *elephantorum*, ex Plinio. Tantum enim elephantorum numerum, ante hos Pompeii ludos, pugnaſſe in Circo, non eſt vllis, quod ſciam, monumentis proditum. H.

l. Aedilitate curuli) Scenam in iis ludis magnam picturae admirationem habuiſſe traditur infra c. 4. lib. XXXV. *Dal.*

m. Anno Vrbis etc.) Plane incidere horum Conſulatum in hunc ipſum annum Vrbis efficitur ex aliis ſimilibus epochis, quae toto hoc opere diſperſae leguntur. H.

n. Lucullorum) Lucii, et Marci, fratrum, quos ſimul aediles curules fuiſſe, auctor eſt Plutarchus in L. Luculli vita, p. 492. H.

o. Altero Conſulatu) Collega M. Licinio Craſſo, item ſecundum CoSS. A. V. DCC. Meminit horum ludorum Aſconius Pedianus in or. Cic. in Piſ. p. 7. Templi Veneris Victricis a Pompeio dedicati, Plutarchus in eius vita, p. 655. Ἀφροδίτης νικηφόρȣ ἱερόν. Venus Victrix, comitas eſt, humanitaſque Principis, quae vel bellum cohibet, vel exarmat hoſtes, aut in Republica ſeditioſos. Quamobrem in nummo Fauſtinae Marci, Venus pingitur apprehendens Martem ac ſiſtens, cum hoc titulo: VENERI VICTRICI. H.

p. Pugnauere in circo XX. *aut vt quidam tradunt,* XVII.) Scribo, *Aut vt quidam tradunt,* XVIII. Seneca in libro de breuitate vitae: *Nam*

aduerſo iaculantibus, mirabili vnius r. dimicatione, qui pedibus confoſſis repſit genibus [1] in cateruas, [2] abrepta ſcuta iaciens in ſublime, quae decidentia [3] voluptati ſpectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore belluae iacerentur. Magnum et in altero miraculum fuit, vno ictu occiſo. [4] Pilum autem ſub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. Vniuerſi eruptionem tentauere, non ſine vexatione populi, [5] circumdati clathris ferreis. s. Qua de cauſa Caeſar Dictator, poſtea ſimile ſpectaculum editurus, [6] euripis arenam t. circumdedit: quos

1. *In cateruas, in M. non legitur.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. abrepta Gr. et Al.* 3. *volubilitate. M. volubilitate ſpectantibus voluptati erant. V.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. autem omittunt Gr. et Al.* 5. *circumdatis claſtris. Ch.* 6. *euripos harenae. V.*

Nam et Pompeium primum in circo elephantorum duodeuiginti pugnam edidiſſe: commiſſis more praelii noxiis hominibus, ad vllam rem bonam pertinet? Pint.

q. XVII.) Vide N. et Em. N. XV. (hic poſ.) XVII.) Hunc numerum tantum exhibent libri omnes: itaque nihil mutamus, tametſi Seneca L. de breu. vitae c. 10. p. 734. *Num et Pompeium,* inquit, *primum in Circo elephantorum duodeuiginti pugnam edidiſſe commiſſis more praelii noxiis hominibus, ad vllam rem bonam pertinet?* Mox *abrepta ſcuta* repoſuimus, ex R. 1. 2. Pariſ. Chiffl. etc. pro *arrepta.* Ac paulo poſt, *Pilum autem,* vocula hac poſteriore addita, ex iiſdem codd. H.

r. *Vnius)* Vnius elephantis. H.

s. *Clathris ferreis)* Clathri, ſeu clathra, crates dicuntur, quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimuſue, vt feneſtras, quae ob id clathratae dicuntur. *Treillis de fer.* Horat. in Arte: *obiectos caueae valuit ſi frangere clathros.* Cauea dicebatur area in medio theatri, e qua populus ludos ſpectare ſolebat. H.

t. *Euripis arenam)* Foſſis amphitheatri caueam circumdedit. Euripi enim foſſae erant in ludis circumdatae pro ſeptis, quorum loco temporaria prius clauſtra fuerunt. Amphitheatri caueam *arenam*

quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca *u.* [1] addens. Sed Pompeiani *x.* amiſſa fugae ſpe miſericordiam vulgi inenarrabili habitu quaerentes ſupplicauere, quadam ſeſe lamentatione complorantes: tanto populi dolore, vt oblitus Imperatoris, ac munificentiae honori ſuo exquiſitae, flens vniuerſus conſurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, poenas imprecaretur. *z.* Pugnauere et Caeſari Dictatori *a.* tertio

1. *Accommodans.* *V.*

arenam vocabant, quod arena ſpargi ea ſolebat. Ita Martial. L. Spect. ep. 4. *Nec cepit arena nocentes.* Hoc eſt, non ſunt puniti in Amphitheatro, aut commiſſi cum feris, delatores. *Fatalis arenae Munera*, dixit pariter Lucanus, L. IV. v. 708. H.

u. Equiti loca) Ad Auguſti aeuum in Circo Senatus, Eques, Plebs, indiſcreti ſedebant. Corn. Cinna, Val. Meſſala CoSS. A. DCCLVIII. mutauit Auguſtus, vt Dio tradit, L. LV. p. 563. ſed ita vt iuberet quidem ſeorſum ſpectare Senatum, ſeorſum Equitem: nec tamen loca illis certa, ſtataque aſſignaret. Claudius Imp. Senatui attribuit certam manſuramque ſedem, teſte Tranquillo in eius vita, c. I. p. 72. *Circo maximo, marmoreis carceribus, aureiſque metis exculto, propria Sacerdotibus conſtituit loca, promiſcue ſpectare ſolitis.* Equiti deinde Nero: quod Plinius hoc loco docet: et Tranquillus in Nerone, c. II. p. 80. *Circenſibus loca Equiti ſecreta a ceteris tribuit.* Tacitus denique, L. XV. p. 250. *Eodem anno Caeſar* (Nero) *Equitum Rom. locos Sedilibus plebis antepoſuit ante Circum:* decimo nempe ſui principatus anno, Vrbis 816. Memmio Regulo, Virginio Rufo CoSS. H.

x. Sed Pompeiani) Elephantes a Pompeio in Circum emiſſi. H.

z. Imprecaretur) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Diraſque etc.*) In libris editis, *poenas imprecaretur.* Nos illud *poenas* expunximus, veterum omnium codicum fide: eſt enim indubitatum gloſſema: abſque quo, *diras imprecari ac luere*, a bonis auctoribus vſurpatur. H.

a. Pugnauere et Caeſari dictatori) In denarii antiqui altera parte cuſa ſunt flaminis dialis inſignia: albogalerus, ſeu ceſpita, aſpergillum, ſympulum, in altera elephantus ſerpentem obterens cum his literis: CAESAR

tertio Conſulatu eius, viginti contra pedites *b*. [1] quingentos: [2] iterumque totidem turriti *c*. cum ſexagenis propugnatoribus, eodem, quo [3] priores numero peditum, et pari equitum ex aduerſo dimicante: poſtea [4] ſinguli *d*., principibus Claudio et Neroni in

1. *Quinquagenos. Sueton. Iulio. quinquaginta. V.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſent. Ch. iterum totidem Gr. et Al.* 3. *priore. Tol. et Ch.* 4. *ſingulis. M. V. et Ch.*

SAR. nempe ad oſtendendum et celebrandum ſpectaculum id elephantorum. D*al.*

b. Pedites quingentos) Vide N. et Em. N. XVII. (hic coll.) *Ped.*) Lectio ea eſt omnium codicum plane conſentiens. *Quinquagenos* tamen legendum eſſe ex Suetonio Hermolaus cenſuit, et Pellicerius in not. MSS. Verum Tranquilli locus ab illis citatus, longe diuerſum ab hoc ſpectaculum, in quo paria omnia vtrimque eſſent, haud dubie ſignat: *Venationes editae*, inquit, *per dies quinque ac nouiſſime pugna diviſa in duas acies, quinquagenis pedibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc inde commiſſis*. Adſtipulantur autem receptae lectioni ea qnae mox ſequuntur. Nam ſi totidem turriti elephantes, hoc eſt, XX. cum ſexagenis propugnatoribus, aduerſus eumdem peditum equitumque numerum, qui ſuperius notatus eſt, dimicarunt, quinquagenario illum maiorem fuiſſe omnino neceſſe eſt, aut iniquum admodum certamen fuiſſe. H.

c. Turriti) Coacti nimirum, et aſſuefacti, vt cecinit Iuuenalis, Sat. 12. v. 109. *Dorſo ferre cohortes Partem aliquam belli, et euntem in praelia turrem.* H.

d. Poſtea ſinguli) Singulari quoque certamine elephanti cum gladiatoribus illis pugnarunt, qui egregiae fortitudinis huiuſcemodi ſpecimine edito, rude donari cupiebant. Sicuti enim conſummati milites hi erant, qui legitimis peractis ſtipendiis militiae onere abſoluebantur, quos emeritos etiam appellabant: Sic conſummati gladiatores hi erant, quos ob debita virtutis experimenta, pugnandi immunes donatio rudis efficiebat, et publica mercede alebat. Favent huic interpretationi Turnebus Adu. L. III. c. 33. p. 1126. Rhodig. L. XI. c. 11.

in conſummatione gladiatorum. *e.* Ipſius animalis *f.* [1] tanta narratur clementia contra minus [2] validos, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoveat *g.*, [3] ne quod obterat imprudens: nec niſi laceſſiti [4] noceant, [5] ideoque gregatim ſemper ambulent, minime ex omnibus ſoliuagi. Equitatu *h.* circumuenti, infirmos aut feſſos vulneratoſue in medium agmen recipiunt: ac velut imperio [6] ac ratione, per vices ſubeunt. *i.* [7] Capti celerrime mitificantur hordei ſucco. *k.*

VIII.

1. *Iſta. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. valida Gr. et Al.* 3. *quid. V.* 4. *nocent. i. g. ſ. ambulant.* 5. *Hique congregatim ſemper. Tol. Itaque cum gregatim ſemper. Salmant. rectius. atque ita Ch.* 6. *aut. V.* 7. *et capti. Ch.*

11. p. 495. aliique. Dalecampium contra ſentientem nihil moror. H.

e. In conſummatione gladiatorum) Abſoluto et conſummato gladiatorio munere: fine gladiatorii ſpectaculi, vel vt corollarium ad concludendos finiendoſque ludos. Rhodigin. tamen c. 11. lib. XI. exponit aduerſus gladiatores iam c o n ſ u m m a t o s, emeritos, rude donatos, manumiſſos, longa digladiandi conſuetudine confirmatos, et animoſiores, qui praemiorum magnitudine interdum in arenam et ludorum certamina reuocabantur. Ego vero intelligendum arbitror ſimplicius, ſingulos elephantos dimicaſſe, quum gladiatores pugnare deſiiſſent. Vide Turn. cap. 33. lib. XXX. Lipſ. cap. 16. lib. II. Saturn. *Dal.*

In conſummatione) In dimiſſione gladiatorum. H.

f. Ipſius animalis) Expreſſit haec Solin. ad verbum ex Plinio, c. 25. p. 47. H.

g. Occurrentia manu dimoveat) Turbam dimouere dicitur, qui viam ſibi in turba manu facit. Malo legere: *in grege pecudum occurrentium, manu dimouet*: id eſt, quum grex pecudum occurrit, et conferta pecorum multitudo, manu dimouet, gregem ſcilicet: dimouetur grex aut turba quum in duas partes finditur viae faciendae. *Salmaſ.* pag. 307. a.

h. Equitatu) Solinus l. c. H.

i. Ac velut imperio ac ratione per vices ſubeunt) Ambo

bo exemplaria ſcripta, et Romana, ac reliqua omnia excuſa, non *ac ratione*, habent, ſed *aut ratione*, neutra mihi lectio ſatisfacit. Perſpecto itaque diligentius loco, legendum arbitror, *Ac velut imperio auctorati, onus per vices ſubeunt.* Toletanum tamen Archetypum non *ſubeunt*, ſed *ſubeuntes* praefert. *Pint.*

k. *Hordei ſucco)* Ptiſſana πτισσάνη πραΰνονται. *Dal.*

Hordei ſucco) Cocta ex hordeo ptiſana, Gallice *de l'orge mondé:* vel hordeo certe aqua calida macerato. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic poſ.) *Capti.*) Plinii quoque tranſſcriptor Solinus c. 25. p. 47. *Quum captiuitate venerint in manus hominum, manſueſcunt hauſto hordei ſucco.* Sed ſunt qui vtrumque hoc loco hallucinatum velint: affirmentque hordei ſuccum nunc eſſe Zythum, ſiue cereuiſiam, qua quum tractabilem fieri τὸν ἐλέφαντα Graeci dicunt, ebur hoc nomine intelligunt, non ipſum animal elephantem. Teſtis Dioſc. L. II. c. 109. de Zytho: ἐνεργὴς δὲ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ. Et Plutarch. in fine libri, *Num improbitas ſufficiat ad felicitatem*, p. 499. Τὸν ἐλέφαντα τῷ ζύθῳ μαλακὸν γινόμενον, καὶ χαλῶντα κάμπτουσι etc. Cenſet ita ſane Salmaſius, gloriaturque de hac animadverſione, quam in ſuum illud opus inſeruit, cui titulum fecit, *Iudicium de Plinio*, p. 106. Admonitus, credo, a Sam. Bocharto, qui P. 1. L. II. c. 26. de anim. p. 261. id ante eum adnotauit, miraturque a Salmaſio in Plin. Exercitt. ad eum Solini locum fuiſſe praetermiſſum. Bocharto ipſi praeiuit interpres Plinii Gallicus, Ant. Pinetus, in ſuis marginalibus notis. Accepit id denique Pinetus ab Ant. Saraceno, cuius ſunt eruditae in Dioſcoridem notae, ad eum locum, quem proxime appellauimus. Sed quid ego verear ab illorum ſuſpicione et coniectura diſcedere, et omnem inconſiderantiae notam depellere a Plinio, quum ſit extra controuerſiam poſitum, hordeum quadrupedum fere cibum eſſe, vt Plinius affirmat, L. XVIII. ſ. 14. idque vſus ipſe quotidianus approbat, eas hoc genere cibi inprimis delectari? Hordei certe hauſtibus placari elephantes captos, agnoſcit etiam Scaliger in Ariſt. hiſt. an. L. IX. c. 2 p. 1011. et multo ante Aelian. H. A. L. X. c. 10. Τροφὴ δὲ ἡμερουμένοις τοῖς δὲ τοῖς ζώοις, ἄρτοι τε οἱ μέγιστοι, καὶ κριθαὶ, etc. Hordei ſuccum Plinius pro hordeo vſurpat fere, vt ſ. 14. *lactis bubuli ſuccum*, pro bubulo lacte. Denique egregie fauet id, quod

VIII. (VIII.) Capiuntur autem in India *l.* vnum ex domitis agente rectore, qui deprehenſum ſolitarium, abactumue a grege, [1] verberet ferum: quo fatigato, tranſſcendit in eum, nec ſecus ac priorem regit. Africa *m.* foueis capit, in quas deerrante aliquo, protinus ceteri [2] congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres conſtruunt, [3] omnique vi conantur extrahere. [4] Antea domitandi gratia, [5] greges equitatu cogebant in conuallem *n.* manu factam, et longo tractu fallacem: cuius incluſos ripis *o.* foſſisque,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. verberat Gr. et Al.* 2. *congregantur, ramos, moles. Tol.* 3. *omneſque vi. Tol. omneſque vivum. V.* 4. *Ante. Ch.* 5. *regis. V. reges. M.*

quod Plinius animaduertit, L. XXII. ſ. 51. quum ait, non animantium modo, ſed *nullius non hominis* quoque *iram, luctumque, triſtitiam et omnem animi impetum cibo molliri.* H.

l. Capiuntur autem in India) Aliam capiendi domandique rationem vide apud Strabonem lib. XV. *Dalec.*

Capiuntur) Ariſtot. H. A. L. IX. c. 2. p. 1010. Albertus Magnus de anim. L. VIII. tr. 1. c. 3. p. 248. *Equitat,* inquit, *homo elephantem domeſticum in ſilua, quaerendo alios elephantes, et quum inuenerit ſilueſtres, incitat domeſticos contra ſilueſtres, vt percutiant eos promuſcidibus: et quum vicerint eos, eo quod fortiores ſunt domeſtici, quam ſilueſtres, propter bonum et abundantem paſtum, ſaltat ſuper ſilueſtrem rector elephantem, et percutit eum fortiter flagro duro — — et tunc ſubito quieſcit, etc.* H.

m. Africa) Haec ferme totidem verbis Plutarchus L. de ſolertia animal. p. 972. et Aelianus multo prolixius, hiſt. Anim. L. VI. c. 61. et L. VIII. c. 10. et 15. H.

n. Antea domitandi gratia greges equitatu cogebant in conuallem) Scribo contra omnia exemplaria, *Antea militandi gratia, reges equitatu cogebant in conuallem.* Probant fere hanc correctionem verba, quae infra habentur cap. x. *Domiti militant, et turres armatorum in hoſtes ferunt.* Eſt igitur increpatio morum: antea militandi gratia, nunc dentium, ad delicias. *Pintian.*

o. Cuius incluſos ripis foſſiſque

que, fame domabant: Argumentum *p.* erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentium cauſa, pedes eorum iaculantur, alioquin molliſſimos. [1] Troglodytae *q.* contermini Aethiopiae, qui hoc ſolo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conſcendunt. Inde totius agminis nouiſſimum ſpeculati, extremas in clunes deſiliunt. Laeua [2] apprehenditur cauda: pedes ſtipantur *r.* in ſiniſtro [3] femine. Ita pendens alterum poplitem dextra [4] caedit praeacuta bipenni: hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit, cuncta praeceleri pernicitate peragens. Alii tutiore genere, ſed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos praecipui viribus iuuenes continent: alii connixi pari conatu [5] contendunt *s.*, ac praetereuntibus ſagittarum venabula inſigunt, mox

Y 3

1. *Trogodytae. M.* 2. *deprehenditur. M.* 3. *femore. V. M. et Ch.* 4. *caedit, ac praeacuta bipenni hoc crure. M. et Ch.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Tol. et Ch. tendunt Gr. et Al.*

ſiſque fame domabant) Lego, *euripis*, non *ripis*, vt capite praecedente: *Qua de cauſa Caeſar dictator poſtea ſimile ſpectaculum editurus, euripis arenam circumdedit.* Dal.

Cuius incluſos ripis) Pintianus legit, *euripis*: de quibus egimus ſuperiore ſectione: non poenitenda ſane coniectura. H.

p Argumentum) Argumento erat, *abunde domitos fame, manſuetioreſque factos eſſe*, ſi ramum hominem porrigente clementer acciperent. H.

q. Troglodytae) Reliquum caput plane ad verbum Agatharcides habet, c. 25. cuius Graeca exſtant apud Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1353. Eadem refert et Diod. Sic. Bibl. L. III. p. 160. vbi hos Troglodytas ἐλεφαντομάχους ab ea re vocat. H.

r. Pedes ſtipantur) Connituntur in ſiniſtrum femur, τοῖς ποσὶ πρὸς τὸν μηρὸν τὸν ἀριστερὸν ἐπιβαίνουσι, inquit Agatharcides. H.

s. Contendunt) Ita MSS. omnes. Editi *tendunt*. H.

mox ſanguinis [1] veſtigiis ſequuntur. *t.* Elephantorum *u.* generis feminae multo pauidiores.

IX. (IX.) Domantur autem [2] rabidi, fame *x.* et verberibus, elephantis aliis admotis *y.*, qui tumultuantem *z.* catenis coërceant: [3] et alias circa coitus *a.* maxi-

1. *Veſtigia. V. et Ch. emend.* 2. *capti. etc. admotis et rectoribus, qui tumultuantes. Ex Strabone.* 3. *et, in M. non leg.*

t. Veſtigiis ſequuntur) Subintellige feras. H.

u. Elephantorum) Ariſtot. H. A. L. IX. c. 1. p. 995. H.

x. Domantur autem rabidi fame et verberibus, elephantis aliis admotis) Iterum mihi cum Conſtantio Fanenſi negotium eſt. Is in ſua centuria, non *elephantis aliis*, legendum in Plinio affirmat, ſed *elephantarchis.* Cui, vt non aſſentiar, ſunt cauſae, tum quod omnis vetus et recens refragatur lectio, quod in ſuperioribus bis mentione facta rectoris non elephantarcham, ſed rectorem appellauit. Deinde quod ſicut in captura manſueti adhibentur ad verberandos feros, vt proximo capite relatum eſt, et confirmant Ariſtoteles, Strabo, Aelianus: ſic rationi conſentaneum videtur, vt in domitura eadem vtantur arte, qui illos manſuefaciunt. Accedit nouiſſime Ariſtotelis auctoritas, qui eos ita domari prodit lib. VI. cap. XIX. Pint.

Rabidi, fame) Τῇ ἀτροφίᾳ καὶ λιμῷ, victus tenuitate et fame domari feros, ſcribit Aelian. H. A. L. X. c 10. Strabo quoque, L. XV. p. 704. macerari eos fame docet. H.

y. Elephantis aliis admotis) Ariſt. c. 19. lib. VI. Hiſtor. Dalec.

z. Qui tumultuantem) Magis probarim, *Quo tumultuantem.* H.

a. Circa coitus) Sic Ariſt. H. A. L. VI. c. 17. p. 716. Sed addere ex eodem hic licet, aliter domari rabidos, hoc eſt, ſubito aliquo correptos furore: aliter efferatos ex coituritione: illos, vt dictum eſt, fame: hos, pabulo largiore: vt illorum, inopia cibi, vires frangantur: iſtorum natura diſtrahatur ad concoctionem a Venere. Ariſt. Ἐξαγριαίνοντα, δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες περὶ τὴν ἐχείαν —— Φασὶ δὲ καὶ τὴν τῆς τροφῆς δαψίλειαν πρᾳοτέρους αὐτοὺς παρέχειν. H.

maxime efferantur, et ſtabula Indorum dentibus ſternunt. Quapropter arcent eos coitu, feminarumque pecuaria ſeparant, quae haud alio modo, quam armentorum habent. Domiti militant, et turres armatorum [1]in hoſtes ferunt, magnaque ex parte Orientis bella conficiunt. Proſternunt acies, proterunt armatos. Iidem minimo *b.* ſuis ſtridore terrentur, vulneratique et territi retro ſemper cedunt, haud minore partium ſuarum pernicie. Indicum Afri pauent, nec contueri audent: nam et maior Indicis *c.* magnitudo eſt.

X. (X.) Decem annis [2] geſtare in vtero vulgus exiſtimat *d.*: Ariſtoteles *e.* biennio, [3]nec [4]amplius

Y 4 [1]quam

1. *in dorſis. M.* 2. *geſtari. M.* 2. *nec amplius quam ſingulos iuuenta eorum Tol.* 4. *Nec amplius quam ſemel gignere, pluresue quam ſingulos Gr. et Al. pluresque Ch.*

b. Iidem minimo) Refert Aelian. H. A. L. I. c. 38. hac arte a Romanis Pyrrhi elephantos eſſe fugatos, ſuibus immiſſis: Antipatri item Macedonis a Megarenſibus L. XVI. c. 36. Vide N. et Em. N. XIX. (hic conſp.) *Iidem etc.)* Nihil inuitis libris immuto: etſi cuipiam venire in mentem poſſet *minimi ſuis* legi oportere, propterea quia in Geopon. L. XV. c. 1. p. 402. Zoroaſtres affirmet porcelli recens nati grunnitum elephantem perhorreſcere: Μάνθανε ἐν ὅτι ἐλέφας φρίττει νέε δέλφακος φωνήν. H.

c. Maior Indicis) Solin. c. 25. p. 47. *Indicos elephantos Mauri timent: et paruitatis ſuae conſcii aſpernantur ab his videri.* Philoſtratus de vita Apollon. L. II. c. 6. p. 69. Τῶν ἐκ Λιβύης ἐλεφάντων οἱ Ἴνδοι μείζες. Conſentit et Polyb. hiſt. L. V. p. 593. Indicos ad nouem cubitorum altitudinem accedere, auctor eſt Aelian. H. A. L. XIII. c. 8. H.

d. Decem annis geſtare in vtero vulgus exiſtimat) Plautus in Sticho. *Dalec.*

Decem annis) Inde nata paroemia, cuius mentio eſt in Praefatione ad Titum, *Celerius elephanti pariunt.* Luſit in hanc ſententiam feſtiue Plautus Stich. Act. I. ſc. 3. *Tamen fuiſſe ſuſpicor matrem mihi: Nam poſtquam natus ſum, ſatur numquam fui:*

[1] quam ſingulos *f.*: viuere ducenis *g.* annis, et quoſdam trece-

1. *Quam ſingulos ſemel gignere: pluresque viuere ducentis annis, et quoſdam trecentis. M.*

fui: Sed quam ego matri meae retuli inuitiſſimus, Eam mihi numquam retulit mater gratiam: Nam me illa in aluo menſes geſtauit decem, At ego illam in aluo geſto plus annos decem. Atque illa puerum me geſtauit paruulum, Quo minus laboris illam cepiſſe exiſtimo: At ego non pauxillulam in vtero geſto famem. Verum hercle multo maximam et grauiſſimam. Audiui ſaepe hoc vulgo dicier, Solere elephantum grauidam perpetuos decem Eſſe annos: eius ex ſemine haec certo eſt Fames: Nam iam complures annos vtero haeret meo. H.

c. *Ariſtoteles)* H. A. L. V. c. 13. p. 566. H.

f. *Quam ſingulos)* Vide N. et. Em. N. XX. (hic adi.) *Nec etc.)* In libris hactenus editis ita legitur, *Nec amplius quam ſemel gignere, pluresue quam ſingulos.* Sed verba illa, *quam ſemel gignere, pluresue*, admonitu meliorum codicum, expunximus: deſunt enim illa in R. 1. 2. Pariſ. Tolet. aliiſque: Et vero ſuperfluunt, quum vndique abſoluta ſit periodus, iis inductis. Nec moueor, quod lectionem impreſſam Solinus agnouerit, ſcribens c. 25. p. 47. *Non annis decem, vt vulgus exiſtimat, ſed biennio vt Ariſtoteles definit, vtero grauescunt, nec amplius quam ſemel gignunt, nec plures, quam ſingulos.* Ariſtotelis enim haec verba ſunt, ex H. A. L. V. c. 13. p. 566. Κύει δὲ ἔτη δύο, τίκτει δὲ ἕν, *biennio vtero geſtat, parit autem ſingulos.* Parit quidem ſingulos, ſed non ſemel. H.

g. *Viuere ducenis)* Sic Ariſt. H. A. L. VIII. c. 12. p. 908. Τὸν δὲ ἐλέφαντα ζῆν φασὶν οἱ μὲν περὶ ἔτη τριακόσια, οἱ δὲ διακόσια. Idem tamen in nono, c. 72. p. 1160. *Viuere*, inquit, *elephantos mares, alii annos ducenos, alii centum et viginti aiunt; feminas etiam fere totidem.* Ζῆν δέ φασι τὸν ἐλέφαντα οἱ μὲν ἔτη διακόσια· οἱ δὲ, ἑκατὸν εἴκοσι· καὶ τὴν θήλειαν σχεδὸν τῷ ἄρρενι. Ob eam rem in nummis Auguſtorum plurimis, qui ſunt inſcripti AETERNITAS AVG. vel AVGG. ad ſignificandam perpetuitatem domus Auguſtae, quae per annos ſaltem ducenos floruiſſet, vel trecentos, pro ſymbolo elephanti pinguntur currum vehentes, vel quibus ſeſſor inſidet. In nummis vtriuſque Fauſtinae, inſcriptis, AETERNITAS, ele-

trecenis. *gg.* Iuuenta eorum *h.* a ſexageſimo incipit. Gaudent amnibus *i.* maxime, et circa fluuios vagantur, quum alioquin nare propter magnitudinem corporis non poſſint. Iidem frigoris *k.* impatientes: maximum hoc malum: inflationemque *l.* et profluvium alui, nec alia *m.* morborum genera ſentiunt. Olei potu *n.* tela, quae corpori eorum [1] inhaereant, deci-

1. *Inhaeſerant. M. inhaeſerunt. V. inhaerebant. Cb.*

elephanti duo cum ſuis ſeſſoribus currum trahunt, in quo Fauſtinae ſedentis effiiges eſt: ad ſignificandam aeternitatem domus Caeſareae et Galeriae, vnde Fauſtina genus traxit: quae domus per annos iam amplius ducenos floruerat, et in Commodo Auguſto propagabatur. H.

gg. Trecenis) Hoc eſt, trecentis. H.

h. Iuuenta eorum) Statum iuuentae potius, quam initia, aetati huic annorum ſexaginta Philoſophus attribuit: Φασὶν, inquit H. A. L. IX. c. 72. p. 1160. ἀκμάζειν περὶ ἔτη ἑξήκοντα. Aelianus quoque H. A. L. IV. c. 31. ἀκμὴ δὲ ἐλέφαντος ἑξήκοντα ἔτη γεγονέναι: *Hoc aetatis elephanti eſt annus ſexageſimus.* Quin etiam timide, atque ex aliorum relatu id a ſe prodi Ariſtoteles ipſe profitetur: Φασὶ, inquit: ne quis in hoc defendendo placito fidem eius putet obſtrictam. H.

i. Gaudent amnibus) Quae ſequuntur vſque ad ea verba, *Truncos quidem* etc. Ariſtoteles etiam habet H. A. L. VIII. c. 31. p. 976. et 977. Ariſtotelem expreſſit quoque totidem verbis Albertus M. de animal. L. VIII. tr. 1. c. 2. p. 233. H.

k. Iidem frigoris) Id quoque Aelianus loco cit. proxime. H.

l. Inflationemque) Flatuoſae aegritudines elephantos infeſtant, et alui profluvium: ſed non alia, praeter illa, morborum genera ſentiunt. H.

m. Nec alia) Alia tamen morborum genera, quibus vexantur, refert Albertus M. l. c. H.

n. Olei potu) Ariſt. l. c. p. 977. Ἔλαιον δὲ οἱ μὲν πίνουσι, οἱ δὲ οὔ, τῶν ἐλεφάντων. Κἂν τύχῃ σιδήριόν τι ἐν τῷ σώματι ἐνὸν, τὸ ἔλαιον ἐκβάλλει, ὅταν πίωσιν, ὥς φασι. *Elephanti non omnes oleum bibunt: at qui bibunt, ſi quid ab hoſtibus in corpus adactum eſt, olei potu eiici praedicant.* Mira certe olei natura, vt lubricet etiam tela,

decidere inuenio: a ſudore autem facilius adhaereſcere. Et terram ediſſe [1] his tabificum eſt, niſi ſaepius *o.* mandant. Deuorant autem et lapides. Truncos quidem *p.* gratiſſimo in cibatu habent. Palmas excelſiores fronte proſternunt *q.*, ac ita iacentium [2] abſumunt [3] fructum. Mandunt ore *r.*: ſpirant et bibunt, odoranturque haud improprie [4] appellata manu. Animalium maxime odere murem *s.*: et ſi pabu-

1. *Conſentit Ch. iis Gr. et Alii.* 2. *aſſumunt. V.* 3. *fractu. Tol. frictu. V.* 4. *dicta. M.*

la, etiam intro ſumtum. Vide etiam Aelian. H. A. L. II. c. 18. Ad ferrum hauſtum, non ad impactum retulit hanc medicinam Albertus l. c. *Quando elephanti*, inquit, *potant oleum, ſi in eorum ventre eſt ferrum, extrahitur per oleum.* Butyro hanc vim attribuit Strabo, L. XV. p. 705. H.

o. Niſi ſaepius) Albertus: *Et quando terram comederit, morietur: niſi ad hoc fuerit a generatione aſſuetus.* H.

p. Truncos quidem) Haec quoque de truncorum, palmarumque cibatu; Aelian. H. A. L. IX. c. 56. et Solin. c. 25. p. 47. H.

q. Fronte proſternunt) In R. 2. *tractu proſternunt*: forte pro *fractu*: ſed nihil mutandum, auctore Philoſopho, L. IX. c. 2. p. 1010. τὰς δὲ φοίνικας τῷ μετώπῳ etc. H.

r. Mandunt ore) Et quidem ad mandendum bibendumque miniſterio proboſcidis abutuntur, quam ori admouent: eamdem pro manibus habent: ea dum aquas tranſmittunt, reſpirant. Ita Philoſophus H. A. L. II. c. 2. p. 750. et de partib. anim. L. II. c. 16. p. 995. H.

s. Maxime odere murem) Suem odiſſe, non murem, ſcribit Aelianus cap. 31. lib. VII. Hiſt. et c. 36. lib. XVI. Plutarchus εἰκότως δὲ καὶ τῷ λέοντι πρὸς τὸν ἀλεκτρύονα, καὶ τῷ ἐλέφαντι πρὸς τὸν ὗν μῖσος ἰσχυρὸν γεγενηκέναι, καὶ τὸν φόβον. Deceptus eſt Plinius affinitate vocum ὗς et μῦς. *Conſtantinus Robertus.* Ceterum auctor ſub finem praecedentis capitis ſuis quoque minimo ſtridore terreri ſcribit. *Dal.*

Odere murem) Solinus ex Plinio haec tranſſcribit, c. 25. p. 47. Vide N. et Em. N. XXI. (hic inf.) *Animal.)* Non murem, ſed ſuem odiſſe inquit

pabulum in praeſepio poſitum attingi ab eo videre, faſtidiunt. Cruciatum in potu maximum ſentiunt hauſta hirudine, quam ſanguiſugam vulgo coepiſſe appellari *t.* aduerto. Haec vbi in ipſo [1] animae canali *u.* ſe fixit, intolerando afficit dolore. Duriſſimum dorſo tergus *x.*, [2] ventri molle, ſetarum *y.* nullum tegumentum: ne in cauda *z.* quidem praeſidium abigendo taedio muſcarum (namque id et tanta

1. *Amne canalis. Ch.* 2. *ventres molles. M.*

quit Dalecampius ex Rob. Conſtantino: deceptumque Plinium affinitate vocum ὗς et μῦς pronunciat. Tamen a Plinio facit Albertus M. de anim. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 586. *Dicitur autem hoc animal*, inquit ille de elephante, *timere murem, et abhorrere grunnitum porcorum, ita vt aliquando fugiat ex his.* Facit et Baſil. homil. 9. in Hexaem. p. 120. Οὐ μᾶλλον ἄγωμαι τὸν ἐλέφαντα τοῦ μεγέθους ἢ τὸν μῦν φοβερός ἐςι τῷ ἐλέφαντι. *Non elephantem admiror magis, propter hunc magnitudinis tumorem quam murem qui formidoloſus eſt elephanto.* H.

t. Coepiſſe appellari) Itaque Plinii aeuo ſanguiſuga a ſuctu ſanguinis coepta eſt appellari. Qui certe Scriptores antea vixerunt, hirudinem conſtanter vocant. Horatius: *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.* H.

u. Animae canali) Hoc eſt, in arteria et ſpiritus meatu. In Chiffl. codice perperam ſcribitur, *amne canalis.* H.

x. Duriſſimum dorſo tergus) Hinc Plauti iocus milite: *Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo: Neque habet plus ſapientia, quam lapis.* Dalec.

Tergus) Tergus pro corio aut cute. Ita Solinus agnouit, c. 25. p. 47. *Duriſſimum dorſo tergus eſt, ventri mollius*, etc. Oſſeam cutem Caſſiodorus vocat Varr. L. X. form. 30. H.

y. Setarum) Solin. *Setarum hirſutiae nullae.* Ariſtot. H. A. L. II. c. 5. p. 63. Ὁ δὲ ἐλέφας, ἥκιςα δασύς ἐςι τῶν τετραπόδων. *Inter quadrupedes elephantus minime hirtus eſt.* Eſt ſane corpore toto glaber, ſed habet extrema in cauda pilos, ſiue ſetas: vnde ipſe Plinius, L. XXXVII. ſ. 20. perforatos Indis beryllos, elephantorum ſetis religari ſcribit. H.

z. Ne in cauda) Non negat

tanta vaſtitas ſentit:) ſed cancellata *a.* cutis, et invitans id genus animalium odore. Ergo [1] quum extenti *b.* recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. [2] Hoc iis pro cauda, [3] iuba, villo eſt. Dentibus ingens pretium *c.*, et Deorum ſimulacris [4] lautiſſima *d.* ex iis materia. Inuenit *e.* luxuria [5] commendationem et aliam, [6] expetiti *ee.* in callo manus ſaporis: haud alia de cauſa, cre-

1. *Cum exire coepere examina, artatis.* 2 *Hoc illis pro cauda iuuamen eſt. Dentibus. Tol.* 3. *pro iuba, pro villo. V.* 4. *Sic et M. Salm. et Ch. laudatiſſima Gr. et Al.* 5. *commendationem: et aliam expedit. V. et M.* 6. *Sic et Tol. et Ch. expedit in callo manus vim ſaporis Gr. et Al.*

gat in cauda pilos eſſe: ſed in cauda praeſidium eſſe muſcis abigendis negat. H.

a. Sed cancellata) Hulcerofis vallibus exaratam dixit Caſſiodor. Varr. X. form. 30. H.

b. Ergo quum extenti) Vel *extenta*, cute ſcilicet. H.

c. Dentibus ingens pretium) Cornua eſſe, quos dentes vocant, multis rationibus probare conatur Pauſanias, quas Rhodiginus repetit c. 18. XIII. Et Iubam eiuſdem fuiſſe ſententiae ſupra. c. 3. attigit auctor. *Dal.* Contrarium ſentit Ouid. IV. de Ponto: *Et totum Numidae ſculptile dentis opus.* Vide ſis Iacobi Palmerii Exercitationes nuper editas ad Pauſaniae Heliaca, p. 395. vbi prolixe hanc quaeſtionem tractat. *Dal.*

d. Lautiſſima) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Pariſ. Chiffl. Salmant. etc. Editi, *laudatiſſima.* H.

e. Inuenit) Excogitauit luxuria quid aliud commendare in elephante, nempe calloſam proboſcidem, quam ſaporis eſſe inter epulas experiri credit, etc. H.

ee. Expetiti) Praeter iam dictam, inquit, eboris commendationem, aliam quoque ſaporis inuenit luxuria, proboſcidis manuſue elephantinae callo lautiores inter epulas expetito, arbitrata tum ipſum ebur ſe mandere. Vide N. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Expetiti etc)* Haec vetus eſt et incorrupta codicum MSS. lectio R. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. etc Plinii emendatores ita corruperant: *expedit in callo manus vim ſaporis.* Elzeuir. ed. *expetit — — vim ſaporis.* H.

credo, quam quia ipſum ebur ſibi mandere videtur. Magnitudo dentium *f.* videtur quidem in templis praecipua. Sed tamen in extremis Africae, qua confinis Aethiopiae eſt, poſtium vicem in domiciliis praebere: [1] ſepeſque in iis *g.* et pecorum ſtabulis, [2] pro palis, elephantorum dentibus fieri, Polybius [3] tradidit, auctore [4] Guluſſa *h.* regulo.

XI. (XI.) [5] Elephantos fert Africa vltra Syrticas ſolitudines, et in Mauritania: ferunt Aethiopes et Troglodytae, vt dictum eſt *i.*: ſed maximos India, bellanteſque *k.* cum iis perpetua diſcordia dracones, [6] tantae magnitudinis *l.*, et ipſos, vt circumplexu facili

1. *Sedeſque iis et pecorum ſtabulis palos. V.* 2. *propalam. M.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. tradit Gr. et Al.* 4. *Gauluſſa. V.* 5. *Sic et Cb. elephantes Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard. tantae magnitudinis, vt et ipſos circumflexu facili, Gr. et Al.*

f. Magnitudinis dentium) Vidimus Deppae, Galliae portu emporioque in primis nobili, in officinis eborariorum, dentem vnum, cuius pondus eſſet centum amplius librarum, ſeptenûm fere pedum longitudo. H.

g. Sepeſque in iis) Sepes, inquit, quas pecorum ſtabulis circumdant, in extremis illis Africae partibus, non minoribus e ligno palis, vt alibi, fieri conſueuere: ſed eorum vice elephantinis dentibus contexi, ob eorum ibi vilitatem et copiam. H.

h. Guluſſa) Colb. 1. 2. et Par. *Gauluſa*, forte pro *Goluſa*. Nam Polybio in Exc. de virtutibus et vitiis, et hiſtor. L. XXXI. p. 1473. ſcribitur, ὁ Γολοσσῆς τῶν Νομάδων βασιλεύς. Aſdrubalis et Scipionis Africani, captaeque Carthaginis temporibus ſuppar. H.

i. Vt dictum eſt) Sect. 8. H.

k. Bellanteſque) De hac re Aelian. hiſt. anim. L. VI. c. 21. H.

l. Tantae magnitudinis, vt et ipſos circumflexu facili ambiant) Conuerte verba, *Tantae magnitudinis et ipſos, vt circumplexu facili ambiant. Circumplexu* enim legunt, non *circumflexu* ambo exemplaria: et ſic eſſe legendum Plinius ipſe paulo poſt oſtendit, quum dicit, *Victuſque corruens complexum elidit pon-*

cili ambiant, nexuque *m.* nodi praeſtringant. Commoritur ea dimicatio *n.*: victuſque *o.* [1] corruens, complexum [2] elidit pondere.

XII. (XII) Mira animalium pro ſe cuique *p.* ſolertia eſt, [3] vt his *q.* vna: Aſcendendi in tantam altitudi-

1. *Corruens complexus. M.* 2. *decidit. M.* 3. *vt iis vna ſcandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque Gr. et Al.*

dere. Item pro verbo illo *facili*, in eiſdem *faciunt* habetur, vt non abſurde *faſceatim* pro *faciunt* ſubſtituere poſſes. *Pint.*

m. Nexuque) Velut illigatos nodo praeſtringant. H.

n. Commoritur ea dimicatio, etc.) Leg. *Commorituris dimicatio vict. etc.* Salm.

Commoritur) Salmaſius, *Commorituris.* Vtriuſque nece, inquit Plinius, finitur ea dimicatio. H.

o. Victuſque) Rectius, *victus namque.* Victuſque elephas corruens, draconem complexum elidit ſuo pondere. H.

p. Mira animalium pro ſe cuique, etc.) Lege: *Mira animalium pro ſe cuique ſolertia, vt hic vna laceſſendi tantam altitudinem difficultas draconi: itaque iter ad pabula ſpeculatus, etc.* Mira, inquit, animalibus ſollertia in vitandis ac declinandis quae contraria ſunt, et ſectandis quae vtilia: vt heic in pugna elephantis et draconis, vna difficultas draconi adoriendi ac laceſſendi tantam altitudinem, quum animal ſit per humum repens. Quid igitur facit vt hanc difficultatem, euincat? ſpeculatur iter quo ad pabula eunt elephantes, ex alta arbore ſe iniicit. *Salmaſ.* 307. b. 308. a. *Mira animalium pro ſe cuique praecipua ſolertia eſt.)* Adde particulam *quae praecipuaque ſolertia eſt*, ex eiſdem: in Toletano tamen verba illa *pro ſe cuique*, non leguntur. *Pint.*

q. Vt iis vna ſcandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque) Idem exemplar non *Draco* praefert, ſed *Draconi.* Totum ergo hoc caeſum aliter lego et interpungo, *Vt his vna, ſcandendi in tantam altitudinem draconi.* Nam verbum *difficultas*, adiectiuum, vt puto ſenſum alioqui perſpicuum conturbat, difficilemque reddit: poſſet etiam non abſurde legi, *Vt ex imo ſcandendi, etc.* Pint.

Vt his) Quanta ſit animalibus, pro ſe cuique, ſolertia, hoc vnum, inquit, in

titudinem difficultas Draconi: Itaque iter ad pabula ſpeculatus *qq.*, ab excelſa ſe arbore iniicit. Scit ille *r.* [1] imparem ſibi luctatum contra nexus: Itaque arborum aut rupium attritum *s.* quaerit. Cauent hoc dracones, ob idque greſſus *t.* primum alligant cauda. Reſoluunt *u.* illi nodos manu. At hi [2] in ipſas nares *x.* caput condunt, pariterque ſpiritum praecludunt, et molliſſimas [3] lancinant partes: iidem

1. *Luctari contra. Nexus itaque. M. lego, imparem ſe luctari contra nexus. Itaque.* 2. *Sic et Ch. in ipſa nare Gr. et Al.* 3. *lanians. M.*

in his, elephanto ſcilicet et dracone exemplum declarat. Primum enim in hac dimicatione difficultas eſt draconi maxima aſcendendi in tantam altitudinem, quanta eſt elephas, quum ipſe humi ſerpat: Itaque ſpeculatus iter qua elephantus ad pabula progreditur, etc. Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Vt his etc.)* Ita R. 1. 2. Par. etc. Sed iidem *arceſſendi* legunt, mendoſe vt ſuſpicor, pro *aſcendendi*, vel *ſcandendi*, vt editi habent, vel *laceſſendi*, vt Salmaſ. p. 307. et 308. *Draconi* certe, non *draco*, etiam in ſuis codicibus legit Pintianus. H.

qq. Itaque iter ad pabula ſpeculatus) Exemplar Salmant. *Itaque vt tritum iter ad pabula ſpeculatur.* Commodior fortaſſe lectio ſit, *Itaque vt itantem ad pabula ſpeculatur.* vt lib. IX. de delphinis: *Diuo autem Auguſto principe Lucrinum lacum inuectus, pauperis eiuſdem puerum ex Baiano Puteolos in ludum literarum itantem.* Pint.

r. Scit ille) Elephas. Haec quoque Solin. c. 25. p. 47. H.

s. Itaque arborum aut rupium attritum, etc.) Lege: *arborem aut rupem adfrictui quaerunt*; arborem quaerunt aut rupem cui ſe adfricare poſſint, ad dracones atterendos. *Salmaſ.* 308. a.

t. Ob idque greſſus) Solin: *Ac primum pedes nodis illigant, vt laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem: nam elephanti, niſi praeuenti hac ſpirarum mora, vel arboribus ſe, vel ſaxis applicant, vt pondere nitibundo attritos necent angues.* H.

u. Reſoluunt) Elephantos proboſcide nodos reſoluunt. H.

x. In ipſas nares) Ita R. 1. 2. Par. Chiffl. At editi, *in ipſa nare.* H.

dem obuii deprehenſi, in aduerſos erigunt ſe, oculoſque maxime petunt. Ita ſit vt plerumque caeci, ac fame et moeroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam tantae diſcordiae cauſam *y.* attulerit, [1] niſi naturam *z.*, ſpectaculum ſibi ac paria componentem *a.*? Eſt et alia *b* dimicationis huius fama. Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem: ob id aeſtu torrente praecipue a draconibus expeti. Quamobrem in [2] amnibus merſos *c.* inſidiari bibentibus: [3] arctatiſ-

1. *Sic quoque Lipſ. et ante eum, qui in hunc auctorem margin. adnotat. ſcripſerat, ſic et Ch. niſi quod, natura, habet. niſi natura ſpect. ſibi ac paria componens? M. niſi naturae ſpectaculum, ſibi paria componentis Gr. et Al.* 2. *in amnes Gr. et Al.* 3. *arctatoſque. M. attractiſque. Alii, contractoſque. Ch.*

y. Quam quis aliam tantae diſcordiae cauſam, etc.) Leg. *Qua quis aliam tantae diſcordiae cauſam attulerit, niſi naturam ſpectaculum ſibi ac paria componentem? eſt et alia dimicationis huius fama elephantis frigidiſſimum, etc.* Natura, inquit, cauſa eſt tantae diſcordiae, quae ſpectaculum ſibi parat et paria componit. quam quis aliam cauſam at tulerit? eſt alia tamen dimicationis huius: aiunt elephantis frigidum eſſe ſanguinem, qui expetitur a draconibus. *Salmaſ.*

z. Niſi naturam) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic conſp.) *Niſi etc.)* In editis, *Niſi naturae ſpectaculum ſibi paria componentis.* In R. 1. 2. *niſi natura ſpectaculum ſibi paria componentem.* In Par. et Tol. ac Parm. ed. *natura ſpectaculum ſibi ac paria.* Pellicerius in not. MSS. *niſi naturam, ſpectaculum ſibi, paria componentem*: Vbi hae duae voces, *ſpectaculum ſibi*, ſit parium, quae natura componat, quaedam appoſitio. H.

a. Paria componentis) Apogr. Tolet. *Componentem* non *componentis.* Quod ſi admittimus: *naturam* ſcribendum habebimus, non *naturae.* Nam et Salmant. codex *natura* legit non *naturae.* Et in eodem ac Romana impreſſione, *ſpectaculum ſibi ac paria*, habetur. *Pint.*

b. Eſt et alia) Reliquum hoc caput exſcripſit ad verbum fere Solin. loco proxime appellato. Hoc vero fabuloſum eſſe cenſet Albert. M. de animal. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 587. H.

c. Quamobrem in amnes merſos,

ctatiſque *d.* illigata manu in aurem morſum defigere: quoniam is tantum locus *e.* defendi non poſſit manu. Dracones eſſe tantos, vt [1] totum ſanguinem capiant. Itaque elephantos ab iis ebibi, ſiccatoſque concidere: et dracones inebriatos opprimi, commorique.

XIII. (XIII.) Generat [2] eos et Aethiopia Indicis pares, vicenûm cubitorum *f.* Id modo mirum, vnde criſtatos Iuba *g.* crediderit. Aſachaei vocantur

1. *Tantum. M.* 2. *dracones Aethiopia. M.*

merſos, etc.) Lege: *Quamobrem in amnes merſos inſidiari bibentibus, arctiuſque illigata manu morſus in aurem defigere.* Salm. p. 308. a. b. *In amnibus*) Ita R. 2. Alii, *in amnes.* H.

d. Arctatiſque) Vinctiſque elephantis illigata proboſcide in aurem morſum infigere. Vide N. et Em. N. XXV. (hic app.) *Arct.*) Corrupta haud dubie ea vox eſt, quum R. 1. legat *morſuſque*: R. 2. *motuſque*: Alii, *mortuſque*: quorum admonitu, nos qui priſcarum lectionum veſtigiis in hoc caſtigandi genere tribuimus plurimum, ſcribendum cum Pellicerio cenſemus, *intortuque*, hoc eſt, ſpirarum volumine, ſi faueant eruditi huic coniecturae. Salmaſius, p. 308. legit, *arctiuſque*, nimis, vt puto, frigide. H.

e. Is tantum locus) Solin: *Quod is tantum locus defendi non poteſt promuſcide.* Itaque inuadunt elephantorum aurem dracones, quoniam locus ille defendi eorum manu non poteſt. Prius tamen manum eamdem apprehendunt, illigantque intortu ſuo, ne eius ope ac miniſterio, ſi partem aliam corporis illigent, aut ipſi proboſcide verberentur, aut nodi ſoluantur, vt ſuperius dictum eſt. Solino, vetuſtiſque exemplaribus Pellicerius aduerſatur, quum legi fidentius iubet, *Quoniam is tantum locus defendi non poſſit, niſi manu.* H.

f. Vicenûm cubitorum) Vide Philoſtorgium L. III. c. 11. et Aelian. H. A. L. II. c. 21. Alia veterum ſcriptorum teſtimonia, qui ampliorem etiam draconibus molem aſſignant, profert Sam. Bochart. de animal. P. II. L. III. c. 13. p. 430. H.

g. Iuba) Sint ſane alii criſtati dracones, cuiuſmodi a nobis etiam nuper viſus eſt vnus:

tur Aethiopes, apud quos maxime naſcuntur. *h.* 1 Narratur in maritimis eorum quaternos quinoſque, inter ſe cratium modo implexos, erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiae vehi fluctibus.

XIV. (XIV.) Megaſthenes ſcribit *i.*, in India *k.* ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, vt ſolidos hauriant ceruos tauroſque. Metrodorus *l.*, circa Rhyndacum amnem in Ponto, vt ſuperuolantes quamuis alte perniciterque alites hauſtu raptas abſorbeant. Nota eſt *m.*, in Punicis bellis ad flumen

1. *Narrantque. Ch.*

vnus: hos vero Aethiopicos, qui cum elephantis dimicant, criſtatos eſſe nemo veterum ſcriptorum affirmat, quamquam in iis deſcribendis accurati ac diligentes: in primis Aelian. l. c. et Lucan. L. IX. v. 727. Tamen inter dracones marem criſta, quemadmodum inter ceruos cornibus, inſignem incedere ſcribit idem Aelian. L. XI. c. 62. ὁ μὲν ἄῤῥην δράκων ὁ λοφὸν τὸν ἔχει. Indicos, quibus Plinius Aethiopicos pares facit, criſtatos eſſe Philoſtratus ſcribit, de vita Apollon. L. III. c. 2. p. 113. H.

h. Maxime naſcuntur) Aliis *maximi* magis placet. Plinius extrema ſ. 9. de elephantorum forma: *Nam et maior Indicis magnitudo eſt.* H.

i. Megaſthenes ſcribit) Apud Strabonem lib. XV. Oneſicritus refert apud Abiſarum Indiae regem duos fuiſſe dracones, alterum pedum 140. alterum 80. Nearchus autem viſam viperam feminam cubitorum ſedecim. *Dal.*

k. In India) Haec Solinus ad verbum e Plinio, c. 52. p. 80. Plinius ex Megaſthene, vt fatetur, a quo et Ariſtoteles hauſit, H. A. L. VIII. c. 33. p. 984. Sed eo nomine mendacii incuſatur a Strabone Megaſthenes L. II. p. 70. immerito, vt quidem arbitramur. H.

l. Metrodorus) Et ex Metrodoro, vt apparet, prolixe recitat eadem Aelianus, H. A. L. II. c. 21. H.

m. Nota eſt) Hiſtoriam hanc egregie narrant Florus L. II. c. 2. p. 52. Seneca, ep. 82. p. 358. Val. Max. L. I. c. 8. p. 77. ex Liuio. Liuius ipſe in Epitome L. XVIII. Sil. Italic. L. VI. Denique Gellius L. VI. c. 3. p. 368. ex Aelii Tuberonis hiſtoriis, quo ex fonte, adeo ſunt verba

men Bagradam *n.* a Regulo *o.* Imperatore balliſtis tormentiſque, vt oppidum aliquod, expugnata ſerpens cxx. pedum longitudinis. Pellis eius maxillaeque vſque ad bellum Numantinum durauere Romae in templo. Faciunt his *p.* fidem in Italia appellatae [1] boae *q.*: in tantam amplitudinem exeuntes, vt Di-

Z 2 vo

1. Bouae. Ch.

ba paria, hauſiſſe Plinius ipſe videatur. H.

n. Bagradam) Nunc *Megarada.* Vide Val. Max. cap. vlt. lib. I. Liuium XXIX. Decad. primi belli Punici. Nam Senecam non dubito huc ſpectaſſe lib. I. de clement. cap. 25. his verbis: *Lenis et priuata pernicies non ſolas vrbes mouet. Quod late furere cepit, et omnes appetit, vndique configitur. Serpentes paruulae fallunt, nec publice conſequuntur, vbi aliqua ſolitam menſuram tranſit, et in monſtrum excreuit, vbi fontes potu infecit, et ſi afflauit, deurit, obteritque, quacumque inceſſit, baliſtis petitur.* Dalec.

o. A Regulo) Attilius Regulus ille fuit, quem aiunt a Carthaginienſibus illigatum in machina, reſectis palpebris, vigilando necatum, bello Punico primo. H.

p. Faciunt his) Solin. iisdem verbis c. 2. p. 15. Faciunt vero praeter iſta monſtris his fidem, immani illa vaſtitate ſerpentes, quas hodieque in Braſilia et circumiacente tractu terrarum paſſim degere, non ex hiſtoricis modo accepimus, ſed eorum etiam fide, qui oculis vſurparunt, omnino credimus. H.

q. Appellatae boae) Talis draco fuit, qui Lanuuii colebatur et alebatur a virgine, memoratus a Plutarcho in Parallelis: et a Propertio Elegia 8. lib. IV. ſignatus in vetuſti denarii Romani altera parte, cum virgine cibum oblatura, caniſtro ad cingulum ſuſpenſo. *Dal.*

Boae) Ita Solinus appellat. Feſtus quoque: *Boa ſerpens eſt aquatilis, quem Graeci ὝΔΡΟΝ vocant, a qua icti obturgeſcunt.* Aldrou. L. I. de ſerpent. et drac. p. 295. ait eſſe hydri ſpeciem, qui Germanice *Vnck* apellatur. Hieron. in vita D. Hilarionis, c. 33. *Siquidem Draco mirae magnitudinis, quos gentili ſermone Boas vocant, ab eo quod tam grandes ſint, vt boues glutire ſoleant, omnem late vaſtabat prouinciam: et non ſolum armenta, et pecudes, ſed agricolas quoque et paſto-*

res

vo Claudio principe, occiſae in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo *r.* bubuli lactis ſucco, vnde nomen *s.* traxere. Ceterorum animalium, quae modo conuecta vndique, [1] Italiam *t.* [1] con-

1. *Italiae Gr. et Al.*

res tractos ad ſe vi ſpiritus abſorbebat. H.

r. Aluntur primo bubuli lactis ſucco) Apogr. Tol. et Salm. non *primo*, ſed *trimo* agnoſcit, hoc eſt, triennio quam recte, libera ſit aeſtimatio. *Pint.*

Aluntur primo) Vide Not. et Em. N. XXVI. (hic coll.) *In Italia etc.*) MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Salm. Tol. etc. *aluntur trimo*: ſed, vt reor, mendoſe. Fauet certe receptae lectioni Solin. c. 2. p. 15. hunc locum tranſſcribens: *captat primo greges bubulos, et quae plurimo lacte rigua bos eſt, eius ſe vberibus innectit, etc.* Ego *primo*, vel *plurimo* magis probarim, quam *trimo*. *Priuo* autem, quod Salmaſio placet, p. 87. obſoletius eſt, quam vt arridere hoc loco poſſit. Sed hic de bois ſerpentibuſque ſermo, quae alites homineſque hauſtu abſorbeant, in memoriam reuocat Tertulliani locum, L. de corona, c. 10. p. 106. *Draco etiam terrenus*, inquit, *de longinquo homines ſpiritu abſorbet.* Vbi Rigaltius: *Draco terrenus, nempe Satanas infernus, ſpiritu et afflatu ſuo homines abſorbet, etiam de longinquo.* Immo argumentatur Tertullianus a terreno dracone ad infernum, vt fugiendam longiſſime doceat idololatriam. Draco etiam terrenus de longinquo nocet, multo magis infernus. H.

s. Vnde nomen) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic adi.) *Vnde*) Falſa haec ἐτυμότης Salmaſio videtur, p. 87. in Solin. neque enim hoc proprium boae, ſed omnium ſerpentium eſſe, vt bubuli lactis ſucco alantur. At non omnium ſane eſſe arbitror, id quod Solinus ait Plinii paraphraſtes, eſſe peculiare boae, vt quoniam auida bubuli lactis eſt, boum ſe idcirco vberibus innectat, ſuctuque continuo ſe ſaginet. Inde videlicet nomen. Mihi certe neque auctoritate tanta, neque tam idoneo conſtabilita argumento videtur ſententia Salmaſii, vt in ipſam pedibus eam, ac potius exiſtimem a βύης Aeolico pro δύης, deduci boae vocem oportere. H.

t. Italiam) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic coll.) *Ital.*) MSS. omnes, *Italia.* Impreſſi, *Italiae.* Nos *Italiam*, vt ſit ſen-

1 contigere ſaepius, formas nihil attinet ſcrupuloſe referre.

XV. (XV.) Pauciſſima Scythia gignit, inopia
2 fruticum *u.*: pauca contermina illi Germania: inſignia tamen boum ferorum genera *x.*, iubatos biſontes *y.*, excellentique *z.* vi et velocitate vros *a.*, qui-

Z 3

1. *Contigit videre.* 2. *fructum.*

ſententia: quae animalia deportata aliunde, attigere Italiam, ſaluaque ad nos peruenerunt, etc. H.

u. Inopia fruticum) Vnde his animantibus Scythicis cibatus eſt gratus in primis, vt de toto caprarum genere Varro docet, de R. R. L. IV. c. 1. H.

x. Genera) Duo ſcilicet, biſontes, et vros: quamquam biſontes non ita ſunt inter feros cenſendi, vt, quod Solinus ait, c. 20. p. 40. hunc locum tranſſcribens, *capti aſſueſcere manu* omnino non poſſint: ſed quod aegre poſſint. Alioqui haud inuſitatum eſſe cecinit Martial. L. I. ep. 105. *Turpes eſſeda quod trahant biſontes.* H.

y. Iubatos biſontes) Aelianus cap. 44. lib. IV. Biſontem deſcribit, eumque vnico tantum cornu armatum eſſe tradit. De iiſdem eorumque venatione Pauſanias in Phocicis. *Dalec.*

Iubatos biſontes) Quos Elg *appellant Swizzeri*, ſiue Helvetii, inquit Scaliger, Exerc. 206. p. 660. Hos pulcerrime delineat Calpurnius, quamquam tacito biſontis nomine, Ecl. 7. p. 213. *Vidimus et tauros, quibus aut ceruice leuata Deformis ſcapulis torus eminet, aut quibus hirtae Iactantur per colla iubae, quibus aſpera mento Barba iacet, tremuliſque rigent palearia ſetis.* Biſontis iconem exhibet Aldrouandus, L. I. de quadrup. biſ. c. 3. p. 355. ex Volfgango Lazio, et Geſnero. H.

z. Excellentique) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic poſ.)

Exc.) Hanc vim ac velocitatem, quam Vris Plinius dedit, male biſontibus Solinus attribuit c. 20. p. 40. ſiue codicum interpunctione praepoſtera, ſiue legendi feſtinatione inductus in fraudem. Sic Caeſar quoque de B. G. L. VI. p. 74. *Vri ſunt magnitudine paulo infra elephantos, ſpecie et colore, et figura tauri. Magna vis eſt eorum, et magna velocitas: neque homini, neque ferae, quum conſpexerint, parcunt: hos ſtudioſe foueis captos interficiunt.* H.

a. Vros) Vri ſunt boues vt verbis Alberti M. vtar de

quibus imperitum vulgus *b.* bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa *c.*, [1]vituli *d.* potius [2]ceruique *e.* quadam ſimilitudine.

XVI.

1. *Lege, vituli potius manſuetudine. Septemtrio cerui quadam ſimilitudine fert et equorum.* 2. *ceruice quam. M. ceruiue quadam. Gr.*

de anim. L. XXII. tr. II. c. 1. p. 609. *quos Germanice* Viſent *vocamus, cornua ingentia duo geſtantes, per quae capere poſſint multum liquorem*, etc. In ſola Mazouia reperiri nunc ſcribit Aldrovand. l. c. c. 2. p. 346. aliique apud ipſum. H.

b. Imperitum vulgus) Vulgi ſententiam ſequutus Agathias, L. I. p. 15. Ταῦρος ὑλονόμος καὶ ὄρειος, καὶ τοῖς κέρασι τὸ ἀντίπαλον διαφθείρων. Βέβαλες οἶμαι τόδε τὸ γένος καλοῦσι. H.

c. Africa) Strabo, L. XVII. de Mauritania, p. 827. Δορκάδων, καὶ βουβάλων, καὶ τῶν παραπλησίων ζώων -- τροφὸς ἡ χώρα ἐστί. *Capreas, bubalos, et ſimilia animalia nutrit haec regio.* Hauſit ab Herod. Melpom. L. IV. p. 285. H.

d. Vituli potius ceruique) Rangiferos his deſcribit: cornutos equos ex antiquis ſcriptoribus nonnulli vocarunt. Strabo lib. XV. equos in India vnicornes eſſe tradit ex Megaſthene, et cerui capite. *Dal*

e. Ceruique) Vide N. et Em. N. XXX. (paulo poſt) Bubalum interim, qui hic deſcribitur, ſtatuo cum Aldrouando l. c. c. 14. p. 735 a vulgari, quem Romae ac Florentiae *Bufalo*, Galli *Buffle* nominant, longe eſſe diuerſiſſimum. *Vituli* etc.) MSS. et editi ante Hermolaum *ceruice*, ipſe *ceruiue* repoſuit: nos, *ceruique*: vt aliquid vtriuſque bubali habuiſſe intelligantur, cerui faciem, magnitudinem vituli. Apud vetuſtos ſcriptores, Strabonem citatum in prioribus notis huiuſce ſectionis, Ariſt. H. A. L. III. c. 6. p. 323. alioſque, bubali ceruis, damis, capreis, tamquam congeneribus beſtiis copulantur. Vnde Heſychius: Βούβαλος, δορκάδιον. Solin. Plinium tranſſcribens l. c. *Quum bubali paene ad ceruinam faciem in Africa procreentur.* Vt intelligas quantum fidei hac in parte Bellonio tribuendum ſit, qui Obſſ. L. II. c. 50. bubalum dicat a ſe viſum, qui nihil a boue diſcreparet. Nos eam eſſe potius feram arbitramur, quam Anatomici Pariſienſes opere ſingulari delineant, ac deſcribunt, appellantque Vac-

XVI. Septemtrio *f.* fert et equorum greges ferorum, ſicut aſinorum Aſia, et Africa: praeterea alcem *g.*, ni proceritas aurium et ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem. Item [1] natam *h.* in Scandinauia inſula, nec vmquam viſam in hoc orbe: multis tamen

Z 4

1. *Sic et Ch. notam Gr. et Al.*

Vaccam Barbaricam, *Vache de Barbarie.* H.

f. Septemtrio fert et equorum greges ferorum) Naſcuntur et in Africae vaſtis ſolitudinibus equi feri, quorum hiſtoriam, mores, naturam, venationem, capturam Iohannes Leo ſuis de Africa libris diligenter expoſuit. Medicinam ex iis vide infra cap. 13. XXVIII. Fert et India Aeliano cap. 9. lib. XVI. de animal. *Dal.*

Septemtrio) In Pruſſia Eraſmus Stella, Olaus Magnus apud Moſcouitas, alii in regionibus aliis naſci equos agreſtes affirmant. Vide Aldrouand. de quadrup. L. I. c. 1. p. 19. H.

g. Alcem) Solinus, c. 20. p. 40. *Eſt et alces mulis comparanda*, etc. Pauſaniae in Boeot. L. IX. p. 573. eſt ἀλκή. Caeſar de B. G. L. VI. p. 74. magnitudine paulo capras antecedere tradit. Scaliger paulo ante laudatus, animal id eſſe putat, quod a Germanis *Elend* vocatur. Verum Albertus M. de animal. L. XXII. tr. 2. alcem ſecernit ab Equiceruo, quem *Elend* nominari ſaepe pronunciat: neque ſane huic animali congruit Alces ea forma, quam Caeſar nummique veteres repraeſentant, vti dicemus in N. et Em. N. XXXIII. (V. pag. ſq. n. k.)

h. Item notam in Scandinauia, etc) Lege: *Item natam in Scandinauia inſula, nec vnquam viſam in hac vrbe, multis, etc.* Salmaſ. 232. b.

Item natam) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic poſ.)

Item n.) Ita reſcripſimus, ex cod. R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Prius impreſſi libri *notam.* At Solin. l. c. *Scandinauia inſula emittit animal, quale alces.* Quibus verbis, vt id adnotemus obiter, Barbarum demiramur, in inſula illa ſeptemtrionali, non achlin, vt Plinio placet, ſed ipſam alcem naſci a Solino proditum crediſſe: quum is Plinium, vt ſolet, ſequutus, aptiſſime ab alce achlin, ſuppreſſo quidem eius nomine, ſed ſimiles inter ſe prodendo, diſtinxerit. H.

men narratam, [1] achlin *i.*, haud diſſimilem [2] illi, ſed nullo *k.* ſuffraginum flexu: ideoque non cubantem,

1. ſic et Tol. et Ch. emend. fortaſſis, Aclin, quod non cubet. machlin Gr. et Al. 2. *illis. M. V.*

i. Achlin) Vide N. et Em. N. XXXII. (hic conſp.) *Multis* etc.) Habent impreſſi *narratam machlin*, ſed R. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. aliique *narratam achlin*, vti nos edidimus. Confirmat hanc emendationem Albertus M. qui vbi de Alce dixit, ad Achlin deinde pergit, quamquam permutatis literis perperam apud eum ſcribatur Alci pro Achli: ſed ita tamen, vt alphabeti ſeries, quam in deſcribendis animalibus ac recenſendis ſequitur, ab A litera huiuſce vocis initium ducendum declaret. *Alci*, inquit, *a Plinio dicitur eſſe animal mulo propemodum ſimile, carens flexura poplitum in anterioribus cruribus, in quo conuenit cum elephanto: et ideo non cubat in terra ad dormiendum, ſed innititur arbori.* etc. Nugantur autem qui huius vocis, quae mere eſt barbara, et propria eius gentis, apud quam id animal naſcitur, originationem e fontibus Graecis petunt, quod non cubet: quoniam Graecis ſit *κλίνω cubo*: aut alcem pariter ab *ἀλκὴ*, quod robur ſonat, deriuant. H.

k. Sed nullo) Sed nullum habent crura flexum. Similem ait eſſe achlin alci praeterquam cruribus, quae achli rigent, alcibus inflectuntur. Solin.: *Scandinavia inſula emittit animal, quale alces: ſed cuius ſuffragines, vt elephantis, flecti nequeunt.* Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic coll.) *Sed etc.*) Quae Plinius de rigore crurum, achli aſſignat, alcibus Caeſar attribuit, de B. G. L. VI. p. 74. *Crura*, inquit, *ſine nodis articuliſque habent, neque quietis cauſa procumbunt, neque ſi quo afflictae caſu conciderint, erigere ſeſe aut ſubleuare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus: ad eas ſe applicant, atque ita paulum modo acclinatae quietem capiunt*, etc. Confundit Caeſar alcen cum achli: nec diuerſa prodere vetuſtos ſcriptores de fera ſibi haud ſatis explorata mirum debet videri, quum de obuiis etiam ſaepenumero inter ſe diffideant. Alces certe decem a Philippo Imp. ludis ſecularibus exhibitas fuiſſe teſtatur Iul. Capitolinus in Gordiano tertio, p. 164. Figuram tamen nummi non repraeſentant, quibus ſignari eas feras oportuit, ad peren-

tem, [1] ſed acclinem *l.* arbori in ſomno, eaque inciſa ad inſidias, capi, alias velocitatis [2] memoratae *m.* Labrum ei *n.* ſuperius praegrande: ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens inuoluatur. Tradunt *o.* in Paeonia feram, quae bonaſus voce-

Z 5 tur,

1. *Et adcliuem.* *Ch.* 2. *memorandae, quidam legunt.* *Solinus c. 22. hoc.*

ennem celebritatis recordationem. Nam in vno ex iis nummis, quem in Cimelio Pariſienſi noſtro ſeruamus, cuius ſimilem alterum profert Erizzo, p. 542. vbi animalis incerti, hirco ſimilis, iconem ibi ſignari dixit, non alcem eſſe caelatam putamus; ſed eam potius, quam Aldrouandus damam veterum appellat, depingitque p. 729. H.

l. Sed acclinem) Ita reſcripſi, ſequutus R. 1. 2. Chiffl. Pariſ. etc. Prius editi perperam, *accliuem.* H

m. Memoratae) Hoc eſt, excellentis, inſignis, celebratae: vel qualis eſt vris, quorum antea facta mentio. Codicum fidem ſpernunt, qui *memorandae* reponunt. Auctor libri de menſura orbis terrae, de achli: *Nam in illo rigore poplitum incomprebenſibili fuga pollet.* H.

n. Labrum ei ſuperius praegrande. Ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens inuoluatur) Haec verba non ad Machlin attinent, ſed ad Alcem, ſi Solino credimus cap. 22. Itaque illuc transferri debent, vbi paulo ante de Alce agebatur. Legendum itaque hoc pacto: *Praeterea Alcem, ni proceritas aurium et ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem. Labrum ei ſuperius praegrande, etc.* Pint.

Labrum ei) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic poſ.)

Labrum etc.) Praue Solinus paraphraſtes, vt furta ſua diſſimularet, haec transſcribens; praegrande illud labrum ſuperius, cuius cauſa retrogradi in paſcendo achlis Pliniana cogitur, diſceſſione facta a Plinio, alcibus aſſignauit: et qui Solinum ſequi ſe in alce deſcribenda prae ſe fert Albertus M. de anim. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 578. *Alce, inquit, ſecundum Solinum, animal eſt figura, colore et quantitate, muli praetendens ſimilitudinem: ſed labium ſuperius adeo habens protenſum, quod niſi retrograde incedens herbas in terra capere non poſſit.* H.

o. Tradunt) Solinus haec mutuatus a Plinio, c. 40 p. 70. et ex Ariſt. H. A. L. IX. c. 71. p. 1156. Vide N. et Em.

tur *p.*, equina iuba, cetera tauro *q.* ſimilem, cornibus ita [1] in ſe flexis *r.*, vt non ſint vtilia pugnae: quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem in ea *s.* fimum,

1. *inflexis. M.*

Em. N. XXXV. (hic adn.) *Tradunt etc.)* Solinus circa Lydiam Phrygiamque, quaſi non Paeoniam apud Plinium, ſed Maeoniam legerit. At ex Ariſtotele, *Paeonia* retinendum. Ὁ δὲ Βόνασσος γίνεται μὲν ἐν τῇ Παιονίᾳ, ἐν τῷ ὄρει Μεσσαπίῳ, ὁ ὁρίζει τὴν Παιονίκην, καὶ τὴν Μαιδικὴν χώραν. H. A. L. IX. c. 71. p. 1156. H.

p. Quae bonaſus vocetur) Ariſt. c. 1. lib. II. hiſt. vocat βόνασσον: libro vero περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμ. eam vocat βόλινθον. item c. 35. lib. IX. hiſt. vocat et βόνασσον, et μόνεπον, quae vltima vox eſt Paeoniae incolarum. *Dal.*

Bonaſus) Βόνασσος. Ariſtot. l. c. Βόλινθος et Μόναπος, auctori libri de mirabil. auſcult. p. 1150. H.

q. Cetera tauro) Quod ad molem, vocemque pertinet, μεγέθος καὶ φωνὴν, inquit Philoſophus. H.

r. Ita in ſe flexis) Vide N. et Em. N. XXXVI. (hic conſp.) *Ita etc.)* Vetus Dalecampii codex, *ita inflexis*, praue. Ariſtoteles enim receptam lectionem tuetur: Κέρατα δὲ καμψὰ, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι. *Cornua autem curua, et aduerſo inter ſe flexu curua, atque inutilia ad pugnam.* H.

s. Reddentem in ea fimum, interdum et trium iugerum longitudine) Ariſtotelis, à quo locus hic tralatus eſt, verba ſunt ex libro nono, cap. 45. de bonaſo: *Quum percuſſus eſt, fugit: niſi defatigatus, numquam conſiſtit, repugnat calcitrans, et proluviem alui vel ad quatuor paſſus proiiciens; quo praeſidio facile vtitur, et plerumque ita adurit, vt pili inſectantium canum abſumantur.* Ex his Ariſtotelis verbis planum fit, non *trium* apud Plinium legendum eſſe, ſed *quatuor*. De cetero diſcrimen tralationis inter Plinium Theodorumque attulit ambiguitas verbi Graeci, *orgyla:* quod tum iugerum ſignificat, tum etiam paſſum vlnamque. Plinio prior ſignificatio magis placuit, Theodoro poſterior. Cui ſubſcribunt, modo non ſit mihi fraudi inconditos et barbaros ſcriptores interdum citare, Albertus Magnus libro de animalibus octauo, capite primo tractatus v. et Auicenna libro etiam etiam octauo, capite ſeptimo.

mum, interdum et trium iugerum *t.* longitudine: cuius contactus ſequentes *u.* vt ignis aliquis amburat.

XVII. Mirum pardos, pantheras, leones *x.* et ſimilia, condito *y.* in [1] corporis [2] vaginas *z.* vnguium mucro-

1. *Pedum. d.* 2. *vagina. Ch.*

ptimo. A quibus in hac parte, quod cum bona Plinii venia dictum ſit, magis ſto, quam ab ipſo Plinio, tanto alioqui inter illos Pliniumque interſtitio, aut potius chao. *Pint.*

Reddentem in ea) Hoc eſt in ea fuga: nempe vt Philoſophus ait paulo explanatius, quum inter fugiendum defectus viribus conſiſtere cogitur, tum vero deſcendit ad illud extremum praeſidium, hoc eſt, ad egerendam aluum. H.

t. Trium iugerum) Dum fugit, fimum egerit, donec iugerum trium ſpatium fugiendo percurrerit. Vide N. et Em. N. XXXII. (hic poſ.) *Trium etc.)* Ita conſtanter, et recte quidem, vt noſtra ſuadet interpretatio, libri omnes, etiam MSS. Itaque fruſtra Interpretes et Critici Plinii iudicium, eruditionemque hoc loco deſiderant: tametſi Ariſtoteles l. c. p. 1159. Bonaſum hunc refert quatuor orgyiarum ſpatio, εἰς τέσσαρας ὀργυιὰς, huiuſcemodi ventris proluuiem eiaculari. Graecorum ὀργυιὰς noſtratibus paſſibus pares eſſe Plinius ipſe intellexit, qui L. V. ſ. 9. altitudinem Moeridis paludis dixit eſſe quinquaginta paſſuum, quam Herodotus L. II. Euterpe, n. 149. p. 148. pronunciauit eſſe πεντηκὸν τόργυιον. Iam aetate Solini in codicibus Plinianis ſic legebatur: *Proluuie citi ventris*, inquit, *fimum egerit per longitudinem trium iugerum*, etc. Albertus M. de animal. L. VIII. tr. 5. c. 1 p. 276. non Plinium ſequutus, ſed Ariſtotelem, orgyias, vt par eſt, interpretatus, haec ſcripſit de eadem fera: *Contra venatorem eiicit ſtercus ad quatuor paſſus.* Sed eſt alia tamen maiorum orgyiarum menſura, de qua dicemus L. XVI. ſ. 76. H.

u. Sequentes) Siue canes inſequentes, vt Philoſophus l. c. et Antigon. Caryſtius Hiſt. mirab. c. 58. ſiue etiam homines, vt Aelianus cenſuit. H.

x. Leones) De leonibus idem quoque referunt Solinus, c. 27. p. 50. et Plut. L. de ſolert. anim. p. 966. H.

y. Condito) Condito inter cutis rugas, inſtar vaginae, vnguium mucrone. H.

z. In corporis vaginas) Intra

mucrone, ne [1] refringatur hebeteturue, ingredi: auerſiſque *a.* falculis *b.* currere, nec niſi appetendo [2] protendere. (XVI.) Leoni praecipua generoſitas *c.*, tunc quum colla armoſque veſtiunt iubae. Id enim aetate *d.* contingit [3] leone conceptis. Quos vero pardi *dd.* generauere, ſemper inſigni hoc carent: ſimili modo feminae. *e.* Magna iis libido coitus, et ob hoc maribus ira. Africa haec *f.* maxime ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animalium partus: varie feminis cuiuſque generis [4] mares aut

1. *Refringantur, hebetenturque. M. V. hebetenturue. Ch.* 2. *praetendere. V.* 3. *ſic et Ch. e leone conc. Gr. et Al.* 4. *mare ſe aut vi. M.*

tra rugas cancellatae cutis: alias enim vaginas, in quas condat vngues, leo nullas habet, vti monent ii, qui in Bibliotheca Chriſtianiſſimi Regis leonem diſſecuerunt, anno 1667. | Sed ita ſunt articuli digitorum compoſiti, aptique vt vngues arrigere ac protendere, quum luhet, queant: eoſdemque reductos atque demiſſos, inter digitos condere, ne ingreſſu hebetentur, aut refringantur. H.

a. Auerſiſque) Depreſſis vnguibus currere: nec eoſdem protendere, niſi quum praedam appetit. H.

b. Falculis) Sic vngues vocat a ſimilitudine cum falce. H.

c. Leoni praecipua generoſitas) Leones Porphyrius dictos vult παρὰ τὸ λάω, vel λεύσσω, quod acerrimo ſint viſu: σμερδαλέες vocat Homerus ab oculis radiantibus. Nam μέρδειν, μαίρειν, ſignificat, lucere, ſplendere. *Dal.*

d. Id enim aetate) Non ſtatim ab ortu leone quoque genitis legitime catulis iubae contingunt, ſed tempore aetatiſque progreſſu. H.

dd. Quos vero pardi) Solinus haec item e Plinio, c. 27. p. 50. Hos vero leopardos vocant, quaſi ex lea et pardo genitis. H.

e. Simili modo feminae) Scilicet, iuba carent. Ariſt. hiſt. L. II. c. 31. p. 777. οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην, etc. H.

f. Africa haec) Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 33. p. 985. vbi ea totidem ferme verbis. H.

aut vi aut voluptate miſcente. Vnde etiam vulgare Graeciae dictum *g.*: Semper aliquid noui Africam afferre. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totaque vi conſurgit in poenam. Idcirco [1] ea culpa flumine abluitur, aut longius comitatur. *h.* Semel autem edi partum *i.*, lacerato vnguium acie vtero in enixu, vulgum credidiſſe video. Ariſtoteles *k.* diuerſa tradit, vir quem in iis magna [2] ſequuturus ex parte, praefandum reor. Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegataque hac commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni [3] doctrina viro, aliquot millia hominum [4] in totius Aſiae Graeciaeque tractu parere iuſſa *l.*, omnium quos venatus, aucupia, piſcatuſque alebant: quibuſque [5] viuaria, armenta, aluea-

1. *Sic et Ch. aut culpa Gr. et Al.* 2. *ſequutus. M.* 3. *ſcientia. V.* 4. *in, in M. deeſt.* 5. *varia armenta. M.*

g. Graeciae dictum) Ab Ariſtotele ſic expreſſum, ὅτι ἀεὶ φέρει τι Λιβύη καινόν. H.

h. Aut longius comitatur) Ne propius accedens, odore crimen ſuum prodat. *Dal.*

i. Semel autem edi partum) In Aeſopi fabulis, leaena vulpi glorianti multos ſe fetus edere, vnum reſpondit ſe tantum parere, ſed leonem. Herod. lib. III. et Gellius hanc fabulam in vulgus ſparſerunt. Apud Philoſtratum, ingens leaena octo catulos in vtero geſtare comperta. Idem auctor ſcribit, leaenam ſex menſibus vterum ferre, parere ter, primum tres, poſt duos, ac vnum poſtremo. Rhodigin. cap. 9. *Dal.*

Semel autem) Creditum hoc Herodoto, Thalia L. III. p. 205. n. 108. Refert id etiam ex vulgi opinione Baſil. in hexaem. hom. 9. p. 118. H.

k. Ariſtoteles) Refellit hoc commentum Philoſophus, H. H. A. L. VI. c. 31. p. 776. Aelian. item H. A. L. IV. c. 34. Gellius ex variis Homeri locis, L. XIII. c. 7. Philoſtratus de vita Apollon. L. I. c. 16. Ipſique adeo Prophetae, qui in paginis ſacris plures catulos vni leaenae attribuunt. H.

l. Parere iuſſa) Magis probarim, *parere ei iuſſa.* H.

aluearia, piſcinae, auiaria in cura erant: ne quid vſquam [1] genitum *m.* ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta *n.* ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit: quae a me collecta in arctum, cum iis, quae ignorauerat, quaeſo vt legentes boni conſulant, in vniuerſis rerum naturae operibus, medioque *o.* clariſſimi regum omnium deſiderio, cura noſtra breuiter peregrinantes. Is ergo tradit *p.* leaenam primo fetu parere quinque catu-

1. Sic quoque Ch. gentium Gr.

m. Vſquam genitum) Ita R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Editi praue, *gentium.* H.

n. Quinquaginta) Etiam LXX. de animalibus libros ab eo editos auctor eſt Antigonus Caryſtius, c. 66. Intercidiſſe igitur multos neceſſe eſt, quos ne Laertius quidem ipſe recenſet inter Philoſophi opera, L. V. p. 120. quum vix XXX. et vnum eius argumenti enumeret. H.

o. Medioque) Dum inter res infinitas, quas clariſſimus regum noſſe percupiuit, beneficio operaque noſtra peregrinantur. H.

p. Is ergo tradit) L. III. de gener. anim. c. 1. p. 1096. Plinii Paraphraſtes Solinus, c. 27. p. 50. *Leaenae fetu primo catulos quinque edunt: deinde per ſingulos partus numerum decoquunt annis inſequentibus: Sed poſtremo quum ad vnum materna fecunditas recidit, ſterileſiunt in aeternum.* [Vide N.] et Em. N. XXXVIII. (hic poſ.) *Is etc.)* Abuti teſtimonio Ariſtotelis Plinius nunc viſus eſt Salmaſio in Solin. p. 325. et Pellicerio in notis MSS. Neque enim in eo loco, quem ſignari a Plinio putarunt, libro ſcilicet VI. Hiſt. Anim. p. 777. communem huiusmodi partum cunctis eſſe leaenis credidit, vt Plinio viſum, ſed earum tantummodo proprium, quas Syria generat. Οἱ δὲ ἐν Συρίᾳ λέοντες, inquit τίκτουσι πεντάκις· τὸ πρῶτον, πέντε· εἶτα ἀεὶ ἑνὶ ἐλάττονα· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι οὐδὲν τίκτουσιν, ἀλλ᾽ ἄγονοι διατελοῦσι. Nam quod ad vniuerſum earum genus pertinet paulo ſupra idem, p. 776. Ὀχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ᾽ ἕκαστον μέντοι τὸν ἐνιαυτόν. Τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος. Τίκτει δ᾽ ὡς ἐπιτοπολὺ δύο, τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ· τίκτει δ᾽ ἐνίοτε καὶ ἕν. *Coit paritque, non quouis tempore, quamquam quotannis.*

catulos, ac per annos [1] ſingulos vno minus *q.*: ab vno ſterileſcere. Informes *r.* minimaſque carnes magnitudine muſtelarum eſſe initio, ſemeſtres vix *s.* ingredi poſſe, nec niſi [2] bimeſtres moueri. In Europa *t.* autem inter Acheloum tantum Neſtumque *u.* amnes leones eſſe: ſed longe viribus praeſtantiores iis, quos Africa aut Syria gignant.

XVIII.

1. *Singulis minus.* Tol. *ſingulos minus* M. 2. *Sic ex MSS. emend.* Hard. *conſ.* Ch. *bimeſtrem* Gr. et Al.

nis. Parit autem vere. Binos fere parit, neque plures, ſenis: interdum etiam vnum. Verum de toto genere Plinio noſtro adſtipulantur Oppian. Cyneg. L. III. v. 38. Manuel Phile L. de propr. animal. c. de leaena p. 78. Aelianus H. A. L. IV. c. 34. et quod rem plane conficit, ipſemet Ariſtot. de gen. anim. L. III. c. 1. p. 1069. Alteram Salmaſii emendatiotionem, qua hunc locum ita legit, *per ſingulos annos minus ab vno ſterileſcere*, nec orationis perſpicuitas, nec Ariſtotelis verba, nec Pliniani codices ferunt. H.

q. Ac per annos ſingulos vno minus, etc.) Legend. *ac per annos ſingulos minus ab vno ſterileſcere.* Salmaſ. p. 325. b.

r. Informes) Ἀδιάρθρωτα καὶ τυφλά, *inarticulatos et coecos*, inquit Ariſtot. de gen. anim. L. IV. c. 6. p. 1129. quemadmodum vrſa, vulpes, etc. H.

s. Semeſtres vix) At bimeſtres ingredi, et Ariſtotelis auctoritate, et certiſſimo conſtat experimento Ariſtotelis verba ſunt H. A. L. VI. c. 31. p. 776. Τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων πάνυ μικρὰ οὕτως, ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν. Ariſtotelem ſequitur Aelianus H. A. L. IV. c. 34. Sed locum alium Philoſophi Plinius reſpexit, ex iis libris, quos deperditos diximus. H.

t. In Europa) Haec Ariſtotelis hiſt. L. VI. c. 31. p. 776. et L. VIII. c. 33. p. 985. H.

u. Neſtumque) Ita MSS. omnes, cum Herodoto, L. VII. in Polymn. p. 422. Ariſtoteles, τοῦ Νέσσου. Negat hic Plinius cum Herodoto, aut ad ortum Solis vltra Neſtum amnem, aut ad occaſum cis Acheloum, viſum leonem in Europa vllum. Interpres Italus hoc loco recte Plinii mentem eſt aſſequutus, Chriſtp. Landinus, anno 1476. *In Europa non ſono ſe non tra Acheloo et Neſo fiume. Ma molto piu robuſti ſono quegli che naſcono in Africa et in Syria.* H.

XVIII. Leonum *x.* duo genera: [1]compactile et breue, criſpioribus iubis. *y.* Hos pauidiores eſſe, quam [2] longos *z.* ſimplicique villo: eos contemptores vulnerum. Vrinam *a.* mares crure [3] ſublato reddere, vt canes, grauem [4] odore, nec minus halitum *c.*: raros in potu: veſci alternis *d.* diebus: a ſaturita-

1. *Compactum*, 2. *longo Gr. et Al.* 3. *ſullato, M.* 4. *ſic et M. odorem Gr. et Al.*

x. *Leonum*) Ariſt. H. A. L. IX. c. 69. p. 1154. et Solin. c. 27. p. 50. H.

y. *Criſpioribus iubis*) Ariſt. οὐλοτριχώτερον: vbi τρίχας recte pro χαίτας accipi oportet, non pro pilo ſeu villo proprie appellato. Solinus item l. c. *Breuiores et iubis criſpi, plerumque ignaui ſunt, et imbelles: longiores, et coma ſimplici, acres magis ac potentes: at hi quos creant pardi, in plebe remanent, iubarum inopes.* H.

z. *Quam longos*) Subintellige *leones*, qui compactis et breuibus opponuntur. Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic conſp.) *Hos pauid.*) Dalecampio aſſentimur *longos* reponenti, literula ex ſubſequenti voce repetita, quum prius *longo* tantum ederetur. Sic enim Solinus c. 27. p. 50. legiſſe ſe agnoſcit in Plinio: *Longiores*, inquit, *et coma ſimplici, acres magis ac potentes.* Et Ariſtot. H. A. L. IX. p. 1154. Γένη δ' ἐστὶ λεόντων δύο· τούτων δ' ἐστὶ τὸ μὲν στρογγυλώτερον, καὶ οὐλοτριχώτερον, καὶ δειλότερον· τὸ δὲ μακρότερον, καὶ εὐθύτριχον, ἀνδρειότερον. H.

a. *Vrinam*) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 9. p. 901. H.

b. *Grauem odore*) Vrinam ſcilicet. Vide N. et Em. N. XL. (hic poſ.) *Gr.*) Ita reſcripſi ex Ariſtotele, H. A. L. VIII. c. 9. p. 901. καὶ τὸ οὖρον ἔχον ὀσμήν. Accedit et auctoritas vetuſti codicis Daleeampii. Editi prius, *grauem odorem.* H.

c. *Nec minus halitum*) Hinc putant quidam vetulae pudendum mucidum iam ac foetens a Martiale dici leonem hoc verſu: — *noli, noli, Barbam vellere mortuo leoni.* Ob hanc cauſam Catullo Caeſſius *leo* dicitur hoc verſu: *Caeſſio veniam obuius leoni.* Non, vt vulgo legunt, *Caeſio.* Nam Graecis καίσσειν, cacare eſt. Inde *Ceſſale*, priuata et familiaris ſella, Italis *Ceſſo.* Apud Plautum in Menaech. Leoninum cauum, domus eſt in qua mulier habitat grauem halitum et viroſum ſpirans. *Etiam nunc con-*

turitate interim triduo cibis carere. Quae poſſint, in mandendo ſolida deuorare: [1] nec capiente auiditatem aluo, coniectis in fauces vnguibus extrahere: vt, ſi fugiendum *e.* [2] in ſatietate *f.*, abeant. Vitam iis *g.* longam docet argumento, quod plerique dentibus defecti reperiantur. *h.* Polybius Aemiliani

1. Nec *capiente aluo, coniectis et. M.* 2. *ſit non in ſatietatem abeant Gr. et Al.*

concede audacter ab leonino cauo. Dalec.

Nec minus halitum) Dicemus ea de re L. XI. ſ. 115. H.

d. Veſci alternis) In Ariſtotelis operibus, quae nunc exſtant, nuſquam leónem tradidit altera die cibum ſumere, altera abſtinere: ſed id ſolum, quod ſtatim ſubiicitur, biduo triduoue ieiunium ferre, quoniam aſſueuit is ſcilicet in dies plures crapulari. Solinus autem peſſime, alternis diebus potum, alternis cibum leones capere in huius loci paraphraſi tradidit c. 27. p. 50. H.

e. Vt ſi fugiendum ſit, non in ſatietatem abeant.) Cod. Tol. *Aut ſi fugiendum in ſatietate habeant,* eximie. Quidam ſcribunt, *vt ſi fugiendum ſit, non ſatietate habeant.* Quae lectio, etſi non diſplicet, non tamen perinde atque ſuperior, placet, quam et Solinus confirmare videtur cap. 29. his verbis: *Tum quod carnes iuſto amplius deuoratus quum grauant, inſertis in ora vnguibus ſponte protrahunt. Sane et quum fugiendum eſt in ſatietate, idem faciunt.* Pintian.

f. In ſatietate) Vt ſi fugiendum ſit, quum aequo largius expleta eſt ventris cupiditas, vel ſic exonerata ad curſum alias tardante crapula, ſecurius faciliuſque abeant. Vide N. et Em. N. XLI. (hic adn.) *In ſat.)* Librorum hactenus editorum lectio eſt, *vt (ſi fugiendum ſit) non in ſatietatem abeant.* At MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par etc. *aut ſi fugiendum, in ſatietatem* (Tolet. *in ſatietate) habeant.* Vnde nos lectionem ſinceram elicuimus, quam et Solinus confirmat, c. 27. p. 50. *Sane et quum fugiendum eſt in ſatietate,* inquit, *idem faciunt:* vbi tamen haec Ariſtoteles dixerit, in iis, quae exſtant operibus, nondum inuenimus. H.

g. Vitam iis.) Ariſtotele, H. A. L. IX. c. 69. p. 1153. H.

h. Quod plerique dentibus defecti reperiantur.) Ariſtoteles libro IX. cap. 44. de leoni-

ni *i.* comes, in ſenecta *k.* hominem appeti ab iis refert; quoniam ad perſequendas feras vires non [1] ſuperant. Tunc obſidere Africae vrbes: eaque de cauſſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione, quia ceteri metu poenae ſimilis abſterrerentur eadem noxa.

XIX. Leoni tantum *l.* ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit: et vbi ſaeuit, in viros [2] potius *m.*, quam in [3] feminas fremit: in infantes non niſi magna fame. Credit Libya *n.* intellectum peruenire

1. *ſuppetant. M.* 2. *Sic et Tol. et Ch. prius Gr. et Al.* 3. *feminas. Perimit infantes. Sabellicus.*

leonibus loquens, *Viuere,* ait, *annos multos putantur et quidem qui captus eſt claudus, dentes complures fractos habebat. Quo argumento quidam leonum vitam longam eſſe exiſtimarunt: haud enim hoc accidere, niſi longo tempore potuiſſe.* Ex his Ariſtotelis verbis cenſeo hic ſcribendum, non *plerique*, ſed *pleriſque:* nec *defecti*, ſed *defractis.* Pint.

i. Aemiliani) Polybius, de quo nos egimus in ſcriptorum indice, Cornelii Scipionis Africani Aemiliani in Africana expeditione comes fuit. Teſtis Ammianus, L. XXIV. ſcribens, *Aemilianum Scipionem cum hiſtoriarum conditore Polybio Megalopolitano Arcade, et XXX. millibus, portam Carthaginis impetu ſimili ſubſediſſe.* Ex epiſtola Ciceronis ad Lucceium, L. V. Famil. Polybium ſcimus, ſingulari opere, de bello Numantino priuatim ſcripſiſſe, quod idem Scipio Aemilianus geſſit, qui Carthaginem deleuit. H.

k. In ſenecta) Hoc etiam refert Ariſtoteles l. c. H.

l. Leoni tantum) Solinus haec pariter c. 27. p. 50. H.

m. In viros potius) Vide N. et Em. N. XLII. (hic adi.) *In v.)* In editis, *prius.* At R. 1. 2. Chiffl. Par. Tol. etc. *potius.* Ita Solin. l. c. Potius autem in viros ſaeuit, veluti admonente natura, *Nullum memorabile nomen Feminea in poena eſſe.* H.

n. Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum.) Loquutio quidem haec vſitata Plinio, vt hoc ipſo volumine, cap. 36. *Cerebro veneficium ineſſe Hiſpaniae credunt:* et alias ſaepe. Nihilominus ſubdubito num hoc loco non *Libya* ſcribi debeat, ſed *Iuba:* vt ſupra cap. 13. *Id mirum vnde criſtatos Iuba crediderit.* Idem Solinus cap. 29. *Iuba* in Plinio videtur legiſſe,

venire ad eos precum. Captiuam certe Gaetuliae reducem audiui, multorum in ſiluis impetum a ſe mitigatum alloquio, [1]auſam dicere ſe feminam, profugam, infirmam, ſupplicem animalis omnium generoſiſſimi, ceteriſque [2] imperitantis *o.*, indignam eius gloria praedam. Varia circa [3] hoc opinio, ex ingenio cuiuſque, vel caſu, mulceri alloquiis feras: [4] quippe [5] obuium, ſerpentes *p.* extrahi cantu *q.*, cogi-

1. *Auſa in. V. auſae. Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. imperantis Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. haec Gr. et Al..* 4. *quippe cum iam, etc. vita decreuerit. M. quippe cum etiam. Alii. quippe obuiam. M.* 5. *vbi etiam Gr. et Al.*

ſe, non *Libya*. Sic enim ait, *Getulae etiam mulieris nomen Iubae libris comprehenſum eſt, quae obteſtata occurſantis feras, impune rediit.* Hoc ſi recipimus, legendum erit paulo poſt, *audiuit*, non *audiui*, vt ad eumdem Iubam referatur. *Pint.*

Credit Libya) Vide N. et Em. N. XLIII. (paulo poſt) Refert quiddam plane ſimile de Gaetula muliere Solinus l. c. idque ex Iubae libris accepiſſe ſe profitetur: Plinius non id recitat, quod ex Iuba hauſerit, ſed quod ipſe tum oculis, tum auditione didicerit. *Credit L.)* Ita MSS. omnes: quam lectionem egregie confirmat Aelianus, H. A. L. III. c. 1. vbi leones Libycos, et increpatorios hominum ac mulierum ſermones, preceſque intelligere, plurimis experimentis probat. Itaque Salmaſius non audiendus, qui p. 325. in Solin. emendat, *Tradit Iuba* — — et mox, *reducem audiuiſſe*. Nec Solinus ipſe, quo duce errauit: quum id quod de Gaetula muliere inaudiuiſſe ſe aeuo ſuo Plinius prodit, ad Iubam tantum vetuſtiorem refert. H.

o. Ceteriſque imperantis.) Scribe, *Ac ceteris imperitantis*, ex vtroque exemplari. vt infra cap. 38. *Quo guſtato tanta illis vis eſt, vt ceteris quadrupedum imperitans illico ſpiret.* Pint.

p. Quippe vbi etiam ſerpentes, etc.) Legend. *quippe vbi iam ſerpentes extrahi cantu, cogique in poenam verum falſumne ſit, vita decreuerit*: an ferae mulceantur alloquiis variam opinionem eſſe dicit, ex cuiuſque ingenio vel caſu: praeſertim quum iam vita decreuerit, verum falſumne ſit,

gique in poenam, verum [1] falſumne ſit, vita non decreuerit. Leonum animi index cauda *r.*, ſicut et equorum aures. Namque et has notas *s.* generoſiſſimo cuique natura tribuit. Immota ergo [2] placidus *t.*, clemens, blandientique ſimilis, quod rarum eſt:

1. Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch verum falſumne Gr. et Al. 2. *placido, clementi, blandi: vti, quod M. placido clemens blandienti, quod rarum eſt. Crebrior enim iracundia, cuius in principio. Tol. Crebrior enim iracundia eius. In principio Gr. et Al.*

ſit, ſerpentes protrahi cantu et cogi in poenam. *Vita decreuit*, ὁ βίος κέκρικεν, communis ſcilicet hominum conſenſus ſanxit. *Salm.*

Quippe) Quandoquidem res maxime obuia, *facilisque experimenti*, *quae vulgo iactatur*, ſerpentes extrahi cantu, et ad poenas vocari, verum falſumne ſit, homines nondum decreuerunt.) An mulceantur, inquit, noſtris alloquiis ferae, nihil mirum inter homines ambigi: quum res maxime obuia, cuius veritas tam facile quotidianis experimentis deprehendi poteſt. Serpentium ſcilicet excantatio, verane an falſa ſit, nondum ſatis conſtet, nondum communis hominum conſenſus ſanxerit. Vide N. et Em. N. XLIV. (hic adi.) *Quippe etc.*) Mendoſam librorum editorum lectionem ex MSS. codicum fide reſtituimus. Editi, *quippe vbi etiam* etc. Salmaſ. in Sol. p. 325 contrario plane ſenſu, vel potius nullo: *quippe vbi iam . . . . vita decreuerit*, expuncta negandi vocula quam exhibent MSS. codd. R. 1. 2. Par. aliique omnes, in quibus etiam legitur, *Quippe obuiam ſerpentes*, etc. vnde nos ſinceram lectionem eruimus. H.

q. Extrahi cantu) Atque adeo rumpi. Virg. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* Ouidius: *Vipereas rumpo et verbis et carmine fauces.* Horatius: *Caputque Marſa diſſilire naenia.* Turn. cap. 39. XXX. *Dalec.*

r. Index cauda) Addidit et frontem Solinus de ſuo, l. c. ſcribens: *Animos leonum frons et cauda indicant, ſicut motus equini de auribus intelliguntur. Dedit enim has notas, etc.* H.

s. Namque et has notas generoſiſſimo cuique natura tribuit) Dicit generoſiſſimo cuique animalium huiuſmodi notas inſitas a natura, quales leoni et equo. *Salmaſ.*

t. Immota ergo placidus, etc.) Lege: *immota ergo placido*

eſt: crebrior enim iracundia. Eius in principio, terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur. Vis ſumma *u.* in pectore. Ex omni vulnere, ſiue vngue impreſſo, ſiue dente, ater profluit *x.* ſanguis. Iidem ſatiati *y.*, innoxii ſunt. Generoſitas in periculis maxime deprehenditur: non in illo tantummodo, quod ſpernens tela diu ſe terrore ſolo *z.* tuetur, ac [1] velut cogi *a.* teſtatur: [2] cooriturque non tamquam periculo coactus,

1. *Velle. Longol.* 2. *cogiturque, etc. amentia. M: Spuria haec Pintian. cenſet.*

cido, clemens blandienti: dicit immotam eſſe caudam leoni placido, clementem autem blandienti, *clemens cauda* quae in leni et blando motu eſt, ἡ προσηνής. Et ſic lege ſequentia: *clemens blandienti quod rarum eſt, crebrior enim iracundia, cuius in principio terra verberatur, incremento terga ſeu quodam incitamento flagellantur.* Salm.

u. Vis ſumma) Solinus: *Vis ſumma in pectore, firmitas in capite praecipua.* Quod ex Ariſt. hauſit, l. c. κεφαλὴν ἔχει ἰσχυράν. H

x. Ater profluit) Ariſt. H. A. L. IX. c. 9. p. 1155 Ὅσα δ' ἂν δάκῃ, ἢ τοῖς ὄνυξιν ἑλκώσῃ, ἐκ τῶν ἑλκῶν ἰχῶρες ῥέουσιν ὠχροὶ σφόδρα, etc. *Quaecumque momorderit, aut vnguibus vulnerauerit, ex iis vulneribus ſanies fluit pallida valde, etc.* Addit eorum vulnerum curam eamdem eſſe atque morſus rabidi canis. H.

y. Iidem ſatiati) Ariſt. l. c. p. 1151. vbi et id exſtat, quod ſubiicitur, de generoſitatis ſpecimine. H.

z. Spernens tela diu ſe terrore ſolo, etc.) Lege: *Quod ſpernens tela diu ſe terrore ſolo tuetur, ac velut cogitat ſtatum;* tantum abeſt a timore, vt diu terrore ſe tueatur, ac terreat potius, quam timeat: tantum vero abeſt a fugiendi voluntate, vt ſtatum velut cogitet, vt de reſiſtendo potius cogitet, quam de fugiendo. *Status* verbum pugnatorum; hinc *ſtatu dimouere, ſtatum componere:* ſic et *cogitare ſeceſſum, etc.* Quod ſequitur, ſic lege: *Velut abſcondens rem turpem loco. Dum ſequitur, inſilit: ſaltu in fuga non vtitur. Salm.*

a. Velut cogi) Veluti ſe ad iracundiam, *non ſponte, ſed aliena malitia,* cogi conteſtatur: initque pugnam, non tamquam periculum metuat, ſed *prouocantium* amen-

ctus, ſed tamquam amentiae *b.* iratus. Illa nobilior *c.* animi ſignificatio: quamlibet magna canum et venantium vrgente vi, contemtim reſtitanſque *d.* cedit in campis, et vbi ſpectari poteſt: idem vbi virgulta ſiluaſque penetrauit, acerrimo curſu fertur, [1] velut abſcondente [2] turpitudinem loco. Dum ſequitur, inſilit ſaltu *e.*, quo in fuga non vtitur. Vulneratus *f.* obſeruatione mira percuſſorem nouit, et in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui telum quidem miſerit, ſed tamen non vulnerauerit, correptum [3] rotatumque *g.* ſternit, nec vulnerat. Quum pro catulis *h.* fera dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaueſcat. [4] Cetero *i.* dolis carent et ſuſpicione: nec limis intuentur oculis, aſpicique ſimili modo nolunt. Creditum eſt, a moriente humum morderi,

1. *Velut deputans abſconſam turpidinem. Dum. M.* 2. *turpitudine Ch.* 3. *ſic et M. et Ch. correptum raptatumque Gr. et Al.* 4. *ſic et Ch. Ceterum Gr. et Al.*

amentiae iratus. Salmaſii non placet emendatio, p. 327. *ac velut cogitat ſtatum.* H.

b. Amentiae) Illorum, qui inuadentes laceſſunt. *Dalec.*

c. Illa nobilior animi ſignificatio) De leonum moribus et ingenio perquam multa Rhod. c. 8. et 19. lib. XIII. *Dal.*

Illa nobilior) Totidem verbis Ariſtot. et Sol. ll. cc. H.

d. Contemtim reſtitanſque) Senſim pedatimque recedit, inquit Ariſt. crebro ſubſiſtens atque reſpectans, βάδην ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος. H.

e. Inſilit ſaltu) Theocritus in Hercule leonis interfectore, Eidyll. 25. τηλόθι δὲ μιῇ πήδησεν ἐφ᾽ ὁρμῇ. *Dal.*

f. Vulneratus) Ariſt. H. A. L. IX. c. 69. p. 1153. Aelian. H. A. L. VII. c. 23. etc. H.

g. Rotatumque.) Ita MSS. omnes, non vt editi, *raptatumque.* H.

h. Quum pro catulis) Solin. c. 27. p. 50. H.

i. Cetero) Sic R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. non *ceterum.* Hoc porro tradunt ſimiliter Ariſt. et Sol. ll. cc. H.

deri, ſacrymamque *k.* leto dari. Atque hoc tale, [1] tam ſaeuum animal, rotarum orbes *l.* circumacti, curruſque inanes, et gallinaceorum criſtae, cantuſque etiam magis terrent, ſed maxime ignes. Aegritudinem faſtidii tantum ſentit: in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis *m.* in remedio eſt.

XX. Leonum ſimul *n.* plurium pugnam Romae princeps dedit Q. Scaeuola [2] P. filius in curuli Aedilitate. Centum autem *o.* iubatorum primus omnium L. Sylla *p.*, qui poſtea dictator fuit, in Praetura. Poſt

1. *Tamquam ſaeuum.* M. 2. *dedit Scaeuola praefectus in.* M.

k. Lacrymamque) Fuit Iſidori ſententia ſolius equi inter animalia eſſe id peculiare, vt lacrymam ederet. At Claudianum ceciniſſe ſic memini: *Lacrymis toruui madue re leones.* Lucretiumque ſimiliter. Et a Mauritaniae aſinis effundi lacrymas prodidit Aelianus. H.

l. Rotarum orbes) His pariter rebus terreri leones ſcribunt Ariſtoteles, Phile, p. 80. Solinus, Seneca, Aelianus, H. A. L. VI. c. 22. aliique. Cur gallinaceos praeſertim reformident, cauſas Lucretius inueſtigat, L. IV. v. 711. Id vero fabuloſum eſſe recentiores aiunt: ac non modo non eſſe pauori leonibus gallinaceos, vt hos, quum facultas eſt, leones inuadant, et cum gallinis pariter vorent: id quod ſe vidiſſe Voſſius confirmat, de idolol. L. III. c. 53. H.

m. Guſtatus deinde ſanguis) Earumdem ſimiarum, credo. Certe ſimiarum eſu ab aegritudine faſtidii ſeniique ſanari leonem, Manuel Phile prodidit, p. 128. H.

n. Leonum ſimul) Solinus iiſdem verbis l. c. Q. Mucius Scaeuola P. F. is eſt qui Conſulatum poſtea geſſit A. V. DCLIX. H.

o. Centum autem) Hoc leonum ſpectaculum a Sylla editum deſcribens Seneca, L. de breu. vitae, c. 13. p. 743. ait tum primum datos in Circo leones ſolutos, quum alioquin alligati exhiberentur: ſimul miſſis a rege Boccho iaculatoribus, qui leones ſagittis conficerent. Praeturam hanc Sylla geſſit, A. V. DCLXI. H.

p. L. Sylla) Seneca lib. de breuit. vitae cap. 13. auctor eſt Syllam in Circo leones ſolutos dediſſe, quum alioqui

Poſt eum Pompeius Magnus in Circo DC. [1] in iis iubatorum cccxv. Caeſar Dictator cccc.

XXI. Capere eos, ardui erat quondam operis, foueiſque maxime. *q.* Principatu *r.* Claudii caſus rationem docuit, pudendam paene talis ferae nomine, paſtoris Gaetuli ſago contra ingruentis impetum obiecto: quod ſpectaculum in arenam protinus translatum eſt, vix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans: videlicet omnis vis conſtat in oculis. Quo minus mirum [2] ſit, a Lyſimacho *s.* Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtrangulatum leonem. Iugo ſubdidit eos, primuſque Romae ad currum iunxit M. Antonius *t.*, et qui-

1. *Ac in iis. M.* 2. *ſic M. V. ſit Gr.*

qui alligati darentur ad conficiendos eos miſſis a Boccho rege iaculatoribus. *Dal.*

q. Foueiſque maxime) Virgultis foueae ac leui terra tegebantur: accommodatum fraudi inuentum: dum enim pro ſolida terra foueas calcabant leones, decidebant in cauum. Egregie Claudianus, in ſec. Conſul. Stiliconis v. 339. de leonum venatu; *Nos illos tedae ardentes, non ſtrata ſuperne Lapſuro virgulta ſolo, non vocibus hoedi Pendentis ſtimulata fames, non foſſa fefellit.* H.

r. Principatu) Claudio Imperatore, caſu quodam leones capiendi inuenta ratio eſt, indigna propemodum talis ferae nomine: nam paſtor Gaetulus ſagum ſuum leonis in ſe irruentis oculis obiiciens, omnem eius impetum fregit: quod genus ſpectaculi deinde in theatrum tranſiit. H.

s. A Lyſimacho) Hanc hiſtoriam deſcribunt Plutarchus in Demetrio, Pauſanias in Atticis, p. 15. Seneca L. III. de ira, c. 17. p. 593. et L. I. de clem. c. 25. p. 628. Iuſtinus L. XV. c. 3. At Curtius, L. VIII. fictam eſſe cenſet, commentitiamque fabulam. H.

t. M. Antonius) Plutarchus Plinio ſuffragatur, de curru leonibus iuncto ab Antonio. Suffragantur et nummi veteres Antonii Triumuiri: in quibus leo pingitur, anteriore pede pugionem tenens: eo quod leones ad currum iunxiſſet, poſt victoriam bello partam, ſuſce-

quidem ciuili bello, quum dimicatum eſſet in [1] Pharſalicis campis *u.*: non ſine [2] quodam oſtento temporum, *x.* generoſos ſpiritus iugum ſubire illo prodigio ſignificante *y.*: nam quod ita vectus eſt cum mima Cytheride, [3] ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit. Primus autem hominum leonem manu tractare auſus, et oſtendere manſuefactum *z.*, Hanno *a.* [4] e clariſſimis Poenorum traditur: damnatuſque illo argumento; quoniam nihil non perſuaſurus vir tam artificis ingenii videbatur: et male credi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas. Sunt vero et fortuita eorum quoque clementiae exempla. Mentor Syracuſanus in Syria leone obuio *b.* ſuppliciter volutante, attonitus pauore, quum refugienti vndique fera opponeret ſeſe, et veſti-

Aa 5

1. *Pharſaliis. Ch.* 2. *oſtento quodam tempore illo generoſos iugum ſubire prodigio. M. habet et tempore. Ch.* 3. *ſuper. Ch.* 4. *clariſſimus. M.*

ſuſcepto pro libertate tuenda. De Helagabalo item Lampridius, p. 110. *Iunxit ſibi et leones.* H.

u. Quum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis) An id verum ſit, exquirit et penſitat Victorius c. 3. XVI. qui et legendum putat apud Ciceronem Philippica 2. *Sequebatur rheda cum leonibus*, comites nequiſſimi, non, *leonibus.* Dalec.

x. Generoſos ſpiritus) Romanos, qui prius libera Republica vſi, poſt bellum Pharſalicum, Caeſari ſeruierunt. H.

y. Prodigio ſignificante) Elegans graueque dictum Senecae, *magnis telis magna portenta feriri, fabula leonem non excipi.* Dal.

z. Et oſtendere manſuefactum) Plutarchus ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλμασι tradit, eum leonem in caſtris habuiſſe σκευοφόρον, ideoque ſolum vertere coactum, quod ad tyrannidem adſpirare id argumento foret. *Dal.*

a. Hanno) Quem leonibus ad ſarcinarum vectiones vſum eſſe Aelianus eſt auctor H. A. L. V. c. 39. H.

b. Mentor Syracuſanus in Syria leone obuio) Gellius c. 14. lib. V. *Dal.*

Mentor) Simile eſt, quod de Androcle Gellius refert, L. V. c. 14. p. 343. et Aelian. H. A. L. VII. c. 48. H.

veſtigia lamberet adulanti ſimilis, animaduertit in pede eius tumorem vulnuſque, et extracto ſurculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſis. Simili modo Elpis Samius natione, in Africam delatus naue, iuxta litus conſpecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit, Libero patre inuocato: QVONIAM TVM PRAECIPVVS VOTORVM LOCVS EST *c.*, QVVM SPEI NVLLVS [1] EST. Neque profugienti, quum potuiſſet, fera inſtiterat: et procumbens ad arborem, hiatu, quo terruerat, miſerationem quaerebat. Os morſu auidiore inhaeſerat dentibus, cruciabatque *d.* inedia, [2] tum poena *e.* in ipſis eius

1. *Eſt. Sed neque. M.* 2. *ſic et Ch. tum poenam, etc. ſuſpectante, etc. orante. M. tum poenae vim immenſis eiulatibus teſtantem ac velut, etc. orantem diu contuitus, videns os id contra feram (vel, diu contuitus fidentior it contra feram) etc. ceſſatum eſt. Aegre tandem os euellit praebenti. Pint. Tum pene Gr. et Al.*

c. Praecipuus votorum locus eſt) Sic vetuſtus Homeri ſcholiaſtes δυςυχίας ἐπίτασις, καὶ σωτηρίας ἀπόγνωσις, εὐχὴ θεῶν. Victor. c. 14. XXVIII. *Dal.*

d Cruciabatque) Cruciabatque leonem inedia primum, mox etiam dolor, *ex oſſe quod* in ipſis eius telis, hoc eſt, *dentibus*, inhaeſerat: interim ſuſpectabat ille *hominem arbori inſidentem* etc. H.

e. Tum poena) Vide N. et Em. XLV. (paulo poſt) Grati iſtud animi exemplum: ingrati quod ſuggerit in ſimili fere caſu lupus apud Phaedr. L. I. fab. 8. *Os devoratum fauce quum haereret lupi, Magno dolore victus cepit ſingulos Illicere pretio, vt illud extraherent malum. Tandem perſuaſa eſt iureiurando Gruis: Gulaeque credens colli longitudinem, Periculoſam fecit medicinam lupo*: etc. *Cruciabatque)* Haec ſane ſincera lectio huius loci eſt, quam contra fidem veterum codicum omnium, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. atque Parm. edit. et aliarum, Barbarus immutauit, vt *tum paene* ſcriberet: nec quidquam tamen, quod fieri ſane oportuit, aut de emendandi cauſis, aut de germano loci ita caſtigati intellectu diſputat. H.

eius telis, ſuſpectantem, ac velut mutis precibus orantem: [1] dum fortuitu *f.* fidens non eſt contra feram, multo diutius miraculo, quam metu, ceſſatum eſt. Degreſſus tandem euellit praebenti, et quam maxime opus eſſet, accommodanti. Traduntque, quamdiu nauis ea in litore ſteterit, retuliſſe gratiam venatus aggerendo. Qua de cauſa Libero patri templum in Samo Elpis ſacrauit, quod ab eo [2] facto Graeci [3] κεχηνότος Διονύσȣ *h.* appellauere. Mire-

1. Contra vero dum ferae fidere non eſt auſus fortuitu multo, etc. ceſſatum. Degreſſus tandem, etc. Alii. at dum forte intuitus eſt confidentius contra feram, multo, etc. Alii, at dum forte contra feram iam fidens intuitus eſt, multo, etc. metu ceſſauit, aggerendo. V.
2. Effectu. Pint. 3. σωτῆρος νάον Διονύσȣ. V. ἀρχενέςȣ, Pint. vt ſic Bacchum vocarit reditus ſui principem et auctorem.

f. Dum fortuitu) Dum temere non audet ſe ferae committere, *etiam manſuetudinem prae ſe ferenti*, multo diutius diſtulit *operam ei ſuam accommodare nouitate* ac miraculo *manſuetudinis illius attonitus*, quam *prius diſtulerat* metu *profugiens in arborem*. Nihil praeterea codd. MSS. diſcrepant: critici, dum immutare variis modis ſtudent, nodum in ſcirpo quaerunt. H.

g. Venatus) Praedam e venatione. H.

h. Κεχηνότος Διονύσου) Hoc eſt, *Hiantis Dionyſi*, ob illum oris leonini hiatum, a quo Liberi Patris nomine ac numine inuocato illaeſus euaſerat. Vide N. et Em. N. XLVI. (hic poſ.) Κεχ.) A priſcae ſcripturae veſtigiis minime omnium aberrat repepta haec dudum Sig. Gelenio reſtituente lectio: nam in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. *echenotos Dionyſu* legitur. Aberrant autem maxime aliorum coniecturae: Barbari reponentis σωτῆρος νέως Διονύσȣ. Pintiani, ἀρχενόςȣ Διονύσȣ. Non templum, ſed ſimulacrum ἄγαλμα κεχηνότος Ἀπόλλωνος in Elide coli ſcribit Cl. Alex. in Protr. c. 24. Huius vero κεχηνότος Διονύσȣ meminit etiam Aelianus L. VII. c. vlt. quamquam mutila narratio facti huius in Graeco exemplari deprauataque ſit. H.

[1]Miremur poſtea veſtigia hominum *i.* intelligi a feris, quum etiam auxilia ab vno animalium ſperent? Cur enim non ad alia iere? aut vnde medicas manus hominis ſciunt? niſi forte vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit. (XVII.) Aeque memorandum et de panthera tradit Demetrius Phyſicus: iacentem in media via hominis deſiderio, repente apparuiſſe patri cuiuſdam Philini, affectatoris ſapientiae: illum pauore cepiſſe regredi, feram vero circumuolutari non dubie blandientem, ſeſeque conflictantem moerore, qui etiam in panthera intelligi poſſet. Feta erat, catulis procul in foueam delapſis. Primum ergo, [2] miſerationis fuit non expaueſcere: proximum, ei curam intendere: ſequutuſque, qua trahebat veſtem vnguium leui iniectu, vt cauſam doloris intellexit, ſimulque ſalutis ſuae mercedem, exemit [3] catulos: eaque cum iis proſequente, vſque extra ſolitudines deductus, laeta atque geſtiente: vt facile appareret gratiam referre, et nihil *k.* in vicem imputare: quod etiam in homine rarum eſt.

XXII. Haec fidem [4] et Democrito afferunt, qui [5] Thoantem *l.* in [6] Arcadia ſeruatum a dracone narrat. *m.* Nutrierat eum puer dilectum admodum: [1] parenſ-

1. *Ne miremur. Ch.* 2. *mirationis. M.* 3. *catulos eam proſequentes. Ch.* 4. *ſic emend. ex MSS. Hard. conſ. M. et Ch. etiam Gr. et Al.* 5. *Dathen. M.* 6. *Achaia. V.*

i. Miremur) Vide ſupra ſ. 5. H.

k. Et nihil) Nec ſuum viciſſim beneficium imputare. H.

l. Thoantem) Rem prolixe narrat Aelian. H. A. L. VI. c. 63. et Arcadem ipſe puerum facit. Exempla eorum complura quos dracones pariter adamarint, refert Scaliger in L. II. Ariſtot. p. 240. H.

m. Seruatum a dracone narrat) Aelianus id prolixe narrat, cap. 63. libro VI. de animalibus. *Dalec.*

[1]parenſque *n.* ſerpentis naturam, et magnitudinem metuens, in ſolitudines tulerat; in quibus circumvento latronum inſidiis, agnitoque voce, ſubuenit. Nam *o.* quae de infantibus ferarum lacte nutritis, quum eſſent expoſiti *p*, produntur, ſicut de conditoribus noſtris *q.* a lupa, [2] magnitudini fatorum accepta ferri *r.* aequius, quam ferarum naturae arbitror.

XXIII. Panthera et tigris *s.* macularum varietate prope ſolae beſtiarum ſpectantur: ceteris vnus ac ſuus

1. *Sic et Ch. et V. pauenſque Gr. et Al.* 2. *magnitudine f. a. fieri. Ch.*

n. Parenſque) Vide N. et Em. N. XLVII. (hic adi.) *Parenſque*) Ita reſtituimus ex codice R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. etc. quum antea frigide admodum ſcriberetur *pauens*, cui voci par altera ſtatim ſubiicitur, *metuens* ſcilicet. Deportatum certe in ſiluas draconem, non ab ipſo puero, ſed clam ipſo atque inſciente, a neceſſariis et proximis docet pariter Aelianus, H. A. L. VI. c. 63. H.

o. Nam quae de infantibus) De Atalanta vrſae vberibus enutrita, Aelian. V. H. L. XIII. c. 1. De Habide, cui canes, ſues, ceruae, vbera obtulerunt, auctor eſt Trogus apud Iuſtin. L. XLIV. c. 4. p. 327. De Mileto Apollinis F. quem lupi in ſilvis per vices lactarunt, Antoninus Liberalis, fab. 30. p. 237. ex L. II. ἑτεροιουμένων Nicandri. Nam quod Cyrum a cane educatum dixerunt, fictum eſſe ac commentitium agnoſcit Herod. L. I. Clio p. 53. H.

p. Quum eſſent expoſiti) Χαμαιῤῥιφεῖς χαμεύρετοι· qui hos tollit et educat, inventor eſt, ac nutricius Inventi enim proprie dicuntur. *Dal.*

q. Conditoribus noſtris) Remo ac Romulo. Sed id perinde fabulis accenſendum monet Dion. Halic. A. R. L. I. p. 65. et 71. Et Liuius, L. I. p. 3. *Sunt qui Laurentiam,* inquit, *vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putent: inde locum fabulae ac miraculo datum.* H.

r. Accepta ferri) MSS. R. Colb. Chiffl. *accepta fieri,* quae loquutio et alibi ſaepius occurrit in vetuſtis codicibus. H.

s. Panthera et tigris.) Inde tigrinae et pantherinae menſae, cap. 15. lib. XIII. Apud Plautum in Epidico, quum Epidicus dixiſſet varie ſe

ſuus [1] cuiuſque *t.* [2] generis color eſt. Leonum tantum in Syria niger. Pantheris *u.* in candido breues macularum oculi. Ferunt [3] odore *x.* earum mire ſollicitari *y.* quadrupedes cunctas, ſed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui [4] tradant in armo iis ſimilem lunae eſſe maculam, creſcentem in orbes, et cauantem pari modo cornua. Nunc varias *z.*, et pardos, [5] qui mares ſunt, appellant in eo

1. *Vnicuique. Tol. cuique. M.* 2. *generi. Ch.* 3. *colore. M. praue: ſic tamen et Ch.* 4. *ſic et V. et Ch. tradunt. Gr.* 5. *qua. Ch.*

ſe valuiſſe, feſtiue reſpondit Theſprio, — *qui varie valent: Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus* Dal.

t. Suus cuiuſque.) Vel *cuique* potius, atque adeo *ſuus cuique generi*, vt quidam MSS. habent. H.

u. Pantheris.) Pantheris candidus color, in quo breves oculi, ceu maculae, ſparſi. H.

x. Odore earum mire ſollicitari.) Vide Theophr. cap. 5. et 26. Cauſſ. Dal.

Ferunt odore.) Vide N. et Em. N. XLVIII. (hic poſ.) *Ferunt.*) Mirum eſt profecto codices omnes MSS. ſed mendoſe id quidem, *colore* prae ſe ferre. Nam Ariſtot. H. A. L. IX. c. 8. p. 1024. τῇ ὀσμῇ, inquit, αὐτῆς χαίρεσι τὰ θηρία. Aelianus item H. A. L. V. c. 40. Εὐωδίας τινὸς θαυμαςῆς τὴν πάρδαλιν μετειληχέναι φασι - - καὶ τὰ ἄλλα ζῶα συνεπίςαται τῦτο τῇ παρδάλει etc. Solinus quoque in paraphraſi huius loci c. 17. p. 37. Plinius ipſe denique id quod omnem controuerſiam dirimit, hunc locum reſpiciens L. XXI. ſ. 18. *Animalium*, inquit, *nullum odoratum, niſi de pantheris quod dictum eſt, credimus.* H.

y. Sollicitari.) Allici.

z. Nunc varias.) Variae ſunt pantherae, pardique: nam hi vt ſtatim ſubditur, a pantheris ſolo ſexu, vel ſolo colore diſcrepant. Sunt enim pardi mares. A macularum varietate ducta Variarum appellatio eſt. Pardos Galli *leopards* appellamus: Pantheras, *panteres.* Gloſſae: *Varia*, ποικίλη, πάρδαλις. Graecis autem πάρδαλις et πάνθηρ voces vtrique ſexui promiſcue communes. Vide Bochartum, P. I. L. III. de animal. c. 8. p. 800 et 801.

Ad

eo omni genere, [1] creberrimo in Africa Syriaque. Quidam ab [2] iis pantheras candore ſolo diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni.

XXIV. Senatuſconſultum fuit vetus *a.*, ne liceret Africanas *b.* in Italiam aduehere. Contra hoc *c.* tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis *d.*, permiſitque Circenſium gratia importare. Primus autem Scaurus *e.* Aedilitate ſua varias centum quinquaginta vniuerſas miſit: dein Pompeius Magnus quadringentas decem: Diuus Auguſtus quadringentas viginti.

XXV. Idem Q. Tuberone *f.*, Fabio Max. Coſs. IV. Nonas Maias, Theatri Marcelli dedicatione, ti-grin

1. *Creberrimo, in M. deeſt.* 2. *his, vulg.*

Ad hoc variarum vocabulum Plautus alluſit in Epidico, act. I. ſc. I. v. 15. idemque pantherarum id proprium eſſe admonet. EP. *Quid ais? perpetuon' valuiſti?* TH. *Varie.* EP. *Qui varie valent Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.* H.

a. Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere) Ibi enim per Africanas ſolas, pantheras intelligit *Salmaſ.* Hiſt. Aug. 371. b.

b. Africanas) Eo nomine pardos, pantheraſque intelligebant. Vnde Africam ipſam pardi pelli ſimilem eſſe veteres dixere, quorum teſtimonia idem Bochartus collegit, l. c. c. 7. p. 787. H.

c. Contra hoc) Subintellige, Senatuſconſultum. H.

d) Cn. Aufidius Tribunus plebis.) Cnei Aufidii ciuis Romani, oculis capti, qui quum eorum ſenſu careret, ne atrum ab albo poſſet diſcernere, videbat tamen in literis, et Graecam hiſtoriam ſcribebat, meminit Cicero IV. Tuſcul. Victorius cap. 20. lib. III. Dalec.

Cn. Aufidius) A. V. DCLXX. geſſit Tribunatum plebis. H.

e. Scaurus) Aedilis curulis Anno DCXCVI. L. Calpurnio Piſone, A. Gabinio CoSS. Vide L. XXXVI. ſ. 24. n. 7. H.

f. Q. Tuberone) Q. Aelium Tuberonem, Paulum Fabium Maximum, Conſules Dio prodit anni A. V. C. DCCXLIII. H.

grin primus *g.* omnium Romae oſtendit in cauea manſuefactum: Diuus vero Claudius ſimul quatuor. (XVIII.) Tigrin Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendae, et maxime cognitae *h.*, dum capitur totus [1] eius fetus *i.*, qui ſemper numeroſus eſt. Ab inſidiante *k.* rapitur, equo quam maxime pernici, atque in [2] recentes *l.* ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit feta (maribus enim cura non eſt ſobolis:) fertur praeceps, odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu *m.*, abiicit vnum

1. *Sic et M. et Ch. Dum capitur. Totus enim fetus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur Gr. et Al.*
2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. recentem Gr. et Al.*

g. Tigrin primus) Suetonius in Auguſto, c. 20. Poſt Auguſtum Helagabalus apud Lampridium, *Iunxit et tigres, Liberum ſeſe vocans.* H.

h. Velocitatis tremendae, et maxime cognitae, etc.) Sic interpunge: *velocitatis tremendae et maxime cognitae dum capitur totus eius fetus, qui ſemper numeroſus eſt. Ab inſidiante rapitur equo quam maxime pernici atque in recentes ſubinde transfertur.* Salmaſ. *De tigri loquitur.* p. 210. b.

i. Totus eius fetus) Vide N. et Em. N. XLIX. (hic coll.) *Dum etc.)* Ab impreſſorum librorum lectione diſceſſimus, MSS. codicum fidem ſequuti. Illi, *totus enim fetus*, inuerſa etiam interpunctione: hi, nempe R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par etc. hanc orationis partem cum ſuperiori connectunt, vti nos edidimus. Solinus ex Plinio haec tranſſcribens, c. 17. p. 37. de tigribus: *Ac maxime,* inquit, *potentia earum probatur, quum maternis curis incitatur. Quum catulorum inſiſtunt raptoribus, etc.* H.

k. Ab inſidiante) Minore impendio, minore periculo tigrides hodie capiuntur, laqueis et muſcipulis, atteſtante Euſebio Nierembergio, Hiſt. Nat. L. IX. c. 15. p. 166. H.

l. Atque in recentes) Recentes equos ſubinde conſcendit. Galli vocant: *des relais: chevaux de relais.* H.

m. Raptor, etc.) Haec etiam Mela L. III. c. 5. p. 54. Ex Plinio Solinus, c. 17. p. 37. Eadem Philoſtratus refert, de vita Apoll. L. II. c. 7. p. 74. Martialis, L. VIII. Epigr. 26. ad Domitianum: *Non tot in Eois timuit Gangeticus*

vnum e catulis. Tollit illa morſu, et pondere etiam [1] ocyor acta remeat *n.*, iterumque conſequitur, ac ſubinde: donec in [2] nauim regreſſo [3] irrita feritas ſaeuit in litore.

XXVI. Camelos inter armenta paſcit Oriens *o.*, [4] quorum duo genera, [5] Bactriae et Arabiae *p.*: differunt, quod [6] illae bina habent tubera in dorſo *q.*, [1] hae

1. *Ocyus. V.* 2. *ſic M. et V. nauem Gr.* 3. *irritata. V.* 4. *quarum Tol.* 5. *ſic et V. et M. et Ch. Bactriani et Arabici Gr. et M.* 6. *ſic et Tol. et Ch. illi Gr.*

geticus aruis Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo: Quot tua Roma nouas vidit, Germanice, tigres, etc. H.

n. Ocyor acta remeat.) Remittit, non *remeat*, praefert exemplar Toletanum: hoc eſt, reſtituit, reponitque catulum in cubili. *Pintian.*

Acta remeat) R. 2. et Tol. *remittit:* hoc eſt, vt ait Pintianus, reſtituit, reponitque in cubili catulum. H.

o. Camelos inter armenta paſcit oriens.) Artemidorus primo Onocriticῶn ex Euaeni ſententia in Eroticis, Camelos dictos vult, quaſi *καμμήρες, ὅτι βαδίζοντες μέσες τὲς μηρὲς κάμπτουσι.* Rhodig. cap. 18. VII. *Dalec. Camelos inter armenta paſcit Oriens, etc.)* Lego: *Camelos inter armenta paſcit Oriens, quarum duo genera, Bactrianae et Arabicae.* Et mox, *illae bina habent tubera in dorſo, hae ſingula.* Salmaſ. 986. a.

p. Bactriae et Arabiae) Vide N. et Em. N. L. (paulo poſt) Ariſtot. H. A. L. II. c. 6. p. 164. Διαφέρεσι δ' αἱ Βακτρίαι τῶν Ἀραβίων· αἱ μὲν γὰρ δύο ἔχουσιν ὕβες· αἱ δ' ἕνα μόνον. Hoc vero diſcrimen vtriuſque generis camelorum Solinus perperam inuertit, *Arabici*, inquit ille, *bina tubera in dorſo habent, ſingula Bactriani. Bactr.)* Quoniam conſilium nobis eſt a codicum fide ne latum quidem vnguem diſcedere, negleximus impreſſorum librorum lectionem, edentium, *Bactriani et Arabici*, vt Regia exemplaria 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. Tolet. aliaque ſequeremur. Nec neſcii ſumus virili quoque genere Bactrianus Arabicoſque camelos Solinum protuliſſe, c. 49. p. 76. Plinius tamen genere femineo camelos vbique vocat: ſic L. XI. ſ. 62. *Camelus vna ex iis, quae non ſunt cornigera* etc. H.

q. Quod illi bina habent tubera

[1] hae ſingula: [2] ſub pectore *r.* alterum, cui incumbant. Dentium *s.* ſuperiore ordine, vt boues, carent in vtroque genere. Omnes autem iumentorum *t.* miniſteriis *u.* dorſo funguntur, atque etiam [1] equi-

1. *Sic et Tol. et Ch. hi Gr. et Al.* 2. *ſub p. a. c. incubant. M. incumbunt. V. et in pectore.*

bera in dorſo.) Διτύλους et δικύρτους Graeci vocant. Heſychio, τύλοι, ὀχθώδεις, ἐπανάστασεις, καὶ τὰ τῶν ἀχθοφόρων ἐπὶ τῶν ὤμων τυλώματα. De iis Diodor. III. Biblioth. πλεῖστα δὲ καὶ διαφορώτατα γένη καμήλων τρέφει, τῶν δὲ ψιλῶν, καὶ δασέων, καὶ διπλοῦν ἀνατετακότων τὸ κατὰ τὴν ῥάχιν κύρτωμα· καὶ διὰ τοῦτο διτύλων ὀνομαζομένων. *Dalec.*

r. Et ſub pectore) Hoc vero tuber alterum in ima pectoris parte poſitum, non proprium modo Arabiarum eſt, ſed ad vtrumque camelorum genus pertinet, admonente Philoſopho l. c. Ἄλλον δ᾽ ἔχουσιν ὕβον τοιοῦτον οἷον ἄνω ἐν τοῖς κάτω, ἐφ᾽ οὗ ὅταν κατακλιθῇ, εἰς γόνατα ἐστήρικται τὸ ἄλλο σῶμα. Quae Gaza ſic reddidit: *Sunt etiam omnibus ſingula, parte ima, quale in dorſo, tubera: quibus incumbat reliquum corpus et firmetur, quoties in genua ſinclinentur.* Vide N. et Em. N. LI. (hic poſ. *Et ſ.*) Ita MSS. plane omnes: Sane ita rectius illi, vt videtur, quam editi, *et in pectore,* Ariſtoteles, vti monuimus, ἐν τοῖς κάτω dixit, hoc eſt, *in partibus inferioribus.* H.

s. Dentium) De ea re dicemus, L. XI. ſ. 62. H.

t. Omnes autem iumentorum in iis terris, etc.) Legend. *Omnes aut iumentorum miniſteriis dorſo funguntur. aut vicem equitatus in praeliis. his velocitas vt equis, ſed ſuae cuique menſurae, ſicut vires.* Vide Salmaſ. pag 987. a.

Omnes autem) Omnes *in vtroque genere cameli* dorſo exhibent miniſteria *eadem, geſtandis ſarcinis, quae apud nos* iumenta: et ſunt *praeterea* vice equitatus in praeliis. Velocitas par camelis et equis, ſed propria vtrique ei generi, *camelis et equis,* ſicvti et vires. H.

u. Miniſteriis) Vide N. et Em. N. LII. (hic inf.) *Omnes)* Prius legebatur, *iumentorum in iis terris dorſo funguntur.* At Romanae aures *dorſo fungi* quae tandem ferant? Admonuit erroris, impulitque nos ad hanc emendationem Solinus, in paraphraſi huius loci, miniſterii voce abutens, c. 49. p. 76. *Habentur,* inquit, *cameli in duplex miniſterium;*

[1] equitatu *x.* in praeliis. Velocitas [2] inter equos *y.*, ſed [3] ſuae cuique menſurae *z.*, ſicuti vires: Nec vltra *a.* aſſuetum [4] procedit ſpatium, nec plus inſtituto onere recipit. Odium *b.* aduerſus equos gerunt naturale. Sitim *c.* et quatriduo tolerant: implenturque, quum bibendi occaſio eſt, et in praeteritum, et in futurum, obturbata proculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. Viuunt *d.*

quin-

1. *M. equitatus. Ch. iumentorum in iis terris dorſo funguntur atque etiam equitantur in pr. Gr. et Al.* 2. *Niſaeorum equorum. ex Ariſt. c. vlt.* IX. *hiſt.* 3. *ſic et Tol. ſua cuique menſura Gr. et Al.* 4. *procedunt. Tol. et mox recipiunt.*

ſterium; ſunt alii oneri ferundo accommodati, alii perniciores etc. H.

x. Equitatu) Arabes quidem in Xerxis exercitu, apud Herod. L. VII. Polym. p. 411. ἤλαυνον δὲ πάντες καμήλȣς, ταχυτῆτι ȣ̓ λειπομένας ἵππων. Bactriani vero apud Pollucem, L. X. c. 8. Βάκτριοι δὲ μάχονται ἐπὶ τῶν καμήλων. De aliis gentibus Vegetium lege L. III. c. 23. p. 103. H.

y. Inter equos) Vide N. et Em. N. LIII. (hic poſ.) *Velocitas)* Ita Par. codex et impreſſi omnes, R. tamen 1. et 2. *Velocitas in equis.* Eoſdem ſequuti mox codices ſcripſimus, *ſed ſuae cuique menſurae*, non *ſuae*, vt editi. H.

z. Sed ſuae cuique menſurae) Alia equorum, inquit, camelorum alia velocitas eſt: vt ſunt diſpares amborum diſſimileſque vires. Itineris longitudine, quod conficiendum ſit, cameli: in breuiore curſu, equi celeritate praeſtant. Ariſtotelem vide H. A. L. IX. c. 79. p. 1176. H.

a. Nec vltra) Quae deinceps de camelis narrantur, ea Solinus hauſit a Plinio, c. 49. p. 76. H.

b. Odium) Ariſt. H. A. L. VI. c. 17. p. 716. Aelianus, H. A. L. III. c. 7. H.

c. Sitim) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 11. p. 907. Didymus in Georgicis, L. XV. Geop. c. 22. p. 433. triduo ſitim tolerare ait, μέχρι τριῶν ἡμέρων. Etiam diebus ipſis nouem durare ſine potu refert Tauernerius, teſtis αὐτόπτης, Itin. Tom. I. p. 117. etiam, tempore coitus, ſine vllo cibo ac potu, quadragenis. H.

d. Viuunt) Ariſtot. H. A. L. VI.

quinquagenis annis, [1] quaedam et centenis. Vtcumque rabiem et ipſi ſentiunt. *e.* Caſtrandi *f.* genus, etiam feminas, quae bello praeparentur, inuentum eſt: fortiores ita fiunt coitu negato.

XXVII. [2] Harum aliqua ſimilitudo [3] in duo tranſfertur *g.* animalia: [4] Nabun *h.* Aethiopes vocant, collo

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Tol. et Ch. quidam et mox ipſi Gr. et Al. 2. ſic et Tol. et Ch. horum. Gr. et Al. 3. in aliud transfertur animal. 4. Nabuna. M. et Ch. Nabin Gr. et Al.

L. VI. c. 26. p. 765. et L. VIII. c. 12. p. 908. H.

e. Vtcumque rabiem et ipſi ſentiunt) Lege: *Vtcumque rabiem et ipſae ſentiunt.* Plinius genere feminino *Camelos* vbique vocauit, vt teſtantur libri veteres. Sic etiam Graeci τὰς Καμήλȣς dicunt. *Salmaſ.* 986. a.

Vtcumque rabiem) Haec de Veneris rabie Solinus intellexit: quem abire ſinit impune Salmaſius. Nos ad morbum, quo et canes vexantur, referimus: Ariſtotele, H. A. L. VIII. c. 27. p. 966. camelum eadem, qua canes, rabie vexari admonente. H.

f. Caſtrandi) Ariſt. H. A. L. IX. c. 79. p. 1176. Aelian. H. A. L. IV. c. 55. et Albert. M. de anim. L. VIII. tr. 5. c. 3. p. 279. H.

g. In duo tranſfertur) Cameli ſimilitudo, inquit, duobus aliis animalibus nomen fecit: camelopardali ſcilicet, et ſtruthocamelo. De iſto inter aues dicetur: illud Nabun Aethiopes vocant, etc. Vide N. et Em. N. LIV. (hic poſ.) *Harum ſim.)* Hunc Plinii locum Dalecampius aſſequi quum minime poſſet, ſuſpicabatur olim legi oportere, *in aliud tranſfertur animal*, reclamantibus licet exemplaribus omnibus, tum impreſſis tum manu exaratis, i p ſ o q u e vt interpretatio noſtra palam facit, Plinio. H.

h. Nabun) Solinus haec totidem verbis c. 30. p. 56. Italis *Giraffa* vocatur, ex Arabico *Zurapha*, vt videre eſt apud Bochartum, P. I. de anim. L. III. c. 21. p. 906. vbi et *Nabun* ab Arabico *Naba* deducit, quod *eminere* ſignificat, quoniam ea fera ſublato collo reliquas antecellit. Vide N. et Em. N. LV. (hic adi.) *Nabun)* MSS. *Nabuna*, adiecta ex voce ſequenti l i t e r u l a. Deterius Albertus, *Anabula*, inquit, (pro *Nabun*,) *beſtia eſt Aethio-*

collo ſimilem equo, pedibus et cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, vnde appellata camelopardalis *i.*, Dictatoris Caeſaris *k.* Circenſibus ludis primum viſa Romae. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis, quam feritate, conſpicua: quare etiam [1] ouis ferae *l.* nomen inuenit.

1. *Ouiferae. Tol. et. Ch.*

thiopiae. - - Eſt autem capite cameli - - vnam harum ſecum temporibus noſtris habuit Fridericus Imp. in partibus noſtris. Lectu digna eſt epiſtola Antonii Conſtantii ad Galeottam Manfredum Faventinorum Principem, data Fani XVII. Kal. Ian. a. 1487. in qua deſcribit perquam accurate eam camelopardalim, qua Laurentium Medicaeum donauerat Sultanus Aegyptius. Ex ea epiſtola decerpſit optima quaeque Sam. Bochartus, P. I. L. III. de anim. c. 21. p. 906. et 907. H.

i. Camelopardalis) Varro de ling. Lat. p. 26. Dion eam accuratiſſime deſcripſit l. XXXXIII. περὶ δὲ τῆς καμηλοπαρδάλεως ὠνομασμένης λέγεται, ὅτι τότε πρῶτον εἰς δὲ ῥώμην εἰσέλθῃ, καὶ πᾶσιν ὑπεδείχθη. Heliodorus Aethiopicῶn 10. Solin. c. 33. Horat. v. infra. Politianus cap. 3 Miſcellan. *Dalec.*

Camelopardalis) Ex camelo et pardali ſiue panthera conflato nomine, vnde Horatius: *Diuerſum confuſa genus, panthera camelo.* Varro de L. L. p. 26. *Camelus ſuo nomine Syriaco in Latium venit, ab Alexandria Camelopardalis adducta, quia erat figura vt Camelus, maculis vt Panthera.* Iconem exhibet Aldrouandus de quadrup. biſ. L. I. c. 35. p. 931. Deſcribitur accurate a Philoſtorgio hiſt. eccl. L. III. c. 12. p. 40. H.

k. Caeſaris) Anno ſcilicet DCCVIII. biennio ante eius necem, ipſo tertium, M. Aemilio Lepido CoSS. His ludis exhibitam camelopardalim Dio quoque ſcriptis prodidit, L. XLIII. p. 225. H.

l. Ouis ferae) Ouis a manſuetudine morum, fera διακριτικῶς vt a noſtratibus diſcernatur. Conſtantius a Bocharto laudatus p. 907. *Licet fera nuncupetur,* inquit, *nullam tamen feritatem aut ſaeuitiam nouit. Eſt et adeo manſueta, vt nullum iuſtius quam ouis nomen inuenerit. Vidimus eam ſeſe ad manus puella-*

XXVIII. (XIX) Pompeii Magni primum ludi oſtenderunt [1] chama*m.*, quem Galli [2] rufium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Iidem *n.* ex

1. *Sic et Ch. et in emend. vel, chaum Chaum Gr. et Al.*
2. *ſic et Ch. rhaphium Gr. et Al.*

puellarum ac paene infantium ſubmittentem, quum ei panem, fenum, potum, ac cepam offerrent, etc. Fera igitur hoc loco peregrinam et externam ſonat, ſeu alio veluti orbe natam. Hinc feras Iulius Capitolinus in Gordiano tertio, p. 165. alias ait eſſe manſuetas, alias efferas. Sic Plauti Captiuis, Act. I. Sc. 2. vox ea accepta: *Liber captiuus auis fera conſimilis eſt: Semel fugienti ſi data eſt occaſio, Satis eſt: numquam poſt illam poſſis prendere.* H.

m. Chaum) Fortaſſis Thoën: vulgo lupum ceruarium: qui Gennettam noſtram eſſe putant veriſimiliora loqui videntur. Alii ſic dictas putant zibetas, ſiue catos zibetas. *Dal.*

Chama) Lupum ceruarium intellige. Sunt enim huc referenda ea, quae mox ſ. 34. de lupis dicentur: *Sunt in eo genere, qui ceruarii vocantur, qualem e Gallia in Pompeii M. arena ſpectatum diximus.* Quum vero lupum ceruarium audis, caue putes ſortitum id nominis, quod ex lupo ceruaque naſcatur: id enim falſum: ſed quod lupo auiditate par, et ceruis idem ſit infenſus, vt docet Oppianus, Halieut. L. II. v. 615. inde ceruarii lupi appellatio. Vide N. et Em. N. LVI. (hic coll.) *Pompeii M.)* Sequuti ſumus R. 1. 2. Par. Chiffl. ex quibus mox *Rufium* quoque correximus: Prius legebatur *chaum* et *raphium.* Adiuuat Albertus de anim. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 583. *Chama*, inquit, *beſtia eſt, alio nomine Rufinus dicta, in Aethiopia ſub aeſtiuo Tropico habens generationem. Eſt autem ad modum lupi in figura, maculis albis per totum reſperſa: ludis apta, eo quod diſciplinae multum eſt perceptibilis.* Videtur tamen ille nec quid ludi eſſent hoc loco probe intellexiſſe, et Plinii contextum praepoſtera interpunctione vitiatum legiſſe eo fere modo, *Ludi oſtenderunt chama, quem alii Rufinum vocabant, effigie lupi, pardorum maculis, ex Aethiopia.* Nihilominus in indice huius loci, *de chao*, libri omnes legunt. H.

n. Iidem) Subintellige, ludi. Haec Solinus iiſdem verbis c. 30. p. 56. H.

ex Aethiopia, quas vocant [1] κήπυς *o.*, quarum pedes poſteriores, pedibus humanis et cruribus, priores manibus fuere ſimiles. Hoc animal poſtea Roma non vidit.

XXIX. (XX.) Iiſdem ludis *p.* et rhinoceros *q.*, vnius in nare [2] cornus *r.*, qualis ſaepe viſus. *ſ.* Alter

1. *caephus. Ch. cephos Gr.* 2. *ſic et M. Ch. cornu Gr. et Al.*

o. Κήπυς) Strabo lib. XV. κεῖπον vocat, eſſeque tradit facie Satyro ſimilem, cetera inter vrſum et canem, et in Aethiopia naſci, ſemivulpem nunc appellant. *Dal.*

Κήπυς) In MSS. *cephus.* Peregrinum hoc genus ex Aethiopia ſemel tantum Romam aduectum deſcribunt Strabo, L. XVI. p. 775. ex Artemidoro; Diodorus Bibl. L. III. p. 168. Aelian. H A. L. XVII. c. 8. ex Pythagorae libro de mari Rubro. Κῆπον, hoc eſt, *hortum*, appellari appoſite aiunt, quod tamquam hortus variis diſtinguatur coloribus. Caue autem κῆπυς cum κήβοις confundas, de quibus Ariſtot. H. A. L. II. c. 13. p. 197. qui nihil aliud ſunt quam caudatae ſimiae, ſeu cercopitheci: ἐςι δ' ὁ μὲν κῆβος, inquit, πίθηκος ἔχων ὀρὰν. Hoc autem genus, nihilominus quam ſimiae ipſae, vulgare, viſum Romae eſſe dumtaxat ſemel, haud facile mihi perſuaſerim. Leonem facie, corpore pantheram, more dorcadem imitatur haec fera, ſi Agatharcidi credimus, apud Phot. in Bibl. cod. CCL. c. 39. p. 1364. Ὁ δὲ κῆπος ἔχει τὸ μὲν πρόσωπον λέοντι, τὸ δὲ σῶμα πάνθηρι, τὸ δὲ μέγεθος δορκάδι, etc. H.

p. Iiſdem ludis) Totum hoc caput Solinus ad verbum expreſſit e Plinio, c. 30. p. 56. Eadem habet Agatharcides, L. de rubro mari c. 36. cuius Graeca exſtant apud Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1361. et Diod. Sic. Bibl. L. III. p. 167. H.

q. Rhinoceros) Pauſanias Aethiopicum taurum eſſe putat, ac ſuper cornu quod in nare prominet, alterum habere, ſed exiguum. Rhinocerota et Hippopotamum Romae primum viſos Dion ſcribit, Auguſto triumphante de Cleopatra. Martial. 22. III. *Namque grauem cornu gemino ſic extulit vrſum, Iactai vt impoſitas taurus ad aſtrapilas.* Vide Politian. cap. 56. Miſcell. *Dalec.*

r. Vnius in nare cornus) Ita MSS. omnes. Impreſſi, *cornu.* Vide N. et Em. N. LVII.

ter hic *t.* genitus hoſtis elephanto; cornu ad ſaxa limato praeparat ſe pugnae, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus.

XXX. (XXI.) Lyncas *u*. vulgo frequentes et ſphingas

LVII. (hic adi.) *Vnius.*) Vnico in nare cornu hanc feram eſſe praeditam docent veteres Domitiani nummi, ac ſcriptores antiqui: quos inter praecipuus Strabo, L. XVI. p. 774. oculatus teſtis, nec poenitendus auctor: atque e recentioribus, inprimis Damianus de Goes, quinta parte Chronici rerum geſtarum Emanuelis Regis Luſit. c. 18. fol. 276. auctor eſt, anno 1517 menſe Februario, ludis Oliſipone ab eo Rege exhibitis, pugnaſſe cum Elephante Rhinocerotem, cui vnicum in nare cornu, ſequipalmi longitudine, craſſitudine ima in parte palmi vnius eſſet. Hunc accurate delineatum aiunt ab Alb. Durero, inſigni eius aeui pictore: ectypa deinde per totam Europam ſparſa. Grammaticorum nunc tricas ac lites expedire mihi nec otium, nec animus eſt, ſuper Martialis epigr. 22. libri ſpectaculorum, vbi geminum huic ferae cornu videtur tribuere: quum id corruptum eſſe vel ex ipſo Martiali conſtet, qui vnicum alibi agnoſcit. Eruditorum ea de re diſſenſiones Bochartus collegit, de animal. P. I. L. III. c. 26. p. 931. H.

ſ. Saepe viſus) Auguſti triumpho de Cleopatra, viſum eſſe rhinocerotem Dio ſcribit, L. XV. p. 460. Domitiani temporibus, vti ex Martiali diſcimus: Antonini Pii et Gordiani, ex Capitolino: Elagabali, ex Lampridio. H.

t. Alter hic) Poſt draconem, vti dictum eſt, ſ. 11. et 12. H.

u. Lyncas) Non Aethiopicum modo, ſed ob Indicum animal, atteſtante Ouidio Metam. L. XV. v. 413. *Victa racemifero Lyncas dedit India Baccho.* Pantherae ſimile eſſe ex Aeliano apparet, qui hiſt. L. XIV. c. 6. lyncas cum pantheris conferens, eas ait παρδαλέως μὲν ἔτι καὶ πλέον σιμὰς, ἄκραγε μὲν τὰ ὦτα λασίας, *panthera magis eſſe ſimas, et ſummis hirſutas auribus.* Rem pluribus ſtabilit argumentis Bochartus de animal. P. I. L. III. c. 8. p. 796. Vbi falli recte monet eos, qui lyncas in luporum genere collocant. Habuiſſe ſe ex Aſſyria

gas *x.*, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat, multaque alia [1] monſtri ſimilia: [2] pennatos equos, cornibus armatos, quos pegaſos *y.* vocant: [3] crocotas *z.*, velut ex cane *a.* lupoque

Bb 5

1. Sic ex MSS. emend. Hard. conſent. Ch. monſtra. M. V. monſtro Gr. et Al. 2. *pinnatos. Ch.* 3. *Crocutas Gr. et Al.*

ria lyncem imprimis φιλάνθρωπον, Buſbequius refert, epiſt. 3. p. 64. quem vide. H.

x. Et ſphingas) Simiarum genus Aethiopicarum. Vide N. et Em. N. LVIII. (hic poſ.) *Sphingas*) Non omnino fabulis ſphingas accenſeri oportere, vt multi putant, non Agatharcides modo ſuadet apud Photium, et Strabo, L. XVII. p. 812. aliique veteres, ſed et iis recentior, oculatuſque teſtis Philoſtorgius, qui inter varia ſimiarum genera ſphingem a ſe viſam commemorat H. E. L. III. c. 11. p. 41. Καὶ μὲν ἡ σφὶγξ γένος ἐςὶ πιθήκων, (αὐτὸ γὰρ θεασάμενος γράφω) ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐςιν ὡς τοῖς ἄλλοις πιθήκοις· τὸ δὲ ςέρνον ἄχρι γε αὐτȣ͂ τȣ͂ τραχήλȣ ἐψίλωται, μάζȣς δὲ γυναικὸς ἔχει - - πρόσωπον ἐνεςρογγύλωται μᾶλλον, καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν. Quae Gothofredus interpres ſic vertit: *Sphinx ſimiae genus eſt, id quod conſpicatus ſcribo, cuius quidem reliquum corpus hirſutum eſt, vt aliarum ſimiarum: pectus vero ad collum ipſum vſque glabrum eſt: mammas muliebres habet - - facies vero rotunda pluſculum eſt, et in muliebrem formam vergit.* Plura de eo argumento Spanhem. L. de praeſtantia Numiſm. p. 210. H.

y. Quos pegaſos) Vide N. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Quos*) Nominum ſimilitudine Solinus deceptus videtur, ſcribens c. 30. p. 57. Aethiopici caeli alitem Pegaſum eſſe, cui equini nihil praeter aures ſit. Haec enim ad Scythicum alitem pertinent, quem Plinius fabuloſum eſſe pronunciat, L. X. ſ. 70. Aethiopicus pegaſus, de quo nunc ſermo, quadrupes eſt, non ales: neque aliud, quam de terreſtribus animalibus, inſtitutum ac ſuſceptum huiuſce voluminis argumentum eſt. H.

z. Crocutas, velut ex cane, etc.) Leg. *Crocottas velut ex cane lupoque conceptas, etc.* Mens Plinii eſt, *crocottas* mixtam ex lupo et cane formam habere, quaſi horum duorum animalium mixto

que [1] conceptos, omnia dentibus frangentes, protinuſque deuorata conficientes ventre: cercopithecos *b.* nigris capitibus, pilo [2] aſinino, et diſſimiles ceteris voce: Indicos boues vnicornes *c.*, tricorneſque: [3] leucrocotam [4] perniciſſimam feram *d.*, aſini fere

1. *Conceptas.* Ch. 2. *aſini.* Ch. 3. *Alii legunt, Leocrocutam, tum ex eo quod ſequitur, collo, cauda, pectore leonis: tum quia infra c. 30. crocutae quoddam genus facit ex leaena conceptum. Quam eorum coniecturam adiuuat. Ch. in quo leucocrotam, legitur* 4. *perniciosiſſimam. V. M. et Ch.*

xto ſemine conceptae eſſent. *Salmaſ.* pag. 337. a.

Crocotas) Vide N. et Em. N. LX. (hic poſ.) *Crocotas*) Prius editi *Crocutas.* Nos ita reſcripſimus ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et ex Agatharcide, L. de rubro mari, c. 39. cuius Graeca exſtant apud Phot. cod. 250. p. 1364. Ὅτι κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν Κροκόττας ἐςὶ μὲν ὀνομαζόμενος ὡς ἐκ λύκȣ καὶ κυνὸς σύνθετον, ἀμφοῖν δὲ ἀγριώτερον, καὶ πολλῷ βαρύτερον - - ὀδȣ̃σι δὲ καὶ κοιλίᾳ δυνατώτατον τῶν ἄλλων, etc. Heſych. item Κροκόττας, p. 562. Deſcribitur et a Dione, L. LXXVI. p. 860. Straboni tamen L. XVI. p. 775. niſi mendum eſt, Κροκȣ́ττας. H.

a. Velut ex cane) Crocottam ex cane lupoque hybridam eſſe docet etiam Artemidorus apud Strabonem, L. XVI. p. 775. Κροκȣ́ττας δ' ἐςὶ μίγμα λύκȣ καὶ κυνός. Adſtipulatur et Agatharcides apud Photium, et Diodorus, Bibl. L. III. p 168. H.

b. Cercopithecos) Simias caudatas, a πίθηκος et κέρκος. Galli *marmots* et *marmouſets* vocant. Sed hi Aethiopici a vulgaribus tum pilo, tum voce diſcrepant. H.

c. Indicos boues vnicornes tricorneſque.) Scribendum puto, *Indi equos vnicornes, tricorneſque.* Nam dictionem, *boues*, adiectitiam putamus: paulo enim poſt, boues Indicos reddit. De equis autem Indicis, Strabo libro XV. *Equos vbi vnicornes eſſe, ceruinis capitibus, etc.* Pint.

Indicos boues) In Aethiopia quoque hi generantur: ſicut alia multa, quae Indiae quondam peculiaria et propria fuerunt. H.

d. Leucrocutam perniciſſimam feram.) Quid ſi legas *Leocrocutam*, quaſi compactam ex leone et crocuta. Sequi

fere *e.* magnitudine, cruribus ceruinis *f.*: collo, cauda, pectore leonis, capite [1] melium *g.*, biſulca vngula, ore ad aures vſque reſciſſo, dentium loco oſſe perpetuo. Hanc feram *h.* humanas voces tradunt imitari. Apud [2] eoſdem *i.* et quae vocatur eale, magnitudine equi [3] fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra [4] vel fulua: maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habens, mobilia, quae alterna *k.* in pugna ſiſtit, variatque infeſta aut obliqua, vtcumque ratio monſtrauit. Sed atrociſſimos habet *l.* tauros

1. *Camelino*, *ex Sotino. V.* 2. *eos. M.* 3. *fluuialis.* 4. *fulua abundare videtur. ex Solino: maxillis. M. et Ch.*

Sequitur enim, *collo, cauda, pectore leonis.* Pint.

Leucrocotam) Ita MSS. omnes: Κροκόττας vocatur a Cteſia in libro de rebus Indicis, in fine operum Herodoti, p. 667. atque adeo ab ipſo Plinio, ſ. 45. huius libri, vbi ex hyaena concipi, et leaena Aethiopica dicitur. Haec porro Solinus iiſdem verbis, c. 52. p. 80. H.

e. Aſini fere) Niſi ſubſit in Solini contextu mendum, quod quidem ſubeſſe ſuſpicor, legi oporteret, *aſini feri, et clunibus ceruinis.* H.

f. Cruribus ceruinis.) Scribo, *Clunibus ceruinis*, ex vtroque exemplari, et item Solino capite 53. aſtipulante etiam Romana impreſſione. *Pint.*

g. Capite melium) Eſt, inquit, leucrocotae ea capitis figura, qualis eſt melibus, de quibus dicetur, ſ. 58. H.

h. Hanc feram) Hoc vero crocotae, de qua proxime habita mentio eſt, Agatharcides adſcribit, apud Photium, cod. 250. p. 1364. H.

i. Apud eoſdem) Aethiopas ſcilicet, vt ea quae ſubiicientur inferius, demonſtrabunt. De hac porro eale nihil vſquam legere me memini, niſi apud Solin. haec eadem tranſſcribentem, c. 52. p. 80. H.

k. Quae alterna) Solini haec paraphraſis, de cornibus eales: *Non rigent*, inquit, *ſed mouentur, vt vſus exigit praeliandi: quorum alterum, quocum pugnat, protendit: alterum replicat: vt ſi niſu aliquo fuerit alterius acumen obtuſum, acies ſuccedat alterius.* H.

l. Sed atrociſſimos habet.) Aethio-

ros ſilueſtres *m.* maiores agreſtibus *n.*, velocitate ante omnes *o.*, colore fuluos, oculis caeruleis, pilo in contrarium *p.* verſo, rictu ad aures dehiſcente, iuxta cornua *q.* mobilia: tergori duritia ſilicis, omne reſpuens vulnus. [1] Feras omnes venantur: ipſi non aliter,

1. *Feri.* D.

Aethiopia ſcilicet: Dictio enim haec ſuccurrit vna, cui verbum iſtud reſpondeat. Et ſane de tauris Aethiopiae eadem cum Plinio refert Diodorus, L. III. Bibl. p. 168. et Agatharcides apud Phot. l. c. vt ex alterutro hauſiſſe haec Plinius videatur, et Indiae Solinus temere adſcripſiſſe, l. c. H.

m. Tauros ſilueſtres maiores agreſtibus.) Potiorem lectionem ducimus, *Aggregibus*: aut ſi mauis, *congregibus*, quam *agreſtibus*. Nam differentiam inter ſilueſtres et agreſtes tauros, non ſatis intelligo. *Pint.*

n. Maiores agreſtibus) Agreſtes pro manſuetis nunc accipimus, quibus agros vulgo aramus: agri enim hac in re ſiluis appoſite ſatis opponi videntur. Et ſane Agatharcides, l. c. quos agreſtes Plinius vocat, ἡμέρȣς appellat, manſuetos et domeſticos. Strabo, L. XVI. p. 775. tauros Aethiopicos ἀγρίους, vocat, ſiue ſilueſtres, quos noſtris opponit, τοῖς παρ' ἡμῖν. Igitur *agreſtis* hoc Plinii loco, vt Gloſſae monent, non ἄγριος eſt, ſed ἄγροικος et χωρικὸς in agris et rure verſans. H.

o. Velocitate ante omnes.) Ante aues, non *ante omnes*, legendum colligitur ex Solino cap. 53. ſi caſtigatiora ipſe, quam nos, nactus eſt exemplaria. Alioqui quantum fidei homini habeamus, ſupra teſtati ſumus. *Pint.*

Velocitate ante omnes) Vide N. et Em. N. LXI. (hic poſ.) *Veloc.*) Solini paraphr. c. 52. p. 8. *Indicis tauris volucris pernicitas.* Inde conficere nititur Pintianus Pliniana verba refingi ſic oportere: *Velocitate ante aues.* Sed vereor vt impetret fidem. Volucrem Plinius pro celeri dixit. Et Agatharcides, τάχει δὲ ὑπερβάλλον, *genus hoc*, inquit, *taurorum, pernicitate antecellit*: Hoc tantum. H.

p. Pilo in contrarium) Pilo ad caput verſo. H.

q. Iuxtra cornua.) Hoc eſt, tauro aeque atque ei quae vocatur eale, de qua dictum eſt proxime. Solinus in paraphraſi loci huius: poſtquam ſcripſit de eale, de tauris haec deinde ſubnectit: *Hi quoque*, inquit, *circumferunt*

aliter, quam foueis capti, feritate ſemper *r.* intereunt. Apud eoſdem *s.* naſci Cteſias ſcribit, quam manticoram *t.* [1] appellat, triplici dentium ordine pectinatim [2] coëuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda ſcorpionis modo ſpicula infigentem: vocis, vt ſi miſceatur fiſtulae et tubae concentus: velocitatis magnae, humani corporis vel praecipue appetentem.

XXXI.

1: *Appellant. V.* 2. *coëunti. V.*

runt cornua flexibilitate qua volunt, etc. H.

r. Feritate ſemper) Quoniam delapſi in foueas, alioue capti dolo, irae impotentia ſe praefocant, inquit Diodor. Bibl. L. III. p. 168. H.

s. Apud eoſdem) Aethiopas ſcilicet: Nam Aethiopici quoque caeli animal mantichoram eſſe, Iuba admonuit, vt Plinius refert, ſ. 46. huius libri. Quamquam in Excerptis Cteſiae, quae nunc exſtant, Indiae illud adſcribitur: quod et Cteſiae librum eum ſequutus facit et Ariſtot. H. A. L. II. c. 11. Pauſanias, Boeot. L. IX. p. 573. Aelian. H. A. L. IV. c. 21. Solin. c. 52. p. 80. aliique. Cteſiae Graeca exſtant apud Phot. in Bibl. cod. 73. p. 146. Καὶ περὶ τȣ̃ Μαρτιχόρα τȣ̃ ἐν αὐτοῖς (de Indis proxime ante mentio) ὄντος θηρίȣ· ὡς τὸ πρόσωπον ἐοικὸς ἀνθρώπῳ· μέγεθος μὲν ἐστιν ὥσπερ λέων, καὶ χρόαν ἐρυθρὸς ὡς κιννάβαρι. — τρίστιχοι δὲ ὀδόντες, et reliqua, quae totidem fere verbis Plinius habet, ceterique ſcriptores proxime appellati ſuis pariter intexuere libris. H.

t. Manticoram) Pauſanias in Boeoticis vocat Martioram: Philoſtratus in Apollonio, Martichoram. Idem Cteſias, e quo Plinius hanc fabulam ad verbum ſumpſit, vaniſſimus homo Pygmaeos, Steganopodas, Pegaſos, Sphinges impudenti mendacio poſteritati tradidit. Brod. c. 24. lib. V. *Dalec.*

Mantichoram) Ita MSS. omnes, ipſeque Ariſt. Hiſt. L. II. p. 189. Μαντιχώραν vocat Cteſias ante laudatus, niſi error librariorum eſt Μαρτιχόραν, eamque vocem id Indis ſonare ait, quod Graecis ἀνθρωποφάγος. Philoſtrat. de vita Apoll. L. III. c. 14. p. 150. Μαρτιχώραν. H.

XXXI. In India *u.* et boues ſolidis vngulis, vnicornes *x.*: et feram nomine axin *y.*, [1] hinnulei pelle *z.*, pluribus [2] candidioribuſque maculis, [3] ſacrorum *a.* Liberi Patris. [4] Orſaei Indi *b.* ſimias candentes *c* toto corpore venantur. Aſperrimam autem feram monocerotem *d.*, reliquo corpore equo ſimilem,

1. *Inulei. Ch. hinnuli Gr. et Al.* 2. *candidioribus mac. M.* 3. *ſic et Ch. ſacram Liberi Patris Gr. et Al.* 4. *ſic et Ch. Orſei Gr.*

u. In India) Hactenus de Aethiopia: nunc ad quadrupedes Indico ſub caelo genitas tranſilit oratio. Boues Indiae vnicornes laudat etiam Solinus, l. c. H.

x. Vnicornes) Vnicornes et Aſini Indici et Oryges, infra cap. 46. lib. XI. ad quem locum ſeptem animalium genera vnico armata cornu adnotauimus. *Dal.*

y. Axin.) Quidam eam eſſe volunt e qua fit moſchus, ſuauiſſimum et pretioſiſſimum odoramentum: vulgo *Chat de Muſc.* Dal.

z. Hinnulei pelle) Vide N. et Em. N. LXII. (paulo poſt) Porro de axi hac Aethiopica nihil adhuc compertum. *Hinnulei etc.*) Ita MSS. omnes, non vt editi *hinnuli.* Ita Horatius ipſe, *Vitas hinnuleo me ſimilis Chloe.* Mox item, *Sacrorum Liberi Patris* reſcripſimus, eorumdem MSS. et Parmenſis, aliarumque vetuſtarum editionum admonitu: quas neglexit Hermolaus, vt *ſacram* ſcriberet: qua caſtigatione recepta *Libero Patri* ſcribendum fuit non *Liberi Patris:* Neque enim Rob. Stephanum moror, quem Barbarus in fraudem impulit, vt in Theſauro Latinae Linguae copulari recte affirmaret, *ſacer*, cum genitiuo,: id huius vnius loci, ſed deprauati, vt vidimus, auctoritate ſtabiliret. H.

a. Sacrorum) Hoc eſt, eius Dei ſacris priuatim dicatam. Vide Not. et Em. N. cit. H.

b. Orſaei Indi) Indos Nyſaeos hoc loco intelligendos eſſe putat Aldrouand. de quadrup. L. I. p. 405. idque ex Ligorii nummo colligit, cuius epigraphen legit ΝΥΣΣΕΩΝ cum monocerote ex auerſa parte. Viri errorem in hac epigraphe legenda detegit Spanhem. in diſſ. de vſu num. p. 138. poſt Reineſ. varr. lectr. L. XI. c. 2. H.

c. Simias candentes) De hoc ſimiarum genere multa Philoſtratus, de vita Apoll. L. III. c. 1. p. 111. H.

d. Monocerotem) Diuerſa plane

lem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duûm *e.* eminente. Hanc feram *f.* viuam negant capi.

XXXII. Apud Heſperios Aethiopas fons eſt Nigris, vt plerique exiſtimauere, Nili caput: [1] argumenta, quae diximus *g.*, perſuadent: iuxta hunc fera appellatur catoblepas *h.*, modica [2] alioquin, ceteriſque membris iners *i.*, [3] caput tantum praegraue

1. *Sic et M. vt argumenta Gr. et Al.* 2. *alioqui. Ch.* 3. *caput eius tantum. V.*

plane haec fera eſt ab aſino Indico, quamquam et ipſe monoceros ſiue vnicornis eſt, et ſolidipes: non vt iſta, elephantinis pedibus. Diuerſam vtriuſque animalis deſcriptionem habet Manuel Phile, L. de propr. animal. p. 86. et 90. Hanc vero quam Plinius refert, totidem verbis mutuatus eſt ab eo Solinus, c. 52. p. 80. Rhinocerotem porro cum monocerote caue confundas: Geſtat in nare cornu ille, iſte in fronte. Monocerotem in ſuperioris Aethiopiae iugis crebro reperiri Marmolius eſt auctor, a quo ea fera deſcribitur accurate, L. I. c. 23. p. 65. Noſtris, *la Licorne.* H.

e. Cubitorum duûm) Vide N. et Em. N. LXIII. (hic adi.) *Vno*) Male Solinus hanc cornus longitudinem quatuor pedibus emenſus eſt, c. 52. p. 80. perinde quaſi cubitus duos pedes contineret. Nam ſeſquipedi par eſt cubitus, auctore Vitruuio L. III. c. 1. p. 39. hoc eſt, pedem cum dimidio aequat, colligens digitos quatuor et viginti, quum pes ipſe duodecim conſtet. H.

f. Hanc feram) De aſino Indico, qui pariter monoceros eſt, id quoque Cteſias refert l. c. et ex Cteſia Aelianus, H. A. L. XVI. c. 20. H.

g. Quae diximus) L. V. ſ. 10. H.

h. Catoblepas.) Eadem de Gorgone animante prodit Athenaeus ſub finem lib. V. *Dal.*

Catoblepas.) Iiſdem fere verbis totus hic locus a Solino repetitur c. 30. p. 56. Haec fera capitis immodici pondere praegrauatur, adeo vt numquam humi non deſpiciat: vnde et illi nomen: nam κάτω *deorſum* eſt, et βλέπειν *aſpicere.* H.

i. Iners) Vide N. et Em. N. LXIV. (paulo poſt) Hanc huius

graue aegre ferens: id deiectum ſemper in terram: alias internecio humani generis, omnibus qui oculos eius videre confeſtim exſpirantibus.

XXXIII. Eadem et baſiliſci ſerpentis *k.* eſt vis. Cyrenaica hunc generat prouincia, duodenûm non amplius digitorum *l.* magnitudine, candida in capite macula, vt quodam [1] diademate inſignem. Sibilo

1. Diademate inſigne. M. inſigni. V. diadematis inſigni.

XII. *Gr.*

huius ferae deſcriptionem ſumſiſſe Plinius non videtur ex Alexandro Myndio, qui de ea multa prolixe ſcripſit L. II. de pecudibus et quadrupedibus, vt auctor eſt Athenaeus, L. V. p. 221. Accuratior paulo ea eſt, quam tradit Aelian. H. A. L. VII. c. 5. *Modica)* Mallet Pellicerius in Not. MSS. *non iners:* vt ſententia foret, cetera quidem huius ferae membra eſſe modica, ſed eorum tamen miniſterio ſatis agiliter et commode vti, excepto capite. Verum huic coniecturae repugnant Solinus, et libri omnes. H.

k. Baſiliſci ſerpentis) Hunc iiſdem verbis Solinus deſcribit, c. 27. p. 53. et Nicander in Theriac. p. 28. H.

l. Duodecim non amplius digitorum) Aëtio παλαιςῶν τριῶν quod cum Plinio conuenit. Dal.

Duodenûm non amplius) Vide N. et Em. N. LXV. (hic adi.) *Duodenûm)* In MS. Par. *duodecim.* In aliis omnibus libris, XII. Conſentit Nicander in Theriacis, p. 28. vbi baſiliſcus deſcribitur: ἐπὶ τρία δῶρα Φέρων μῆκός τε καὶ ἰθὺν, *cui menſura moduſque tripalmis.* Doron enim palmus eſt: habet autem palmus quatuor digitos, vt ait Vitruu. L. I. c. 1. p. 40. Palmus, inquam, non maior, qui σπιθαμὴ a Graecis vocatur, de quo nos agemus L. ſq. ſ. 17. Sed minor, qui παλαιςὴ, hoc eſt, menſura, vt diximus, quatuor digitorum, vt ſunt in manu coniunctorum, ſine pollice. Vnde Aetius, L. XIII. c. 33. παλαιςῶν τριῶν longitudinem baſiliſco tribuit, hoc eſt, palmarum trium, ſiue 12 digitorum. At in corruptos Plinii codices incidiſſe Solinum neceſſe eſt non confiteri, eo quod quum de eodem baſiliſco ſcribens, c. 27. p. 52. *Pare, inquit, ad ſemipedem longitudinis.* Duodecim enim digitis pes ipſe conſtat: vnde ſemipes VI. colliget. H.

bilo omnes fugat ſerpentes *m.*: nec flexu multiplici, vt [1] reliquae, corpus impellit, ſed celſus et erectus [2] in medio incedens. *n.* Necat [3] frutices, non contactos modo, verum et afflatos: exurit herbas, rumpit ſaxa. Talis vis malo eſt. Creditum *o.* quondam, ex equo [4] occiſum haſta, et per [5] eam ſubeunte vi, non equitem modo, ſed equum quoque abſumtum. [6] Atque huic tali monſtro (ſaepe enim [1] ene-

1. *Reliqua. Ch.* 2. *a medio, ex Solin.* 3. *frutices: non contactas. M. V. et afflatus exurit herbas. M.* 4. *ſic et V. et Ch. occiſo Gr. et Al.* 5. *ſubeuntem. Ch.* 6. *Atque, et enectum, in M. deſideratur. Atque tantum in Ch.*

m. Sibilo omnes fugat ſerpentes) Similis ἱερὸς ὄφις in Aſia, cuius meminit Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκȢσμ. Vide infra cap. 4. lib. XXIII. *Dal.*

Sibilo omnes) Aelianus id quoque, H. A. L. II. c. 7. ex Archelao. Lucanus eleganter L. IX. v. 724. *Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes, Ante venena nocens, late ſibi ſummouet omne Vulgus, et in vacua regnat baſiliſcus arena.* H.

n. Sed celſus et erectus in medio incedens) Legend. *Sed celſus et erectus medio incedens*: id eſt, media parte. Scribit enim Plinius baſiliſcum media parte corporis ſerpere, media erectum et celſum incedere. *Salmaſ.* pag. 371. b. Et circa finem lege: *inferciunt eas cauernis*: per vim ſcilicet eas inſulciunt intrare nolentes. Vulgo legitur *iniiciunt. Salmaſ.* pag. 372. a.

In medio incedens) Solini paraphraſis: *Quum mouetur, media corporis parte ſerpit, medius arduus eſt et excelſus.* H.

o. Creditum) Creditum olim, baſiliſcum ab homine ex equo occiſum: ac ſtatim ſubeunte per haſtam veneno, cum equo equitem ſimul abſumtum. Vide N. et Em. N. LXVI. (hic poſ.)

Creditum) Scripſimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. *Creditum quondam ex equo occiſum*, ſubintellige, baſiliſcum; prius *occiſo* legebatur: quod quidem tolerari vtcumque potuit, praeſertim ſi legeretur, vti olim coniiciebamus, *quodam ex equo occiſo*. Sed priore emendatione recepta, fides gemina hac voce, *creditum*, exprimitur: prior

[1]eneƈtum concupiuere reges videre) muſtelarum *p.* virus exitio eſt: adeo naturae nihil placuit eſſe ſine [2]pari. *q.* [3]Iniiciunt eas cauernis *qq.* facile cognitis, [4]ſoli tabe *r.*: necant [5]illae *s.* [6]ſimul odore, moriunturque, et naturae pugna conficitur.

XXXIV. (XXII.) Sed in Italia *t.* quoque creditur lu-

1. *Erectum. M. eneƈtum. V. erutum. Quidam.* 2. *pare. Ch.* 3. *Interficiunt eos. M. interficiunt has. Ch.* 4. *ſic V. et Ch. ſola tabe Gr.* 5. *illi. V.* 6. *ſimul naturali odore, morituraeque. (Alii, et periturae naturae. M.) pugnam conficiunt, moriunturque, et interiturae pugnam conficiunt in V.*

prior ad ſimplicem hiſtoriae narrationem pertinet: ſequens, ad miraculum. H.

p. Muſtelarum) Gallis, *Bellettes.* Pariter haec Solinus habet, c. 27. p. 53. H.

q. Sine pari) Sine aemulo. H.

qq. Iniiciunt eas cauernis, facile cognitis ſola tabe) Apogr. Tolet. *Facile cognitis ſoli tabe*; eximie. Solinus capite 29. *Nec hominum tantum aliorumue animalium exitio datum, ſed terrae quoque ipſius; quam polluit, et exurit, vbicumque ferali ſortitur receptaculum.* Pint. *Iniiciunt eas cauernis, facile cog.)* Iniiciunt eas, muſtelas ſcil. regiae cupiditatis mercenarii miniſtri. Alioqui mihi non ſit veriſimile, muſtelam eſſe adeo nocendi auidam, vt vltro latebras baſiliſci perveſtiget, et vel cum certa ſua pernicie tam dirum monſtrum laceſſere non dubitet. *Gelen.*

r. Soli tabe) Ex ſqualenti ſpecie telluris *circumpoſitae.* Hoc eſt, non herbida laetave tellure, ſed exeſa, ſqualentique, ob virulentum incolae ſerpentis afflatum. Vide N. et Em. N. LXVII. (hic adi.) *Iniiciunt)* Impreſſi ad hunc diem libri, *ſola tabe.* Nos ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. Pintianoque ipſo fauente, *ſoli tabe*, hoc eſt, exuſta tellure. Nam vt Solinus paraphraſtes ait, animal id eſt, *Non hominum tantum aliorumue animalium exitio datum, ſed terrae quoque ipſius, quam polluit et exurit, vbicumque ferale ſortitur receptaculum.* H.

s. Necant illae) Serpentes incerti ſunt generis: variaeque idcirco, nunc virili, muliebri nunc quoque efferuntur ſexu. H.

t. Sed in Italia) Hoc ita Solinus accepit, perinde ac ſi foret lupis Italiae caelo geni-

luporum u. viſus eſſe noxius: vocemque homini x., quem priores [1] contemplentur, adimere ad praeſens. Inertes hos paruoſque Africa et Aegyptus gignunt: aſperos truceſque frigidior plaga. Homines in lupos y. verti, [2] rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe z. confidenter exiſtimare debemus, aut

Cc 2 cre-

1. *Contemplantur.* V. 2. *rurſuſque.* Ch.

genitis peculiare ac proprium, non commune cum ceteris, c. 2. p. 15. *Italia lupos habet*, inquit, *et quod cum ceteris ſimile non ſit: homo, quem prius viderint, conticeſcit, etc.* H.

u. Creditur luporum) Credatur id ſane vel ab imperita plebe, vel a credulis nimium vatibus: Negant certe hac aetate Philoſophi non mediocris notae, id ratione vlla, vlloue experimento comprobari. Quamquam Seruius ad eum Maronis verſum, Ecl. 9. — *Vox quaeque Moerim Iam fugit ipſa, lupi Moerim videre priores: Hoc enim Phyſici confirmant*, inquit, *quod voce deſeratur is, quem prior viderit lupus. Vnde etiam prouerbium hoc natum eſt*, Lupus eſt in fabula: *quoties ſupervenit ille, de quo loquimur, et nobis ſua praeſentia amputat facultatem loquendi.* Quamquam et hoc ipſum ex Platone ἐν ταῖς πολιτείαις refert Geopon. auctor. L. XV. c. 1. p. 403. Vide Scalig. Exercit. 344. p. 1074. Fortun. Licetum, etc. H.

x. Vocemque homini) Virgil. Bucolicis: *vox quoque Marim Iam fugit ipſa: lupi Marim videre priores.* Vide prouerbium, Lupus in fabula. *Dal.*

y. Homines in Lupos verti) Animi is morbus eſt, ac melancholiae genus, quod λυκανθρωπίαν medici vocant. Aët. II. VI. Arabes Charab. Auicen. 3. I. *Dal.*

Homines in lupos) Λυκάνθρωποι dicuntur ii, qui ludificationibus daemonum, magiciſque artibus in luporum ſe vertunt imagines. Id contigiſſe prope Coloniam Vbiorum, exuſto ſententia iudicium eo qui lupi effigiem, quum luberet, ſic induebat, ante decem annos quam ſcriberet Martin. Delrio, ipſe teſtatur ex iudicialibus actis, Diſqq. Magg. L. II. c. 18. p. 99. vbi de eo argumento plura. Vide et Olaum Magnum, L. XVIII. tribus poſtremis capitibus totis. H.

z. Falſum eſſe) Mela Pomp. L. II. c. 1. p. 38. ſic ſcripſit. *Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt, quo, ſi velint,*

credere omnia, quae fabuloſa tot ſaeculis comperimus. Vnde tamen iſta vulgo infixa [1] ſit fama in tantum, [2] vt in maledictis verſipelles *a.* [3] habeat, indicabitur. Euanthes inter auctores Graeciae *b.* non ſpretus, tradit Arcadas ſcribere *c.*, ex gente [4] Anthi *d.* [5] cuiuſdam, ſorte familiae lectum, ad ſtagnum

1. *Sunt. Ch.* 2. *vt maledictis in verſipelles abeat. Ch. vt in maledicta verſipellis abeat. Quidam.* 3. *habeant. V.* 4. *ſic et Ch. Antaei Gr. et Al.* 5. *cuiuſdam familiaque alectum. V.*

lint, in lupos, iterumque in eos, qui fuere, mutentur. H.

a. Verſipelles) Plautus in loco ſtatim adducendo. *Dal.*

Verſipelles) Verſipelles dicti ſunt, quolibet genere ſe commutantes, inquit Nonius, c. 1. p. 503. vbi et illud Plautinum adducit, ex prologo in Amphitruonem, v. 123. *Ita verſipellem ſe facit, quando lubet.* Et in Bacchid. act. 4. ſc. 4. v. 10. *Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui et bene et male facere tenet: Improbis cum improbus ſit, harpaget: furibus furetur quod queat: Verſipellem, frugi conuenit eſſe hominem pectus cui ſapit: Bonus ſit bonis, malus malis: vtcumque res ſit, ita animum habeat.* Vnde verſipelles dicti, qui mores, ceu pellem vertunt, mutantque, inſtar τῶν λυκανθρώπων. Haec vox et apud Petronium exſtat in fragmm. p. 240. vbi de homine, qui magica arte lupi formam induerat: *Intellexi*, inquit, *illum verſipellem eſſe, nec poſtea cum illo panem guſtare potui: non, ſi me occidiſſes.* In R. 1. 2. Colb. Par. *vt maledictis verſipelles habeat.* Vide Buſbeq. ep. 1. fol. 30. H.

b. Auctores Graeciae) Vide Pauſaniam initio lib. IX. *Dal.*

c. Tradit Arcades ſcribere.) Plautus in Amphitruone: *Nam verum eſt, quod olim eſt auditum, Fabularier, mutatos Anticos in Arcadia homines: Et ſaeuas belluas manſitaſſe, nec vmquam denuo parentibus Cognitos.* Videatur et Pollet. hiſt. for. Rom. lib. II. in fine. *Dal.*

Tradit Arcadas) Tradit hoc ipſum Auguſtinus ex Varronis relatu, L. XVIII. de civit. c. 17. H.

d. Ex gente Anthi) Senſus eſt, gentem Anthiam ex familia ſua ſortito elegiſſe, qui duceretur ad ſtagnum. Vide N. et Em. N. LXVIII. (hic adi.) *Ex)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. non vt libri editi ad hunc diem, *Antaei.* Ita ſane legiſſe videtur interpolator Plautinae fabulae, cui

gnum quoddam regionis eius duci, veſtituque in quercu ſuſpenſo [1] tranſnatare, atque abire in deſerta, transfigurarique in lupum et cum ceteris eiuſdem generis congregari per annos IX. Quo in tempore ſi homine ſe abſtinuerit, reuerti ad idem ſtagnum: et quum [2] tranſnatauerit, effigiem [3] recipere, ad priſtinum habitum addito nouem annorum ſenio. Id quoque Fabius *e.* eamdem recipere veſtem. Mirum eſt [4] quo procedat Graeca credulitas! Nullum tam impudens mendacium eſt, vt teſte careat. [5] Itaque Agriopas, qui Olympionicas *f.* ſcripſit, narrat Demaenetum *g.* Parrhaſium *h.* in ſacrificio,

1. *Sic et Tol. tranare Gr et Al.* 2. *ſic et Tol. tranaverit Gr. et Al.* 3. *recuperare. M.* 4. *quam. V.* 5. *Iſa Copas qui Olympionicas. M. Itaque Copas qui Olympionica ſcripſit, narrat. V.*

cui Amphitruo nomen eſt, act. 4. Scena 2. *Dii veſtram fidem*, v. 3. vbi ad hoc alludens: *Iam veru 'ſt*, inquit, *quod olim eſt auditum Fabularier, mutatos Anticos in Arcadia homines*, *etc.* Mox etiam ex iiſdem codicibus praeter Chiffl. et ex Tol. ſcripſi, *tranſnatare*, et *tranſnatauerit*, pro *tranare* et *tranauerit.* H.

e. Id quoque Fabius) Vide N. et Em. N. LXIX. (hic adi) *Id q.*) Mira hoc loco conſenſio codicum, quos vidimus. Verum quum Latini ſcriptoris nomen locum hunc non admittere Pellicerius ſuſpicetur in Nott. MSS. ob ea, quae de Graeca credulitate ſubiiciuntur, legi putat oportere, *Addit quoque fabuloſius*, idem Euanthes ſcilicet. Nos, ſi faueant alii codices, ſcripſerimus libentius, *id quoque additur*, vel, *id quoque falſius.* In Parmenſi editione, et vetuſtis aliis ante Gelenium, legitur, *Addit quoque Fabius*: Quid ſi legendum quiſpiam ſuſpicetur: *Addit quoque fabulis*? quia ſequitur, *Mirum quo procedat Graeca credulitas.* H.

f. Olympionicas) Olympia ſunt ipſa certamina: Olympionicae vero, certaminum victores: οἱ ὀλυμπιονίκαι. Horum nomina vide apud Euſebium Scaligeri, p. 347. H.

g. Demaenetum Parrhaſium) Demarchum vocat Pauſanias in Eliacis, narratque

ficio, quod Arcades Ioui Lycaeo *i.* humana [1] etiam tum hoſtia faciebant *k.*, immolati pueri exta deguſtaſſe, et [2] in lupum ſe conuertiſſe *l.*: eumdem decimo anno reſtitutum athleticae *m.*, [3] certaſſe in pugilatu, victoremque Olympia *n.* reuerſum. Quin et caudae *o.* huius animalis creditur vulgo ineſſe amatorium

1. *Etiam cum. V.* 2. *ſic et M. et Ch. ſe del. Gr.* 3. *reſtitiſſe i. p. victoremque victoria Olympica. M. V. ſic et Ch. niſi quod habet, reſtituiſſet. Lego, reſtitutum, athletico certamine in pugilatu, victorem Olympiis reuerſum.*

que Olympiae ſtatuam ei poſitam cum hac inſcriptione: *Dinytta genitus Demarchus dedicat hancce Effigiem, Arcadico Parrhaſius genere.* Dal.

Demaenetum) Totidem plane verbis recitat haec Auguſtinus l. c. Ex quibus Pauſanias emendandus, qui Demarchum hunc pro Demaeneto nuncupat. H.

h. Parrhaſium) Ex Parrhaſia Arcadiae oppido, de quo L. IV. ſ. 10. p. 420. H.

i. Ioui Lycaeo) Auguſt. de ciu. L. XVIII. c. 17. *Nec Varro*, inquit, *propter aliud arbitratur in Arcadia tale nomen affictum Pani Lycaeo, et Ioui Lycaeo, niſi propter hanc in lupos hominum mutationem, quod eam niſi vi diuina fieri non putarent. Lupus enim Graece λύκος dicitur, vnde Λυκαίου nomen apparet inflexum.* H.

k. Humana etiam tum hoſtia faciebant) Hoc eſt, nondum immanitate illa, quae poſtea miteſcentibus ſeculis exoleuit, abolita. H.

l. Se conuertiſſe) Se addidimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. etc. Auguſtinus: *in lupum fuiſſe mutatum.* H.

m. Reſtitutum Athleticae, etc. victoremque Olympia, etc.) Sic Horatius: *Magna coronari quis victor Olympia.* et Athleticae, eſt τῇ Ἀθλητικῇ. *Gelen.*

Reſtitutum Athleticae) Vide N. et Em. N. LXX. (hic confp.) *Eumdem)* Ita R. 1. aliique. At numquid rectius, *reſtitutum*, humanitati ſcilicet priſtinae, *athletice certaſſe in pugilatu.* H.

n. Victoremque Olympia) Vel id oppidi nomen, de quo L. IV. ſ. 6. vel *Olympia*, dictum pro *Olympiis*, ludis ſcilicet ac certaminibus: qua de forma loquendi plura dicemus, L. XXXV. ſ. 40. n. 32. H.

o. Quin et caudae) Haec Solinus tranſſcripſit totidem a Plinio verbis, c. 2. p. 15. *Specta-*

torium virus exiguo in villo: eumque, [1] quum capiatur, abiici: nec idem pollere, niſi viuenti direptum. Dies, quibus coëat *p.*, toto anno non amplius xii. Eumdem in fame veſci terra. *q.* Inter

1. *Qui capiantur abiicere.* M.

Spectatiſſimum illud eſt, inquit, *Caudae animalis huius villus amatorius ineſt perexiguus, quem ſpontiuo damno amittit, quum capi metuit: nec habet potentiam, niſi viventi detrahatur.* Amatorium ſimpliciter, vel cum adiecto, virus amatorium, poculumue dicitur, quod ad amoris impellit inſaniam. Inter ea, quae diſputari ſolent, ponit Quintilianus, L. VII. c. 4. et 9. ac L. VIII. c. 5. an amatorium venenum ſit, nec ne. H.

p. Dies quibus coeat.) Subintellige ex ſuperiori periodo, Vulgo creditur: id enim pro incomperto et fabuloſo ipſe refert, vt et Ariſtot., qui H. A. L. VI. c. 35. p. 783. *Fertur*, inquit, *de lupi partu, ad fabulam proxime, lupos omnes intra duodecim dies parere:* Λέγεται δέ τις περὶ τοῦ τόκου λόγος πρὸς μῦθον συνάπτων· Φασὶ γὰρ ἅπαντας τοὺς λύκους ἐν δώδεχ' ἡμέραις ἐνιαυτοῦ τίκτειν. Quod autem de partu Ariſtoteles prodidit, id de coitu refertur a Plinio: ſatis appoſite: nam ſi certa ſint ſtatutaque his tempora vtero ferendi, ſi duodecim dierum ſpatio pariunt, totidem diebus coire neceſſe eſt. At Solinus pro comperto et indubitato narrat, quod ceteri fabuloſum putarunt: *Coeunt lupi*, inquit l. c. *toto anno non amplius dies XII.* Solinum ſequitur Albertus M. de anim. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 601. Non ita porro rem accepit Aelianus, quuemadmodum ceteri: ſed lupas dixit aegre partu ſolui, diebuſque ac noctibus continuis duodecim parere, H. A. L. IV. c. 4. Οὐ ῥαδίως οἱ λύκοι τὴν ὠδῖνα ἀπολύουσιν, ἀλλ' ἐν ἡμέραις δώδεκα, καὶ νυξὶ τοσαύταις H.

q. Veſci terra) Solinus: *Veſcuntur in fame terram.* Ariſtotelis verba ita ſe habent, H. A. L. VIII. c. 9. p. 899. Τοὺς λύκους φασὶν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν τινὰ γῆν, μόνον δὴ τοῦτο τῶν ζώων. *Lupos aiunt eſurientes certam terram deuorare, idque huic vni euenire animali.* Plinius, eiuſque ſimia, Solinus, illud τινὰ neglexit. Expreſſit vero Albertus loco proxime citato: *Famelici lupi*, inquit, *aliquando terra ſatiantur, quae glis vocatur.* Gloſ-

auguria ad dexteram commeantium *r.* praeciſo itinere, ſi pleno [1] id ore fecerit, [2] nullum omnium praeſtantius. Sunt in eo genere, qui ceruarii *s.* vocantur, qualem e Gallia in Pompeii Magni arena ſpectatum diximus. Huic quamuis *t.* in fame mandenti, ſi [3] reſpexerit *u.*, obliuionem cibi [4] ſubrepere aiunt, digreſſumque quaerere [5] aliud.

XXXV. (XXIII.) Quod ad ſerpentes attinet *x.*, vul-

1. *Odore. N.* 2. *nullum homini. Tol. V. mullum quidam. nullum hominum. Ch. Alii nullum omnino.* 3 *ſic et Ch. reſpexit Gr. et Al.* 4. *ſic et M. et Ch. ſurripere Gr et Al.* 5. *alium. D.*

Gloſſae Iſidori: *Glis, glitis, humus tenax.* Quod ad augurium ſpectat, ex occurſu lupi, feliciſſimum id olim habitum ſcilicet, eo certe reſpexiſſe Petrus Bleſenſis videtur, ep. LXV. *Qui de iocundo*, inquit, *gloriantur hoſpitio, ſi eis lupus occurſaverit, aut columba*, etc. H.

r. Inter auguria ad dexteram commeantium) Lupum ad dexteram euntem ore pleno, feliciſſima promittere aiunt. Prodigioſum fuit Lupos in Capitolio vidiſſe. Lupus ingreſſus caſtra, et obuiis laceratis egreſſus incolumnis, exitium Romanis portendit inſigne. Lupi in foro viſi incolumes euaſerunt. Id ſignificauit armis opreſſam iri patriam. In Africa lupi metas, quibus ager deſignabatur, diſſipantes, ne colonia deduceretur effecere, Alex. ab Alex. cap. 13. lib. V. et Iul. Obſeq. de prodig. *Dalec.*

s. Qui ceruarii) Loups cerviers. De his egimus c. 19. H.

t. Huic quamuis) Solin. c. 2. p. 15. *At hi quos ceruarios dicimus, quamuis poſt longa ieiunia repertas aegre carnes mandere ceperint, vbi quid caſu reſpiciunt, obliuiſcuntur, et immemores praeſentis copiae, eunt quaeſitum, quam reliquerant ſatietatem.* H.

u. Si reſpexerit) Si retro adſpexerit. Ita reſcripſimus ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. et mox *ſubrepere* ex iiſdem, pro *reſpexit*, et *ſurripere*. H.

x. Quod ad ſerpentes attinet, etc.) Leg. *Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem eius pleraſque terrae habere in qua occultentur:* pleraeque ſerpentium eius terrae in qua deliteſcunt colorem praeferunt, inter eas maxime hammodytes. *Salmaſ.* 343. b. *Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem pleroſ-*

vulgatum eſt colorem *y.* eius [1] pleraſque terrae *z.* habere, in qua occultentur. Innumera eſſe genera. 1. Ceraſtis *a.* corpore eminere cornicula ſaepe quadrigemina: quorum motu, reliquo corpore [2] occultato *b.*, ſollicitent ad ſe aues. 2. Geminum caput amphisbaenae *c*, [3] hoc eſt, et a cauda, tam-

1. *Sic et M. et Ch. earum pleraſque terrarum, in quas. V. colorem pleroſque terrae habere, qua oc. Gr. et Al.*
2. *occulto. Ch.* 3. *ſic et Tol. et Ch. hoc eſt ad caput et ad caudam Gr. et Al.*

pleroſque terrae habere, qua occultentur) Ambo codices ad veram lectionem propius accedentes, ſic habent, *Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem eius pleraſque terras habere in qua occultentur.* Vnam tantum literam ſi mutaueris, et *terrae* pro *terras* ſcribas, veriſſimam elicies ſcripturam: docente id Nicandro in Theriacis, tradente accidere, quod hic prodit Plinius, ſerpentibus ſepedoni et ſepi. Scribit hoc ipſum et Oppianus de leporibus, lib. Cynegeticωn quarto. *Pint.*

y. Colorem) Colorem eius terrae pleraſque ſerpentes habere, etc. A terris, inquit, in quibus lateant, colorem pleraeque ſerpentium mutuantur. Plinio adſtipulatur Nicander in Theriac. p. 27. de amphiſbaena, cui cutis aemula terrae, χροίη γε μὴν ἤυτε γαίης. H.

z. Pleroſque terrae, etc) Praeſertim Sepa et Sepedona. Nicander in Theriacis. *Dalec.*

a. Ceraſtis) Ex Plinio eadem Solinus, c. 27. p. 51. Nicander in Theriacis p. 19. Εὖ δ' ἂν καὶ δολόεντα μαθοις ἐπιόντα κεραςὴν, Ἠΰτ' ἔχιν τῷ γάρ τε δομὴν ἰνδάλλεται ἴσην· Ἤτοι ὁ μὲν κολός ἐςιν· ὁ δ' αὖ κεράεσσι πεποιθὼς, Ἄλλοτε μὲν πιτύρεσσι, τότ' ἐν δοιοῖσι Κεραςής. Hoc eſt, Gorraeo interprete: *Nunc facile agnoſcas inſtructum fraude ceraſten: Viperea hic forma eſt, et imagine cretus eadem. Sed tamen haec mutila eſt: is fretus ſaepe quaternis Cornibus, aut binis, atque hoc diſcrimine notus.* H.

b. Occultato) Vel vt MSS. *occulto.* Solinus: *Reliqua corporis de induſtria arenis tegunt.* H.

c. Amphiſbaenae) Lucanus. L. IX. v. 719. *Et grauis in geminum ſurgens caput amphiſbaena.* Vide N. et Em. N. LXXI. (hic poſ.) *Geminum)*

quam parum eſſet vno ore fundi venenum. Aliis 1 ſquamas *d.* eſſe, aliis picturas: omnibus exitiale virus. 3. Iaculum *e.* ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tantum 2 pauendas ſerpentes *f.*, ſed et miſſili *g.* vola-

1. Squamam. M. *2. ſic et M. et. Ch. cauendas Gr.*

num) Sequuti ſumus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. Tol. etc. Et certe ſatis fuit ita dicere: nam ſi et a cauda quoque caput habet, et alterum ſuo loco, vt Solinus ait, fuiſſe intelligitur. Et parum apta oratio alioqui foret, *Geminum ei caput, alterum ad caput:* quid enim eſt, *caput ad caput?* Et tamen impreſſi libri ſic habent, *hoc eſt, ad caput et ad caudam.* Id porro ſerpentis genus amphiſbaenae ſortitur nomen, non quod geminum reapſe caput habeat, vt pleriſque veterum viſum eſt, Nicandro in primis: is enim in Theriacis p. 27. ἀμφικάρηνον vocat: ſed quod vtraque ex aequo parte nitibunda ſerpat, vt ait Solinus, hoc eſt, non capite modo inuerſo ingrediatur, vt cetera, verum etiam, quum lubet, et a cauda greſſum incipiat, vtrimque ſic aeque gradiens, ſiue ſerpens, ἀπὸ τῦ ἀμφὶς, quod *vtrimque* ſonat, et βαίνειν, quod *incedere.* Sic enim illa, dum hac modo, modo illa parte aduerſa ingreditur, geminum habere caput videtur, vnde motus initium in ceteris ſerpentibus ducitur. Hoc prae ceteris Heſychius animaduertit p. 83. Ἀμφίσβαινα, inquit, εἶδος ὄφεως μακροκέφαλον, ἰσόπηχυ, τὴν οὐρὰν κολοβὴν ἔχων, καὶ ταύτῃ πολλάκις τὴν πορείαν ποιούμενον, ὥστε τινας ἀμφισβητεῖν μὴ δύο κεφαλὰς ἔχειν. H.

d. Aliis ſquamas) Solin. l. c. H.

e. Iaculum) Solinus: *Iaculi arbores ſubeunt, e quibus vi maxima turbinati, penetrant animal quodcumque obuium fortuna fecerit.* Lucanus, L. IX. v. 822. *Ecce procul ſaeuus ſterilis ſe robore trunci Torſit, et immiſit (Iaculum vocat Africa) ſerpens: Perque caput Pauli, tranſactaque tempora fugit, etc.* Ἀκοντίας Graecis, quod in modum iaculi ſe mittit, Aeliano teſte, H. A. L. VI. c. 18. Latinis *Iaculus* dicitur. De eo Galenus, L. de Ther. c. 8. p. 940. H.

f. Pauendas ſerpentes) Ita MSS. omnes; vbi editi, *cauendas.* H.

g. Sed et miſſili) Sed et volare inſtar miſſilis tormenti. H.

volare tormento. 4. Colla aſpidum *h.* intumeſcere, nullo ictus remedio *i.*, praeterquam ſi confeſtim partes contactae amputentur. Vnus huic *k.* tam peſtifero animali ſenſus, vel potius affectus eſt. Coniugia *l.* ferme vagantur: nec niſi cum [1] pari vita

1. *Sic et Ch. compari. M. compare Gr. et Al.*

h. Colla aſpidum) Tum ſcilicet, quum meditantur ictum, tum intumeſcunt. Nicand. in Ther. p. 12. ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλαται αὐχὴν Ἄκριτα ποιφύσσοντος, ὅτ' ἀντομένοισιν ὁδίταις Ἄϊδα προσμάξηται, ἐπιζαμενὲς κοτέουσα. — *Quum vero incandiut ira, Et letum minitans venientibus obuia ſaeuit, Squalida colla tument, et lato ſibilat ore.* H.

i. Nullo ictus remedio) Eadem de cauſa imagine aſpidis reges Aegyptii diadema ornabant, vim principatus inuictam ſignificantes. Gignuntur interdum quinûm cubitorum aſpides, atri vt plurimum coloris, nonnunquam cinerei, aliquando fului. Rhodig. cap. 31. lib. XXV. Somniculoſam aſpidem Siſenna vocat, quoniam lethalem ſomnum morſu affert, et vt inquit Plutarch. κάρον ὑπνώδη, καὶ καταφοράν. Idem auctor cap. 14. lib. XXVII. *Dal.*

Nullo ictus) Sic Aelian. H. A. L. I. c. 54. Negat idem L. VI. c. 38. eos qui ab aſpide morſi ſint, vltra horam quartam viuere. Aſſentiuntur et Galenus L. de Theriaca ad Piſonem, c. 8. p. 941. et Phile p. 114. Aceto tamen ſuccurſum eſſe huic malo non ſemel, Plinius ipſe admonet, L. XXIII. ſ. 27. Tum vero inſanabilem eſſe morſum Plinius alter prodidit, L. III. de re medica, cap. vlt. ſi morſum aſpidis ſequutus eſt ſanguis. Verum non de quauis, ſed de Aegyptia ſolum aſpide, Plinius noſter hic agit, vt mox dicemus. H.

k. Vnus huic) Solinus l. c. H.

l. Coniugia) Mas cum femina ferme vagantur. Hoc eſt, paria ipſa, mariſque cum femina coniugationes, quas Graeci συζυγίας appellant. Vide N. et Em. N. LXXII. (hic adi.) *Coniugia)* In editis, *coniuga.* At in MSS. R. 1. 2. Par. etc. *coniugia.* Et mox, *cum pari*, non vero, *cum compare.* Plinius idem de delphinis, L. IX. ſ. 7. *Vagantur fere coniugia.* Et L. X. ſ. 15. de coruis: *Itaque paruis in vicis non pluſquam bina coniugia ſunt.* Solin. c. 27. p. 51. coniuges dixit: *Habent*, inquit, *affectus;*

ta eſt, itaque alterutra interempta, incredibilis alteri vltionis cura. Perſequitur interemptorem, vnumque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infeſtat, perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur, aut praeceleri fuga. Non eſt fateri, rerum natura, largius mala, an remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit: eoſque non in fronte *m.* [1] ex aduerſo cernere *n.*, ſed in temporibus: itaque excitatur *o.* [2] pede ſaepius *p.* quam viſu. (XXIV) [3] deinde

1. *Aut ex. V.* 2. *ſed ſaepius. M. ſed ſaepius quam viſu. Ch. Excitatur ſaepius auditu quam viſu Gr. et Al.* 3. *habet deinde Gr. et Al.*

ctus: non temere niſi coniuges euagantur: capto altero, vel occiſo, vter ſuperfuerit, efferatur. H.

m. Eoſque non in fronte ex aduerſo cernere, etc.) Lege: *Eoſque non in fronte, ne aduerſo cernere, ſed in temporibus: aduerſo* pro *aduerſum.* Salmaſ. p. 344. a.

n. Ex aduerſo cernere) Ita R. 2. At R. 1. *cerneret.* Par. *Ne ex aduerſo cerneret.* H.

o. Itaque excitatur ſaepius auditu quam viſu) Lege: *Itaque ex auditu ſentit citius quam viſu.* Solinus ait: *citius audire quam aſpicere.* Salmaſ. 344. a, b. priora ſequentis capitis cum praecedenti coniungit.

p. Pede ſaepius) Vide N. et Em. N. LXXIII. (hic poſ.) *Itaque)* Editi hactenus, *excitatur ſaepius auditu.* Atque ita ſane videtur legiſſe Solinus c. 27. p. 51. *Raro,* inquit, *in aduerſum contuentur: nec fruſtra, quum oculos non in fronte habeant, ſed in temporibus: adeo vt citius audiant, quam adſpiciant.* At mihi potior eſt priſcorum exemplarium auctoritas quouis alio teſtimonio: in his vero vox illa *auditu* nuſpiam exſtat. R. 2. Colb. 2. 1. Par. et Chiffl. *ſed ſaepius quam viſu.* R. 1. *ſed ſaepedius quam viſu.* Vnde reponere nihil dubitaui, *Pede ſaepius quam viſu.* Vt ſit ſententia hebetium oculorum incommodo ſitu effici, vt aſpis pede ſaepius, preſſus calcatuſque videlicet, quam ipſo aſpectu hominis, ad iniuriam excitetur. Hinc illud Maronis, *Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens.* Solinus aliquid librariorum vitio praetermiſſum ratus, auditum viſui recte opponi hoc loco

inde internecinum bellum *q.* cum ichneumone. *r.*

XXXVI. Notum eſt animal hac gloria maxime, in eadem natum Aegypto. *ſ.* Mergit ſe limo ſaepius,

loco cenſuit. Salmaſius in Sol. p. 344. ſe fidenter lectu-rum aſſeuerat, *Itaque ex auditu ſentit citius quam viſu.* H.

q. Habet deinde internecinum bellum) Verbum *habet* ſuperuacaneum eſt, ex vtroque exemplari: repetendum enim verbum *dedit*, quod paulo ante praeceſſit: vt ſit, dedit deinde internecinum bellum, etc. *Pint.*

Deinde internecinum) Vide N. et Em. N. LXXIV. (hic coll.) *Deinde*) Addidere impreſſi libri voculam, *Habet deinde*, vt ex ea voce commodius capitis initium duceretur: ſed haec a ſuperioribus perperam eſſe diuulſa, vt Pintianus vidit, tum MSS. omnes teſtantur, quorum nullus hanc vocem agnoſcit: tum orationis textura ſignificantis, hoc alterum remedium dediſſe naturam, aduerſus aſpidis malum, bellum ſcilicet internecinum cum ichneumone. H.

r. Ichneumone) Quem Aegyptii hodie murem Pharaonis, ſeu murem Aegypti vocant, Belonio teſte, a quo deſcribitur luculenter, Obſſ. L. II. c. 22. Allatum ex Aegypto ichneumonem qui viderunt, forma eſſe dicunt, qualis eſt ictidis, vt cecinit Nicander in Theriac. c. 15. Μορφὴ δ' ἰχνεύταο κινώπετα, οἷον ἀμυδρῆς Ἴκτιδος, ἥτ' ὄρνοισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων, Ἔνθα λέχος τεύχονται ἐπ' ἴκριον, ἢ καὶ ἀφαυρὰ Τέκνα τιθαιβώσσουσιν ὑπὸ πλευρῇσι θέρουσαι. Quibus verbis deſcribit poeta, quem vulgo *Furetum* vocamus: cuius inſidiae ſunt gallinis perículoſiſſimae: vt recte Gorraeus interpres: *Muſtelae hic paruae, vero quam nomine dicunt Ictida, perſimilis, quae villae in corte volucres Somno irretitas tabulata per ardua rimans, Dum recubant, tepidoque fouent ſub pectore pullos, Et nidis raptas ſcelerata fraude trucidat.* H.

ſ. In eadem natum Aegypto) Non igitur de quauis aſpide haec ſunt accipienda, ſed de Aegyptia tantum, quae quidem vt Strabo ait, L. XVII. p. 823. peculiare quiddam habet praeter alias ibi natas. Et vero pugnam aſpidis cum ichneumone deſcribens Nicander in Theriac p. 12. de ſola Aegyptia aſpide loqui ſe profitetur. Nicandrum ſequi-

pius, ſiccatque ſole. Mox vbi pluribus eodem modo ſe coriis *t.* loricauit, in dimicationem pergit. In ea [1] caudam attollens, ictus irritos auerſus excipit, donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.

XXXVII. Crocodilum *u.* habet Nilus, quadrupes malum, et terra pariter ac flumine infeſtum. Vnum hoc animal terreſtre *x.* linguae vſu caret. *y.* Vnum

1. *Cauda ſe attollens.* *M.*

ſequitur, laudatque Strabo, l. c. Ariſt. H. A. L. IX. p. 1024. Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 966. Aelian. H. A. L. III. c. 23. alibique paſſim: Phile, p. 144. et alii multi. H.

t. Coriis) Cruſtis e luto. H.

u. Crocodilum) Crocodili ἀπὸ τȢ δειλαίνεσθαι omnes dicuntur, marini quidem, τὰς κρόκας, nempe litorum, vel lapides, vel teſtas, nam ad terrae contactum expaveſcunt: terreſtres vero τὸν κρόκον: nam quamuis mel valde appetant, aluearia tamen illita croco non attingunt. Rhodig. cap. 21. XV. *Dalec.*

Crocodilum) Solinus iisdem verbis, c. 32. p. 60. Eadem fere Diodor. habet Bibl. L. I. p. 31. Herod. Euterpe L. II. p. 115. aliique. H.

x. Vnum hoc animal terreſtre, etc.) Leg. *Vnum hoc animal terreſtre linguae vſu caret: vnum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum alias horribilem pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie.* Salm. p. 442. a, b.

y. Linguae vſu caret) Vide N. et Em. N. LXXV. (hic conſp.) *Linguae)* Caute admodum, non lingua omnino, ſed linguae vſu carere dixit. Non ita multi e ſcriptoribus aliis: vt Herodot. Euterpe L. II. n. 86 p. 115. γλῶσσαν δὲ μȢνον θηρίων ȣκ ἔφυσε, *linguam non habet innatam.* Solin. c. 32. p. 60. *Crocodilus linguam non habet.* Ammian. L. XXII. *Lingua caret.* Accuratius certe inſpicienti, in crocodilo quoque lingua conſpecta eſt, quae multos latuerat ob exiguitatem: vt quodammodo lingua inſit ei, naturae beneficio; non inſit, quia nullus ſit vſus. Amphibiae hoc naturae argumentum eſt: piſcis enim aliquo modo et ipſe eſt: vnde qualem piſces habent, ſortitus eſt linguam, vt Philoſophus anim-

Vnum z. ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum, alias terribilem, pectinatim *a.* ſtipante ſe dentium ſerie. Magnitudine excedit plerumque duodeuiginti *b.* cubita. Parit oua quanta anſeres *c.*: eaque extra [1] eum locum ſemper incubat, praedivina-

1. *Aquarum locum. Quid? vdum locum. Alii, eum locum transferens ſemp. V.*

animaduertit, H. A. L. II. c. 14. p. 203. hoc eſt, inexplicatam, vt cyprini, *les carpes*, ἐκ ἀπολελυμμένην ἔχεσι τὴν γλῶσσαν. Et vero Plinius ipſe auctor eſt, L. IX. ſ. 65. crocodilis eſſe linguam palato toto adhaerentem. Non vacat autem Salmaſium nunc coarguere, qui in Solin. p. 442. Plinium hoc loco ſane non merito reprehendit. H.

z. *Vnum*) Vnum ſcilicet e terreſtribus animalibus, vti dicetur, L. XI. ſ. 60. Nam ex auibus ſuperiorem roſtri partem mouet phoenicopterus. Sed de crocodilo quoque ipſo negant anatomici quidam recentiores id eſſe verum. H.

a. *Pectinatim*) Dentes ſerratos eſſe ait Herod l. c. χαυλιόδοντας, hoc eſt, inſtar ſerrae diuiſos, atque diſiunctos. A Plinio, quod eodem recidit, pectinatim iuncti dicuntur, quum dentium ordo ſuperior inferiori non imprimitur modo, ſed etiam inſeritur: Sic manus iunctae pectinatim, quum digiti alii inter alios inſeruntur. H.

b. *Duodeuiginti)* Vide N. et Em. N. LXXVI. (hic adi.) *Duod.)* Solinus, l. c. *Plerumque id viginti vlnas magnitudinis eualeſcit:* ex hoc Plinii loco emendandum, *ad duodeuiginti*, ſiquidem, vt Salmaſius ait, p. 442. Solino vlnae ſunt, quae cubita Plinio. Ab Herodoto hoc acceptum, qui crocodilum vltra XVII. cubita excreſcere liquido affirmat, L. II. Euterpe, p. 115. Ariſtoteles quoque H. A. L. V. c. 28. p. 635. et Antigonus, qui Ariſtotelem vbique ſequitur, hanc menſuram ſtatuunt. Diodorus ſedecim tantum. Vidiſſe ſe crocodilum longitudine decem et octo cubitorum conteſtatur Albertus M. de animalibus, L. XXIV. p. 652. H.

c. *Parit oua, quanta anſeres.)* Lege del. com. *Parit oua quanta anſeris.* Salm. p. 442. b.

Quanta anſeres) Subintellige, quanta anſeres pariunt. Sic Herodot. et Solin. ll. cc. Ariſt. H. A. L. V. c. 28. p. 635. Ὠὸν ἐκ ἐςι μεῖζον χηνείε. H.

vinatione *d.* quadam, ad quem [1] ſummo auctu eo anno acceſſurus eſt Nilus. Nec aliud *e.* animal ex minori origine in maiorem creſcit magnitudinem. Et vnguibus hic armatus eſt, contra omnes ictus *f.* cute inuicta. Dies in terra agit, noctes in aqua *g.*, [2] teporis vtrumque *h.* ratione. Hunc ſaturum cibo piſcium *i.*, et ſemper eſculento *k.* ore, in litore ſomno datum, parua auis, quae trochilos ibi vocatur, rex auium *l.* in Italia, inuitat [3] ad hiandum

1. *Summo actu eo anno. M. egreſſurus.* 2. *temporis. M. id eſt, opportunae ſtationis et morae.* 3. *ad hiatum. Tol.*

d. Praediuinatione) Solin. l. c. Id vero non crocodilis modo, ſed etiam teſtudinibus, cancris, et aſpidibus commune eſſe ſcribit Aelianus, H. A. L. V. c. 52. H.

e. Nec aliud) Notat Aelianus H. A. L. IX. c. 58. tria haec e minima origine, in ingentem creſcere magnitudinem: ex aquatilibus, crocodilum: ſtruthiocamelum, ex volucribus: e quadrupedibus, elephantum. H.

f. Contra omnes ictus) Recentiores, inquit Scalig. Exerc. 196. p. 636. etiam pilulis ſclopetorum praedicant imperuiam eam cutem eſſe. H.

g. Noctes in aqua teporis vtrumque ratione) Lege: *Noctes in aqua teporis vtique ratione.* Salm. p. 443. a.

h. Teporis vtrumque) Quoniam interdiu aer, aqua noctu tepidior quam aer ſerenus et roſcidus. Θερμότερον γὰρ δή ἐςι τὸ ὕδωρ τῆς τε αἰθρίης, καὶ τῆς δρόσȣ inquit Herod. l. c. Quam cauſam etiam Ariſtoteles repetit H. A. L. II. c. 14. p. 205. An vero potius veritus inſidias crocodilus, munitiore tum ſubter aquam loco conſiſtat, aliis cogitandum relinquo. H.

i. Hunc ſaturum cibo piſcium) Ariſtot. cap. 6. lib. IX. Hiſtor. et lib. περὶ θαυμασμ. ἀκȣσμ. *Dalec.*

Hunc ſaturum) Haec totidem verbis Herod. l. c. Ariſt. H. A. L. IX. c. 8. p. 1024. Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 980. Aelian H. A. L. III. c. 11. Phile, p. 142. Solin. c. 32. p. 60. aliique. H.

k. Eſculento) Ore eſca repleto. H.

l. Rex auium) Vide N. et Em. N. LXXVII. (hic poſ.) *Rex*) Valde vereor vt haec verba Pliniana ſint, ac non gloſſema potius ſapiant alicuius

dum *m.* pabuli ſui gratia, os primum eius [1] aſſultim repurgans, mox dentes, et intus fauces quoque ad hanc ſcabendi dulcedinem quam maxime hiantes: in qua voluptate *n.* ſomno preſſum conſpicatus ichneumon, per eaſdem fauces, vt telum [2] aliquod, immiſſus, erodit aluum.

XXXVIII. Similis crocodilo, ſed minor etiam ichneumone, eſt in Nilo natus ſcincos, *o.* contra venena [3] praecipuus antidotis: [4] item ad inflammandam virorum Venerem. Verum in crocodilo maior erat peſtis, quam vt vno eſſet eius hoſte natura contenta. Itaque et delphini *p.* immeantes Nilo, quorum dorſo tamquam ad hunc vſum cultellata

1. *Ad ſaltum. M.* 2. *aliquod immiſſum. M. praue.* 3. *praecipuum antidotum. V.* 4. *et idem. M.*

cuius coniectoris, huc tranſlatum ex L. X. ſ. 95. vbi trochilum noſtratem, regem auium Plinius interpretatur. Nam etſi is quem Regulum vocamus, *un roitelet*, Τροχίλυ nomen habet apud Philoſophum, diuerſus tamen eſt a regulo noſtro trochilus hic peregrinus, ſiue Niliacus, vt quidem conſentiunt rerum naturalium ſcriptores: quibus Scaliger ſuffragatur Exerc. 196. p. 636. *Non eſt fabula*, inquit, *de auicula, quam trochilum Graeci nominarunt. Eam quoniam Plinius Regulum noſtrum exiſtimauit, deſcribenda eſt, vt ex hac narratione veritas deprehendatur. Candidam aiunt, turdi magnitudine, criſtata pluma, acuta, plicatili, quam ſurrigit, vt belluae palatum figat, ſi claudatur intus.* Prolixam diſputationem Aldrovandus inſtituit Ornith. L. XIX. c. 64. p. 288. vt eam auem eſſe probet, quam Itali *Corrira* vocant. H.

m. Ad hiandum) R. 1. 2. et Tol. *ad hiatum*. H.

n. In qua voluptate) Solin. l. c. Diodorus L. I. Bibl. p. 78. Oppian. Cyneg. L. III. v. 420. etc. H.

o. Scincos) Graecis σκίγκος. De eo dicemus opportunius L. XXVIII. ſ. 30. vbi haec rurſum a Plinio repetuntur. H.

p. Et delphini) De hoc naturali et inſito delphinis aſtu aduerſus crocodilos, egit et Seneca Naturr. Quu. L. IV. c. 2. p. 886. Solinus l. c. H.

lata ineſt [1] ſpina, *q.* abigentes eos praeda, ac velut in ſuo tantum amne regnantes, [2] alioqui impares viribus ipſi, aſtu interimunt: callent enim in hoc cuncta animalia, ſciuntque non ſua modo commoda, verum et hoſtium aduerſa: norunt ſua tela, norunt occaſiones, parteſque diſſidentium [3] imbelles. In ventre mollis eſt tenuiſque cutis crocodilo: ideo ſe, vt territi, mergunt delphini, ſubeunteſque aluum [4] illa ſecant ſpina. Quin et [5] gens hominum *r.* eſt

1. *Sic et Longol. penna V. pinna. Gr. et Al.* 2. *alioquin Gr.* 3. *in bellis. V. et Ch.* 4. *mollem. V.* 5. *Alias, genus hominum huic belluae aduerſum. Sic paulo poſt: olfactuque eius generis hominum fugantur.*

q. Ineſt ſpina) Vide Not. et Em. N. LXXVIII. (hic poſ.) *Quorum)* Sic ipſe Plinius mox in eodem habitans argumento, et hunc ipſum locum reſpiciens, *ſubeuntes,* inquit, *aluum illa ſecant ſpina.* Quamobrem nos hic quoque *ſpina* repoſuimus, etſi libri fere omnes *pinna* legunt. Adſtipulatur et Seneca rem eamdem narrans, eo quem diximus loco: *Balbillus*, inquit, *virorum optimus, in omni literarum genere rariſſimus, auctor eſt, quum ipſe Praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico oſtio Nili, quod ex maximum, ſpectaculo ſibi fuiſſe delphinorum a mari occurrentium, et crocodilorum a flumine aduerſum agmen agentium, velut pro partibus praelium. Crocodilos ab animalibus placidis morſuque innoxiis victos. His ſuperior pars corporis dura, et impenetrabilis eſt etiam maiorum animalium dentibus: et inferior mollis ac tenera: hanc delphini ſpinis, quas dorſo eminentes gerunt, ſubmerſi vulnerabant, et in aduerſum enixi diuidebant. Reciſis hoc modo pluribus, ceteri velut acie aduerſa refugerunt. Fugax animal audaci, audaciſſimum timido.* H.

r. Quin et gens hominum eſt huic beluae aduerſa) Scribendum reor, *Quin et genus hominum eſt huic beluae aduerſum.* Nec ſum oblitus Virgiliani carminis in VII. *Gensque virum truncis et duro robore nata.* Permiſſum illud poëtis fuerit, qui muſcarum etiam et apum gentem appellant: non ideo et oratoribus. Denique Plinius ipſe paulo poſt oſtendit, quomodo hic locus ſit legendus, quum

eſt huic belluae aduerſa in ipſo Nilo [1] Tentyritae *s.* ab inſula, in qua habitat, appellata. Menſura eorum parua, *t.* ſed [2] praeſentia [3] animi in hoc tantum vſu *u.* mira. Terribiles haec contra [4] fugientes bellua eſt, fugax contra [5] inſequentes: ſed adverſum ire ſoli hi audent. Quin [6] etiam flumini innatant: dorſoque *x.* equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum, addita in os claua, [7] dextra ac laeua tenentes extrema eius vtrimque, vt frenis in terram agunt captiuos: [8] ac voce etiam ſola territos, cogunt euomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaque vni ei inſulae crocodili non [9] adnatant: olfactuque eius generis hominum, vt Pſyllorum *y.* ſerpentes, fugantur. Hebetes oculos *z.* hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi viſus: quatuorque menſes hiemis in-

Dd 2 edia

1. *Et a Tentyra inſula. M. a Tintyri inſula, in qua habitant, appel. Ch.* 2. *praeſentis. Ch.* 3. *hominum. M.* 4. *fugaces Gr.* 5. *ſerpentes. M. praue. Lego, ſequentes.* 6. *et. M.* 7. *a dextra. M. et Ch.* 8. *a voce. M.* 9. *adnant Ch.*

quum dicit, *Olfactuque eius generis hominum, vt Pſyllorum, ſerpentes fugantur.* Pint. *Quin et gens hominum eſt huic, etc.)* Lege: *Quin et gens hominum eſt huic belluae aduerſa in ipſo Nilo a Tentyris inſula in qua habitat appellata.* Salm. 147. b.

Quin et gens) Seneca, et Solin. ll. cc. Aelian. H. A. L. X. c. 21. H.

s. Tentyritae) Vide Senecam Quaeſt. Natur. lib. IV. cap. 2. et infr. cap. 3. lib. XXVIII. vbi ſcriptum *Tentyri*, ſed perperam. Vide Strabonem Geograph. lib. vltimo, et Aelianum hiſtor. animal. lib. X. cap. 21. *Dal.*

t. Menſura eorum parua, etc.) Sic legend. *Menſura eorum parua, ſed praeſentia animi in hoc tanto auſu mira.* Salmaſ. pag. 453. a.

u. In hoc tantum vſu) Ita libri omnes. Salm. p. 453. in Solin. *in hoc tanto vſu.* H.

x. Dorſoque) Crocodilorum videlicet, quos captiuos in terram agunt. H.

y. Vt Pſyllorum) Dictum eſt de iis, L. VII. ſ. 2. H.

z. Hebetes oculos) Herodotus,

edia ſemper tranſmittere in ſpecu. Quidam hoc vnum *a.* quamdiu viuat, creſcere arbitrantur: viuit autem longo tempore.

XXXIX. Maior altitudine in eodem Nilo bellua hippopotamus editur: vngulis [1] binis *b.*, quales bubus, dorſo equi, et iuba, et hinnitu, roſtro reſimo *c.*, [2] cauda et dentibus aprorum aduncis, ſed minus [3] noxiis: [4] tergoris ad ſcuta galeaſque impenetrabilis *d.*, praeterquam ſi humore madeat. Depaſcitur ſegetes *e.*, deſtinatione ante (vt ferunt) deter-

1. Sic et M. et Ch. bifidis Gr. et Al. *2. cauda torta et. V.* *3. noxius. Ch.* *4. tergore, etc. impenetrabili. M.*

dotus, et Solinus, ll. cc. eadem de oculorum hebetatione, et inedia quatuor menſium narrant. H.

a. Quidam hoc vnum) Ariſt. H. A. L. V. c. 28. p. 635. H.

b. Vngulis binis) Hoc eſt, bifidis. Sed *binis* maluimus, omnium codicum mira conſenſione in ea voce, quam *bifidis*, quod gloſſema videbatur, edere. Herodotus L. II. p. 116. Diod. Sic L. I. p. 31. et Ariſtot. H. A. L. II. c. 12. p. 196. δίσχηλον παραπλησίως τοῖς βουσὶν, aiunt, *vngulis bifidis quales bubus.* Solinus hanc hippopotami deſcriptionem tranſtulit in opus ſuum, c. 30. p. 61. Aldrouandus reiicit L. I. de quadrup. digit. c. 12. p. 182. quod equidem miror, quum non tot ſcriptorum modo teſtimoniis, ſed nummorum etiam veterum auctoritate firmetur: Philippi nimirum Imperatoris et Otaciliae, in quibus expreſſa hippopotami figura, qualis ab his auctoribus delineatur. H.

c. Roſtro reſimo) Surſum verſus reducto. Sic Columella, L. VI. c. 1. nares reſimas dixit, pro ſimis. H.

d. Impenetrabilis) Idem ſcribit auctor Hiſtoriae Africanae de corio animalis, quod *Lant,* aut *Dant* vocant. *Dalec.*

Impenetrabilis) Veriſimilius id multo, quam quod ab Herodoto et Ariſtotele proditum, tam craſſum videlicet illud eſſe corium, vt ex eo haſtilia fieri, venabula, pilaque miſſilia poſſent, ὥςε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. H.

e. Depaſcitur ſegetes, deſtina-

determinatus in diem, et ex agro [1] ferentibus veſtigiis, ne [2] quae reuertenti inſidiae comparentur.

XL. (XXVI.) Primus eum *f.*, et quinque crocodilos Romae Aedilitatis ſuae ludis M. Scaurus temporario euripo oſtendit. Hippopotamus *g* in quadam medendi parte etiam magiſter [3] exſtitit. Aſſidua namque ſatietate obeſus exit in litus *h.*, [4] recentes arundinum caeſuras ſpeculatum *i.*: atque vbi

1. *Fallentibus. Nam aſtuto dolo auerſi pabulatum exeunt. ex Solino.* 2. *aliqua. Ch.* 3. *exiſtit. M. et Ch.* 4. *Sic et Tol. et Ch. Speculatus Gr. et Al.*

ſtinatione, etc.) Legend. *Depaſcitur ſegetes, deſtinatione ante, vt ferunt determinatas, indidem et ex agro ferentibus veſtigiis*, determinat ante ac deſtinat ſegetes, quas depaſturus eſt *indidem*, id eſt, ex eo loco ipſo ſegetis, *et ex agro ferentibus veſtigiis.* Salmaſ. pag. 456. b.

Depaſcitur) Non ſegetes, inquit, depaſcitur, in quaſcumque forte inciderit: ſed de die in diem antea obſeruatas: ſic enim nec locorum imperitia, neque rurſus aſſuetarum ſegetum repetitione, intercipi periclitatur. Quin et auerſus deſtinatos agros intrat, vt obſeruanti veſtigia, egreſſus inde, non ingreſſus exiſtimetur. Ita fere Solinus, c. 32. p. 61. Diod. Bibl. L. I. p. 31. Aelian. H. A. L. V. c. 53. Miror Salmaſium in Solin. p. 456. *indidem* emendare, pro *in diem*, reclamantibus MSS. H.

f. Primus eum) Totum hoc caput ex verbo fere tranſſcripſit Solin. c. 32. p. 61. H.

g. Hippopotamus) Idcirco repertor detrahendi ſanguinis appellatus, L. XXVIII. ſ. 31. H.

h. Exit in litus, recentes harundinum caeſuras ſpeculatus, etc.) Legend. *Exit in littus recenti harundinum caeſura ſpeculatum, atque vbi acutiſſimam videt ſtirpem, imprimens corpus venam quamdam in crure vulnerat.* recenti harundinum caeſura, id eſt, quum recens caeſae ſunt harundines, exit in littus ſpeculatum, atque vbi videt acutiſſimam ſtirpem, ibi corpus imprimit. *Salmaſ.* 456. b.

i. Speculatum) Ita rectius ex codd. R. 1. 2. Par. etc. quam

vbi [1] acutiſſimum videt [2] ſtirpem, imprimens corpus, venam quamdam in [3] crure vulnerat, atque ita profluuio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat, et plagam limo rurſus obducit.

XLI. (XXVII.) Simile quiddam et volucris in eadem Aegypto monſtrauit, quae vocatur ibis *k.*: roſtri aduncitate per eam partem ſe [4] perluens, qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. Nec haec ſola a [5] multis *l.* animalibus reperta ſunt, vſui futura et homini. Dictamnum *m.* herbam extrahendis ſagittis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. vidit Ch. acutiſſimam Gr. et Al.* 2. *ſtipitem V.* 3. *cute. M.* 4. *Proluens V.* 5. *Sic et M. V. Ch. mutis Gr. et Al.*

quam *ſpeculatus*, vt eſt hactenus editum. H.

k. Ibis) His terris ignota auis, non habet in Europa nomen, inquit Aldrouandus de ibide agens, Ornithol. L. XX. c. 3. p. 312. Eſſe *ciconiam totam nigram in dorſo* ait Albert. M. de animal. L. II. tr. 2. c. 2. p. 251. De ibide vero, immittendi per inferiorem partem, purgandi gratia, medicamenti magiſtra, Plinio ſuffragantur Plutarchus, L. de Iſide p. 381. et de ſolert. anim. p. 972. Phile, L. de propr. anim. c. de ibi, p. 48. Aelianus, H. A. L. II. c. 35. H.

l. A multis) Vide N. et Em. N. LXXIX. (hic adi.) *Nec haec)* Sincera haec lectio quam exhibent MSS. omnes, vetuſtaeque editiones, ipſo Ariſtotelis contextu ſtabilitur. Haec enim Philoſophus, H. A. L. IX. c. 8. p. 1022. vnde idem ille argumentum orditur: Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν τετραπόδων ποιεῖ πρὸς βοήθειαν ἑαυτοῖς φρονίμως. *Multas praeterea ceterarum quadrupedum ſibi prudenter opem ferre conſtat.* A *mutis* tamen, vt vulgo editi praeferunt libri, defendi vtcumque poteſt, vt ſit ſententia, multa nos doceri ab animalibus, quae ſermone tamen eo careant, quo doceri nos ea oporteat. H.

m. Dictamnum herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauere, percuſſi eo telo, paſtuque eius herbae eiecto) Haec ſunt corruptiſſima, nec ſenſum habent. Scribe: *Dictamnum herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauere percuſſi, telo, paſtu eius herbae eiecto.* Salm. 224.

gittis cerui monſtrauere *n.*, percuſſi eo telo, paſtuque eius herbae [1] eiecto. *o.* Iidem percuſſi *p.* a phalangio, quod eſt aranei genus, aut aliquo ſimili, cancros edendo ſibi medentur. Eſt et ad [2] ſerpentium *q.* [3] ictus praecipua, qua ſe lacerti *r.*, quoties

 cum

1. *Electo Ch.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. ſerpentum Gr. et Al.* 3. *ictus Calaminthae praecipua. Ex Aeliano, cap. 26. lib. IX. Hiſt. Anim.*

n. Cerui monſtrauere) Idem repetit c. 8. lib. XXV. At Valerius cap. vlt. lib. I. et Ariſt. c. 6. lib. IX. Hiſt. id capris tribuunt: auctor vero libri τῶν θαυμασ. ἀκουσμ. capris. Dioſcorides et Virgilius capris: - - *non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres haeſere ſagittae.* Dalec.

Cerui monſtrauere) Idem repetit, L. XXV. ſ. 53. Solinus item de ceruis agens, c. 19. p. 39. *Dictamnum*, inquit, *ipſi prodiderunt, dum ex eo paſti excutiunt accepta tela.* Feris tamen capris, non ceruis, dederunt hoc Ariſtoteles, H. A. L. IX. c. 8. p. 1023. Auctor libri de mirab. auſc. p. 1150. Theophr. Hiſt. L. IX. c 16. Antig. Caryſtius, Dioſcorides. Et e noſtris quoque Cicero, de N. D. L. II. p. 101. et Virgilius, qui in dictamni hiſtoria cecinit, *Non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres haeſere ſagittae.* Verum vtriſque Apuleius, c. 72. tit. 3. *Si caprea vel ceruus in venatione telo percuſſus fuerit, quum peruenerit ad herbam dictamnum, et ea paſcitur, mox telum excutitur, e plaga*, etc. Et ſane ſunt ambo congeneres, formaque ac moribus ferme pares. De dictamno dicemus, L. XXV. ſ. 53. H.

o. Eiecto) Vide N. et Em. N. LXXX. (hic poſ.) *Paſtuq.)* Chiffl. cod. *electo*, perperam. Reſpondent enim his ea Philoſophi verba: ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα, *eius paſtu tela e corpore eiiciunt.* H.

p. Iidem percuſſi) Ariſt. H. A. L. IX. c. 6. p. 1021. De phalangio dicetur, L. IX. ſ. 28. H.

q. Eſt et ad ſerpentium) Condrillen hac circuitione verborum, vt quidem remur, intelligit, de qua idem ipſe, L. XXII. ſ. 45. *Condrillon, ſiue condrille* —— —— *diuiditur in paſtillos, contra ſerpentes, argumento probabili: ſiquidem mures agreſtes laeſi ab his, hanc eſſe dicuntur.* H.

r. Qua ſe lacerti) Haec de lacerto viridi accipienda ſunt

cum his conſeruere pugnam, vulnerati refouent. Chelidoniam *s.* viſui ſaluberrimam hirundines monſtrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Teſtudo cunilae *t.*, quam bubulam vocant, paſtu, vires contra ſerpentes *u.* refouet: muſtela [1] rutae, in muri-

1. *Serpyllo. M. ruta. V. et Ch.*

ſunt, qui propter et ὀφιομάχος, et ὀφιονίκος dicitur. Pandectarius: ΟΦΙΟΝΙΚΟΣ *Graece, id eſt, lacerta.* Eraſmus in Dial. de amicit: *Italia magnas habet lacertas et virides. — — Quodam die vidi praegrandem, et mire viridem in oſtio caui decertantem cum ſerpente . . . Paulo poſt venit ad nos lacerta, velut oſtendens ſua vulnera, ac remedium flagitans: etc.* Eſt enim, vt idem paulo ante dixit, hoc animal natura et amicum homini, et ſerpentibus inimicum. H.

s. Chelidoniam) Dicemus de chelidonia, L. XXV. ſ. 50. et 91. Rem eamdem narrat Baſil. in hexaem. hom. 8. p. 145. Aelian. H. A. L. III. c. 25. H.

t. Teſtudo cunilae) Idem deſcribitur et cap. 16. lib XX. et ab Ariſt. cap 6. lib. IX. Hiſt. et in lib. τῶν θαυμασ. ἀκουσμ. *Dal.*

Teſtudo cunilae) De cunila, L. XX. ſ. 61. Origanum agreſte vocat Albertus M. de animal. L. VIII. tr. 2. c. 2. p. 251. H.

u. Contra ſerpentes) Ad pugnam cum ſerpentibus ineundam. Vide N. et Em. N. LXXXI. (hic adi.) *Teſtudo)* Pellicerius in Not. MSS. et Salmaſius in Solin. p. 1277. interpretis partes haud ſatis fideliter obiiſſe Plinium aiunt: Accepta enim haec putant ab Ariſtotele, H. A. L. IX. c. 8. p. 1025. vbi ſic ait: ἡ δὲ χελώνη ὅταν ἔχεως φάγῃ, ἐπεσθίει τὴν ὀρίγανον, etc. Sed aliud eſt, quod Plinius, aliud quod Philoſophus hoc loco tradit: ille ad pugnam capeſſendam vires ſuas origano munire teſtudinem ſcribit: ille, ſi viperae forte cadauere paſta fuerit, pro antidoto veneni eius, origano vti: id quod et a Plutarcho quoque in Natt. quu. p. 918. repetitur, et Baſil. hom. 9. in hex. p. 115. et ab auctore Geopon. L. XV. c. 1. p. 404. E Latinis vero et ab Alberto M. de anim. L. VIII. tr. 2. c. 2. p. 251. Ex alio igitur Philoſophi volumine, cuiuſmodi multa de animalibus ab eo ſcripta intercidiſſe diximus, ſ. 17. hauſta haec eſſe neceſſe eſt: ex quo et Aelianus accepit, qui H. A. L.

murium venatu *x*. cum iis *y*. dimicatione conſer-
Dd 5 ta:

L. VI. c. 12. teſtudinem ait depaſto origano, διατραγȣ̃σαν ὀρίγανον, viperae pugnam non expaueſcere: ſi deſit origanum, aduerſus eamdem ruta praeſumta periculum amoliri. H.

x. *Muſtela rutae in murium venatu)* Ariſtoteles libro IX. cap. 6. *Muſtela quoties cum ſerpente dimicatura eſt, rutam comedit: odor enim eius herbae infeſtus ſerpentibus eſt.* Ex quibus Ariſtotelis verbis videtur legendum hic non, *murium*, ſed *anguium*. Certe Romana exemplaria ſic habent. Alioqui ſcribi poſſet, non *in murium venatu*, ſed *in murium venantes*: aut *in murium venatores*, vt ſic Plinius vertat Latine, quos citato loco Ariſtoteles *Myotheras* appellat: Haec Ariſtoteles. Praeterea quae poteſt eſſe dimicatio muſtelae cum muribus, ſerpentes quoque debellanti? Sed vt ad priorem caſtigationem redeam, ſi *ruta* legas, ſenſum obſcurabis. Nam ambiguum erit, paſtu an frictione et contactu reſoueat vires. Ob id quod ſequitur, *Ciconia origano*, recte auferendi caſu expreſſum eſt. Neque enim origani paſtu ciconiae et aliae volucres medentur vulneribus in dimicatione acceptis, ſed applicatu eius herbae ad plagam, auctore Ariſt. loco praedicto. *Pint.*

Muſtela rutae) Rutae paſtu, inquit, vires ſuas aduerſus ſerpentes muſtela confirmat: perſaepe enim, dum eumdem murium venatum ſerpentes muſtelaeque exercent, congrediuntur ac dimicant inter ſe. Vide N. et Em. N. LXXXII. (paulo poſt) Muſtela haec domeſtica eſt ſcilicet, Graecis γαλῆ nominata, Gallis *une belette.* Repetit hoc Plin. iterum L. XX. ſ. 51. *Muſtela)* Hunc locum Pintianus non intellexit, qui contra omnium exemplarium fidem legi voluit, *in anguium venatu*, non *in murium.* Repugnat certe Ariſt. H. A. L. IX. c. 9. p. 1036. vbi muſtelam ait cum ſerpentibus murium venatricibus dimicare, veluti de communi praeda certantes, propterea quod ipſa quoque mures venatur. Μάχεται δὲ ἡ γαλῆ καὶ τοῖς ὄφεσι τοῖς μυοθήραις, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύειν. Eadem habet Aelianus H. A. L. IV. c. 14. Adde his et quae dicemus L. XXIX. ſ. 16. Muſtelam certe ſolitam eſſe vi pariter et aſtu mures venari, Phaedrus ipſe eſt auctor L. IV. fab. 1. *Non ſemper ea ſunt quae videntur: decipit Frons prima multos: rara mens intelligit Quod interiore condidit cura angulo,*

Hoc

ciconia [1] origano z., edera apri in morbis ſibi medentur, et [2] cancros a. veſcendo, maxime mari eiectos. Anguis hiberno b. ſitu membrana [3] corporis obducta, feniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitiduſque vernat. c. Exuit autem a capite primum, nec celerius quam vno die [4] ac nocte replicans, vt extra d. fiat membranae, quod fuerat intus.

1. *Vulneri admoto. Ariſt.* 2. *cancris. V. M. eiectis. V.* 3. *ſic ex MSS. emend. Hard. corpori V.* 4. *et Ch.*

Hoc ne loquutus ſine mercede exiſtimer, Fabellam adiiciam de muſtela et muribus. Muſtela cum annis et ſenecta debilis Mures veloces non valeret aſſequi, Inuoluit ſe farina, et obſcuro loco Abiecit negligenter. Mus eſcam putans Aſſiluit, et compreſſus occubuit neci. Alter ſimiliter, deinde periit tertius: Aliquot ſequutis, venit et retorridus, Qui ſaepe laqueos et muſcipula effugerat, Proculque inſidias cernens hoſtis callidi; Sic valeas, inquit, vt farina es quae iaces. H.

y. Cum iis) Cum ſerpentibus. H.

z. Ciconia origano) Ariſt. H. A. L. IX. c. 8. p. 1025. Eadem refert et Aelian. H. A. L. V. c. 46. Id vero ambo non ciconiae proprium ac peculiare, ſed et cum multis auibus commune eſſe aiunt, vt vulneribus cunilam bubulam imponant: eamdem enim herbam nunc Latino *cunile*, nunc Graeco ὀριγάνε vocabulo, vti mox alteram modo feniculi, modo marathri nomine repraeſentat H.

a. Et cancros) Cancrorum certe fluuiatilium eſu mederi ſibi ſues in capitis doloribus auctor eſt Plutarch. in Quu. natt. p. 918. H.

b. Anguis hiberno) Hac de re opportunius, vberiuſque, L. XX. ſ. 95. Sic Ariſt. H. A. L. VIII. c. 23. p. 941. et 942. Sequuti ſunt Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 972. et Aelian. H. A. L. IX. c. 16. H.

c. Vernat) Nitet, vt nitere omnia verno tempore ſolent. H.

d. Vt extra fiat) Noua cute, quae nata iam ſubtus eſt, extra prodeunte, ſemota ea penitus, quae ante exterior erat. Ariſt. verba l. c. haec ſunt: Ἐν νυκτὶ δὲ καὶ ἡμέρᾳ πᾶν ἀποδύεται σχεδὸν τὸ γῆρας, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀρξάμενον μέχρι τῆς κέρκε. Γίνεται δὲ ἐκδυομένε τὸ ἐντὸς ἐκτός. Quae Plinius ſimiliter dicit. H.

intus. Idem hiberna latebra viſu obſcurato, marathro herbae *e.* ſeſe affricans, oculos inungit ac refovet: ſi vero ſquamae *f.* obtorpuere *g.*, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Draco [1] vernam *h.* nauſeam ſilueſtris lactucae *i.* ſucco [2] reſtinguit. Pantheras [3] perfricata *k.* carne

1. *Hibernam.* D. 2. *reſtringit.* V. 3. *per carnes fricatas aconito veneno iidem barb.* M. *per carnis fre-catas aconito venantur iidem barbari* V. *perfricatas carnes.* Ch.

e. Marathro herbae) Graeca nunc voce, vt diximus, abutitur, vt quod feniculum Latine prius appellauit, id eſſe Graecorum μάραθρον obiter indicet. Haec porro ſimiliter referunt auctores proxime laudati, ſequuti fortaſſis Ariſtotelem, et Nicandrum, initio Theriacῶν p. 3. H.

f. Si vero ſquamae) Si ſquamae duriores oculos obtexere. H.

g. Obtorpuere) Tardius et difficilius ſeparantur. *Dal.*

h. Draco vernam) Similem fere medicinam in diſſimili morbo, adhiberi a dracone, auctor eſt Ariſtotel. H. A. L. IX. c. 8. p. 1025. Ὁ δὲ δράκων, inquit, ὅταν ὀπωρίζῃ, τὸν ὀπὸν τῆς πικρίδος ἐκφορεῖ. *Draco, vbi fructuum eſu grauatur, picridis ſuccum haurit.* Aelianus quoque H. A. L. VI. c. 4. H.

i. Silueſtris lactucae) Locis proxime laudatis Ariſt. et Aelianus dixere πικρίδα. Eſt autem πικρὶς mox ſilueſtre intubum, ſiue cichorium, vt Dioſcoridi placet, et Aetio verbo σέρις. Hanc picridem Virgilius ſignaſſe videtur, ſcribens, *et amaris intyba fibris.* Interdum vero etiam πικρὶς eſt genus lactucae ſilueſtris, Plinio L. XIX. ſ. 38. et Apuleio in Herbario, c. 30. cui titulus, *De lactuca ſilueſtri: Graecis,* inquit, θρίδαξ ἀγρία *dicitur* .... *aliquibus* πικρίς. Hinc Hieronymus in Exodo et Numeris, Graecum ἐπὶ πικρίδων reddidit, *cum lactucis agreſtibus.* Ab amaritudine nomen herba vtraque ſortita eſt: quippe maior in ipſis eſt, quam in ſatiuis eiuſdem generis. H.

k. Pantheras perfricata carne, etc.) Lege: *Pantheras perfricatas carnes aconito, venenum id eſt, barbari venantur.* Salm. pag. 212. b.

Pantheras) Haec Ariſt. H. A. L. IX. c. 8. p. 1023. Ex Plinio Solinus, c. 17. p. 38. Ex Ariſtotele rurſum, auctor libri de mirab. auſcult. p. 1151.

carne aconito *l.* (venenum id eſt:) barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor: quare pardalianches id venenum appellauere quidam. At fera contra hoc excrementis hominis ſibi medetur: et alias tam auida eorum, vt a paſtoribus ex induſtria in aliquo vaſe ſuſpenſa altius, quam vt queat ſaltu attingere, iaculando ſe [1] appetendoque [2] deficiat, et poſtremo exſpiret: alioqui viuacitatis adeo lentae *m.*, vt eiectis interaneis [3] diu pugnet. Elephas *n.* [4] chamaeleone concolori frondi deuorato, occur-

1. *Eaque appetend. M. et V.* 2. *defatigato, poſtremo V.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. vocem diu* 4. *fronte: M.*

p. 1151. Aelian. H. A. L. IV. c. 48. Cicero de N. D. p. 101. Quid quod hodieque homines in inſula orientalis Indiae, quae Iaua dicitur, veneni vim a ſuis corporibus vel ſic depellunt? Nam ad ictus telorum, quae ſolent hoſtes inficere veneno maxime letali, excremento ſuo ſibi quiſque ſtatim medetur, arefacto, tritoque in puluerem, et ex aqua cyathi vnius menſura poto. Auctor Tauernerius, in Relationibus. H.

l. Carne aconito) Παρδάλειον Φάρμακον hoc vocat auctor libri τῶν θαυμ. ἀκουσμ. a quo et ſequentia de hominis ſtercore traduntur, ſumta tamen ex Ariſtotele c. 6. lib. IX. Hiſtor. Cicero II. de Nat. Deor. Auditum eſt Pantheras, quae in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, hominis nempe excrementa. vide infra. c. 2. l. XXVII. *Dalec.*

m. Alioqui viuacitatis adeo lentae, etc.) Leg. *Alias viuacitatis adeo lentae vt eiectis interaneis diu pugnet.* Salmaſ. pag. 213. a.

Alioqui) Alioqui id *animal* vitae eſt adeo tenacis, vt vel eiectis inteſtinis diu adhuc luctetur, *priuſquam efflet animam.* H.

n. Elephas) Elephas chamaeleonem aliquando deuorat, incaute, quod eiuſdem coloris chamaeleo eſt cum fronde, quam elephas in paſtum quaerit: occurit autem huic veneno ſuo oleaſtri eſu. Solini paraphraſis, c. 25. p. 47. *Si quis caſu chamaeleontem deuorauerit, vermem elephantis veneficum, oleaſtro ſumto peſti medetur.* H.

occurrit oleaſtro huic veneno ſuo. Vrſi *o.* quum mandragorae mala guſtauere, formicas lambunt. Ceruus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit. *p.* Palumbes *q.*, gracculi *r.*, [1] merulae, perdices, lauri

1. *Merulae lauri. f. a. f. purgant: perdices, columbae, etc D.*

o. Vrſi) Plutarchus de animal. prudentia, hoc remedio vti ſcribit vrſos, quum ſunt *ἀσώδεις*, id eſt, quum cibum faſtidiunt, auerſantur et abhorrent. *ἄλλως δ' ἀσώδης γενομένη*, inquit, *πρὸς τὰς μυρμηκίας τρέπεται καὶ κάθηται προβάλλουσα λιπαρὰν, καὶ μαλακὴν ἰκμάδι γλυκείᾳ τὴν γλῶσσαν ἄχρις οὗ μυρμήκων ἐμπλέως γένηται, καταπίνουσα δ' ὠφελεῖται.* Ceterum fortaſſis aliquis ſuſpicari poſſit eſu fructus mandragorae vrſis *τὴν ἄσην* naſci. Victorius cap. 17. XIII. vide infra c. 6. lib. IX. *Dal.*

Vrſi) Solinus, c. 26. p. 48. et Plutarch. in Quu. Natt. p. 918. et L. de ſolert. animal. p. 972. De hac re iterum, L. XXIX. ſ. 39. H.

p. Ceruus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit) Scribe: *herba cinarae.* ſic Horatio, *herba lapathi:* nam *κινάρα* dicitur Graece, non *κινάρη. Salmaſ.* pag 225.

Herba cinare) De hac cinare nihil dum compertum cuiquam eſt. Vide N. et Em. N. LXXXIII.(hic adi.) *Cerui)* Solini haec paraphraſis eſt, c. 19. p. 39. vbi de ceruis ſcribit: *Herbam quoque, quam cinarem vocant, contra noxia edunt gramina.* Quae loquendi forma peculiare quoddam herbae genus videtur prae ſe ferre, non eam, quae nota eſt omnibus, cinaram, quam Galli *articactum* vocant, *artichaut:* quae pomum habet, ſiue capitulum ſquamatim compactum ad inſtar nucis pineae, et aculeatum. Neque Salmaſio in Solin. p. 225 neque Pellicerio in Nott. MSS. aſſentior, qui de hoc altili carduo loquutum hic Plinium volunt: quum neque reliquo opere vniuerſo, vbi de eo ſermo eſt, cinarae vocabulum vſquam vſurpet: neque hic hortenſis carduus ac domeſticus ſilueſtri ferae promta ſatis et facilis medicina videatur. H.

q. Palumbes, gracculi, merulae, perdices, etc.) Lego: *Palumbes, gracculi, merulae, lauri folio annuum faſtidium purgant: perdices, columbae, etc.* Hinc namque Perdicium Helxine vocatur, quod ea comeſa ſe perdices purgent, vt idem ſcribit c. 10. lib. XXII. *Dalec.*

r. Gracculi) De his dicemus L. XI. ſ. 25. H.

ri folio annuum *s.* faſtidium purgant: columbae, [1] turtures, et gallinacei, herba quae vocatur helxine: anates, anſeres, ceteraeque aquaticae herba ſiderite *t.*: grues et ſimiles, iunco paluſtri. Coruus occiſo [2] chamaeleone, qui etiam victori nocet, [3] lauro infectum virus exſtinguit.

XLII. (XXVIII.) Millia praeterea *u.*, vtpote cum plurimis animalibus eadem natura rerum *x.*, caeli quoque obſeruationem, et [4] ventorum, et imbrium, et tempeſtatum praeſagia, [5] aliis alia dederit, quod perſequi immenſum eſt, aeque ſcilicet quam reliquam cum ſingulis hominum ſocietatem. *y.* Siqui-

1. *Totis Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ M. et Ch. chamaeleonte Gr. et Al.* 3. *lauru infectum Ch.* 4. *ventorum, imbrium, tempeſtatum Gr.* 5. *alia alio modo. Ch.*

s. Annuum faſtidium) Sic paulo ante nauſeam vernam dixit. Vide N. et Em. N. LXXXIV. (hic poſ.) *Lauri)* Prohibuit vnanimis exemplarium omnium conſenſus, quominus hic quidquam mouerem: alioquin haud grauate ſic emendaturus, *annuum faſcinum purgant.* Memini enim vero apud Philem me legere, Ἀνθίςαται δὲ πρὸς τὸ βάσκανον πάθος Δάφνην φαγοῦσα φάττα. Et Aelian. H. A. L. I. c. 35. auctor eſt palumbes ad faſcinationis amuletum laurinos tenues ramos colligere, atque ad pullorum munimen in nidos imponere. Sed alia Plinii mens eſt, vt apparet. H.

t. Siderite) Seride ex Colum. cap. 14. VIII. Ideoque Virg. Georg. I. inter ſegetum noxas quum memoraſſet improbos anſeres, Strymoniaſque grues, adiecit, - - *et amaris intyba fibris.* Quae radicum fibris terram defrugant, triticum angunt, et anſeribus expetitae illos inuitant. Turn. c. 35. lib. XXVII. *Dal.*

u. Millia praeterea) Rectius fortaſſe, *millia praetereo.* Tamen L. X. ſ. 41. *Multa praeterea ſimilia, quae prudens ſubinde omitto*, etc. H.

x. Natura rerum) Natura rerum effectrix. H.

y. Hominum ſocietatem) In eo poſita eſt ſocietas animantium cum hominibus videtur, quod hominum pericula extis illae, fibriſque, alia-

Siquidem et pericula praemonent, non fibris modo extiſque, circa quod magna mortalium portio haeret, ſed alia quadam ſignificatione. Ruinis z. imminentibus muſculi praemigrant, aranei cum telis primi cadunt. Auguria quidem [1] artem fecere a., apud

1. *Artem periculis facere. Apud Romanos ſacerdotum M.*

aliaque aliae via praenunciant. Quibuſdam *omnium* magis placet, hoc eſt, auguriorum, quam *hominum* legi. H.

z. *Ruinis imminentibus muſculi praemigrant)* Cicero ad Atticum, *Tabernae mihi duae corruerunt: reliquae rimas agunt. Itaque non ſolum inquilini, ſed mures etiam migrauerunt.* Dal.

Ruinis) Et id obſeruat Aelianus, H. A. L. VI. c. 41. L. XI. c. 19. L. item l. V. H. c. 11. H.

a. *Auguria quidem artem fecere, etc.)* Lege: *Auguria quidem artem fecere apud Romanos et ſacerdotum collegium: vel maxime ſolenne eſt inter ea locis rigentibus et vulpis, animalis alioquin ſolertia diri: amnes gelatos lacuſque non niſi ad eius itum reditumque tranſeunt.* Vide Salmaſ. pag. 440. b. *Auguria quidem etc.)* De augurum numero, dignitate, diſciplina, officio, habitu, vide Alex. ab Alex. cap. 19. lib. V. 4. et Feneſtell. ſeu potius Floccum de ſacerd. Rom. cap. 4. Onuph. Panuin. Ciuit. Roman. pag. 459. *Dalec.*

Auguria) Obſeruationes, inquit, ab auibus, aliiſque animalibus ſumtae, id fidei ſibi vindicarunt apud Romanos, vt Augurum diſciplinam Romam intulerint, ſolemneque his collegium ibidem inſtitutum ſit atque ſacratum. Auguratus certe potiſſima apud Romanos ſuperſtitio fuit. Inde in nummis antiquis Augures inſcribuntur, Caeſar Dictator, M. Antonius, C. Caeſar, qui poſtea Auguſtus eſt dictus, Veſpaſianus, et alii. Nummus a Seguino vulgatus, e plumbo tertiae magnitudinis, p. 21. ſecundae edit. virum exhibet nudum, pileo Narbonenſi vrbano tectum, gerentem ſiniſtra lituum auguralem, dextra caput cum collo alicuius animalis, vt videtur. Epigraphe eſt: SILVANI. Lege. *Saluti Imperatoris Ludi Voto Augurum Narbonenſium Inſtituti.* Sic apud Plinium legas L. VII. ſ. 49. *Ludis pro ſalute Auguſti votiuis.* In parte auerſa, Ara eſt cum igne, ſymbolum religionis, quam tutari ſe velle Augures profitentur. Inſcriptio, HERMEROTIS. Sen-

apud Romanos: et ſacerdotum collegium vel maxime ſolemne eſt. [1] In Thracia *b.* locis rigentibus et vulpes

1. *Interea. M. et Ch.*

Sententia eſt: *Haud Erit Religioni MEtuendum Romani Orbis, Traiano Imperatore Saluo.* Docet hic nummus ſane praeclarus, et plumbum iſtud auro emendum, iam tum ſuae religioni in prouincia Narbonenſi metuiſſe Augures a Chriſtiana Religione et Traianum Imperatorem falſorum numinum cultui fuiſſe addictiſſimum. Conuenit certe cum pictura egregie noſtra tituli vtriuſque interpretatio. Titulum Auguris etiam in Graecis nummis primi deprehendimus; in nummo perpulcro ſcilicet, neque antea in his terris viſo, ex aere maximo, de quo iam diximus ad L. V. ſ. 22. Eſt ille nummus Alenorum in Cilicia. Priore parte, caput eſt iuuenile laureatum; epigraphe ΔΗΜΟΣ ΑΛΗΝΟΝ. *Populus Alenorum.* Parte altera, Deam Annonam exhibet, cum temone et cornucopiae. Epigraphe: ΕΠΙ ΑΛ. Μ. Κ. ΑΡΧΟΝΤΟC Δ. ἐπὶ Ἀλεξάνδρε Μάντιος καὶ Ἄρχοντος δ'. *Sub Alexandro Augure et Archonte quartum.* Qui nummi dicuntur a Spanhemio, T. II. p. 85. ſub Tito et Domitiano habere Οἰωνιςὴς pro *Augure*, ii Golziani ſunt, hoc eſt, ficti. H.

b. In Thracia locis rigentibus et vulpes animal alioqui ſolerti auditu amnes gelatos lacuſque non niſi ad paſtus iturae rediturae que tranſeunt. Obſeruatum eam, et reliqua.) Senſum pulcerrimum verba vitioſiſſima adumbrant, neque ſinunt percipi ad plenum. Ambo exemplaria, verba illa, *non niſi ad paſtus iturae rediturae que*, aliter legunt, vt puto recte: *Non niſi ad eius itum reditumque.* Beneficio igitur ſcriptae lectionis, totus hic locus ſic reſtituetur, *In Thraciae locus rigentibus et vulpes, animal alioqui ſolerti auditu:* repetendum hic, *artem periculis fecit*; tum ſequitur, *Amnes gelatos lacuſque non niſi ad eius itum reditumque tranſeunt. Obſeruatum eam, etc.* Confirmat hanc correctionem Plutarchus in libro, cui titulum fecit, Vtra animalium ſagaciora aquatica an terreſtria, vbi multis verbis perſequitur, quod hic Plinius paucis complexus eſt. *Pint.*

In Thracia) Vide N. et Em. N. LXXXV. (hic adi.)

In Thracia) Chiffl. Cod. *Interea*, quod ineptum eſt. Probat tamen Salmaſ. in Solin.

pes, animal alioqui [1] ſolertia dirum *c.*: amnes gelatos, lacuſque, [2] nonniſi ad eius itum reditumque *d.* tranſeunt. *e.* Obſeruatum, eam aure ad glaciem appoſita, coniectare *f.* craſſitudinem gelus.

XLIII. (XXIX.) Nec minus clara exitii documenta ſunt etiam [3] ex contemnendis animalibus.

M.

1. *Sic et Ch. ſolerti auditu Gr. et Al.* 2. *nonniſi ad paſſus iturae redituraeque Gr. et Al.* 3. *ex Ch. non leg.*

lin. p. 440. Damnat Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 968. et 969. qui apud Thraces id euenire docet. Οἱ δὲ Θρᾷκες, inquit, etc. Et Aelian. H. A. L. VI. c. 24. iiſdem verbis. H.

c. Solertia dirum) Cuius ſolertia ceteris alioqui animalibus exitioſa eſt. Subintellige, pericula praemonent. Vide Not. et Em. N. LXXXVI. (hic coll.) *Animal*, Ita reſtituimus ſequuti veteres codices R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. quod editores Pliniani in ſolerti auditu perperam transmutarunt. Et enim ſententia loci, Vulpem, animal alioqui ceteris ſua ſolertia noxium ac metuendum, hominum tamen pericula praemonere. De documentis enim agi, quae varia ferarum nobis genera dederint, certiſſime ſuperiora declarant. H.

d. Ad eius itum reditumque) Vide N. et Em. N. LXXXVII. (hic conſp.) *Ad eius*/*etc*) Nihil eſt ſane exploratius, quam ad rigentium locorum incolas, non ad vulpes, tranſitum illum gelatorum amnium lacuumque referri oportere: hoc enim loci ſententia poſtulat, vbi de documentis agitur, quae ab animalibus homini tribuntur. Itaque ſequi maluimus fidem vetuſtorum codicum, R. 1. 2. Par. Tol. et Salm. quos Pintianus laudat, quam editorum emendationem praepoſteram, *non niſi ad paſtus iturae, redituraeque.* H.

e. Tranſeunt) Accolae amnium eorum tranſeunt. H.

f. Coniectare) Et quidem, ſi Plutarcho credimus eadem referenti, L. de ſolert. anim. p. 969. ratiocinatione hac fere adhibita, vbi admota aure ſentit aquam ſubter glaciem labi, ac ſonitum edere. *Quod ſonitum edit, mouetur: quod mouetur autem, non congelauit: quod gelu non concreuit, humidum eſt,: vbi vero humidum eſt, ne quod ſuperſtat, ſubſidat, periculum eſt.* H.

M. Varro auctor eſt, a cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum; a talpis in Theſſalia: ab ranis g. ciuitatem in Gallia pulſam, ab locuſtis h. in Africa: ex Gyaro i. Cycladum inſula incolas a muribus fugatos, in Italia k. Amyclas a ſerpentibus deletas. Citra Cynamolgos Aethiopas l. late deſerta regio eſt, a ſcorpionibus et [1] ſolipugis m. gente ſublata: et a ſcolo-

1. *Solpugis Gr. et Al.*

g. *Ab ranis)* Sic Antariatarum gentem, circa Paeones Dardanoſque poſitam, ab ranis coactam cedere patria, auctor eſt Diod. Sic. L. III. p. 164. et ex Troio Iuſtinus, L. XV. c. 2. et Aelian. H. A. L. XVII. c. 41. aliique. H.

h. *Ab locuſtis)* Quantam olim ſtragem in Aegypto Iudaeaque ediderint, prolixa diſputatione explicat Sam. Bochartus de anim. P. I. L. IV. c. 3. et 4. p. 460. H.

i. *Ex Gyaro)* Id rurſum repetitur, ſ. 82. De Cleonis oppido in monte Atho, narrat eadem Heraclides in Politiis. De quibuſdam circa Troiam incolis, Plinius ipſe, L. X. ſ. 85. H.

k. *In Italia)* Haec quoque Solinus ex Plinio, c. 2. p. 15. Sotion ex Iſigono ciues inde pulſos affirmat ab hydrorum multitudine, in opuſc. de fluminibus et palud. p. 142. Περὶ δὲ Ταῤῥακίναν τῆς Ἰταλίας φησὶν Ἰσίγονος λίμνην εἶναι Ἀμυκλαίαν καλȣμένην, καὶ παρ' αὐτῇ πόλιν ἔρημον· ἧς τȣς ἐνοικȣ͂ντας ϛερηθῆναι τῆς πόλεως διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὕδρων. H.

l. *Citra Cynamolgos Aethiopas etc.)* Leg. *Circa Cynamolgos Aethiopas late deſerta regio eſt, a ſcorpionibus et ſolpugis (an ſolifugis) gente ſublata.* Salmaſ. p. 100.

Citra Cynamolgos) Aethiopiae populi hi fuerunt verſus auſtrum vltimi, de quibus L. VI. ſ. 35. H.

m. *Et ſolipugis)* Animalibus mediae cuiuſdam inter formicam araneumque formae. Vide N. et Em. N. LXXXVIII. *et ſ.)* Siue *ſolipugis* ſcripſerit, vt habet Regius codex 2. cum Parmenſi, vetuſtiſque aliis editionibus: ſiue *ſolpugis*, cum aliis, nihil intereſt: id enim contractum eſt a *Solipunga* nomen: quod genus eſt, inquit Feſtus, *beſtiolae maleficae, quod acrius concitatiuſque fit feruore Solis: vnde etiam nomen traxit.* Atque ita Lucanus ſcri-

ſcolopendris *n.* [1] abactos Rhoetienſes *o.*, auctor eſt Theophraſtus. Sed ad reliqua ferarum genera [2] redeamus.

XLIV. (XXX. [3]) Hyaenis *p.* vtramque eſſe naturam et alternis annis mares, alternis feminas fieri,

1. *Abactas Etruriae res.* *M.* *abactos Eretrienſes.* *Ch.* *Trerienſes Gr. et Al.* 2. *tranſeamus.* *M.* *redeamus.* *Ch.* 3. *ad inſcriptionem ap. Grut.* *Crocuta Arabes vocant, Adib. Vide infra cap. 8. lib.* XXVIII. *Dalec.*

ſcripſit, L. IX. v. 837. *Quis calcare tuas timeat, Solpuga, latebras?* Nec aliter apud Ciceronem legerim, auctoresque probatiores, Solini Salmaſiique Solifuga, quod Solem fugiat, exploſa penitus atque damnata: quam nec ipſa Lucaniani metri ratio patitur. Araneorum generi ſolpugas accenſent Diodor. L. III. p. 164. Strabo, L. XVI. p. 772. et Aelian. H. A. L. XVII. c. 40. qui haec pariter de iis narrant. Formicis adſcribit Plinius, L. XXIX. vbi de iis rurſum. Nempe inter araneos ſiue Φαλάγγια genus eſt quoddam, a formicae ſimilitudine μυρμήκιον appellatum, quemadmodum ſuo loco dicemus: vt plane mediae formae inter araneum formicamque fuiſſe ſolpuga videatur. H.

n. Scolopendris) Terreſtribus, nam et marinae ſunt. *Dalec.*

o. Rhoetienſes) Vide N. et Em. N. LXXXIX. (hic adn.) *Rhoet.*) Libri fere omnes aut *Trerienſes*, habent, aut *Eretrienſes*. Nos *Rhoetienſes* ſcripſimus, Aeliani admonitu, cuius haec verba H. A. L. XI. c. 8. σκολόπενδραι δὲ, Ῥοιτιεῖς ſubintellige ἀνέστησαν ex ſuperioribus: quod ille haud dubie ex Graeco Theophraſti accepit. Idem L. XV. c. 26. Λέγουσι δὲ ὑπὸ σκολοπενδρῶν ἐξαναστῆναι Ῥυτιεῖς, vbi Ῥυτιεῖς pro Ῥοιτιεῖς, vt puto, mendoſe. Sed vtut eſt, emendatio noſtra vtriusque loci auctoritate ſtabilitur. Rhytium Plinio L. IV. ſ. 20. et Stephano, Cretae: Ῥοιτεῖον, Troadis oppidum eſt. H.

p. Hyaenis) Haec Aeliani H. A. L. I. c. 25. haec vulgi apud Oppian. Cyneg. L. III. v. 289. haec Herodoti Heracleotae opinio fuit, referente Philoſopho L. III. de generat. anim. c. 6. exiſtimantis hyaenae duplex genitale eſſe, alterum maſculum, femineum alterum, *ac marem et feminam*, vt Tertullia-

parere ſine mare *q.*, vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collum [1] et iuba continuitate ſpinae porrigitur *r.*, flectique, niſi circumactu totius corporis, [1] ne-

1. Collo et iuba et vnitate. M. collum et iubam et vnitatem. Ch.

tullianus ait L. de pallio c. 3. *alternare*: quod Philoſophus tum eo loco refellit, tum L. VI. H. A. c. 32. p. 778. Plura veterum teſtimonia, qui in eadem haereſi fuerunt, collegit Bochartus, de anim. P. I. L. III. c. 11. p 834. H.

q. Parere ſine mare) Quod feminae vtramque vim, hoc eſt, non concipiendi ſolum, ſed et alteram cum qua coeant, implendi poteſtatem ſortitae a natura exiſtimentur: id quod de leporum genere crediidiſſe Archelaum Plinius admonet, ſ. 81. *Archelaus auctor eſt*, inquit, — *vtramque vim ſingulis ineſſe, ac ſine mare aeque gignere.* Neque vero in ſuſpicionem quemquam venire oportet, librariorum vitio hic excidiſſe voculam *trochon*, qui ſe ipſum inire dicitur; legendumque eſſe *trochon parere ſine mare*: quum et exemplaria plane conſentiant, et ipſa refragetur orationis ſeries, in qua cuiuſuis alterius animalis, praeter hyaenam, importuna nimis mentio fuerit. Nam quae ſequuntur, *Collum et iuba*, etc. ad trochum referri tum neceſſe foret, quod abhorret a vero. H.

r. Collum et iuba continuitate ſpinae porrigitur.) Scribe: *Collum et iubam ei vnitatem ſpinae porrigitur*: hoc eſt, quod ait Solinus, collum ei cum ſpina rigere continua vnitate. Dicit ergo collum et iubam vnitate ſpinae ei porrigi, id eſt, collum cum ſpina vnum eſſe, et iubam per totum porrigi. *Salmaſ.* 336. b. *Collum et iuba continuitate ſpinae porrigitur.)* Citra vertebrarum diſtinctionem, cum dorſi ſpina continuatur, quae in nodos et articulos diuiſa eſt in ceteris animalibus, quemadmodum videre eſt infra, cap. 8. lib. XXVIII. *Dalec.*

Collum et iuba) Ariſt. H. A. L. VIII. p. 899. hyaenae ait iubam ineſſe, ſicut equo: ſed et ſetas ipſas tum duriores, tum denſiores: continuarique toto dorſo, καὶ δι' ὅλης τῆς ῥάχεως. Quae de continuato cum ſpina colli rigore Plinius adiicit, et illius deinde tranſſcriptor Solinus, ab alio quopiam ſcriptore, quam a Philoſopho, acceptaſſe neceſſe eſt. Eſſe nihilominus vera teſtis αὐτόπτης prodidit Busbequius, cap. 1. p. 33. eſt enim id ferae genus in Phrygia frequens,

[1] nequit. Multa praeterea *s.* mira traduntur. Sed maxime ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula [2] aſſimulare, nomenque alicuius [3] addiſcere, quem euocatum [4] foras *t.* laceret. Item vomitionem hominis imitari *u.*, ad ſollicitandos canes, quos inuadat. Ab vno *x.* animali ſepulcra erui, inquiſitione corporum. Feminam *y.* raro capi. Oculis mille eſſe varietates, colorumque mutationes. Praeterea vmbrae eius *z.* contactu canes obmuteſcere. Et quibuſdam *a.* magicis artibus omne animal, quod ter luſtrauerit, in veſtigio haerere

Ee 3 XLV.

1. *Non quit. Ch.* 2. *aſſimilare. M.* 3. *addiſci. Ch.* 4. *foris. M. et Ch.*

quens, ab incolis *Zirtlan* nuncupatum. H.

s. Multa praeterea) Quae Solinus ad verbum tranſſcripſit ex Plinio l. c. H.

t. Foras) MSS. foris. H.

u. Item vomitionem hominis imitari) Aelianus cap. 22. lib. VII. de Animal. *Dalecamp.*

Item vomitionem) Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 9. p. 899. Solin. l. c. Phile, p. 100. Aelian. H. A. L. VII. c. 22. H.

x. Ab vno) Ariſtot. l. c. Solin. c. 27. p. 51. H.

y. Feminam) Ariſt. de gen. anim L. III. c. 6. Ἁλίσκονται οἱ ἄῤῥενες μᾶλλον, *magis capiuntur mares.* Solin. *Promtius eſt marem capere: feminis enim ingenita eſt callidior aſtutia.* H.

z. Praeterea vmbrae eius) Ariſtot. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Aelianus cap. 7. lib. III. de Animal. *Dal.*

Praeterea) Solin. l. c. Auctor libri de mirab. auſcult. inter Ariſtotelis opera, p. 1166. Aelian. H. A. L. III. c. 7. et L. VI. c. 14. H.

a. Et quibuſdam) Solin. l. c. Et in amatoriis quidem vim ei Turcae maximam tribuunt, teſte Buſbequio, ep. I. p. 33. Vide N. et Em. N. XIC. *Et q.)* Hanc lectionem ipſe Solinus agnoſcit c. 27. p. 51. ſcribens, *Hyaena quodcumque animal ter luſtrauerit, mouere ſe non poteſt,: quapropter magicam ſcientiam ineſſe ei pronunciauerunt.* Scribendum nihilominus arbitratur Pellicerius in Not. MSS. *Et vt quibuſdam*, hoc eſt, non vere magicis artibus, quum id de fera ſuſpicari minime liceat, ſed tanquam magicis. H.

XLV. Huius generis coitu leaena Aethiopica *b.* parit [1] crocutam *c.*, ſimiliter voces imitantem hominum pecorumque. Acies ei perpetua: in [2] vtraque parte oris *d.* nullis gingiuis, dente continuo: qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo

1. *Corocottam. Ch.* 2. *vtroque orbe, (i. e. oculo) oris nullis. ex Solin. acies ei perpetua in vtraque parte oris: nullis gingiuis Gr. et Al.*

b. Huius generis coitu leaena Aethiopica parit crocutam.) Nulla ratione defendi poteſt, *crocutam.* Nam cap. 21. ex cane lupoque crocutas concipi tradit: confirmaturque auctoritate Strabonis l. XVI. hic vero ex hyaena leaenaque Aethiopica. Itaque ne a ſeipſo diſſentiat Plinius, commodius legetur, *leocrocutam*, quam *crocutam.* Nam leocrocutam voces humanas imitari, ſuperius ſcripſit et item dentium loco os habere perpetuum, quam duplicem naturam hic repetit. Sed repugnant tum auctoritas Solini c. XXIX. tum quod Plinius Indicum animal ſupra fecit leocrocutam, non, vt hic, Aethiopicum. Apogr. Tolet. *Corocotiam* legit, non *crocutam:* vt forte animal ſit diuerſum corocotia a crocuta. Non placet hoc nimis, nec item nimis diſplicet. Ita ad Ariſtotelicum in ambiguis remedium confugiendum erit, vt conſideretur melius. *Pint.*

c. Parit crocutam) R. 1. 2. Chiffl. Par. indexque huius operis, *corocottam.* Haec leucocrota eſt, de qua diximus, c. 21. quae Κροκόττας Cteſiae vocatur, Aeliano H. A. L. VII. c. 22. Κορoκόττας. Imitari vero voces humanas, Diodorus falſum putat: laborat Aelianus, vt affirmet. H.

d. Acies ei perpetua in vtraque parte oris) De acie dentium perpetua debet accipi, ac continuo dentium acumine. *Salmaſ.* 337. b. 338. a. *Acies ei perpetua in vtraque parte oris nullis gingiuis.)* Legendum opinor, *Acies ei perpetua in vtroque orbe, oris nullis gingiuis.* Solinus cap. XXIX. *Numquam conniuet aciem orbium, ſed in obtutum ſine nictatione contendit. In ore gingiua nulla.* Pint.

Acies ei) Numquam conniuet aciem oculorum: in vtraque parte oris nullae gingiuae, ſed dens perpetuus ineſt. Vide quae adverſus Salmaſium dicturi ſumus in N. et Em. N. LXXVIII. p. H. Vide ſupra p. 418. lit. q.

do includitur. Hominum ſermones imitari et mantichoram *e.* in Aethiopia, auctor eſt Iuba.

XLVI. Hyaenae plurimae gignuntur in Africa, quae et aſinorum ſilueſtrium *f.* multitudinem fundit. Mares in eo genere ſinguli feminarum gregibus imperitant. Timent libidinis aemulos, et ideo grauidas cuſtodiunt, morſuque natos mares caſtrant. Contra grauidae latebras petunt, et parere [1]furto *g.* cupiunt, gaudentque copia libidinis.

XLVII. Eaſdem partes ſibi ipſi Pontici *h.* amputant fibri *i.*, periculo vrgente, ob hoc ſe peti gnari:

1. *Furtim.* V.

e. Mantichoram) De qua ſuperius, ſ. 30. H.

f. Aſinorum ſilueſtrium) De his eadem refert Solin. c. 27. p. 51. Deſcribitur a Philoſtorgio, L. III. c. 11. H.

g. Furto) Occulte.

h. Eaſdem partes ſibi ipſi Pontici amputant fibri) Iuuenalis Satyr. 12. — *imitatus Caſtora, qui ſe, Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.* Falſum tamen vanumque id eſſe Sextius tradit infra cap. 3. lib. XXXII. *Dalec.*

i. Amputant fibri) Vulgi errorem nunc recitat, quem ipſe refellit L. XXXII. ſ. 13. Sextium ſequutus, diligentiſſimum, vt vocat, medicinae auctorem. Sunt enim parui caſtoribus, ſubſtrictique, vt in ſue, teſtes, inquit Dioſcor. L. II. c. 26. et adhaerentes ſpinae: (vt quibuſdam placet, etſi alii pernegant:) vnde reuelli dentibus nulla ratione poſſunt. At habent iidem in inguinibus geminos tumores, ſiue folliculos, membrana ſua contectos, quos inter exſtat τὸ αἰδοῖον. Ex his liquor pinguis exſudat, quem caſtor ſaepe admoto ore lambit et exſugit: poſtea hoc veluti oleo, quas poteſt corporis partes contingere, oblinit. Hinc erroris anſa oblata imperitis. Similes tumores quum in omnibus leporibus vulgus obſeruaſſet, lepores omnes mares ſimul et feminas eſſe credidit. Ita fere Rondelet, L. de Amphib. c. 8. et poſt eum Saracenus in not. ad Dioſc. L. II. c. 26. Fiber Gallis eſt, *Biévre* ou *Caſtor*, animal in Polonia finitimiſque prouinciis, et in Noua

ri: caſtoreum id vocant medici: alias animal horrendi [1] morſus *k.*, arbores *l.* iuxta flumina *m.*, vt ferro,

1. *Morſum. V.*

Noua Francia notiſſimum. His adde quae Plinius affert, L. XXXII. ſ. 13. H.

k. *Alias animal horrendi morſus, arborum iuxta flumina vt ferro caedit. Hominis parte comprehenſa, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſu reſoluit*) Locus inter ceteros huius operis inſigniter vitiatus, ac prope conclamatus, qui ſi opera mea non fuerit in integrum reſtitutus, elegantiorem tamen habitum, vt puto, aſſumet. Scribo igitur ſic: *Latax animal horrendi morſus, arbores iuxta flumina vt ferro incidit. Homine Lutra comprehenſo, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſu reſoluit.* Ariſtoteles libro VIII. cap. 5. *Sunt inter quadrupedes feraſque quae victum ex lacu et fluuiis ferant, at vero a mari nullum, praeterquam vitulus marinus. Sunt etiam in hoc genere fiber, ſatherium, ſatyrium, lutris, latax, quae latior lutre eſt, denteſque habet robuſtos, quippe quae noctu plerumque egrediens virgulta proxima ſuis dentibus vt ferro praecipit. Lutris etiam hominem mordet, nec deſiſtit, vt ferunt, niſi fracti oſſis crepitum ſenſerit.* Haec Ariſtoteles; a quo tamen longiſſime abeunt, quae ſubiicit Plinius, vtrique molliorem pluma eſſe pilum. Nam lataci Ariſtoteles eodem loco pilum eſſe tradit durum, ſpecie inter pilum vitulini marini et ſerui. Niſi quis dicat non *vtrique* ſcribendum in Plinio, ſed *lutrae.* Lutrae praeter alios et Athenaeus vndecimo, et Herodotus primo meminere. *Pint.*

l. *Arbores*) Vide N. et Em. N. XCI. (paulo poſt) Tranſſcripſit haec Solinus, c. 13. p. 33. *Arb.*) Etſi arbores morſu caedere, non fibro Ariſtoteles, ſed lataci attribuit L. VIII. H. A. c. 9. p. 901. quae cauſa Pintiano fuit, et Pellicerio deinde in Not. MSS. cur locum hunc ſic immutarent, *Latax animal horrendi morſus, arbores iuxta flumina, vt ferro, caedit: homine lutra comprehenſo etc.* Pliniumque ſecuritatis, negligentiae ſupinitatiſque arguerent; de fibro tamen ipſo id quoque experientia comprobat, quam cepere oculis ii, a quibus nos et hanc morſus vim prope incredibilem, et alia, quae caſtori a Plinio adſcribuntur, tam eſſe vera didicimus, quam quae veriſſima. Haec dudum

ferro, caedit *n.*: hominis parte comprehenſa, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſus reſolvit. [1]Cauda piſcium iis *o.*, cetera ſpecies lutrae. *p.* Vtrumque aquaticum: vtrique mollior pluma *q.* pilus.

1. Cauda piſcium fibris. Cetero ſpecies. D.

dudum ſcriptis prodidit Albertus M. qui ſe ab iis accepiſſe profitetur, qui, vt ait, *erant experti valde circa caſtores. Caſtor*, inquit L. VII. de anim. tr. 1. c. 5. p. 221. *habet dentes fortes valde, et ſaepe exit de nocte de caueis riparum, et amputat ramos arborum, qui ſunt circa fluuios, et conſtruit ſibi caſas ex iis — Caudam autem habet latam et ſquamoſam, quia per illam natat inſequendo piſces: et teſtes eius ſunt id quod vocatur caſtorium. Dentes autem habet fortes, et eſt animal mordax, aliquando mordens homines, et dicunt quidam morſum illum non ſanari, niſi laeſus audiat fracturam oſſium caſtoris. . . Et abundant iſta animalia valde in partibus Alemanniae quibuſdam, et in terris Sclauorum, Poloniae, et Pruſſiae et Ruſſiae.* Eadem iterum repetit L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 584. Quibus ſunt ea conſentanea maxime, quae de fibris ſiue caſtoribus narrant ii, a quibus frequenter viſos accepimus. Nam et arbores ab iis morſu fractas, exſtructaſque ex arte caſas ipſi viſas a ſe referunt. Caſtoris dentes aliquando et nos tractauimus, duritiei prope incredibilis: frangi vix vt vlla vi queant. Λάταξ porro, cuius Ariſtoteles meminit, animal eſt, amphibium, lutrae fibroque congener: cui vis par ineſſe poſſit. H.

m. Iuxta flumina) Feſto fiber quaſi fimber dicitur, quod in extremis fluminum oris ac tamquam fimbriis degat. *Dalec.*

n. Caedit) Ariſtoteles id ſcripſit περὶ τῆς ἐνυδρίδος, quam lutram vocamus, cap. 5. lib. XI. hiſt. Plautus. *Sic me ſubes quotidie, quaſi fiber ſalicem.* Dal.

o. Cauda piſcium iis) Nempe fibris. Vidimus et nos ſquamoſam, latam ſemipede, ſeſquipede ipſo longam. H.

p. Lutrae) La loutre Gallis dicitur. E fibrorum genere, inquit Plin. L. XXXII. ſ. 53. H.

q. Mollior pluma) Geminus fibro pilus eſt; alter longior, duriorque: interior alter, ſpiſſior, breuior, molliorque: Galli *duuet* vocant: vnde pileis pretioſioribus concin-

XLVIII. (XXXI.) Ranae quoque *r.* rubetae *s.*, quarum et in terra, et in humore *t.* vita, plurimis refertae medicaminibus, deponere ea [1] quotidie ac reſumere a paſtu dicuntur, venena tantum ſemper ſibi reſeruantes.

XLIX. Similis *u.* et vitulo marino victus, in mari ac terra: ſimile [2] fibro et ingenium. Euomit fel ſuum, ad multa medicamenta vtile. Item [3] coagulum *x.*, ad comitiales morbos: ob ea ſe peti prudens.

1. *Aſſidue. M.* 2. *fibris. M. praue. ſic tamen et Ch.* 3. *coagulum. Ch.*

concinnandis materies aptiſſima, quibus a caſtoribus nomen eſt. H.

r. Ranae quoque rubetae) De rubetarum veneno et ſumpto, et afflatu incuſſo, vide Aelianum cap. 12. XVII. de Animal. et infra cap. 6. lib. XXXII. *Dal.*

s. Rubetae) A Graecis φρῦνες vocari, idem Plinius ſcribit, L. XXXII. ſ. 18. Errant, qui bufonem putant, quem Galli *crapaud* nominant: neque enim Pliniana deſcriptio L. XXXII. cum bufone congruit, aut Aetiana, de qua mox. Ranae genus eſt venenatae, a rubis et vepribus in quibus degunt, nomen ſortitum. In Notis, quae Tironi falſo adſcribuntur, apud Gruterum, p. 182. *Ranorubeta.* H.

t. Et in humore) Et quidem in humore ſeu aqua primum, poſt in terra, rubiſque; vnde ei tum rubetae nomen. Aetius ſerm. 13. c. 36. p. 258. *Rubeta, ranae ſpecies eſt, quae paluſtris vitae conditionem in terreſtrem mutauit: vnde et rubeta appellatur, etc.* H.

u. Similis) Marini vituli victus ſimilis eſt rubetis, in mari ac terra: ingenium vero ſimile fibris: *Nam vt ſibi teſtes amputant fibri* ſic ille fel euomit — — et coagulum — — ob ea ſe peti gnarus. H.

x. Coagulum) Theoph. in fragmento de animalium inuidia. Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκεσμ. *Dal.*

Item coagulum) Theophr. haec habet Libro περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φθονεῖν, et Auctor libri de mirabilibus auſcult. p. 1155. Dioſcorides quoque L. II. c. 85. phocae, ſeu vituli marini coagulum, pares caſtorio vires habere, credique comitialibus plurimum prodeſſe teſtatur: et Aelianus H. A. L. III. c. 19. H.

dens. Theophraſtus *y.* auctor eſt, [1] anguis modo et ſtelliones ſenectutem exuere *z.*, eamque protinus deuorare, praeripientes comitiali morbo remedia. Eoſdem mortiferi in Graecia morſus *a.*, innoxios eſſe *b.* in Sicilia.

L. (XXXII.) Ceruis quoque eſt ſua malignitas *c.*, quamquam placidiſſimo animalium. Vrgente vi canum, vltro confugiunt ad hominem. Et in pariendo *d.* ſemitas minus cauent, humanis veſtigiis tritas,

1. *Angues eo modo. et. M. fortaſſis, eodem modo, vt in V.*

y. Theophraſtus) Loco antea appellato. Sed recte is monet, neque vitulum marinum, dum coagulum emittit, neque ſtellionem, dum corium vorat, inuidia id facere: ſed illum metu euomere: hunc innato inſtinctu, quo canes, ſues, et quadrupedes fere omnes fecundas a partu vorant. Theophraſtus magiſtrum ſequutus eſt, L. VIII. H. A. c. 23. p. 941. Vtrumque Auctor libri de mirab. auſcult. p. 1155. et Aelian. H. A. L. III. c. 17. H.

z. Senectutem exuere) Ariſtoteles et Theophraſtus citatis locis. Senectutem ſtellionis tuniculam auctor vocat cap. 10. lib. XX. *Dal.*

a. Eoſdem mortiferi in Graecia morſus, innoxios eſſe in Sicilia) Imo e contrario ſcribendum videtur verbis permutatis, *Eoſdem mortiferi in Sicilia morſus, innoxios eſſe in Graecia.* Ariſtotelis in libro de admirandis auditionibus: *Et in Sicilia autem aiunt et in Italia Stelliones letali eſſe morſu, non ſicuti noſtrates.* Pint.

b. Innoxios eſſe) Diffidet igitur ab Ariſtotele, a quo ſcimus accepiſſe Auctorem libri de mirab. auſcult. p. 1166. quae ſic tradidit: Καὶ ἐν Σικελίᾳ δέ φασι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ τοὺς γαλεώτας θανάσιμον ἔχειν τὸ δῆγμα. Ipſe certe Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 33. p. 987. in Italia ſtellionum morſus docet eſſe letales. H.

c. Sua malignitas) Sua quoque ceruis, inquit, inuidia eſt, qualis fibro, phocae, ac ſtellioni: nam cornu ſuum, vt infra dicetur, ceu medicamento aliquis praeditum, quum decidit, occultant, nobiſque praeripiunt: alioqui animal placidiſſimum eſt: quippe vrgente vi canum, etc. H.

d. Et in pariendo) Ariſt. H. A. L. VI. c. 29. p. 768. et L.

tritas, [1] quam ſecreta, ac feris opportuna. Conceptus earum poſt Arcturi ſidus. *e.* Octonis *f.* menſibus ferunt partus, [2] interdum et geminos. A conceptu ſeparant ſe. At mares relicti rabie libidinis ſaeuiunt: [3] fodiunt ſcrobes. Tunc roſtra eorum nigreſcunt, donec [4] aliqui *g.* abluant imbres. Feminae autem ante partum purgantur herba quadam, quae ſeſelis *h.* dicitur, faciliore ita vtentes vtero.

1. *Quam quae ſecretae, ac feris opportunae. M. Tol. tamen vulgatam ſequitur.* 2. *interim. Ch.* 3. *fodiuntque. V.* 4. *ſic et M. et Ch. aliquando Gr. et Al.*

et L. IX. c. 6. p. 1018. Plutarchi L. de ſolertia anim. p. 971. Cauſam vero huius inſtituti repetit Aelian. H. A. L. VI. c. 11 non ex placiditate morum, ſed ex ingenii ſolertia magis: quod inſidias nimirum ſibi catuliſque ſtrui a feris timet, quibus ſe viribus imparem nouit: homines autem celeritatis ac pedum confidentia nihil reformidat. H.

e. Poſt Arcturi ſidus) Ita Solinus c. 19. p. 39. Accuratius tempus Ariſtoteles ſignauit ſcribens hiſt. L. VI. p. 768. Ὀχεῖαι γίνεται μετ' Ἀρκτοῦρον, περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. *Coeunt poſt Arcturum,* etc. Coitum ceruorum noſtri *Ruttum* vocant, *le Rut.* Duos ferme menſes perdurat. Incipit poſt Arcturi exortum, quem oriri diebus vndecim fere ante aequinoctium vernum Plinius tradit, L. XVIII. ſ. 74. H.

f. Octonis) Quae ſequuntur, ea habet etiam Ariſt. l. c. p. 769. et 771. H.

g. Donec aliqui) Ita MSS. omnes: editi *aliquando.* Roſtrorum porro nigredinem imbribus elui delerique Plinius tradere videtur: Ariſtoteles vero ſenſiſſe exagitatos libidinis rabie ceruos, inedia laboribuſque ſe conficere, faciem nigreſcere, exſudantibus g u t t i s, ſibi quemque ſeorſim ſcrobem fodere, nec prius huiuſcemodi furorem exuere, quam ſuperuenire imbres: tunc enim primum, tamquam Veneris igne refrigerato, ad ſanitatem pabulumque reverti. H.

h. Feminae autem ante partum purgantur herba quadam quae ſeſelis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. A partu duas habent herbas quae aros et ſeſelis appellatur, etc.) Multa hic animaduerſione digna. Seſelim et a partu et

vtero. A partu duas *i.* [1]quae aros et ſeſelis *k.* appellantur,

[1] *Habent, quae, etc. M. A partu duas, quae et anno et ſiſelicis app. Ch. a partu duas habent herbas, quae Gr. et Al.*

et ante partum ceruas paſci. Quod non ſit mihi veriſimile. Alia ergo herba eſt, quam ſeſeli, qua poſt partum paſcuntur; Helxinen eam appellat lib. XXV. vt habent libri ſcripti. Iidem libri hoc loco ſic ſcribunt: *a partu duas, quae Tamo et ſiſelicis appellantur: paſtae redeunt ad fetum:* carent enim illis verbis, *herbas habent.* Puto ſcribendum: *a partu duas, quae Tamus et ſideritis appellantur, paſtae redeunt ad foetum.* Salmaſ. p. 224.

Quae ſeſelis) Cicero de N. D. L. II. p. 101. *Ceruae,* inquit, *paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quae ſeſelis dicitur.* Dioſcorides quoque, L. III. c. 60. ſemen ſeſelis menſes et fetus ex vtero ducere praefatus, mox id ipſum vt partus adiuuet, capris quadrupedibuſque aliis bibendum eſſe ſubiecit. Sibique adeo conſtaus Plinius, L. XX. ſ. 18. vtilia et ſeſelis folia eſſe dixit, vt quae partus adiuuent, etiam quadripedum, parituraſque ideo ceruas eo paſci. Adde et Aelian. V. H. L. III. c. 35. H.

i. A partu duas habent herbas, quae aros et ſeſelis appellantur, paſtae redeunt ad fetum) In voce *ſeſelis* nihil mutandum. Sed pro *quae aros*, legendum *chorion*, quod aeque ac *ſeſelin* pro herbae genere accepit Plinius inſigni errore quum χοϱίον Graece dicatur ea membrana, qua foetus inuoluitur. *Bouchart.* 891.

A partu duas) Vide N. et Em. N. XCII. (hic poſ.) Libri omnes editi, *A partu duas habent herbas:* ſed voculae duae poſtremae abſunt a R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. etc. Referuntur enim haec verba, *A partu duas,* ad dictionem ſubſequentem, *paſtae.* Duas, inquit, a partu herbas paſcuntur, vt ante partum vnam. Ita Virgil. Georg. L. IV. apes paſci arbuta dixit. H.

k. Quae aros et ſeſelis) De his ſuo loco dicetur in herbarum volumine. Vide N. et Em. N. XCIII. (hic adi.) *Quae*) Mira hic eruditorum diſſenſio de vtraque hac herbula. Poſterior Salmaſio non placet, qui *ſideritia* reponit, in Solin. p. 224. Priorem improbant Pellicerius in Nott. MSS. et Bochart. de anim. P. I. L. III. c. 17. p. 891. Arbitrantur hi nimirum Pliniana haec accepta eſſe ab Ariſtotele H. A. L. IX.

lantur, paſtae, redeunt ad [1] fetum: illis imbui *l.* lactis

1. *Fetus: illos imbui lactis primo volunt ſucco. M. illius imbui lactis primo volunt ſucco. Pint. ex Salm.*

IX. c. 6. p. 1018. cuius verba haec ſunt: Καὶ ὅταν τέκῃ, ἐσθίει τὸ χορίον πρῶτον· καὶ ἐπὶ τὴν σέσελιν δὲ τρέχουσι, καὶ φαγοῦσαι, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν, hoc eſt, *a partu ſtatim*, χορίον *edit, indeque accurrunt ad ſeſelin, eaque depaſta ſic rurſus ad catulos redeunt.* Addunt χορίον Ariſtotelis, qua voce Graeci membranaceam tunicam, qua in vtero fetus obuoluitur, ſignificarunt, herbae cuiuſdam nomen Plinium arbitratum eſſe: atque a partu duabus purgari, quae chorion et ſeſelis appellarentur, ſomniculoſum alterius vocis interpretem nobis reddidiſſe: Inde emendatores haud ſatis peritos, pro *chorion, quae aros* reſcripſiſſe. At ſeſelis certe nomen retinendum eſſe, aduerſus Salmaſium euincit apertiſſime hic philoſophi locus. Quid ſi ex eodem colligam et aron non defendi modo poſſe, ſed et oportere? Secundas enim ſtatim a partu vorari ait. Quid ſi ad vim veneni depellendam, quam illae continent, paſci a cerua aron, ſiue draconteam, (nam herba eſt eadem:) ex probato idoneoque ſcriptore oſtendero? Annon palam fiet ab Ariſtotele Plinium non diſcrepare? ſeruandamque *Aron*, quam recepta dudum lectio exhibet, manuque ſcripti libri permulti: etſi in quibuſdam legitur: *quae tamo et ſiſelicis appellantur.* Auctor is eſt doctior multo, quam elegantior, Albertus M. de animal. L. VIII. tr. 2. c. 1. p. 250. *Quum*, inquit, *femina cerui peperit primo, ſi poteſt, comedit herbam, quae dracontea vocatur, vel aliam, quae ſimilem virtutem habet contra venenum ſecundinae, quam ſemper cerua partam comedit, et tunc redit ad partum.* Et paulo poſt: *Amplius autem, quando parit cerua, ſubito comedit ſecundinam, antequam comedat ſuper terram, et quum adhuc adhaeret partui: Et eſt opinio quorumdam, quod ſecundina ſit venenoſa: propter quod comedit draconteam.* Quin etiam alios ad vſus draconteam a cerua mandi docet idem p. 251. nempe ad dentes exacuendos. Hoc vero eum aut certo didiciſſe experimento neceſſe eſt, aut ab iis hauſiſſe ſcriptoribus, ex quibus Plinius ſua concinnavit: qui L. XXIV. c. 16. ſ. 92. aron commendat ipſe pro antidoto contra venena. H.

l. Illis imbui) His herbis, inquit,

lactis primos volunt ſuccos, quacumque de cauſa. Editos partus *m.* exercent curſu, et fugam meditari docent: ad praerupta ducunt, ſaltumque demonſtrant. *n.* Iam mares ſoluti deſiderio libidinis, auide petunt pabula. Vbi ſe praepingues *o.* ſenſere, latebras quaerunt, fatentes incommodum pondus. Et alias ſemper *p.* in fuga acquieſcunt, ſtanteſque [1] reſpiciunt: quum prope *q.* ventum eſt, rurſus fugae praeſidia repetentes. Hoc fit inteſtini dolore, tam

1. *Reſipiſcunt. M.*

inquit, ceruae, lac primum, quod fetui traditurae ſunt, condiri perpurgarique a partu ſtatim, aliqua nobis ignota vi ac ratione ſatagunt. Dioſcorides certe l. c. concoctiones adiuuare potum ſeſelis ſemen, teſtatum reliquit. H.

m. Editos partus) Ariſt. H. A. L. VI. c. 29. p. 770. H.

n. Saltumque demonſtrant) Cubile et luſtrum, Turn. cap. 22. lib. III. aduerſariorum. Quidam exponunt editum montem: alii, ſaliendi pernicitatem. *Dalec.* *Saltumque)* Luſtrum, ſeu cubile. Gallis, *le fort.* Vide N. et Em. N. XCIV. (hic adi.) *Saltumque)* Abſurda Solini paraphraſis, c. 19. p. 39. *Et aſſueſcunt ſalire per abrupta.* Saltus hic luſtrum eſt, et cubile, vt Turnebus admonuit L. III. Aduerſ. c. 22. Ariſtoteles tum l. c. tum. L. VI. hiſt. c. 29. p. 770. ςαθμὲς vocat. Εἴθιςαι δὲ ἄγειν τὲς νεβρὲς ἐπὶ τοὺς ςαθμὲς· ἔςι δὲ τῦτο τὸ χωρίον αὐταῖς καταφυγὴ, πέτρα περιῤῥαγεῖσα, μίαν ἔχουσα εἴσοδον, ὃ καὶ ἀμύνεσθαι εἴωθεν ἤδη τὲς ἐπιτιθεμένες. *Aſſueſcit binnuleos petere luſtra: quem locum pro profugio habet: ſaxum illud eſt praeruptum, vno aditu: vbi etiam pugnare ſolet aduerſus eos qui ſe adoriuntur.* H.

o. Vbi ſe praepingues) Ariſt. H. A. L. IX. c. 6. p. 1018. H.

p. Et alias ſemper) Non vtuntur perpetua, ſed interrupta fuga: mox ſiſtunt ſe, auerſi tamen: reſpiciunt enim donec venator ſuperveniat: tum fugam redintegrant. Ariſt. H. A. L. VI. c. 29. p. 772. totidem plane verbis intermiſſionem curſus, et cauſam explicat. H.

q. Quum prope) Quum prope eſt, qui eas inſectatur: ἕως ἂν πλησίον ἔλθῃ ὁ διώκων. H.

tam infirmi, vt ictu leui rumpatur intus. *r.* Fugiunt autem latratu canum audito ſecunda ſemper aura, vt veſtigia cum ipſis abeant. *s.* Mulcentur fiſtula *t.* paſtorali [1] et cantu: quum erexere *u.* aures, acerrimi [2] auditus: quum remiſere, ſurdi. Cetero *x.* animal ſimplex, et omnium rerum miraculo ſtupens: in tantum, vt equo aut bucula accedente pro-

1. *Ex. Ch.* 2. *ſunt auditus, etc. Ch.* auditus, *cum demiſere, ſurdi. Ceterum. M. et V.*

r. Rumpatur intus) Exteriore interim corio ſaluo atque integro, τȣ̃ δέρματος ὑγιȣ̃ς ὄντος. H.

s. Vt veſtigia cum ipſis abeant) Veſtigiis perſequi feras dicuntur qui odorem earum ſequuntur. Hinc *veſtigia* pro odore. *Salmaſ.* pag. 220. b.

Vt veſtigia) Veſtigia pro odore dixit. V n d e paraphraſtes Solinus, c. 19. p. 39. *Acceptis canum latratibus, ſecundo vento vias dirigunt, vt odor cum ipſis recedat.* Nec leues ego cauſas illas praeterea duco, vt celeritatem ventus addat, et vt ne ſpiritus occludatur. H.

t. Mulcentur fiſtula) Vide N. et Em. N. XCV. (hic conſp.) *Mulc.)* Negat Salmaſius in Solin. p. 220. de fiſtula Ariſtotelem eſſe loquutum: ſed de ſibilo, qui ſolo ore redditur, συρίττειν accipiendum eſſe. Tamen cum Philoſophi locum L. IX. c. 6. p. 1021. interpretatus Scaliger, ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ita vertit, *Capiunt venatores ceruos fiſtula et cantu.* Et qui plus in ea lite diiudicanda momenti habet de fiſtula haud dubie Plutarchus accepit, L. de ſolert. anim. p. 961. Κηλȣ̃νται μὲν ἔλαφοι, inquit, καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τȣ̀ς παγȣ́ρȣς ἐκ τῶν χηραμῶν ἀνακαλȣ̃νται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι. *Illiciuntur ac deliniuntur cerui et equi fiſtulis ac tibiis: et paguros e ſaxorum cauernis vi eliciunt lotinae fiſtulae c a n t u.* Xenophon item in Geopon. L. IX. c. 5. p. 462. Αὐλῶν δὲ καὶ συρίγγων ἐμμελῶν ἐπακȣ́σαται, ȣ̓κ ἀποφεύγȣσι, ἀλλ' ἡδόμεναι παραμένȣσι, καὶ ȣ̔́τως θηρῶνται. *Tibias et fiſtulas concinnas audientes non aufugiunt*, etc. H.

u. Quum erexere) Ariſt. H. A. L. IX. c. 6. p. 1022. H.

x. Cetero) Solin. c. 19. p. 39. H.

propius, hominem iuxta venantem non cernant: aut ſi cernant, arcum ipſum ſagittaſque mirentur. Maria [1] tranant *y.* gregatim nantes porrecto ordine, et capita imponentes praecedentium clunibus, vicibuſque *z.* ad terga redeuntes. Hoc maxime notatur a Cilicia Cyprum *a.* traiicientibus. [2] Nec vident terras, [3] ſed in odore earum natant. Cornua mares *b.* habent, ſolique animalium omnibus annis ſtato veris tempore amittunt: ideo ſub [4] ipſa die quam maxime inuia petunt. Latent amiſſis velut inermes *c.*, ſed et hi *d.* bono ſuo [5] inuident. Dextrum

1. *Trameant. Ch. tranſnatant gregatim natantes. Tol.* 2. *Non. M.* 3. *ſic M. et Ch. odorem Gr.* 4. *ſtata. H.* 5. *inuidentes Gr. et Al.*

y. Maria tranant) Solin. l. c. MSS. melius *trameant.* Solinus tamen, *tranant.* H.

z. Vicibuſque) Vices ita ſeruant, vt primus, qui ducebat agmen, defeſſus, in poſtremum agmen remigret, recreetque ceruices laſſas. H.

a. A Cilicia Cyprum) Aelian. H. A L. V. c. 56. H.

b. Cornua mares) Habet haec omnia, quae mox ſequuntur, Ariſtot. H. A. L. IX. c. 6. p. 1019. et 1020. Idque antea liquido affirmaverat hiſt. L. IV. c 11. p. 502. ſcribens, κέρατα ἔλαφος θήλεια οὐκ ἔχει. Sunt auctores tamen viſam eſſe olim in Gallia ceruam cornutam, atque eius hodieque cornua aſſeruari. Pindarus, Anacreon, Sophocles, etiam et feminis cornua eſſe ſcripſerunt, inquit Aelian. H. A. L. VII. c. 39. H.

c. Latent amiſſis velut inermes, etc.) Sic ſcribe: *latent amiſſis velut inermes, ſed et heic bonum ſuum* (an *bona ſua*) *inuident: dextrum cornu negant inueniri.* Cerui quum cornua amittunt dexterum defodiunt, quod multis in rebus efficacius ad medelam eſſe creditum: ſic bona ſua inuident cerui: non bono ſuo: nec enim hoc illis prodeſt, ſed ne homini proſit, ideo putantur ſubtrahere. *Salmaſ.* p. 221.

Latent) Ariſt. l. c. et Aelian. H. A. L. VI. c. 5. H.

d. Sed et hi bono ſuo inuidentes) Scribo alterutro modo, aut expuncta particula, *ſed: Et ipſi ſuo bono inuidentes.* aut certe, *Sed et ipſi bono ſuo inuident.* Pint. *Bono ſuo inuidentes)* Inter lapides Orpheus ſuo de illis poëmate,

trum cornu negant inueniri *e.*, ceu medicamento aliquo praeditum: Idque mirabilius fatendum eſt, quum et in viuariis *f.* mutent omnibus annis: defodi ab iis putant. [1] Accenſi autem vtriuslibet *g.* odore

1. *Accenſa autem vtriuſque liberat odore et comit. Ch. accenſis autem vtrislibet, odore ſerpentes fugantur, et comitiales m. d. Gr. et Al.*

te, cornuum cerui dotes et medicas vires diligenter proſequutus eſt. Theophraſt. lib. de inuidia animal. *Dalec.*

Sed et hi) Sed et hi, *vt fiber et vitulus marinus*, bonum ſuum nobis inuident. H.

e. Dextrum cornu negant inueniri) Solinus, *dextrum* quoque cum ſuo Plinio: ſed magis eſt vt *ſiniſtrum* legatur. Ariſtoteles libro nono, capite ſexto: *Fertur autem ſiniſtrum cornu a nemine vmquam viſum: abſcondi enim ab his tamquam medicam quamdam vim habens.* Sed quoniam idem Ariſtoteles in libro de admiranda auditione, Epiri ceruas dextra cornua defodere ait, videtur Plinius, aut quiuis alius lapſu memoriae, quod eſt proprium ceruarum Epiri, ceruis omnibus tribuiſſe. *Pint.*

Dextrum cornu) Ariſt. l. c. ſiniſtrum habet: ſed Theophraſtus in fragmento de animalibus, quae dicuntur inuidere: καὶ ὁ ἔλαφος τὸ δεξιὸν κατορύττει κέρας, etc. Subſcribit Aelianus H. A. L. III. c. 17. In Epiro etiam ceruos dextrum cornu defodere, ſcribit Auctor libri de mirab. auſcult. p. 1156. De ſiniſtro vero conſentit Ariſtoteli Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 2. c. 1. p. 250. H.

f. In viuariis) De his dicemus ſ. 78. H.

g. Accenſis autem vtrislibet, etc.) Sic leg. *accenſi autem vtriuslibet odore et comitiales morbi deprehenduntur.* ſcil. aduſto ceruino cornu. *Salmaſius* pagina 221. *Accenſis autem vtrislibet odore ſerpentes fugantur, et comitiales morbi deprehenduntur.)* Duo illa verba, *ſerpentes fugantur*, in neutro exemplari habentur, non male: nam eius rei paulo poſt fit mentio. Reliqua in eiſdem ſic leguntur, *Accenſi autem vtrius collibeat odore, et comitiales morbi, etc.* Pint.

Accenſi autem) V. N. et Em. N. XCVI. (paulo poſt) Hac de re iterum L. XXVIII. ſ. 63. *Accenſi)* In editis ad hunc diem libris, ſcriptum eſt, *Accenſis autem vtrislibet, ſerpentes fugantur.* Nos admonitu codicum R. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. et Salm. quos

odore comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quoque *h.* aetatis in illis gerunt, [1] ſingulos annis adiicientibus ramos vſque ad ſexennes. Ab eo tempore ſimilia [2] reuiueſcunt: nec poteſt [3] aetas diſcerni, ſed dentibus ſenecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent: nec in cornibus imis ramos *i.*, alioqui ante frontem prominere ſolitos iunioribus. Non decidunt *k.* caſtratis cornua, nec naſcuntur. Erumpunt autem renaſcentibus *l.* tuberibus primo aridae

1. *Singulis. V.* 2. *reuiuiſcunt Gr.* 3. *aetas iis diſc. V.*

quos Pintianus laudat, has poſtremas voces expunximus, quoniam eius rei fit poſtea mentio: prioreſque ſanauimus. Solinus tamen agnouiſſe et illas hoc loco videtur, ſcribens c. 19. p. 39. *Si fugare angues geſtias, vtrum velis, vras: quae vſtrina praeterea nidore vitium aperit ac detegit, ſi cui ineſt morbus comitialis.* Sed ex dicendis poſtea huc anteuertit. H.

h. Indicia quoque aetatis in cornibus gerunt, ſingulos annis adiicientibus ramos, vſque ad ſexennes) Lege: *ſingulis annis adiicientibus ramos.* Vſque ad ſexennes id incrementum perſeuerat. In trimatu ramoſa habere cornua incipiunt. *Salmaſ.*

Indicia quoque) Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 6. p. 1019. Solin. c. 19. p. 39. et Albert M. l. c. H.

i. In cornibus imis ramos) Propugnacula rectius appellaſſet, vt Ariſtot. ἀμυντῆρας. Sunt autem ἀμυντῆρες nutantes prorſum partes cornuum, quibus pugnant: has porro vetuli non habent. H.

k. Non decidunt) Solin. l. c. H.

l. Erumpunt autem renaſcentibus, etc.) Sic leg. *Erumpunt autem renaſcentibus tuberibus primo aridae cutis ſimilia: eadem teneris increſcunt ferulis, arundineas in panniculas molli plumata lanugine.* Plumata molli lanugine in panniculas arundineas, id eſt, ad inſtar panicularum arundinearum. *Salm.*

Erumpunt) Erumpunt autem cornua in hunc modum: ſunt enim ſimilia primo tuberibus cutis aridae renaſcentibus: creſcunt eadem teneris ſimilia ferulis, molli lanugine veſtita, quales ſunt fere arundinum comae. Ariſtotelis verba haec ſunt, l. c. p. 1020. Φύεται δ' ὥσπερ ἐν δέρματι τὸ πρῶτον,

aridae cutis ſimilia. [1] Eadem teneris increſcunt ferulis, arundineas in paniculas molli [2] plumata lanugine. Quamdiu carent *m.* iis, noctibus procedunt ad pabula: increſcentia Solis vapore *n.* durant, ad arbores ſubinde experientes: vbi [3] placuit robur, in aperta prodeunt. Captique iam ſunt *o.*, edera in cornibus viridante ex attritu arborum, vt in aliquo ligno, teneris *p.*, dum experiuntur, [4] innata. [5] Fiunt aliquando et candido colore *q.*, qualem fuiſſe tradunt Q. Sertorii ceruam *r.*, quam eſſe fatidicam *s.* Hiſpaniae gentibus perſuaſerat. [6] Et iis eſt *t.* cum ſerpente pugna. [7] Veſtigant *u.* cauernas, narium-

1. *Eiuſdem generis.* Tol. 2. *plumoſa.* V. 3. *placuerit.* M. 4 *quae τῷ arborum, et Fiunt incluſa ſunt in* M *non leguntur.* 5. *Sunt.* Tol. *Fuit.* Cb. *Fit.* M. 6. *Eſt iis cum* Tol. *Eſt et iis.* V. *Et his cum.* M. 7. *Inueſtigant.* M. et V.

τον, καὶ γίνονται δάσεα: hoc eſt, *Inchoantur primum quaſi cute obducta, et quaſi hirſuta.* H.

m. Quamdiu carent) Ariſt. iiſdem verbis, l. c. H.

n. Solis vapore) Solis calore. H.

o. Capti iam ſunt) Ariſtot. ibidem. H.

p. Teneris) Teneris cornibus innata, dum attritu arborum experirentur eorumdem robur. H.

q. Candido colore) Philoſtratus de vita Apollonii, L. III. c. 3. p. 116. In R. 1. et 2. legitur, *Fuit aliquando et candido colore.* H.

r. Q. Sertorii ceruam) Val. Max. lib. I. cap. de ſimulata relig. *Dalec.*

s. Eſſe fatidicam) Appianus, de B. C. p. 419. Gellius L. XV. c. 22. p. 837. *Cerua*, inquit, *alba eximiae pulcritudinis, et viuaciſſimae celeritatis, a Luſitano quodam, Sertorio dono data eſt: Hanc ſibi oblatam diuinitus, et inſtinctam Dianae numine colloqui ſecum, monereque ac docere, quae vtilia factu eſſent, perſuadere inſtituit, etc.* Val. Max. L. I. c. 3. de ſimulata religione. H.

t. Et iis eſt) Solin. c. 19. p. 39. iiſdem fere verbis, reliquum hoc totum caput in ſuum opus tranſtulit. H.

u. Veſtigant) Aelian. H. A. L. II. c. 9. Plinius ipſe L. XXVIII. c. 9. ſ. 42. Xenophon, quem laudat Auct. Geo-

riumque ſpiritu extrahunt renitentes. Ideo [1] ſingulare *x.* abigendis ſerpentibus, odor aduſto ceruino cornu. Contra morſus vero praecipuum remedium ex coagulo [2] hinnulei in maris vtero occiſi. Vita ceruis *y.* in confeſſo longa, poſt centum annos *z.* [3] aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obeſitate. Febrium morbos *a.* non ſentit hoc animal, quin et medetur huic [4] timori. *b.* Quaſdam [5] modo *c.* principes feminas ſcimus omnibus diebus matu-

1. *Singularis. V.* 2. *hinuli Gr. et Al.* 3. *a quibuſdam. Ch.* 4. *timor. Ch.* 5. *ſic et M. et Ch. quaſdam nos principes Gr. et Al.*

Geopon. L. XIX. c. 5. p. 467. H.

x. Ideo ſingulare) Aelian. H. A. L. IX. c. 20. aliique. H.

y. Vita ceruis) Hoc quidem Ariſtoteles, loco proxime appellato, hominum fama ac ſermone circumferri ait: conſtare non affirmat. H.

z. Poſt centum annos) Refert Guaguinus Hiſt. Franc. L. IX. c. 3. Caroli Sexti temporibus prope Siluanectum, *Senlis*, canum latratibus excitatum eſſe ceruum, compulſumque in retia, qui torquem aeneum in collo geſtaret. Erat in torque Latinis literis inſcriptum, *Hoc me Caeſar donauit*, interpretantibus nonnullis, inquit, id de Iulio Caeſare accipiendum eſſe. H.

a. Febrium morbos) Solin. l. c. Martialis eo alludit, epigr. L. VI. ep. 31. *in lenonem vxoris ſuae:* quod omnes hactenus interpretes latuit. *Vis ſine febre mori*, inquit: hoc eſt, ceruorum vis ritu viuere ac mori: qui et cornua habent, et febri carent. Hac de re dicemus iterum, L. XXVIII. ſ. 66. H.

b. Huic timori) Vide N. et Em. N. XCVII. (hic adi.) *Quin et*) Chiffl. Cod. *timor.* Perperam ſane: timori febrium mederi dixit: quod efficeret id morbi genus ne metueretur. Ita Solinus accepiſſe videtur c. 19. p. 39. *Patuit numquam eos febreſcere: quam ob cauſam confecta ex eorum medullis vnguina, ſedant calores hominum languentium.* H.

c. Quaſdam modo) Ita MSS. omnes, editi, *quaſdam nos.* H.

matutinis *d.* carnem eam deguſtare ſolitas, et [1] longo aeuo caruiſſe febribus *e.*: quod ita demum exiſtimant ratum, ſi vulnere vno interierit. (XXXIII.) [2] Eadem eſt ſpecie, barba tantum et armorum villo diſtans, quem τραγέλαφον *f.* vocant, non alibi, quam iuxta Phaſin *g.* amnem, naſcens.

LI. Ceruos Africa propemodum ſola non gignit *h.*: At chamaeleonem et ipſa, quamquam frequentiorem [3] Indiae. Figura *i.* et magnitudo erat lacertae, niſi

1. *Et longo. Ch.* 2. *Eſt eadem. M. et V.* 3. *India. M.*

d. Matutinis) Horis ſcilicet, vt perſaepe alias, ſubauditis. H.

e. Caruiſſe febribus) Tamen Auicenna, L. II. tr. 2. de carne, p. 28. carne cervorum quartanas febres excitari ſcribit. Damnant eamdem Galenus, T. VI. L. III. de alimentorum facult. c. 2. p. 373. quod et vitioſum ſuccum generet, et difficilis ſit ad concoquendum. H.

f. Τραγέλαφον) Hoc eſt, hircoceruum, ab hircina barba: idem ab equina iuba hippelaphus a philoſopho appellatur H. A. L. II. c. 5. p. 162. Salmaſius in Solin. p. 229. verum Tragelaphum Lutetiae a ſe viſum affirmat, quem *Hircum Barbariae* nominabant ii, qui circumferebant. Albertus M. de animal. L. XXII tr. 2. c. 1. p. 597. equiceruum hunc ab equiceruo Germanorum, quem *Elend* ii appellant, diverſum eſſe admonet, vt ſane eſt. Solinus porro locum hunc tranſſcribit iiſdem verbis, c. 19. p. 39. H.

g. Iuxta Phaſin) Et in Arabia, vt Diodorus eſt auctor, Bibl. L. II. p. 134. H.

h. Ceruos Africa propemodum ſola non gignit.) Licet cum Plinio id Ariſtoteles aſſerat, in Africa tamen cervorum greges multos paſci notum eſt. *Dal.*

Ceruos Africa) Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 33. p. 981. poſt Herodot. L. IV. Melpom. p. 286. Et tamen ceruis ſocios refecit Aeneas, apud Maronem, in conſpectu fere Carthaginis ipſius. Ceruos Libycos laudat et Oppianus Cyneg. L. II. v. 259. Sed poetis credere intutum. H.

i. Figura) Integram hanc de chamaeleone narrationem habet etiam Ariſt. H. A. L. II. p. 205. et 206. A Plinio Solinus, c. 40. p. 71. H.

niſi crura *k.* eſſent recta et excelſiora. Latera ventri *l.* iunguntur, vt piſcibus, [1] et ſpina ſimili modo eminet. *m.* Roſtrum, vt in paruo, haud abſimile ſuillo *n.*: cauda praelonga in tenuitatem deſinens, et implicans ſe viperinis orbibus: vngues adunci; motus tardior, vt teſtudini: corpus aſperum, ceu

 croco-

1. *Et ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum, etc. Gr. et Al.*

k. Niſi crura) Ariſtotelis verba haec ſunt: Μετεωρότερος δ' ἐςὶ τῇ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποςάσει, τῶν σαύρων· τὰς δὲ καμπὰς τῶν σκελῶν, καθάπερ οἱ σαῦροι ἔχει. *Excelſiore habitu eſt a terra, quam lacertus: inflexus crurum, vt illi.* H.

l. Latera ventri) Planiora ſunt Ariſtotelica verba: Τὰ δὲ πλευρὰ κάτω καθήκει, συνάπτοντα πρὸς τὸ ὑπογάςριον, καθάπερ τοῖς ἰχθύσι. *Coſtae demiſſiores* quam lacerto, *quae ſub ventrem, ſicut in piſcibus, coeunt.* H.

m. Et ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum, vt in paruo haud abſimile ſuillo) Verbum, *eminet*, cum minore litera ſcriptum ſuperioribus annecte. Ariſt. lib. XI. cap. 12. *Et ſpina erigitur aeque in piſcibus.* Reliqua ſic legenda ſunt, *Roſtro, vt in paruo, haud abſimili ſuillo.* Porro in impreſſione Romana, et plerisque aliis, *vt in paruo ſit*, legitur. Exiſtimo igitur hunc locum truncatum, ſic poſſe in priorem, aut priori propinquum ſtatum reponi, *Roſtro, vt in paruo, ſimiae haud abſimile ſuillae.* Ariſt. loco praedicto: *Roſtrum ſimiae porcariae ſimillimum.* Pint.

Simili modo eminent) Vide N. et Em. N. XCVIII. (hic poſ.) *Et ſpina)* Interpunctionem huius loci ſanauimus, cum Pintiano, ab Ariſtotele admoniti, cuius haec verba, e L. II. H. A. c. 14. p 205. Καὶ ἡ ῥάχις ἐπανέςηκεν ὁμοίως τῇ τῶν ἰχθύων, ſic reddi debent, *Et dorſum* (melius quam *ſpina*) *piſcium modo eminet.* Prius legebatur, *et ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum*, etc. H.

n. Suillo) Vide N. et Em. N. XCIX. (hic adi.) *Suillo)* Simiae ſuillae dixit Ariſtot.: Τὸ δὲ πρόσωπον ὁμοιότατον τῷ τῆ χοιροπιθήκῃ. Verum quid ſi pro χοιροπιθήκῃ in Ariſtotele ſcribi oportuerit, κερκοπιθήκῃ? Nam caudata ſimia nihil vulgatius: de porcaria nihil legere me memini. Sed re ipſa chamaeleonis roſtrum, nec ſimiarum roſtro ſimile eſſe, nec ſuillo, docent

crocodilo *o.*: oculi in receſſu cauo, tenui *p.* diſcrimine praegrandes, et corpori concolores: numquam eos *q.* operit: nec pupillae motu *r.*, ſed totius oculi [1] ver ätione *s.* circumſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo nec potu [2] alitur *t.*, nec alio quam aëris alimento *u.*: circa

1. *Sic et M. verſione Gr. et Al.* 2. *ſemper alitur. V.*

docent Anatomici, qui chamaeleonem ante annos quindecim Lutetiae diſſecuere: ſed quale fere piſcium eſt. H.

o. Ceu crocodilo) Sed ſquamis tamen multo minoribus, laeuioribuſque, quam crocodilo. Perperam hic inſcitiae Plinius arguitur, in libro inſcripto: *Mélanges d' hiſtoire et de litterature*, T. I. p. 212. H.

p. Tenui) Tenui *diſcreti inter ſe* ſpatio, et iidem praegrandes. Hoc eſſe verum Pariſienſes Anatomici admonent, opere ſingulari de chamaeleone edito: aiunt enim ſeſe oculos proxime contingere, in interiori parte, qua cerebrum adeunt. H.

q. Numquam eos) Numquam totos operit: nam etſi praegrandes per ſe, et iidem cute obducti ſunt, tenue tamen foramen, locuſve in meditullio oculi ſitus, vnde id animal cernit, numquam ea cute obtegitur, *ὀδέ ποτε δὲ τῷ δέρματι ἐπικαλύπτει τȣ̃το.* H.

r. Nec pupillae motu) Deprehenditur, inquit, in ceteris animalibus, immotis palpebris pupillae motus: hoc motu pupillae chamaeleo caret, nec niſi totius oculi, cum ipſis ſimul palpebris, ſeu obtegente cute, circumſpicit etiam oculis in orbem verſatis: Στρέφει δὲ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς κύκλῳ, etc. H.

s. Verſatione) Ita MSS. omnes fere Editi; *verſione.* H.

t. Nec cibo nec potu alitur) Quamuis famem multos menſes toleret, lingua tamen ſeſquipalmum longa exerta, ac vibrata, mucoque oblita, locuſtas, formicas, muſcas, ſcarabaeos, et alia inſecta, quibus veſcitur corripit, retinet, ad ſe adducit. Brod. cap. 21. lib. VI. *Dal.*

Nec cibo) Falſum hoc, nec ab Ariſtotele proditum, etſi aliorum eruditorum animis haec opinio dudum inſedit. Aelianus H. A. L. IV. c. 33. pugnare interdum cum ſerpente chamaeleonem, cibi inopia, ex Alexandro Myndio teſtatum reliquit. Ioh. Bro-

circa caprificos *x.* ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum ſubinde, et oculis, et cauda, et toto corpore, redditque ſemper quemcunque proxime attingit, praeter rubrum *y.* candidumque. Defuncto *z.* pallor eſt. Caro in capite et maxillis, et ad commiſſuram cau-

Brodaeus, Miſcell. L. VI. c. 21. et Anatomici Pariſienſes, anno 1669 operis ſui p. 33. linguam ei teſtantur ineſſe praelongam, in extrema parte glutinoſam, cuius repentino iaculatu, muſcas, culices, formicas, vermes captet, attrahatque in os: aiuntque ea a ſe in ventriculo chamaeleonis diſſecti eſſe reperta. H.

u. Nec alio quam aëris alimento) Theophraſto auctore, parum abeſt quin pulmo totum corpus impleat, ideoque dum auram captat, et conſectatur auidius, ea viuere ſola creditur: eadem quoque cauſa et colorem mutare idem cenſet, nempe raro et pellucente corpore, ob aëris copiam diſtendentis. *Dal.*

x. Circa caprificos) Circa dies Caprificiales, ſeu Caniculares, quibus ſub caprifico ſacra faciebant Vulcano: inde nomen. Vide N. et Em. N. C. (hic adi.) *Circa)* De caprifico arbore haec accipiendum putarunt Claimondus neſcio quis, et Anatomici Pariſienſes: quumque intelligerent nihil ferociae acceſſiſſe chamaeleoni, ex arboris huius vicinitate atque aſcenſu, Plinii placitum falſum eſſe pronunciarunt. *Circa Capricornum* ille repoſuit: iſti placidiſſimum eo tempore id animal eſſe deprehenderunt, nedum feritate praecipua, vt Plinius aſſeuerat. Nos Caprificiales dies interpretati ſumus, de quibus Plinius L. XI. ſ. 15. *Aeſtiui mellis vindemiae Attici ſignum dederunt Caprificialem diem Vulcano ſacrum.* Haec porro Volcanalia celebrari ſolita, decimo Kal. Septembr. hoc eſt, ſub finem Canicularium dierum, teſtatur Romanum Calendarium vetus apud Gruterum, p. 133. et 134. H.

y. Praeter rubrum) Facit cum Ariſt. et Solino, ll. cc., Theophraſtus in fragmento, de animalibus quae colorem mutant. Aelianus tamen H. A. L. II. c. 14. et Anatomici Pariſienſes, album etiam colorem in eo animaduerſum teſtantur. H.

z. Defuncto) Ariſt. et Solin. ll. cc. H.

dae admodum exigua, nec [1] alibi toto corpore: ſanguis in corde *a.* et circa oculos tantum: viſcera ſine ſplene. *b.* Hibernis menſibus latet, vt [2] lacertae.

LII. (XXXIV.) Mutat colores [3] et Scytharum tarandus *c.*, nec aliud ex iis, quae pilo veſtiuntur, niſi in Indiis lycaon *d.*, cui iubata traditur ceruix. Nam thoës *e.* (luporum id genus eſt procerius longitu-

1. *Alicubi. V.* 2. *lacerta. M.* 3. *et, in M. d.*

a. Sanguis in corde) Ariſt. l. c. Pariſienſes tamen Anatomici p. 33. toto corpore ſanguinem eſſe fuſum aiunt. H.

b. Viſcera ſine ſplene) Splenis veſtigium nullum ſe vidiſſe iidem Anatomici fatentur, p. 23. Non eſſe conſpicuum potius, quam omnino deeſſe ſplenem, Ariſtotelis ſententia eſſe videtur, ſcribentis, σπλῆνα δ' ἐδαμȣ̃ ἔχει φανερόν. *Viſcera* porro nunc interiora ſignificant, et quidquid ſub corio eſt: quo ſenſu Maro, *Et viſcera nudant.* H.

c. Tarandus) Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκȣσμ. et Theophraſtus fragmento de iis, quae colorem mutant. *Dal.*

Tarandus) Heſychio, Τάρανδος, ζῶον ἐλάφῳ παραπλησίον, *cerui ſimile.* Tauro magnitudine et dorſo parem fecit Aelian. H. A. L. II. c. 16. τὰ νῶτα παραπλήσιος ταύρῳ καὶ τὸ μέγεθος. De tarando pariter ſcripſere, Auctor libri de mirab. auſcult. p. 1152. Theophraſtus, de iis quae colorem mutant. Phile de propr. anim. p. 102. Stephanus, p. 203. etc. Vulgo, *le Ranger*, appellari in Germania, ab eruditis exiſtimatur. H.

d. Lycaon) Vide N. et Em. N. Cl. (hic adi.) *Lycaon)* Vt furta, credo, ſua diſſimularet Solinus, c. 30. p. 57. hoc animal Indicum, vnaque tarandum Plinii, Aeliani, aliorumque teſtimonio Scythicum, Aethiopiae dedit. *Eadem Aethiopia*, inquit, *mittit Lycaonem: Lupus eſt ceruice iubatus, et tot modis varius, vt nullum illi colorem dicant abeſſe. Mittit et tarandum, etc.* H.

e. Thoës) Φιλανθρωπότατον, nempe homini amiciſſimum eſſe, occurrentemque venerari, ac ſi ferae ceterae inuadant, opitulari et defendere ſcribit Rhod. cap. 27. XXIII. *Dal.*

Nam Thoës) Ariſt. H. A. L. VI. c. 35. p. 785. Exploſa iampridem eorum ſententia

gitudine, breuitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu viuens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant *f.*, per [1] hiemem hirti, aeſtate nudi. *g.* Tarando *h.* magnitudo, quae boui: caput maius ceruino, nec abſimile: cornua ramoſa, [2] vngulae bifidae, villus magnitudine vrſorum. Sed quum libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis eſt. *i.* Tergori

1. *Hiemes Gr.* 2. *Vngula bifida. M.*

tia eſt, qui thoas volunt eſſe lupos ceruarios. Conſule ea de re, ſi vacat, Hermolaum in Plinianis notis, Aldrovandum, L. I. de quadrup. digit. c. 3. p. 90. alioſque. Thoas eſſe Papiones, tota Aſia frequentes, quos deſcribit Albertus M. de anim. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 606. Bellonius item; Singular. L. II. c. 108. qui paruos lupos appellat: idoneis argumentis probat Sam. Bochartus, de anim L. III. P. I. c. 12. p. 844. et ſeq. H.

f. Habitum non colorem mutant) Falſum hoc eſt, ſi Ariſtoteli plus fidei quam Plinio habetur. Is lib. IX. cap. XLIII. mutari ait colorem a Thoë, vt a quibuſdam aliis generibus piſcium, quadrupedum, auium. *Pint.*

Habitum) Pellis, inquit, ornatum mutant, non ſolum villi aut pili colorem: nam aeſtate glabri, piloſi ſunt hieme, τῦ μὲν θέρυς λεῖοι γίνονται, τῦ δὲ χειμῶνος, δασεῖς, inquit Philoſophus H. A. L. IX. c. 70. p. 1156. H.

g. Per hiemes hirti, aeſtate nudi) Ex eodem Ariſtotele ſumtum hoc, capite eodem. Cuius verba Theodorus maxima Plinianarum vocum lauerna, ſic vertit, *Atque aeſtate nudi, hieme hirti redduntur.* Sed penſitandum, an verbum Graecum λεῖοι, etſi aliquando *nudos* ſignificat, melius hic verſum eſſet *laeues, terſi, nitidi.* Pint.

h. Tarando) Totidem verbis Theophraſtus l. c. et Solinus c. 30. p. 57. H.

i. Sed quum libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis eſt) Videtur Solinus, *vrſini*, legiſſe in Plinio, non *aſini*. Eius verba, cap. 32. *Mittit et tarandum, boum magnitudine, biſulco veſtigio, ramoſis cornibus, capite ceruino, vrſino colore pariter et villo profundo.* Ceterum praedictorum Plinii verborum ordo luxatus ſane eſt, debentque ſubiici illis, quae paulo poſt ſequuntur: *Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque in quibus*

gori tanta duritia, vt thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit, in quibus latet, metuens, ideoque raro capitur. Mirum eſſet *k.* habitum [1] corpori tam multiplicem dari, mirabilius [2] et villo.

LIII. (XXXV.) Hyſtrices generat India *l.* et Africa ſpina contectas *m.*, ac herinaceorum [3] genere: ſed hyſtrici longiores aculei, et quum intendit cutem,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. V. corpore Gr. et Al.* 2. *et villum. V.* 3. *generis. V.*

quibus latet, reddit metuens, ideoque raro capitur: ſed, quum libuit ſui coloris eſſe, vrſini ſimilis. Poſtremum autem verbum, *eſt*, in neutro exemplari legitur. *Pint.*

k. Mirum eſſet) Haberet ſatis magnam admirationem, tam diuerſos colores cutem ſeu corpus mutare: at mirabilius villo tot colores dari. Explanatior paulo Solini paraphraſis: *Hunc tarandum*, inquit, *affirmant habitum metu vertere, et quum delitеſcat, fieri aſſimilem cuicumque rei proximauerit — Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamaeleones. Sed et polypus et chamaeleon glabra ſunt, vt ſit pronius cutis laeuitatem proximanti aemulari: in hoc nouum eſt ac ſingulare, hirſutiam pili colorum vices facere.* H.

l. Hyſtrices generat India etc.) Legend. *Hyſtrices generat India et Africa ſpinea cum tecta ac herinaceorum generis. Spinea cum tecta*, id eſt, cum ſpineo integumento. *Tectam* dixit, pro tergoris tegmine. *Salmaſ.* p. 390. a, b. *Hyſtrices generat India*) Mures Africanos Plautus in Paenulo: *Non audis? mures Africanos praedicat In pompam ludis dare ſe velle aedilibus.* Dalecamp.

Hyſtrices) Totum hoc caput ex verbo tranſſcripſit fere Solinus, c. 30. p. 57. Adi et Aelianum, H. A. L. I. c. 31. et L. XII. c. 26. Graeci Ὕστριχες ſcribunt: forte ab ὗς ſus et θρὶξ *pilus*, quod ſuis pilos habet. Elegans eſt Claudiani de hyſtrice carmen XLV. Hyſtricem Galli vocant *Porc-épic*, ſiue vt quidam efferunt *Por-épi.* H.

m. Spina contectas) In MSS. *ſpinea.* Forte *ſpinea cute tectas.* Solinus: *ſpinis tergum hiſpida.* Salmaſio certe minus apte, *ſpinea cum tecta:* et *tectam* dici iubet pro tergoris tegmine. H.

tem, miſſiles. Ora vrgentium [1] ſigit *n.* canum, et paulo longius iaculatur. Hibernis *o.* autem ſe menſibus condit: quae natura multis, et ante omnia *p.* vrſis.

LIV. (XXXVI.) Eorum coitus *q.* hiemis initio *r.*: nec

1. *Fugit. M.*

n. Figit) MSS. quidem male *fugit.* Solinus: *Aſſiduis aculeorum nimbis canes vulnerat ingruentes.* H.

o. Hibernis) Ariſtot. H. A. L. VI. c. 30. p. 775. et L. VIII. c. 22. p. 937. H.

p. Et ante omnia) Et ex his, inquit, praecipui ſunt vrſi. Sequuntur deinde mures, herinacei, etc. H.

q. Eorum coitus hiemis initio) Ariſtoteles libro VI. cap. XXX. coire vrſos tradit menſe Elaphibolione. Theodorus Februarium vertit. Si igitur Theodori tralationi credimus in re praeſertim peculiaris illi commentationis, male hic Plinius coire hiemis initio vrſos ſcribit, quum Februarius finis ſit hiemis, non initium, Varrone auctore lib. primo de re ruſtica, cap. 28. Et ſane maior animalium pars in venerem excitatur appetente vere, teſte Ariſtot. lib. V. de hiſtoria animalium cap. 8. *Pint.*

Eorum coitus) Vrſorum Ariſtoteles, hiſt. L. VI. c. 30. p. 773. Ex Plinio Solinus, c. 26. p. 48. Vide quae dicturi ſumus L. X. ſ. 83. H.

r. Hiemis initio) Circa Idus Nouembres. Vide N. et Em. N. CII. (hic poſ.) *Eorum)* Exercuit hic locus ſumma ingenia, dum verbis Philoſophi medicinam facere voluerunt. Ariſtotelis haec oratio eſt H. A. L. VI. c. 30. p. 773. Τὴν δὲ ὀχείαν ποιεῖται τοῦ μηνὸς τοῦ ἐλαφηβολιῶνος, etc. Quem locum emendauit Petauius noſter, L. VI. Varr. diſſ. in Vranol. c. 7. p. 238. Legendum enim admonuit τὴν δὲ ὀχείαν ποιεῖται τοῦ Ποσειδεῶνος· καὶ φωλεύει μέχρι τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος. *Coit menſe Nouembri, latet autem vſque ad Martium.* Incipiebat nempe Poſideon (vt quidem putat) circa XXV Nouembris: Elaphebolion, circa XXII. Februarii. Cui emendationi mire fauent ea, quae tum Philoſophus, tum Aelianus, Pliniusque de vrſorum receſſu, partu egreſſuque narrant. Plinius enim coire hiemis initio ſcripſit, quod quidem circa Idus Nouembres ſtatuit ipſe L. II. ſ. 47. Aelian. H. A. L. VI. c. 3. τοῦ χειμῶνος ἀποτίκτειν, hieme parere, tricesimo

nec vulgari *s.* quadrupedum more, ſed ambobus cubantibus complexiſque. [1]Dein [2]ſeceſſus in ſpecus ſeparatim, in quibus pariunt trigeſimo die, plurimum quinos. *t.* Hi ſunt candida informiſque caro *u.*, paulo muribus maior, ſine oculis, ſine pilo:

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. deinde Gr. et Al.*
2. *receſſus. M.*

ſimo ſcilicet, vt Plinius ait, poſt coitum die: nec ante tres menſes a partu catulos, frigoris metu, educit e latebris, inquit Aelianus idem, *ȣ̓δ᾽ ἂν πρὶν ἢ πληρωθῆναι τρεῖς μῆνας ἐξαγάγοι ποτὲ τὰ βρέφη*, hoc eſt, tertio poſt brumam menſe, verno iam tempore, vt ait Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 22. p. 938. *καὶ φωλεῖ, ἕως ἂν ἐξάγειν ὥρα ᾖ τȣ̀ς σκύμνȣς. Τȣ̃το δὲ ποιεῖ τȣ̃ ἔαρος, περὶ τρίτον μῆνα ἀπὸ τῶν τροπῶν.* Sic quaternis omnino menſibus, quod Plinius mox ait, feminae latent: nec legendum, *feminaeque ternis*, vt Salmaſius putat in Solin. p. 317. ſed *feminae quaternis*: vt libri omnes habent. H.

s. Nec vulgari) Solinus paraphraſtes: *Coeunt non itidem quo quadrupedes aliae: ſed apti amplexibus mutuis, velut humanis coniugationibus copulantur.* H.

t. Plurimum quinos) Hoc eſt, cum plurimum, quinos. Ariſt. *Τίκτει δὲ καὶ ἕν, καὶ δύο· τὰ δὲ πλεῖςα, πέντε.* H.

u. Hi ſunt candida informiſque caro) Hoc falſum. In vtero grauidae vrſae a venatoribus captae et exenteratae omnibus ſuis membris diſtinctos catulos formatos vidi. Fabulae cauſam praebet catulorum ortus craſſiſſimis ſecundinis obuolutorum, quas non niſi diu lambendo mater reuellere poteſt. Sic videlicet contecti informis carnis ſpeciem monſtrant. *Dalec.*

Hi ſunt candida) *Candida* Plinius addidit: Ariſtoteles habet cetera omnia. Peruulgata haec apud veteres opinio fuit, vrſas parere maſſam rudem, membriſque indiſcretis informem, quam poſtea lambendo figurarent perficerentque. Cauſae fabulae fuiſſe haec videtur: quod vrſae pariunt catulos ſuos, craſſiſſimis ſecundinis inuolutos, qui vel ſic contecti, carnis informis ſpeciem praeferunt. Has autem ſecundinas mater dentibus rumpere et auellere ſolet, fetumque ſuum a ſordibus lambendo purgare, quod et alii

lo: vngues tantum prominent: hanc lambendo paulatim figurant. Nec quidquam rarius, quam parientem videre vrſam. *x.* Ideo mares quadragenis diebus latent *y.*. feminae quaternis *z.* menſibus. Spe-

aliis quoque animalibus in more eſt. H.

x. Nec quidquam rarius quam parientem videre vrſam) Exemplar Salmant. et pleraque excuſa, *Nec quidquam rarius homines quam parientem videre vrſam.* Vera porro ſit an falſa haec Plinii traditio, mihi ſane haud liquet: fides penes Plinium venatoreſque eſto. Nos quod ſentimus, libere, more noſtro promemus. Putamus igitur Plinium male Graeca Ariſtotelis verba accepiſſe. Neque enim Ariſtoteles raram eſſe viſu parientem vrſam vſpiam tradit, ſed difficilem eſſe captu praegnantem vrſam ſcribit libro VI. cap. 30. Cuius verba ſic Theodorus tranſtulit, *Grauidam capi vrſam difficile eſt.* Rurſus libro VIII. capite 17. *Fetu grauida vrſa vel a nemine vel a pauciſſimis capta eſt.* Videlicet Plinius pro eo, quod dixit Ariſt. *Capere*, accepit *videre*, pro *grauidam*, *parientem*. Quid igitur eſt? in ordinem Plinium redigis, ignorantiamque ei Graecarum literarum obiicis? Minime aedepol. Imo vero peritiſſimum vtriuſque fuiſſe linguae, omneſque abſolutiſſimi ſcriptoris numeros conſummaſſe fatemur: mirandum tamen non eſſe ducimus, ſi in tanta rerum varietate, homo in aula principum verſatus, deflexa interdum aliorſum mentis acie, pro eo qui Socrates erat, Calliam ſalutauerit *Pint.*

Nec quidquam) Vide N. et Em. N. CIII. (hic adi.) *Nec q.)* Vero mihi propius videtur, quod Plinius, quam quod Philoſophus narrat, L. VI. hiſt c. 30. p. 773. Κύησαν δὲ ἄρκτον, ἔργον ἐςὶ λαβεῖν. *Praegnans vrſa non ſine negotio capitur.* Rurſuſque L. VIII. c. 22. p. 938. Κύησα δ' ἄρκτος ἢ ὑπ' ὀδενὸς, ἢ πάνυ ὑπ' ὀλίγων εἴληπται. *Praegnans vrſa aut a nullo, aut a paucis capta fuit.* Mirum enim prorſus eſt, vrſam praegnantem non capi: quum tamen id fieri tam facile queat, ſomno eo tamdiu capta. H.

y. Ideo mares quadragenis diebus latent) Legendum reor, *Hieme mares, etc.* non *ideo mares.* Ariſtot. volumine octauo cap. 17. *Quadrupedum quae animal generant, hyſtrices conduntur et vrſi: ſed vtrum propter frigus, an alia*

Specus ſi non habuere, ramorum fruticumque congerie aedificant, impenetrabiles imbribus, mollique fronde conſtratos. *a.* Primis diebus *b.* bis ſeptenis tam graui ſomno premuntur *c.*, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pingueſcunt. Illi ſunt adipes medicaminibus apti, contraque capilli *cc.* defluuium tenaces. [1] Ab iis diebus reſident *d.*, ac priorum pedum ſuctu

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* reſidunt *Gr. et Al.*

alia de cauſa, ambigitur. Pintianus.

Ideo mares) De his Philoſophi verbis, H. A. L. VIII. c. 22. p. 938. Τὸ δ᾽ ἐλάχιστον φωλεῖ περὶ τετταράκοντα ἡμέρας differit erudite Petauius, Varr. diff. L. VI. in Vranol. c. 7. p. 238. H.

z. Feminae quaternis) Solin. l. c. ipſeque Ariſtot., vt dicturi ſumus in Not. et Em. N. CII. H. Vide ſupra p. 461. lit. r.

a. Impenetrabiles imbribus, mollique fronde conſtratos) Error ſolitus, et familiare malum Plinianorum exemplarium, verborum permutationis: Legendum, *Molli fronde conſtratos, impenetrabileſque imbribus;* vt praecedat cauſa, ſequatur effectus. Nam arceri imbres conſtratis frondibus, lib. X. cap. 33. monſtrat, de galgulo loquens: *Iam publicum quidem omnium eſt tabulata ramorum ſuſtinendo nido prouide eligere, cameraque ab imbri fronde protegere denſa.* Et lib. XVI. cap. 11. de abiete: *Folio*, inquit, *pinnato, denſo, vt imbres non tranſmittat.* Pint.

b. Primis diebus) Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 22. p. 938. et Solin. c. 26. p. 48. H.

c. Graui ſomno premuntur) Iuuenalis Satyr. 3. altiſſimo ſomno correptos vrſos vocat et Phocas: — — *rhedarum tranſitus arcto Vicorum inflexu, et ſtantis conuicia mandrae Eripiunt ſomnos vrſis, vituliſque marinis.* Virgilius: *Sternunt ſe ſomno deſerto in litore Phocae.* Dal.

cc. Contraque capilli) Ea de re dicemus L. XXVIII. ſ. 46. H.

d. Ab iis diebus reſident) Legendum reor, *reſident*, et intelligo in clunes: vt ex capite ſequente planum fit: *Similiter*, inquit, *reſident in clunes, et in binis pedibus gradiuntur, prioribuſque, vt manibus, vtuntur.* In quibus verbis dictionem illam *ſimiliter*, niſi ad vrſas referas quo referri poſſit, non invenies. *Pint.*

Reſi-

ſuctu viuunt. *e.* Fetus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, [1] quam ad oua volucres. *f.* Mirum dictu, credit Theophraſtus *g.*, per id tempus coctas quoque vrſorum carnes, ſi aſſeruentur, increſcere. [2] Cibi nulla *h.* tunc argumenta, nec niſi humoris minimum in aluo inueniri: ſanguinis *i.* exi-

1. *Sic et Ch. quam quo oua. V. quam oua vol. Gr. et Al.*
2. *ſic ex MSS. em. Hard. cibi tunc nulla. Gr. et Al.*

Reſident) Hoc eſt, non vt antea iacent, ſed ſedentium ſpeciem praebent, in clunes ideo reſident. Sic ſect. ſeq. *Similiter reſident in clunes.* H.

e. Priorum pedum ſuctu viuunt) Vrſi manus eſſe guſtatu dulces ac ſuaues, eiuſque rei cauſam ex Plutarcho quaeſitam, vide apud Rhodig. c. 19. XXVI. *Dalec.*

Priorum pedum) Anteriorum. Oppian. Halieut. L. II. v. 250. Aelian. H. A. L. VI. c. 3. ipſique nos ab iis qui videre, didicimus. H.

f. Non alio incubitu quam oua volucres) Ambo exemplaria, *Non aliter incubitu, etc.* Proinde commutatis verbis ſic ſcribo, *Non aliter quam incubitu ad oua volucres.* Pint.

Quam ad oua) Ita MSS. omnes: editi, *quam oua.* Solini paraphraſis: „interdum ad pectora fouent, vt aſſiduo incubatu calfactae animalem trahant ſpiritum.„ H.

g. Credit Theophraſtus) Credit et Albertus M. L. XXII. de animal. tr. 2. c. 1. p. 608. Id tamen nuſquam, quod quidem exſtet, de coctis carnibus prodidit Theophraſtus, ſed de adipe ſolum in vaſis condito, Libro de odoribus, p. 196. quod et Auctor L. de mirab. auſcult. p. 1155. Λέγουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ἄρκτου στέαρ, ὅταν διαπεπηγὸς ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύῃ, αὐξάνεσθαι, καὶ ὑπεραίρειν τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἂν ᾖ. *Vrſae adipem aiunt hieme, quo tempore ſomno indulgent, frigore concretam excreſcere, ſupraque vaſa attolli, in quibus fuerat conditus.* H.

h. Cibi nulla) Sic etiam Ariſt. L. VIII. hiſt. 22. *Hoc, inquit, tempore nihil eos comedere patet: nuſquam enim exeunt: ac ſi forte capti fuerint, cum ventre inteſtina ſimul inania inueniuntur.* Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδὲν ἐσθίουσιν· οὔτε γὰρ ἐξέρχονται· ὅταν δὲ ληφθῶσι, κενὰ φαίνονται ἥ τε κοιλία, καὶ τὰ ἔντερα. H.

i. Sanguinis) Hoc iterum repe-

exiguas circa [1] corda tantum guttas, reliquo corpori nihil ineſſe. Procedunt vere, ſed mares praepingues: [2] cuius rei cauſa non promta eſt *k.*: quippe nec ſomno quidem ſaginatis *l.*, praeter quatuordecim dies, vt diximus. *m.* Exeuntes herbam quamdam aron nomine laxandis inteſtinis alioqui concretis deuorant *n.*, circaque ſurculos *o.* [3] dentium prae-

1. *Cor. D.* 2. *cui. M.* 3. *ſic et M. et Ch. quaſi dentiant, praedomant. V. ſentiunt praed. Gr. et Al.*

repetit idem L. XI. ſ. 91. Theophraſti opus, vnde haec ſumſit, intercidit. Auctores alios, qui id pariter tradiderint, adhuc deſideramus. H.

k. Cuius rei cauſa non prompta eſt) Tunc fructuum ſilueſtrium in latebras congeſtorum magna copia deuorata inertes craſſeſcunt. *Dal.*

l. Saginatis) Rectius, *ſaginati.* H.

m. Vt diximus) Proxime antea his verbis, *Primis diebus bis ſeptenis* etc. H.

n. Exeuntes herbam quamdam aron nomine laxandis inteſtinis alioquin concretis devorant) Vbi tamen in omnibus libris conſtanter legitur: *herbam quamdam caram nomine*: cara herba qualis, vide *Salmaſ.* Plin. Exercit. pag. 225. a. *Exeuntes herbam quamdam Aron nomine*) Huius inter bulbos meminit infra lib. XIX. cap. 5. et lib XXIV. cap. 16. *Dalec.*

Aron nomine) De ea dicemus L. XXIV. ſ. 92. Vide N. et Em. N. CIV. (paulo poſt.) Aron autem idcirco vorant, vt inteſtinum, quod nonnihil coaluerat, dum cibo dudum omni abſtinuere, abſiſtat ac dilatetur. *Exeuntes*) *Caram* ex ſuis MSS. Salmaſius reponit in Solin. p. 225. Defendunt *Aron*, non ſolum noſtri codices, et editiones antiquae, ſed et Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 22. p. 938. et L. IX. c. 7. p. 1022. τὸ ἄρον ἐσθίȣσιν. Plutarch. item, de ſolert. anim. p. 974. Ἡ δὲ ἄρκτος, ὅταν ἐκ τȣ̃ φωλεȣ̃ παρέλθῃ, τὸ ἄρον ἐσθίȣσα πρῶτον τὸ ἄγριον. Et Aelian. H. A. L. VI. c. 3. ὅταν προέλθῃ, τȣ̃ καλȣμένȣ ἄρȣ τȣ̃ ἀγρίȣ ἐσθίει. H.

o. Circaque ſurculos cum dentiunt praedomantes ora) Ita Hermolaus caſtigauit, melius facturus ſi *praemandentes* correxiſſet ex ſuo quem citat Ariſtotele: vt legendum in totum putem, *Circa ſurculos quaſi dentiant praemandentes.* Dictio autem quae ſequitur, *ora*, cum aſpi-

praedomantes *p.* ora. Oculi eorum *q.* [1] hebetantur: qua

1. *Crebro, in M. d.*

aſpiratione ſcripta legitur in codice Toletano, vt forte adiuncta ſequentibus ſic legendum ſit, *Hora eorum oculi hebetantur*, hoc eſt, vere: id enim ea dictio inter alia ſignificat apud Graecos. Quid ſi legas, non, *Ora oculi eorum hebetantur*, ſed *Orbes oculorum hebetantur?* Nam verbum quod ſequitur, *crebro*, deſideratur in vtroque exemplari. Ariſtoteles lib. IX. c. 6. *Ligna etiam manducant quaſi dentiant.* Fieri tamen poſſe non negaverim, vt ſenſum Plinius, non verba exprimens, *Praedomantes ora*, ſcriptum reliquerit. Nam in antiquis exemplaribus *Praedomantes* habetur, non *Praemandentes.* Locum indico: liberum ſit vnicuique iudicium intelligendi. *Pintian. Circaque ſurculos ſeu dentium praedomantes ora, etc.)* Leg. *circaque ſurculos ſeu dentientia praedomant ora.* Salmaſ. 217. b. 218. a.

Circaque ſurculos) Circa ſurculos arborum dentium extremitates *diuturna ceſſatione torpentes* excitant. H.

p. Dentium praedomantes) Vide N. et Em. N. CV. (hic adi.) *Dentium)* Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. et vetuſtae editiones omnes. Ex Ariſtotelis L. IX. c. 7. p. 1022. caſtigauit Barbarus *cum dentiunt, praedomantes ora.* Graeca Philoſophi haec ſunt: Καὶ τὰ ξύλα διαμασσῶνται, ὥσπερ ὀδοντοφυοῦσαι, *ligna mandunt, tamquam dentiant*: Quare agnoſcendum potius fuit cum Pintiatiano, *circaque ſurculos, ac ſi dentiant, ſiue, ceu dentiant, praedomant ora.* Poſſet etiam legi, *dentium praedomant oras*, vt eſſet intellectus, torpentes diuturna ceſſatione dentium extremitates, excitare arborum ſurculis vrſos, et ad veſcendum veluti reparare. Minus apte alii ediderunt, *circaque ſurculos ſentium.* Abſcedit longius paulo a MSS. codicum veſtigiis Pellicerius in not. MSS. dum legit, *dentium praedomant ſtuporem.* H.

q. Oculi eorum) Vide N. et Em. N. CVI. (hic poſ.) *Oc.)* Editi hactenus libri, *oculi eorum hebetantur crebro.* Nos illud crebro expunximus: abeſt enim a Cod. R. 1. 2. Par. vet. Dal. ceteriſque. Solini paraphraſis: *Latent quaternis menſibus: mox egreſſae in diem liberum, tantam patiuntur inſolentiam lucis, vt putes obſitas caecitate.* H.

qua maxime cauſa fauos expetunt *r.*, vt conuulneratum ab apibus os leuet ſanguine grauedinem illam. Inualidiſſimum vrſo caput, quod leoni [1] fortiſſimum *s.*: ideo vrgente vi, praecipitaturi ſe ex aliqua rupe, manibus [2] eo operto iaciuntur: ac ſaepe *t.* in arena [3] colapho infracto *u.* exanimantur. Cerebro veneficium ineſſe Hiſpaniae credunt, occiſorumque in ſpectaculis [4] capita cremant, teſtato *x.*, quoniam potum in vrſinam rabiem agat. Ingrediuntur [5] et bipedes. *y.* Arborem auerſi [6] derepunt. *z.* Tauros,

1. *Firmiſſimum Ch.* 2. *cooperto. M. et Ch.* 3. *collapſi exanim. M. colaphis inflictis exan. V.* 4. *cremantur teſt. V. et Longol. cremant teſta. Alii.* 5 *et in pedes arborem. Auerſi. Ch.* 6. *diripiunt. M. In arbores aduerſi erepunt.*

r. Fauos expetunt) Solin. c. 26. p. 48. quamquam is cauſam, cur fauos expetant, non attigit. Nempe, vt grauedine leuentur ea, quam affert copia ſanguinis, quotum maxime caput oppletum habent: emittitur autem is apibus os crebro pungentibus. H.

ſ. Quod leoni fortiſſimum) Pollicaris caluariae craſſitudo in fronte eſt, vt docent recentiores Anatomici. Quam ob rem apud Theocr. Id. 25. caute admodum Hercules, non interemtum a ſe Nemaeum leonem ictu clauae in caput inflictae ait, ſed conſternatum modo: ipſo deinde irruente praefocatum manibus. H.

t. Ac ſaepe) Ac ſaepe in theatro vel vno *impacto* colapho, fracto *capite* exanimantur H.

u. Colapho infracto) In theatro, inquit, ſiue Circo, ſaepe colapho, id eſt, pugno, viſi ſunt vrſi contuſo perfractoque capite exanimati. H.

x. Teſtato) Quum ſit res maxime peruulgata, poto eo ſanguine in vrſinam rabiem *hominem* agi. H.

y. Et bipedes) Vide N. et Em. N. CVII. (hic poſ.) *Ingred.*) Chiffl. cod. *Ingrediuntur et in pedes arborem.* Inepte. Albert. M. de animal. L. VII. tr. 1. c. 5. p. 221. de vrſo: *Aliquando etiam pugnans ambulat, et ſtat erectus ſuper pedes poſteriores, etc.* H.

z. Arborem auerſi derepunt) Hoc eſt, non proni, ſed poſterioribus primum pedi-

roſ a., ex ore cornibuſque eorum pedibus [1] omnibus ſuſpenſi, pondere fatigant. Nec alteri animalium in [2] maleficio ſtultitia *b.* ſolertior. Annalibus *c.* notatum eſt, M. Piſone, M. Meſſala Coss. a. d. XIV. Kalendas Octobr. Domitium [3] Ahenobarbum Aedilem curulem vrſos Numidicos centum, et totidem venatores [4] Aethiopas in circo dediſſe. Miror adiectum Numidicos fuiſſe, quum in Africa [5] vrſum non gigni conſtet. *d.*

 LV.

1. *Manibus. D.* 2. *maleficia. M. in malitia | aſtutia. Salm. habent et V. cod. aſtutia.* 3. *Aenobarbum Gr. et Al.* 4. *Aethiopas in M. deeſt.* 5. *ſic et M. et Ch. leones. Fulu. Vrſin. vide Ann. vrſos Gr. et Al.*

pedibus, anterioribus interim molem corporis ſuſtentantes, ne ruant: id quod notum eſt omnibus, qui modo vel ſemel vrſum ab arbore deſcendentem viderunt. Atque in hoc quoque hominem imitantur praeter morem quadrupedum. *Gelen.*

Arborem auerſi) Ex arbore auerſi deſcendunt. Hoc eſt, non proni, ſed poſterioribus primum pedibus, anterioribus interim molem corporis ſuſtentantes, ne ruant, ducunt ſe deorſum de arbore, vt verbis Plautinis vtar in Aulul. Act. IV. ſc. 8. Sic praeeuntibus clunibus, quaſi retrogradi, deſcendunt ab arbore: atque in hoc quoque hominem imitantur, praeter aliorum quadrupedum morem. Plin. L. XI. ſ. 34. de ſcarabaeis: *E fimo ingentes pilas auerſi volutant.* H.

a. Tauros) Aelianus, H. A. L. VI. c. 9. Solini paraphraſis, c. 26. p. 48. *Si quando tauros adoriuntur, ſciunt quibus potiſſimum partibus immorentur, nec aliud quam cornua et nares petunt: cornua, vt pondere defatigentur: nares, vt acrior dolor ſit in loco teneriore.* H.

b. Stultitia) Nulli maior in vaſta tardaque mole ſolertia. An legi commode poſſet, *aſtutia ſolertior?* H.

c. Annalibus) Solinus haec iiſdem verbis, l. c. De his CoSS. dictum eſt L. VII. ſ. 27. De Ahenobarbo dicemus, L. XVII. ſ. 1. H.

d. Vrſos non gigni conſtet) Vrſinus in Romanis familiis, legendum putat, *leones:* denariique ab hoc Aenobarbo cuſi imaginem oſtendit, in quo cum leone homo pugnat. *Dalec.*

In Africa vrſum) Ita rurſus

LV. (XXXVII.) Conduntur *e.* hieme et Pontici mures, [1] hi dumtaxat albi *f.*: quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum, auctores quonam modo intellexerint, miror. Conduntur et Alpini *g.*, quibus magnitudo [2] melium *h.* eſt: ſed hi pabulo ante in ſpecus conuecto: quum quidam narrent, alternos marem ac feminam, ſupra ſe complexo faſce herbae *i.*, ſupinos, cauda mordicus apprehenſa, inuicem

1. *Hi, in M. d.* 2. *media. M. V.*

ſus ipſo teſtatur c. 58. Et eſt ſane veriſſimum: Tota Libya, ne in Atlante quidem, vbi nix, friguſque perpetuum, nulli gignuntur vrſi, quamquam gigni veteres permulti ſcriptores prodiderunt: vt Virgil. qui L. V. Aen. v. 37. Aceſten dicit fuiſſe horridum *in iaculis, et pelle Libyſtidis vrſae.* Ex commutatione vocis Λιγυκοὶ in Λιβυκοὶ forte natus error, de vrſis Libycis, ſiue Numidicis, quum reuera Ligyci ſiue Liguſtici eſſent. Vrſos vero Domitii Ahenobarbi Numidicos, meros fuiſſe leones, viri docti aſſeuerant, inter quos Lipſius, Voſſiuſque. Romani ſcilicet priſcae illius ac ſimplicis antiquitatis, elephantos, boues Lucas vocarunt: camelopardalim, ouem feram, vt ſuperius ipſi Plinius animaduertit, ſect. 6. et 27. Pantheras, mures Africanos, apud Comicum vatem in Poenulo, Act. V. ſc. 2. v. 51. Sic et leones, vrſos Numidicos. H.

e. Conduntur) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 22. p. 939. Pontici mures *hermines* Gallis vocantur. Sed eſt et aliud genus, quod Sacerdotes ordinarii in templis vtuntur; neque eſt totum candidum, ſed ventre tantum, dorſo fuſco. Veneti vocant Varium: Galli *Menuver.* Ita fere Scaliger in L. VIII. Ariſt. c. 22. p. 940. H.

f. Hi dumtaxat albi) Vulgo, *Hermines*, alii, *Roſereaux*, *Menuuer.* Dalec.

g. Et Alpini) Vulgo *Marmonts*, vocant. De his Aldrouandus de quadrup. L. II. p. 445. H.

h. Melium) Siue *Melis*, vt Turnebus legit Adu. L. XXIV. c. 19. p. 892. De melibus dicetur, ſ. 58. H.

i. Supra ſe complexo faſce herbae.) In apographo Tolet. *ſubroſae* legitur, non *ſupra ſe*: et *faſcem* accuſandi caſu, non *faſce*, vt commodius forte ſic ſcribas, *Subroſae complexos faſcem herbae.* Pint.

cem [1]detrahi ad ſpecum: ideoque illo tempore detrito eſſe dorſo. Sunt his pares et in Aegypto *k.*: ſimiliterque *l.* [2]reſident in clunes, [3]et binis pedibus gradiuntur, prioribuſque, vt manibus vtuntur.

LVI. Praeparant *m.* hiemi et herinacei *n.* cibos: ac volutati ſupra iacentia poma *o.* affixa ſpinis, vnum [4]amplius *p.* tenentes ore, portant in cauas arbores. Iidem mutationem *q.* Aquilonis in [5]Auſtrum, [1]con-

1. *Se trahere. M. detrahere. V.* 2. *ſic et M., reſidunt Gr.* 3. *in binis. Ch.* 4. *vnum non amplius Gr. et Al. Negatio videtur redundare, neque eſt in V. cod. deeſt et in M. et Ch.* 5. *et Auſtri. Pint.*

k. Sunt his pares et in Aegypto.) Theophraſtus περὶ ἀθρόων φαινομένων ζώων. Dalec.

Sunt his pares) Magnitudine ſcilicet. Haec Theophraſtus L. *de animalibus quae repente apparent*, p. 474. et Ariſt. H. A. L. VI. c. vlt. p. 788. ex quo Aelianus accepit H. A. L. XV. c. 26. Hos mures Aegyptios putat Geſnerus eſſe, quos vulgus Sciuros Africanos appellat. H.

l. Similiterque) Hoc eſt, perinde atque Alpini, de quibus eſt dictum proxime. Plinius, L. X. ſ. 85. *Aegyptiis muribus durus pilus, ſicvt herinaceis: iidem bipedes ambulant, ceu Alpini.* H.

m. Praeparant) Aelian. H. A. L. III. c. 10. Herinaceus. Gallis, *vn hériſſon.* H.

n. Herinacei) Herinaceus *Eres* quoque dicitur Plauto in Menaech. *Cur auſus facere, cui ego aeque ac Eres haereo?* Nemeſianus in Cynegeticis: *Implicitumque ſinu ſpinoſi corporis Erem.* Dal.

o. Iacentia poma) Aelianus, ficus ad ſiccandum expoſitas, τῶν ἰσχάδων, etc. Sed et de ficu pomum dicitur, vt ſuo loco monebimus. H.

p. Vnum amplius) Praeter poma ſpinis affixa, vnum praeterea ore deferunt. Vide N. et Em. N. CVIII. (hic adi.) *Vnum)* Libri impreſſi, *vnum non amplius*, addita perperam negatione, quam non agnoſcunt MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. etc. H.

q. Iidem mutationem aquilonis in auſtrum condentes ſe in cubile praeſagiunt) Non magis erinacei praeſagiunt mutationem aquilonis in auſtrum, quam retro auſtri in aquilonem. Quam ob rem puto

[1]condentes ſe in cubile praeſagiunt. Vbi vero r. ſenſere venantem, contracto ore pedibuſque, ac parte omni inferiore, qua raram s. et innocuam habent

1. *Condentes cubile. ex Ariſt c. 6. lib. IX. hiſtor.* puto ſcribendum, *aquilonis et auſtri:* aut ſic, *aquilonem et auſtrum.* Ariſtoteles libro nono, capite ſexto: *De erinaceorum ſenſu locis multis perpenſum eſt, vt qui in cavernis ſunt, commutent ſua cubilia, aquilonum et auſtrorum mutatione.* Theodorus Graecam dictionem, ὀπὰς, *cubilia* conuertit: quod ego, cum bona Theodori venia, minime feciſſem. Nam cubile Graecis κοίτη ſeu κοιτίον dicitur, ὀπὴ autem foramen. Quanto melius nobis ſummus auctor Plutarchus Ariſtotelicum ſenſum expreſſit, eo libro, cui titulus eſt, Vtra animalium ſolertiora, aquatica an terreſtria, in hunc modum ſcribens: *Cubile autem ipſorum foramina duo habet, alterum ad auſtrum vergens, alterum ad aquilonem. Praeuidentes igitur aëris mutationem venturam, foramina commutant, ſeu gubernatores vela, et quod vento expoſitum erat obturantes, alterum aperiunt. Quod quum Cyzici homo quidam obſeruaſſet, exiſtimatus eſt a ſeipſo futura flamina praeſagire.* Hactenus Plutarchus. Eamdem ſolertiam Plinius infra, capite trigeſimo octauo ſciuro tribuit. *Pint.*

Iidem mutationem) Aquilonis ſcilicet et Auſtri, vt Ariſtoteles ſcripſit. H. A. L. IX. c. 9. p. 1026. βοῤῥέων καὶ νότων. Cuius mentem Plutarchus expreſſit, L. de ſolert anim. p. 972. et Baſil. hom. 9. in hexaem. p. 115. Feſtiua ſimplicitate Albertus M. de animal. L. VIII. tr. 2. c. 2. p. 252. *Hericii,* inquit, *praeſentire dicuntur ventos Aquilonares et Auſtrinos: quoniam ante hos ingrediuntur cauernas, et obſtruunt os cauernae verſus partem vnde venit ventus, timentes laedi a vento. Cuius ſignum eſt, quod quidam ciuium Conſtantinopolitanorum fertur habuiſſe hericium, cuius abſconſiones et proditiones ipſe ſolus intellexit, et per illum praedixit ventos nautis, et factus eſt diues.* De ſciuris item narrat Plin., ſ. 58. H.

r. *Vbi vero)* Aelian. H. A. L. VI. c. 54. Phile de propr. anim. c. de herinaceo, p. 108. H.

s. *Qua raram)* Qua parte raros habent pilos, et aculeorum expertes. H.

bent lanuginem, [1] conuoluuntur *t.* in formam pilae, ne quid comprehendi poſſit praeter aculeos. In deſperatione vero, vrinam [2] ex ſe reddunt *u.* tabificam, tergori ſuo ſpiniſque noxiam, propter *x.* hoc ſe capi gnari. Quamobrem exinanita prius vrina venari *y.*, ars eſt. [3] Et tum *z.* praecipua dos tergori, alias corrupto, fragili, putribus ſpinis atque deciduis, etiamſi viuat ſubtractus fuga: ob id [4] non niſi in nouiſſima ſpe maleficio eo perfunditur: quippe et ipſi odere [5] ſuum veneficium, ita parcentes ſibi, terminumque ſupremum opperientes, vt ferme ante captiuitas occupet. Calidae poſtea aquae [6] aſperſu reſoluitur pila *a.*: apprehenſuſque [7] pede altero e poſterioribus, ſuſpendio ac fame necatur *b.*:

Gg 5 aliter

1. *Sic et M. et Ch. confluunt Gr. et Al.* 2. *Alii, in ſe. et Ch.* 3. *Et cum. Gr.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ M. et Ch. non niſi nouiſſima Gr. et Al.* 5. *inſitum. M.* 6. *aſperſura ſoluitur. M.* 7. *pes alter e poſteriorib. ſuſpendioſa fame necat. M. et Ch.*

t. Conuoluuntur) Ita libri omnes MSS. editique ante Dalecampium, qui *confluunt*, de ſuo maluit. H.

u. Vrinam ex ſe reddunt) Theophraſt. in fragm. de animal. inuidia. Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dalec.*

Vrinam ex ſe) Theophr. in fragm. *De animalibus quae inuident*, p. 475. Aelian. H. A. L. IV. c. 17. H.

x. Propter hoc) Tergoris cauſa, ſeu corii. Ἐχῖνος ἐνουρεῖ τῷ δέρματι καὶ διαφθείρει. Theophr.

y. Quamobrem exinanita prius vrina venari, etc.) Lege: *quamobrem exinanita prius vrina venari ars eſt: et tum praecipua dos tergori: alias corrupto, fragili, putribus ſpinis atque deciduis, etiamſi viuat ſubtractus fuga.* Salmaſ. p. 399. b.

z. Et tum) Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Editi male, *Et cum.* H.

a. Pila) Herinaceus in pilam conuolutus. H.

b. Suſpendio ac fame necatur) Vtrumque exemplar, *Suſpendioſa fame necantur*; quae lectio non magnopere mihi diſplicet. Nam *ſuſpendioſus*, dictionem eſſe Latinam, etſi non ita frequentem, Vlpianus iuriſconſultus oſtendit tertio

aliter non eſt occidere et tergori parcere. [1] Ipſum animal *c.* non vt remur *d.* plerique, vitae hominum ſuperuacuum [2] eſt: ſi non ſunt illi aculei *e.*, fruſtra vellerum [3] mollitie in pecude mortalibus data: Hac cute expoliuntur veſtes. Magnum fraus et ibi lucrum [4] monopolio *f.* inuenit, de nulla re crebrioribus

1. *Non verentur plerique ducere vitae etc. Gr. et Al.* 2. *eſt. Si enim deſint illius a. f. v. mollities i. p. m. d. Huius cute. vel, eſſe, ſi deſint illius acul. etc.* 3. *ſic ex MSS. H. mollitia in pecude. Ch. mollities in pecude data. Huius. M. Mollitie in pecore Gr. et Al.* 4. *monopolium. M. et Ch. leg. fraude et ibi lucrum monopolium.*

tertio Digeſtorum volumine, titulo de his qui notantur infamia. *Non ſolent*, inquit, *lugeri, vt Neratius ait, hoſtes, vel perduellionis damnati, neque ſuſpendioſi, neque qui manus ſibi intulerunt, non taedio vitae, ſed mala conſcientia.* Pint.

c. Ipſum animal non verentur plerique dicere vitae hominum ſuperuacuum eſſe) Apographum Toletanum pulcerrime, *Ipſum animal non, vt rentur aliqui, vitae hominum ſuperuacuum eſt:* reliqua ſuperfluunt. *Pint. Ipſum animal non verentur, etc.*) Legend. *Ipſum animal, non vt remur plerique.* Non quaelibet veſtes, ſed e lana molliori factae erinaceorum cute, aut ſpinarum aceruo pectebantur, hae *pexae* propriae dictae. *Salmaſ.* 390. b.

d. Non vt remur) Vide N. et Em. N. CIX. (hic. poſ. *Non*) Pintianus ex ſuis codicibus, *Non vt rentur aliqui.* Editi ad hunc diem interpolato contextu, *Non verentur aliqui dicere.* Nos ſequuti ſumus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. Ita mox, *in pecude*, vbi editi, *in pecore* habent, reponi iuſſimus ex iiſdem MSS. et Chiffl. H.

e. Si non ſint illi aculei) Quibus panni poliantur. H.

f. Monopolio) Ex herinaceorum monopolio: quum ditiores mercatores ea ſibi coria coemerent, et foro intercepto apud ſe haberent, caritatemque per fraudem inferrent annonae, quum tenuiores non paterentur in vſum commodumque ſimiliter ſuum mercari. Exſtat in Cod. L. IV. t. 59. de monopoliis, ſimile Zenonis edictum: . *Iubemus*, inquit, *ne quis cuiuſcumque veſtis, vel piſcis, vel pectinum forte, aut echini*

bus ſenatuſconſultis, nulloque non principe adito querimoniis [1] prouincialibus. *ff.*

LVII. (XXXVIII.) Vrinae [2] et e duobus aliis animalibus ratio mira eſt. Leontophonon *g.* accipimus vocari paruum, nec aliubi naſcens, quam vbi leo gignitur: quo guſtato *h.* tanta illa vis, ac ceteris quadrupedum imperitans, illico exſpiret. Ergo corpus eius [3] aduſtum aſpergunt *i.* [4] aliis carnibus

1. *pernicialibus. Tol. Plin. l. XV. c. 18.* 2. *Vrina et duobus aliis a. ratione mira. Leontoph. M.* 3. *exuſtum. Alii.* 4. *alituris.*

echini — — monopolium audeat exercere. Vbi pectinem et echinum nomina piſcium eſſe, perperam Gothofredus aliique interpretes exiſtimarunt. H.

ff. Nulloque non principe adito querimoniis prouincialibus) Quod panni fulloniis ſpinis, non echinorum aculeis polirentur. Quod herinaceorum corio, vel putri, vel non ſat diligenter id fieret. Quod ditiores mercatores ea ſibi coria coëmerent, et foro intercepto apud ſe haberent, nec tenuiores in vſum commodumque ſuum mercari paterentur. De quo importuno hominum genere, qui fraude et iniquitate varie annonam mercium onerant, vide Cuiac. cap. 19. lib. X. Obſeru. *Dal.*

g. Leontophonon.) Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκεσμάτων. *Dalec.*

Leontophonon) Λεοντοφόνον, quaſi leonicidam dixeris. Refert haec quoque Solinus, c. 27. p. 50. et Auctor libri de mir. auſcult. p. 1166. vbi in Syria viuere id animal prodit. H.

h. Quo guſtato) Aelian. H. A. L. IV. c. 8. Vide N. et Em. N. CX. (hic poſ.) *Quo)* In MSS. codicibus legitur, *vt ceteris.* Vnde ſcribendum fortaſſis fuerit, *quo guſtato tantillo ea vis eſt, vt ceteris* etc. Solinus enim tranſſcriptor c. 27. p. 50. *Leontophonas vocari accipimus beſtias modicas, quae captae exuruntur, vt earum cineris aſpergine carnes pollutae, iactaeque per compita concurrentium ſemitarum, leones necent, ſi quantulumcumque ex illis ſumſerint.* H.

i. Ergo corpus eius aduſtum aſpergunt aliis, etc.) Lege: *ergo corpus eius exuſtum adſpergunt carnibus aliis polentae modo, inſidiantes ferae, necantque etiam in hora, tam contraria eſt peſtis. In hora,* id

nibus polentae modo, inſidiantes ferae, necantque etiam [1] cinere. *k.* Tam contraria eſt peſtis. Haud immerito igitur odit leo, viſumque frangit, et citra morſum exanimat. Ille *l.* contra vrinam ſpargit, prudens hanc quoque leoni exitialem. Lyncum humor ita redditus, vbi *m.* gignuntur *n.*, glaciatur are-

1. *Cinere tam contrario feris. Haud. M.*

id eſt, illa ipſa hora necant, qua guſtauerit. *tam contraria eſt peſtis*; adeo nempe praeſentanea, vt illa ipſa hora necet, qua ex illis carnibus aliquid ſumſerint. Graeci dicunt ἀνθωρεί. *Salmaſ.* pag. 328. b.

Ergo corpus) Leontophoni videlicet. Vide auctores ſupra memoratos. H.

k. Etiam cinere) Exuſto, vt dictum eſt, corpore, et aſperſo aliis carnibus. Ita MSS. omnes, quorum ſecurus nimis Salmaſius p. 328. in Solin. legit, *etiam in hora*, quod eſt hoc loco ψυχρότατον. H.

l. Ille) Λεοντοφόνος ſcilicet. Καινοῖ γὰρ, inquit Auct. libri de mirab. auſcult. προσερεῖν τὸν λέοντα τοῦτο τὸ ζῶον. Plinius ſupra ſ. 49. *Ob ea ſe peti prudens.* H.

m. Lyncum humor ita redditus, vbi, etc.) Scribe: *Lyncum humor ita redditus vbi gignitur, glaciatur areſcitue in gemmas carbunculis ſimiles et igneo colore fulgentes, lyngurium appellant.* Dubitat Plinius vtrum humor, quem reddunt lynces frigore concreſcat an calore: quae frigore indurantur, *glaciari* proprie dicuntur, quae calore denſantur, *inareſcere.* Salmaſ.

Lyncum) Solin. c. 2. p. 15. ex Plinio, et Theophr. L. περὶ λίθων. Hac de re iterum, L. XXXVII. c. 2. Meminit et Sext. Platonicus Pyrrh. hypot. L. I. c. 14. p. 17. et Phile, L. de propr. anim. p. 109. H.

n. Gignuntur) Theophraſt. lib. de lapidibus. *Dalec.*

Vbi gignuntur) In Aethiopia, Indiaue, vt diximus, ſ. 30. Ouid. Metam. L. XV. v. 413. *Victa racemifero Lyncas dedit India Baccho: Equibus, vt memorant, quidquid veſica remiſit, Vertitur in lapides, et congelat aere tacto.* Vide N. et Em. N. CXI. (hic poſ.) *Lyncum etc.)* Lynces ſubintellige. Salmaſius in Solin. p. 88. emendat, *vbi gignitur*, perinde quaſi vrina gigni Latine dicatur, ac non ad lynces id referendum ſit, librorum plane omnium adſtipulante conſenſu, vt proxime

areſcitur in gemmas carbunculis ſimiles, et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id [1] ſuccino a pleriſque ita generari prodito. *o.* Nouere hoc, ſciuntque lynces *p.*, et inuidentes vrinam terra operiunt, eoque celerius ſolidatur illa.

LVIII. Alia ſolertia in metu melibus *q.*: [2] ſufflatae

1. *Succinum, etc. proditum.* 2. *ſufflata cute diſtentae. M.*

xime antea Plinius hac ipſa ſectione dixit, *vbi leo gignitur.* H.

o. Succino — prodito) Succinum — proditur. H.

p. Nouere hoc, ſciuntque lynces) Ariſt. loco proxime citato. Theophr. de animalium inuidia. *Dal.*

Nouere hoc) Theophr. in fragm. *De animalibus quae inuident.* Auctor libri mirab. auſcult. p. 1156. Aelianus H. A. L. IV. c. 17. Carmine id Marbodeus expreſſit, L. de lapid. pret. c. 41. fol. 40. *Vertitur in lapidem, qui ſtillat ab inguine lyncis: Lyncurium dicunt: lapis eſt tamen hic pretioſus. Nam credunt ipſas hoc praeſentiſcere lynces, Quae mox egreſſum properant operire liquorem, Deſuper accumulant congeſtae pondus arenae, Scilicet inuidia, ne noſtros cedat in vſus. Electro ſimilem Theophraſtus habere colorem Hunc ait, et ſimili paleas adducere pacto.* Similius vero nihilominus videtur, fieri id natura magiſtra, ne lotii odor praetereuntes, quibus inſidiatur, abigat: qua ratione feles, domeſticum animal, ſtercus puluere contegunt. H.

q. Melibus) Meles, animal ſomniculoſum. Terra conditur, vt vulpes, vineas populatur. Taſſum vocat Italia, Vaſconia *Taiſſon*, Francia *Blereau.* Dentibus pugnaciſſimum, horrido pilo, inuicto pluuiis. Addunt ruſtici eos ad anum tot habere foramina, quot annos nati ſunt. Nec quidquam Salmaſium moror, qui a ceteris omnibus, vt fere ſolet, diſſidens, p. 1009. in Solin. melem veterum eſſe, quam vulgus *Fouinam* vocat, conatur ex Varrone adſtruere. Geſnero magis aſſentior, et Scaligero in com. ad L. II. Ariſt. de H. A. p. 260. aliiſque vniuerſis, qui ſunt in eo argumento cum laude verſati. Praeiuit his omnibus priſcus auctor Theodemarus Abbas, ep. ad Carol. M. de melote pellicula: *Quod tegumentum*, inquit, *ideo ſic appellatum eſt, quia ſolebant antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod Meles*

tae cutis diſtentu *r.* ictus hominum et morſus canum arcent. [1] Prouident tempeſtatem et ſciuri *s.*: obturatiſque, qua ſpiraturus eſt ventus, cauernis, ex alia parte [2] aperiunt fores: de cetero *t.* ipſis villoſior cauda pro tegumento eſt. Ergo in hiemes aliis prouiſum *u.* pabulum; aliis pro cibo *x.* ſomnus.

LIX. (XXXIX.) Serpentium vipera ſola terra dicitur condi *y.*: ceterae arborum aut ſaxorum cauis. Et

1. *Sic et M. et Cb. praeuident Gr. et Al.* 2. *detectis V. aperiunt fores decretas. Parm.*

Meles propter rotunditatem ſui corporis appellatur, quod genus beſtiolae a nonnullis Tacſus appellatur. Et Ebrardus Betun. c. 12. *Eſt arbor Taxus, ſi dicas, haec, animalque, Hic, ſi praecedat: etiam melota vocatur. Dicitur a multis etiam ſub nomine pellis.* H.

r. Sufflatae cutis diſtentu) Inflata cute, atque ita diſtenta, vt neque hominum ictus, nec morſus canum nocere queat. Vt rana illa apud Phaedrum, L. I. quae *rugoſam inflauit pellem: et mox rurſus intendit cutem.* Plaut. in Bacch. act. 4. ſc. 2. v. 21. *Sufflatus ille huc veniet.* P. I. *Diruptum velim.* H.

s. Et ſciuri) Ioach. Camerarius in auctario Manuelis Philes, p. 172. de ſciuro: Οὐρᾷ πτερωτὸν, μαντικόν τε ζῶδίον, πρὸς τῶν ἀήτῶν τὰς ὀπὰς κλείσαν πνοάς. *Caudaque pennatum, et futurorum ſagax Euri procellam aduerſus obdens oſtia.* H.

t. De cetero) Defendunt ſe in cauernis, inquit a procellis, ventiſque, qua ratione dictum eſt: alioqui, hoc eſt, extra cauernas, villoſae caudae tegmine ſe tutantur: et inde nomen ἀπὸ τῆς σκιᾶς vmbra, et οὐρᾶ, cauda. Gallis, *un écureuil.* H.

u. Aliis prouiſum) Vt Alpinis muribus, et herinaceis, de quibus cap. ſup. H.

x. Aliis pro cibo) Vrſis videlicet, qui veterno pingueſcunt, vt dictum eſt l. 54. Palam fit ex eo loco non fuiſſe ab auctore ipſo diſtributum in capita opus, ſed perpetuo quaſi contextu ductam hiſtoriam. H.

y. Serpentium vero vipera ſola, terra dicitur condi: ceterae arborum aut ſaxorum cauis) Scribendum videtur commutatis verbis, *Serpentium ceterae terra dicuntur condi: Vipera arborum aut ſaxorum cauis.* Ariſtoteles libro octauo capite 15. *Aliae ſerpentes in terra conduntur. Vipe-*

Et alias vel annua fame [1] durant, algore z. modo demto. Omnia ſeceſſus tempore veneno orba dormiunt. Simili modo *a.* et cochleae. *b.* Illae quidem iterum et aeſtatibus *c.*, adhaerentes maxime ſaxis; [2] aut etiam *d.* iniuria reſupinatae auulſaeque, non

1. Edurant. V. 2. ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. vt etiam — non tamen exeant Gr. et Al.

Viperae ſub petris abſcondunt ſeſe. Pintian.

Serpentium vipera) Vide N. et Em. CXII. (hic adi.) *Serpentium)* Ariſtoteles contrario plane ſenſu ſcripſit, L. VIII. c. 19. p. 930. οἱ μὲν ἐν ἄλλοι ὄφεις ἐν τῇ γῇ φωλεύουσιν· αἱ δὲ ἔχιδναι ὑπὸ τὰς πέτρας κρύπτουσιν ἑαυτάς. *Ac ceterae quidem ſerpentes in terram conduntur: viperae autem ſub ſaxis abdunt ſeſe.* Et Ariſtoteli quidem experientia ipſa adſtipulatur, et Charaſius, L. de vipera, p. 7. Ne quid tamen in Pliniano contextu immutem, codicum omnium conſenſus vetat. Et de hiemali fortaſſis latebra dumtaxat Plinius ſermonem habet. H.

z. *Algore)* Hieme excepta. H.

a. Simili modo) Subintellige, latent: neque hieme ſolum, ſed etiam aeſtate: vt Plinio quidem Plautus omnino concinit; Capt. act. 1. ſc. 1. v. 12. H. v. animadu. lit. c.

b. Cochleae) Gallis, *Eſcargots.* Ariſt. H. A. L. VIII. c. 17. p. 927. omnino ſimiliter: οἱ χερσαῖοι κοχλίαι, ἔχοντες ἐπιπολῆς ἐπικάλυμμα. H.

c. Illae quidem iterum et aeſtatibus) Non hieme tantum vt ſerpentes. Plautus in Captiuis: *Quaſi cum caletur, Cochleae in occulto latent: Suo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit. etc.* Cochleae tarditas in prouerbium abiit. Plaut. in Pſeud. *Nunc vos quid mihi dixi et teſtes ducere Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.* Potiſſimum cochleae apparent cum imbre leni roreſcit. Ariſtias comicus apud Athenaeum, καὶ κοχλίας γενομένου ψεκαδίου ἀνηγρεύετ' ἂν καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων. Varro cap. 14. III. de Re Ruſt. Victor c. 23. XXXIII. De cochleis altilibus et earum viuariis, vide infra lib. IX. c. 56. *Dalec.*

d. Aut etiam) Aut etiam ſi vi reſupinentur, et auellantur, non tamen exeunt e teſta ſua. H.

non tamen exeuntes. In Balearibus vero inſulis cauaticae appellatae, non prorepunt e cauis terrae: neque herba viuunt, ſed vuae modo inter ſe cohaerent. Eſt et aliud genus *e.* minus [1] vulgare, adhaerente operculo eiuſdem teſtae ſe operiens: obrutae terra ſemper hae, et circa maritimas tantum Alpes quondam effoſſae, coepere iam erui et in Veliterno. *f.* Omnium tamen laudatiſſimae in Aſtypalaea inſula.

LX. Lacertae, inimiciſſimum genus cochleis, negantur ſemeſtrem *g.* vitam excedere. Lacerti Arabiae *h.* cubitales: [2] in Indiae vero Nyſa monte *i.* XXIV. in

1. *Vulgare. Adhaerent. o. e. t. ſ. operientes, obrutae terra ſemper. Hae et circa. Parm.* 2. *Alii, in Indiae Mere Nyſaeorum monte. In India vero Nyſaeorum monte. V. in Indiae vero Nyſo monte. Ch.*

e. Eſt et aliud genus) Pomaliae. *Dal.*

Eſt et aliud genus) Cochlearum. H.

f. In Veliterno) Prope Velitras Italiae oppidum, de quo L. III. ſ. 9. Sed magis placet lectio R. 1. et 2. cod. *in Literno*, quod oppidum eſt Campaniae maritimum Scipionis Africani maioris exſilio nobile, vt ait Strabo, L. V. p. 243. H.

g. Semeſtrem) Ariſtot. H. A. L. V. c. 29. p. 635. Lacerti, *Lézards.* H.

h. Lacerti Arabiae) Μείζες πηχυαίων cubito maiores hos eſſe Philoſophus prodidit, H. A. L. VIII. c. 33. p. 984. H.

i. Indiae vero Nyſa monte) Legendum reor, *In India, Mero Nyſſae monte.* Plinius libro ſexto, capite 21. *Nec non et Nyſſam vrbem plerique Indiae aſſcribunt, montemque Merum Libero patri ſacrum. vnde origo fabulae, Iouis ſemine editum.* Eadem ferme verba et apud Melam Pomponium leges: nec eſt vllus fermè aut geographus, aut hiſtoricus, qui non eius montis meminerit. *Pint.*

Nyſa monte) Vide N. et Em N. CXIII. (hic adi.) *In Indiae v.)* Codices R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *Nyſo monte*, pro *Nyſa.* Nam apud Arrianum in Indicis, p. 509. Nyſa mons prope Nyſam oppidum collocatur. Vt inutilis iam videatur Pintiani coniectura ſcribentis, *In India Mero Nyſae monte,* Pelli-

in [1] longitudinem pedum, colore fului, aut punicei, aut caerulei.

LXI. (XL.) Ex his quoque animalibus, quae nobiſcum degunt, multa ſunt cognitu [2] digna: fideliſſimumque ante omnia homini canis *k.*, atque equus.

1. Sic quoque. Ch. longitudine Gr. 2. *digna. Fideliſſimi ante. Parm.*

Pellicerii quoque emendantis, *Indiae Paropamiſo monte.* H.

k. Fideliſſimumque ante omnia homini canis) Plurima et memorabilia Rhodig. cap. 28. XVII. Alex. ab. Alexand. cap. 3. I. Romae fuiſſe in templo Vulcani pro aedituis, ſolis ſacrilegis adlatrantes, eiuſdem Dei fanum cuſtodiſſe in Aetna, in Daunia Achaiae Mineruae delubrum, in Creta Dictaeae matris, Graecis blandientes, barbaris infeſtos, etc. *Dalec.*

Fideliſſimumque ante omnia homini canis) Etiam in ſymbolis propterea pingitur ſeruatae religioſe fidei in munere officii exſequendo. Inſigne exemplum eſt in tumulo Thomae I. Domini Sabaudiae, et Comitis Imperii, qui deceſſit anno 1233. Tumulus Auguſtae viſitur, *à Aoûte*, in eccleſia cathedrali, qualis a Guichenonio depingitur, p. 251. Impoſita tumulo effigies eſt ipſius Thomae, galeari et cataphracti, Equitum more. Ad pedes, canis moloſſus aſſidet, *un dogue*, ore hianti: adeo vt leonem videatur ſculpſiſſe ſculptor errans, teſte Guichenonio, loco citato. In pectore ſcutum gerit Sabaudiae gentilitium; nempe crucem argenteam in area rubra, et ſimul collare, in quo ſunt pictae literae quatuor iſtae, FERT. Gothico charactere, vt quidem ait Guichenonius, p. 141. Nullum eſt iſto vetuſtius monumentum, in quo hae literae appareant; ſed nec vllum poteſt eſſe illuſtrius, ſiue quod lucis plus afferat, ad genuinum illarum ſenſum perſpiciendum. Primus illius lemmatis auctor ipſe ille Thomas hac pictura indicatur. *Fides Equitum*, inquit, *Religionem Tuetur. Fidem* certe canis moloſſus ſignificat: *Equitum* Ordinem, Thomas cataphractus, cum gemino enſe et clypeo: *Religionem*, Crux Sabaudica: denique *Tutamen*, canis moloſſi Crucem geſtantis, horrificus hiatus, ſimilis latranti. Ex collari iſto moloſſi canis cepit occaſionem A-me-

equus. Pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus, confectumque plagis a corpore non receſſiſſe, volucres et feras abigentem. Ab alio in Epiro *l.* agnitum in conuentu *m.* percuſſorem [1] domini, [2] laniatuque, et latratu [3] coactum fateri

1. *Domini, vt laniatu et latratu cogeretur fat. V.* 2. 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. laniatu et latratu Gr. et Al.* 3. *adactum vt cogeretur fateri. V.*

medeus Comes Viridio, huius Thomae abnepos, Ordinem a ſe inſtitutum appellandi, Ordinem Collaris Sabaudici, anno 1362. Denique profert Guichenonius p. 141. nummum, quem percuſſum fuiſſe arbitramur ſeculo decimo quarto exeunte, poſtquam in valles Pedemontii Valdenſes haeretici ſe recepiſſent. Scriptae in eo literae hae ex vna parte, TSHI cum ſcuto Sabaudico; in altera, iſtae quatuor iam memoratae, FERT. Has vero aliter alii hodie interpretantur; nemo ſat feliciter. Nos ſic opinamur accipi oportere: T. *Terra* S. *Sabauda* H. *Haereſim* I. *Ignorat.* F. *Fides* E. *Equitum.* R. *Religionem.* T. *Tuetur.* Egimus de hoc argumento prolixius in lucubratione ſingulari, De primis Sabaudiae Comitibus, et de literis F. E. R. T. H.

l. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini) Eadem fide interfecto Heſiodo canes aſſiſtentes latratu caedis auctores prodidere. Beneuolentiam canum venatoriorum in Nician dominum refert Rhod. c. 27. XXIII. Canum mirum ingenium in Aetnaeo Vulcani templo, vbi ignis ἀκοίμητος καὶ ἄσβεστος cuſtodiebatur et Mineruae Dauliadis, vide apud Rhod. 29. et 30. XXIII. *Dal.*

Ab alio in Epiro) Haec Solinus ex Plinio, c. 15. p. 34. Huc reſpexit Petrus Quiqueranus Epiſc. Senec. L. II. de laudib. Prou. fol. 33. *Nihil hic*, inquit, *canis ille Plinianus, qui in Epiro percuſſorem domini verbis quibus licuit reum facit. Alioqui tale aliquid, aliquantoque ſplendidius, nimirum duello ipſo cum ſicario inito in Gallia accidit, non adeo multi ſunt anni, fideiubente pictura, quam continuo, exque euentu rei exaratam, ad hunc diem conſpici audio in arce oppidi, cui nomen Montargis.* Canem hunc Epirotam, de quo Plinius, Pyrrhi regis fuiſſe, auctor eſt Tzetzes, Chil.

teri ſcelus. [1] Garamantum *n.* regem canes ducenti ab exſilio reduxere, [2] praeliati contra reſiſtentes. Propter bella *o.* Colophonii, itemque Caſtabalenſes, cohortes canum habuere: [3] hae primae dimicabant in acie numquam detrectantes: haec erant fideliſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga. Canes defendere [4] Cimbris caeſis *p.* domus eorum plauſtris impoſitas. Canis Iaſone *q.* Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque conſumtus eſt. Is vero, cui nomen Hyrcani reddidit Duris *r.*, accenſo regis Lyſimachi *s.* rogo, iniecit ſe flammae: ſimiliterque Hieronis regis. Memorat et Pyrrhum *t.* Gelonis

1. Garamanta. Ch. 2. *praeliantes. M.* 3. *ſic ex MS. em. Hard. conſ. Ch. hae Gr. et Al.* 4. *Cimbros caeſis dominis c. p. impoſiti. V.*

Chil. 4. hiſt. 131. v. 211. H.

m. In conuentu) Solinus, *in coetu.* H.

n. Garamantum) Solin. l. c. H.

o. Propter bella) Solinus haec quoque l. c. Eadem Pollux refert de Magnetibus iuxta Maeandrum poſitis, L. V. c. 5. p. 236. De Hyrcanis et Magneſiis, Aelian. L. VII. H. A. c. 38. De Gallis ipſis Strabo L. IV. p. 200. H.

p. Cimbris caeſis) In Cimbrorum clade illa, inquit, domicilia eorum, quae plauſtris, vti gentis eius mos eſt, ferebantur, canes itidem defenderunt. H.

q. Canis Iaſone) Solin. l. c. H.

r. Duris) Hiſtoricus, de quo nos egimus in Auctorum indice. H.

s. Regis Lyſimachi) Meminit Solinus l. c. Aelian. H. A. L. VI. c. 25. Hyrcani nomen fuiſſe ei cani, teſtatur quoque Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 970. H.

t. Memorat et Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philiſtus) Scribendum puto, *Memorat et Gelonis tyranni canem Philiſtus.* De cane Pyrrhi Pollux v. volumine. Canes autem praeſtantes fuerunt, canis Pyrrhi Epirotae, qui expergefactum dominum vociferantemque ſeruauit, accurrens confeſtim. Poſtea eo vita functo, quum cadauer cremaretur, rogo ſe iniecit. Plutarchus etiam libro, Solertiorane ſint terreſtria animalia,

nis *u.* tyranni canem [1] Philiſtus. Memoratur et Nicomedis Bithyniae regis, vxore eius Conſingi *x.* lacerata, propter laſciuiorem cum marito iocum. Apud nos Volcatium [2] nobilem, [3] qui Caſcellium ius ciuile docuit *y.*, aſturcone e ſuburbano redeuntem,

1. Philiſtis. M. Phyliſtus Gr. 2. *nobilem virum. V.* 3. *Carcellium. Ch. et M. Ceſelium Gr. et Al.*

malia, an aquatica, tum huius canis Pyrrhi Epirotae priuati hominis, tum etiam alterius canis, qui fuit Pyrrhi regis, mentionem habet. *Pint.*

u. Gelonis) De cane Gelonis Syracuſiorum tyranni, Tzetzes Chil. 4. v. 266. Aelian. H. A. L. VI. c. 62. et V. H. L. I. c. 13. H.

x. Conſingi) Vide N. et Em. N. CXIV. (hic adi) *Nicomedis)* Portentum id nominis ſane videtur, ſed vt refingam aliter, codicibus omnibus MSS. *Coſingi* exhibentibus, equidem laboro. Alio tamen nomine video hanc Nicomedis vxorem appellari a Tzetze, Chil. 3. hiſt. 115. v. 965. nempe *Ditizelem*, tum in libris editis, tum in perantiquo noſtro exemplari manu exarato: Ὁ Νικομήδης ῥηθεὶς, μέγιςον εἶχε κύνα, Ἐκ γένες ὄντα μολοσσῶν, πιςότατον ἐκείνῳ. Οὗτος ποτὲ τὴν δέσποιναν σύζηγον Νικομήδες Μητέρα δὲ Πρεσίε δὲ, Ζιήλε, καὶ Λυσάνδρας, Τὴν Διζιτήλην κλῆσιν μὲν, ἀπὸ Φρυγῶν δὲ γένες, Συμπαίζεσαν τῷ βασιλεῖ, νομίσας πολεμίαν, Ἐσπάσατο περιχανὼν τὸν δεξιὸν τὸν ὦμον, etc. H.

y. Qui Ceſelium ius ciuile docuit) Iuriſconſultum celebrem, Horatio in Sermon. Caſcellium. Fuit et L. Caeſellius eruditione celebri Grammaticus, cum cuius appellatione Lucii Caecilii Vindicis, famoſi quoque grammatici, memorati Agellio, Chariſio, Priſciano, nomen confunditur ab imperitis. Vide Lipſium Var. c. 26. III. *Dalec.*

Caſcellium) Vide N. et Em. N. CXV. (hic poſ.) *Caſc.)* In libris editis, *Ceſelium.* In MSS. R. 1. 2. Par. Chiffl. Dalec. *Carcellium*, haud ita aberrante ſcriptura a vero nomine, *Caſcellium*, quod frequens occurrit in Inſcriptt. Gruteri. Macrobius Saturnal. L. II. c. 6. p. 341. *Caſcellius ICtus vrbanitatis mirae, libertatiſque.* Vbi temere Gloſſatores *Caecilium* in notis conantur reponere. Horatius in A. P. v. 371.

Nec

tem, quum aduesperauiſſet, canis a graſſatore defendit. Item Caelium z. Senatorem aegrum Placentiae ab armatis oppreſſum: nec prius ille vulneratus eſt, quam cane interemto. Sed ſuper omnia in noſtro aeuo Actis populi Romani teſtatum, Appio Iunio *a.* et P. Silio Coss. quum animaduerteretur ex cauſa Neronis *b.* Germanici filii, in [1] Titium Sabinum *c.*, et ſeruitia eius, vnius ex his canem

Hh 3 nec

1. *Sic et Ch. Titum Gr. et Al.*

Nec *ſcit quantum Caſcellius Aulus, Sed tamen in pretio eſt.* Hunc Pomponius L. I. Dig. tit. 2. de orig. Iur. §. 45. in ICtorum celebrium albo ponit: *Aulus Caſcellius,* inquit, *Q. Mucii Voloſii,* (ſcribo *Volcatii,* ex Plinio) *auditor: qui deinde in illius honorem teſtamento Publ. Mucium nepotem eius reliquit haeredem. Fuit autem Quaeſtorius, nec vltra proficere voluit, quum illi etiam Auguſtus Conſulatum offerret.* Hinc emendabis Valerium Maximum, qui L. II. c. 2. *A. Caeſellium, virum iuris ciuilis ſcientia clarum* appellat, (lege, *A. Caſcellium) qui multa de partibus Caeſaris* (ſic enim emendo, quum vulgo legatur, *de temporibus Caeſaris) liberius loquebatur.* H.

z. *Item Caelium)* Refert hoc ipſum Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 969. tacito tamen Senatoris nomine, quem Aelian. H. A. L. VII. c. 10. Κάλβον vocat, fortaſſe pro Καίλιον. H.

a. Appio Iunio) Vrbis anno DCCLXXXI. Tiberii XV. Id quoque recitat Solin. ex Plinio, c. 15. p. 34. H.

b. Ex cauſa Neronis) Ob necem illatam Neroni Germanici Caeſaris filio. Haec Plinianae orationis ſententia eſt, vt recte vidit interpres Gallicus, tametſi aliud referunt Tacitus, Dio, et Tranquillus in Caligula, c. 7. p. 55. et in Tiberio, c. 54. p. 49. H.

c. Titium Sabinum) Vide N. et Em. N. CXVI. (hic poſ.) *Titium S.)* Ita reſcripſimus admonitu R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Chiffl. ipſiuſque adeo Taciti, Annal. L. IV. p. 123. *Iunio Silano,* inquit, *et Silio Nerua CoSS. foedum anni principium inceſſit, tracto in carcerem illuſtri Equite Rom. Titio Sabino, et amicitiam Germanici* etc. Prius in libris vulgatis, *T. Sabinum,* hoc eſt *Titum.* Mox vbi editi legebant, *Magna populi Rom. corona circumſtante,* vocabulum *circumſtante,* ceu gloſſe-

nec a carcere abigi potuiſſe, nec a corpore receſſiſſe, [1] abiecti [2] in gradibus Gemitoriis *d.*, moeſtos edentem vlulatus, magna populi Romani corona: [3] ex qua quum quidam ei cibum obieciſſet, ad os defuncti tuliſſe. Innatauit idem cadauer in Tiberium [4] abiecti ſuſtentare conatus, effuſa multitudine ad [5] ſpectandum animalis fidem. Soli dominum *e.* noue-

1. *Abiectis. M. abiecti. Ch.* 2. *In gradibus Gemoniis Gr. et Al.* 3. *ſic et M. corona circumſtante Gr. et Al.* 4. *abiecto Gr. et Al.* 5. *ſpectandam. M. et Ch.*

gloſſema expunximus, quod abeſt a MSS. omnibus. Ex iiſdem paulo ante *abiecti* pro *abiecto* reſcripſimus. H.

d. In gradibus gemoniis) Ἀναβαθμοὺς vocat Dion in Tiberio: alii ſcalas. Tacitus confoſſum collaceratumque et abſciſſo capite truncum Sabini corpus in ſcalas Gemonias tractum fuiſſe prodit. A gemitu et planctu dictas vult Rhodig. cap. 5. X. Fuerunt et gradus Caſtoris ad Graecoſtaſin, et gradus Aurelii in foro, de quibus Cic. in oratione pro Cluentio. Scalae Gemoniae fuerunt in Auentino, prope templum Iunonis reginae, a Camillo captis Veiis dicatum: locum vbi damnatos ſuppliciis afficiebant, Sextricium vocauerunt. Alex. ab Alex. cap. 5. III. quo plurima de carceribus, ſuppliciis, et damnandi modo refert. De gemoniis videatur Sueton. Tiber. c. 75. et Dio Caſſ. lib. LVIII. p. 712. Cael. Rhod. 5. VI. et Iac. Fab. ſemeſt. 9. II. *Dal.*

In Gradibus Gemitoriis) Ita conſtanter MSS. omnes, etſi in editis *Gemoniis* legitur, quod perinde eſſe mihi nunc videtur. Gemonii enim dicti ſunt gradus, vel ſcalae Gemoniae, quod locus eſſet gemitus et calamitatum: non ab auctore Gemonio, vt quidam fabulantur. Erant autem eae in Regione Vrbis XIII. P. Victore teſte. Locus fuit, quo corpora noxiorum, in carcere necatorum, vnco per dedecus tracta, abiiciebantur. Ipſum porro Titium Sabinum, in Gemonias ſcalas abiectum, ſcribit Dio, L. LVIII. p. 621. Non ipſi Titio, ſed vni ex ſeruitiis eius pariter in eos abiecto, exhibitum a cane obſequium Plinius refert; aut quum *vnius ex his* ait Titium ipſum ſeruitiaque complectitur. H.

e. Soli dominum) Columella L. VII. c. 12. p. 274. et Cicero de N. D. L. II. p. 114. multa praeclare in eam ſententiam. H.

nouere: et ignotum *f.* quoque, ſi repente veniat, intelligunt. Soli nomina ſua, ſoli vocem domeſticam agnoſcunt. Itinera, quamuis longa, meminere. Nec vlli praeter hominem memoria maior. Impetus eorum et ſaeuitia mitigatur ab homine [1] conſidente humi. Plurima alia in his [2] quoque vita invenit. Sed in [3] venatu *g.* ſolertia et ſagacitas praecipua eſt. *h.* Scrutatur veſtigia atque perſequitur, comitantem ad feram inquiſitorem *hh.* loro trahens: [4] qua viſa quam ſilens et occulta, quam ſignificans demonſtratio *i.* eſt, cauda primum, deinde ro-

 ſtro?

1. *Concedente.* M. *et* Ch. 2. *quotidie.* M. 3. *venatus.* Ch. 4. *quamuis aquam tranſiliens ſe occultaſſet. Significans demonſtratio.* M. V.

f. Et ignotum) Vel alienis veſtibus diſſimulatum dominum norunt, quod de Vlyſſis cane legitur apud Homerum: Vel ignotum externumque hominem, etſi improuiſus adſit, diſtinguere ſtatim norunt a domeſticis, ac internoſcere odio, latratuque canes. *Canum*, inquit Cicero, *tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio: tantumque odium in externos.* etc. H.

g. Sed in venatu) MSS. *in venatus.* H.

h. Solertia et ſagacitas praecipua eſt) Lepide Plautus in Milite: *Si ita non reperio, ibo odorans quaſi canis venaticus, Vſque donec perſequutus vulpem ero veſtigiis.* Dal.

hh. Inquiſitorem) Venatorem. H.

i. Quam ſilens et occulta, quam ſignificans demonſtratio) Adde ex Apogr. Tolet. particulam, *ſed*, quae plurimum leporis conciliat orationi, *Sed quam ſignificans demonſtratio eſt.* Pint.

Et occulta) Fractae ad ſummum vocis eliſione teſtatus ſua gaudia, dum vt Ennius eleganter, *Animuſque in pectore latrat, Luſtrum ſi forte ex nare ſagaci, Senſit.* Lucanus, L. IV. v. 440. *Venator tenet ora leuis clamoſa Moloſſi, Spartanos, Cretaſque ligat: nec creditur vlli Silua cani, niſi qui preſſo veſtigia roſtro Colligit et praeda neſcit latrare reperta, Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loco.* Ἰχνευτικὴν deſcribit, quae canum ſilentio peragenda eſt: non πολεμικὴν, quae latratu. Vide N. et Em. N. CXVII. (hic coll.) *Quam)* In MSS.

ſtro? *k*. Ergo etiam ſenecta feſſos, caecoſque, ac debiles ſinu ferunt, ventos et odorem captantes, 1 prodenteſque *l*. roſtro cubilia. E tigribus *m*. eos Indi volunt concipi: et ob id in ſiluis coitus tempore alligant feminas. Primo *n*. et ſecundo fetu nimis feroces putant gigni: tertio demum educant. Hoc idem e lupis *o*. Galli *p*., quorum greges ſuum quiſ-

1. *Portendenteſque roſtra ac cubilia. Ch.*

MSS. *et occultaſſet*: vnde legendum forte, *et occultans ſe, et quam ſignificans* etc. Audacior certe emendatio Iuni Vlitii legentis, *quamuis aquam tranſiliens ſe occultaſſet*, contra omnium MSS. fidem. H.

k. Deinde roſtro) Gratius in Cynegetico, v. 237. *Aut effecta leui teſtatur gaudia cauda, Aut ipſa infodiens vncis veſtigia plantis Mandit humum, celſaſque apprenſat naribus auras.* H.

l. Prodenteſque) Eadem ſententia, R. 1. 2. Chiffl. et Par. *protendenteſque roſtra ad cubilia.* H.

m. E tigribus) Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 33. p. 786. Diod. Bibl. L. XVII. p. 561. Solin., c. 15. p. 34. aliique. H.

n. Primo etc.) Lucem affert huic loco Aelianus H. A. L. VIII. c. 1. dum ex Indicarum rerum ſcriptoribus ait, canem Indicam ex tigride primum tigrim parere: qui deinde cum cane femina mixtus tigrim iterum procreat: ac tertius demum fetus degenerans, canem. Non Indis ſolum, ſed et Hyrcanis hunc eſſe morem Gratius declarat, in Cyneg. v. 161. *Sed non Hyrcanae, ſatis eſt vehementia genti Tanta: ſuis petiere vltro fera ſemina ſiluis. Dat Venus acceſſus, et blando foedere iungit. Tunc et manſuetis tuto ferus errat adulter. In ſtabulis, vltroque grauis ſuccedere tigrim Auſa canis, maiore tulit de ſanguine fetum.* H.

o Hoc idem e lupis) Procreantur, inquit, e lupis quoque canes in Gallia, ſicuti apud Indos e tigribus. Ariſtoteles l. c. Cyreneníium, non Gallorum eſſe huiuſcemodi canum genus, docet. Sunt qui legant, *Hoc idem e lupis alii. Gallicorum greges*, canum ſcilicet, male: etſi in R. 2. cod. legitur, *Gallicorum greges*. De Gallicorum canum praeſtantia ſupra ceteros finitimarum gentium, etſi Britanni corporum robore et audacia hoc aeuo, Corſici aſtu et dexteritate

quiſque [1] ductorem *q.* e canibus et ducem habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Namque inter ſe exercent etiam magiſteria. Certum eſt *r.* iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occaſionem praebeant. Indiam

Hh 5 peten-

1. *Ductorem et e canib. ducem.* V. *lego paſtorem.*

ritate pugnandi vincere vulgo credantur, vide P. Quiqueranum de laud. Prou. L. II. fol. 33. De cane porro huiuſcemodi, non è cane femina, et lupo, ſed ex mare et lupa genito, carmen exſtat medio aeuo in Galliis ſcriptum apud Ian. Vlitium, in Cyneget. Grat. p. 203. H.

p. E lupis Galli) Sic Laconici ex vulpe nati et cane ideo ἀλωπηκίδες vocabantur, Arcadicae ex Leone λεοντομιγεῖς. *Dalec.*

q. Ductorem e canibus et ducem habent) Ita vulgo fit et in Narbonenſi prouincia. *Dal.*

Ductorem) Ductorem itineris, pugnae ac venationis ducem. Ita vulgo fieri et in Narbonenſi Prouincia notat ad hunc locum Dalecampius. Vide N. et Em. N. CXVIII. (hic conſp.) *Ductorem)* Ianus Vlitius in Cyneg. Gratii, p. 202. inanis tautologiae vitio haud carere putat, *ductoris* et *ducis* repetitionem. Perperam profecto, vt interpretatio noſtra declarat. Addit vidiſſe Geſnerum in MSS. quibuſdam pro duabus his voculis *et ducem*, legi *Lintiſcum:* vnde ipſe *Lyciſcam* effingit. Suſpecta mihi Geſneri fides. Subiicit Vlitius, ſcripſiſſe Seruium et Iſidorum, Lyciſcos dici auctore Plinio, qui ex lupis et canibus nati: illum Ecloga, iſtum L. XII. c. 3. Videri porro id hauſiſſe ex hoc ipſo loco, vnde librariorum culpa interciderit. At cur hinc potius, quam ex libris Dubii Sermonis, ſiue Etymologiarum, quorum nos meminimus alias, quoſque non ſemel Grammatici veteres laudant? H.

r. Certum eſt) Aelian. H. A. L. VI. c. 53. et V. H. L. I. c. 4. Solinus item c. 15. p. 34. Phaedr. L. I. Fabb. *Canes currentes bibere in Nilo flumine A crocodilis ne rapiantur, traditum eſt: Igitur quum currens bibere cepiſſet canis, Sic crocodilus: Quamlibet lambe otio, Accede, pota leniter, et noli dolos, Inquit, vereri. At ille: Facerem me hercule, Niſi eſſe ſcirem carnis te cupidum meae.* H.

petenti Alexandro Magno *s.*, rex Albaniae *t.* dono dederat inuſitatae magnitudinis vnum: cuius ſpecie delectatus iuſſit vrſos, mox apros, et deinde *u* damas emitti, [1] contemtu immobili iacente eo. Qua ſegnitie tanti corporis offenſus Imperator generoſi ſpiritus, eum interimi iuſſit. Nuntiauit hoc fama regi. Itaque alterum mittens addidit mandata, ne in paruis experiri vellet, ſed in leone, elephantove. Duos ſibi fuiſſe: hoc interemto, praeterea nullum fore. Nec diſtulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Poſtea elephantum iuſſit induci, haud alio magis [2] ſpectaculo laetatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu [3] intonuit *x.*: moxque increuit *y.* aſſultans,

1. *Sic emend. Hard. ex MSS. contemtim. V. et Ch. niſi quod habet iacenti. M. ſegnitia. iacente. Eaque ſegnitie Gr. et Al.* 2. *ſpectaculo laetatus magis. Tol.* 3. *inſonuit, mox in ceruicem aſſult. M. mox increuit. Ch. mox ingruit aſſultans Gr. et Al.*

s. Indiam petenti Alexandro Magno) De canibus generoſiſſimis Alexandro a Sepithe datis, alia memorabilis hiſtoria apud Strabonem lib. XV. *Dal.*

Indiam petenti) Diod. Bibl. L. XVII. p. 561. Strabo, L. XV. p. 700. Plutarch. L. de ſolertia anim. p. 197. Aelian. H. A. L. VIII. c. 1. Solin. c. 15. p. 34. aliique. H.

t. Rex Albaniae) Vide N. et Em. N. CXIX. (hic poſ.) *Rex A.)* Num tamen fuit canis iſte Albanus? Indicum facit Strabo, L. XV. p. 500. Vnde Solinum redarguas, et ſi qui alii ſunt, qui hunc Plinii locum ad Albanos canes detorſerint. Paulo poſt, quum in libris editis legeretur, *immobili iacente. Eaque ſegnitie*, etc. Nos codicum meliorum admonitu, R. 1. 2. Chiffl. Par. ita ſcripſimus, diſtinximuſque: *Iacente eo. Qua ſegnitie*, etc. H.

u. Iuſſit vrſos, mox apros, et deinde, etc.) Lege: *Iuſſit vrſos, mox apros, deinde damas emitti, contemtim immobili iacente eo, qua ſegnitie tanti corp. etc.* Salmaſ. pag. 191. a. Et paulo poſt lege: *ingenti primum latratu inſonuit, mox increuit aſſultans, contraque belluam, etc.* Dal.

x. Intonuit) Alii, *inſonuit.* Soli-

ſultans, contraque belluam exſurgens hinc et illinc, artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet, infeſtans atque euitans, donec [1] aſſidua rotatam vertigine afflixit, ad caſum eius tellure concuſſa.

LXII. [2] Canum generi *z.* bis anno partus. Iuſta ad *a.* pariendum annua aetas. Gerunt [3] vterum *b.* ſexagenis diebus. Gignunt coecos *c.*: et quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem viſum accipiunt, non tamen vnquam vltra viceſimum primum diem, nec ante ſeptimum. Quidam tradunt, ſi vnus gignatur, nono die cernere: ſi gemini, decimo. Idemque in

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Aſſidua rotarum vertigine Gr. et Al.* 2. *Canum generibus annui partus Gr. et Al.* 3. *vtero. M.*

Solinus, de canibus Albanis, *Terrificis latratibus vltra rugitus inſonantes.* H.

y. Moxque increuit) Moxque increuere animi. Vide N. et Em. N. CXX. (hic conſp.) *Moxque)* Ita R. 2. et Chiffl. Nam R. 1. et Par. mendoſe, *moxque in ceruicem.* Sed adhuc deterius editi, *mox ingruit.* Solinus tranſſcriptor: *Mox viſo elephanto,* ſcribit, *notabiliter exſultans, belluam primo aſtu fatigauit. Notabiliter* dixit, quia increuit animis. Nec multo poſt *rotatam* ſcripſimus, belluam ſcilicet, pro *rotatum.* H.

z. Canum generi) Vide N. et Em. N. CXXI. (hic adp.) *Canum)* Prius legebatur in omnibus editis, *Canum generibus annui partus.* At R. 1. 2. ceterique omnes MSS. *Canum generibus anno partus.* Vnde nos partim ex codicum veſtigiis, partim ex re ipſa intrepide ſcripſimus, *Canum generi bis anno partus.* Quin etiam verba Ariſtotelis H. A. L. V. c. 13. p. 561. et L. VI. c. 20. p. 736. de cane, paria fere ſunt: Τεκοῦσα δὲ πάλιν ὀχεύεται ἕκτῳ μηνὶ, καὶ οὐ πρότερον. *A partu,* inquit, *ſexto menſe rurſus implentur, nec prius.* Ac Plinius demum ipſe, L. X. ſ. 83. *Ineuntur a partu ſexto menſe.* H.

a. Iuſta ad) Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 561. H.

b. Gerunt vterum) Ita R. 1. Par. etc. Sic Columella, de vaccis, de R. R. L. VI. c. 24. p. 231. *Decem menſibus ventrem perferunt.* Et haec quoque Ariſtoteles l. c. H.

c. Gignunt coecos) Ariſt. H. A. L. VI. c. 20. p. 736. et 737. H.

in ſingulos [1] adiici, totidemque eſſe tarditatis ad lucem dies. Et ab ea, quae femina ſit ex primipara genita, [2] Faunos *d.* cerni. Optimus in fetu qui [3] nouiſſimus cernere incipit, aut quem primum fert in cubile feta *e.*

LXIII. [4] Rabies canum Sirio ardente *f.* homini peſtifera *g.*, vt diximus, ita morſis [5] letali aquae metu. *gg.* Qua propter obuiam itur per xxx. eos dies

1. *Aedi. M.* 2. *citius cerni. V. clunos cerni. M. nullo ſenſu, lego, plenius cerni, vel quod magis placet, die nocteque cerni.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. citius. V.* 4. *Rabies canum Sirio ardente vt diximus, homini peſtifera: ira morſis, etc. V. vide cap. 40. lib. II.* 5. *letalis aquae metus. Parm.*

d. Faunos) Paſſim vagantes et in ſe irruentes formas: quales quae Ephialtae vocantur. Plin. L. XXV. ſ. 10. de Paeonia: *Hac medetur et Faunorum in quiete ludibriis.* Vide quae ibi dicturi ſumus. Tamen in MSS. R. 1. et Pariſ. *Clunos.* In R. 2. *Flunos.* H.

e. Feta) Quae peperit. H.

f. Rabies canum Sirio ardente) Galenus vltimo κατὰ τόπȣς, et Aphrodiſaeus ſolum canem in rabiem agi ex quadrupedibus ſcribunt. Porphyrius eo quoque morbo equam tentari prodit, vt et tetano, febre, podagra: boues praeterea vulpeſque inſania corripi. Rabioſi equi meminit Abſyrtus. Hierocles eum morbum accidere tradit, vel aeſtu immodico, vel ob nimium eſum erui. Brod. cap. 19. III. Vide ſupra cap. 40. lib. II. et infra cap. 5. lib. XXIX. *Dalec.* De rabie canum cf. Phaemonis ſ. Demetrii Cpolit. κυνόσοφιον c. 8. de equorum rabie plura dicemus ad LL. ἱππιατρικῶν propediem a nobis edendos, ſi Deus vitam vireſque ſuppeditauerit.

g. Homini peſtifera) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 27. p. 965. vbi quae rabioſi canes momorderint, agi pariter in rabiem ſcripſit, vnum excepit hominem πλὴν ἀνθρώπȣ. Id quod experientiae pugnat ipſi: Nam et is rabit, et mordet, et interit: et qui ab eo morſi ſunt, eumdem morbum contrahunt. Canum rabiem homini eſſe peſtiferam dictum eſt ſupra L. VII. ſ. 13. H.

gg. Letali aquae metu) Celſ. L. V. c. 1. de canis rabio-

dies *h.*, gallinaceo maxime fimo [1] immixto canum cibis: aut ſi praeuenerit morbus, veratro. (XLI.) [2] A morſu vero vnicum remedium oraculo quodam [3] nuper repertum *i.*, radix ſilueſtris roſae, quae cynorrhodos appellatur. Columella *k.* auctor eſt, ſi quadrageſimo die, quam ſit natus, caſtretur morſu cauda, ſummuſque eius articulus auferatur, [4] ſequenti neruo *l.* exemto, nec caudam creſcere, nec canes rabidos fieri. Canem loquutum *m.*, in prodigiis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. miſto Gr. et Al.* 2. *Ad morſum. M.* 3. *nuper inuento repertum. Tol.* 4. *ſequi neruum. Ch.*

rabioſi morſu: *Solet*, inquit, *ex eo vulnere, vbi parum occurſum eſt, aquae timor naſci: ὑδροφοβίαν Graeci appellant: Miſerrimum genus morbi, in quo ſimul aeger, et ſiti, et aquae metu cruciatur; quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt: ſed vnicum tamen remedium eſt, nec opinantem in piſcinam non ante ei prouiſam proiicere, etc.* Vide quae dicturi ſumus L. XXIX. ſ. 32. H.

h. Per xxx. eos dies) Fortaſſis per XL. Tot enim diebus caniculae vis durat. Galenus II. de Aliment. facult. Dioſcor. cap. de Origano, Hippocr. lib. de medicam. purgant. numerat 50. vt et vetus Kalendarium. *Dal.*

Per XXX eos) De Canicularium dierum mumero, quantum veteres diſſiderent Calendariographi, aliis XXX. aliis XXXIV. aliis XL. aliis etiam plures ſtatuentibus, vide apud Kepplerum, Epit. Aſtron. Cop. L. III. p. 395. H.

i. Oraculo quodam nuper repertum) Vide infra cap. 2. lib. XXV. et Barthol. Anglic. de prop. rer. 67. VII. latiſſime. *Dal.*

Nuper repertum) Narratur hiſtoria prolixiori oratione, L. XXV. ſ. 6. H.

k. Columella) Columella, L. VII. c. 12. p. 277. *Catulorum caudas poſt diem XL. quam ſint editi, ſic caſtrare conueniet. Neruus eſt, qui per articulos ſpinae prorepit vſque ad vltimam partem caudae. Is mordicus comprehenſus, et aliquatenus eductus abrumpitur: quo facto, neque in longitudinem cauda foedum capit incrementum: et (vt plurimi paſtores affirmant) rabies arcetur, letifer morbus huic generi.* H.

l. Sequenti neruo) Neruum, qui ſequetur articulum demorſum, exempto. H.

m. Canem loquutum) Refert

digiis (quod equidem adnotauerim) accepimus: et ſerpentem latraſſe, quum pulſus eſt regno Tarquinius.

LXIV (XLII.) Eidem Alexandro *n.* et equi magna raritas contigit: Bucephalon *o.* eum vocarunt, ſiue ab aſpectu toruo, ſiue ab inſigni taurini capitis, armo impreſſi. [1] Tredecim talentis *p.* ferunt ex [2] Philonici Pharſalii grege emtum, etiam tum puero *q.* capto eius decore. Neminem hic alium *r.*, quam Ale-

1. *Sic et Budaeus ex Gellio cap. 2. lib. V. et Plut. in Alexand. Sedecim Gr.* 2. *Philonico. Parm.*

fert Iul. Obſequens, c. 103. p. 54. C. Mario, C. Flacco CoSS. Arimini canem loquutum. H.

n. Eidem Alexandro) Haec quoque Solinus, c. 45. p. 73. aliique, ex Plinio. H.

o. Bucephalon) A frontis latitudine. Strabo lib. XV. *Dal.*

p. Tredecim talentis) Atticis videlicet, quorum ſingula ſex denariûm millia complectuntur: Gallicas libras 2400. Itaque talenta tredecim Gallicae monetae libras efficiunt 27200. Vide N. et Em. N. CXXII. (hic adi.) *Tred.)* Etſi libri omnes XVI. ſiue *Sedecim* legant, quum tamen, vt alias monuimus, a XIII. ad XVI. procliuis admodum vſitatuſque librariorum lapſus in hoc opere ſit, probatos auctores, qui *tredecim talenta* ſcriptis prodiderunt, ſequi nunc maluimus, quam imperitorum amanuenſium errorem errare. *Equus Alexandri regis,* inquit Gellius, qui hauſit a Plinio noſtro, L. V. c. 2. p. 319. *et capite et nomine Bucephalus fuit. Emtum Chares ſcripſit talentis tredecim — — aeris noſtri ſumma eſt, ſeſtertia* CCCXII. Plutarch. in Alex. p. 667. Ἐπὶ δὲ Φιλονείκȣ τȣ̃ Θεσσαλȣ̃ τὸν Βȣκέφαλον ἀγαγόντος ὤνιον τῷ Φιλίππῳ τρισκαίδεκα ταλάντων Tzetzes, Chil. IV. v. 490. Ἧπερ τῷ Βȣκεφάλῳ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ μέγας Τὸν ὅνπερ ὠνησάμενος τρισκαίδεκα ταλάντων Ὁ Θετταλὸς Φιλόνεικος χαρίζεται Φιλίππῳ. H.

q. Etiam tum puero) Alexandro tum puero. H.

r. Neminem hic alium, quam, etc.) Lege: *Neminem hic alium quam Alexandrum regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, alias paſſim recipiens:* quum alias paſſim ſeſſores recipe-

Alexandrum, regio inſtratus ornatu, recepit in ſedem, alios paſſim [1] recipiens. *s.* Idem in praeliis memoratae cuiuſdam perhibetur operae, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium tranſire Alexandrum non paſſus: multa praeterea eiuſdem modi, propter quae rex defuncto ei duxit exſequias: vrbemque tumulo circumdedit *t.* nomine eius. Nec Caeſa-

1. *Reiiciens Gr.*

reciperet, quum regio inſtratus erat ornatu, neminem recipiebat in ſedem. Vide *Salmaſ.* pag. 893. a. Et paulo poſt lege: *Scythici quidem equitatus equorum gloria haec: repetunt occiſo regulo ex prouocatione dimicante, hoſtem quum victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo eius ictibus morſuque confectum: alium detracto oculorum operimento, et cognito cum matre coitu petiiſſe praerupta atque exanimatum. Qua ex cauſa in agro Reatino laceratum prorigam accepimus.* Vide *Salmaſ.* pag. 893. b.

Neminem hic) Plutarch. de ſolert. anim p. 970. Solin. c. 45. p. 73. de eo: *Quum ab equario ſuo alias etiam molliter ſederetur, accepto regio ſtratu neminem vmquam alium, praeter dominum, vehere dignatus eſt.* H.

s. Alios paſſim reiiciens) Scribo, *Alios paſſim recipiens,* ex Apogr. Tol. recte; hoc ſenſu, Inſtratum ornatu regio, neminem recepiſſe praeter regem: ſine illo paſſim omnes. *Pint.*

Paſſim recipiens) Hoc eſt, vulgariter inſtratus, quemlibet equitem perpetiebatur. At regio veſtitus ornatu, vnum Alexandrum. Vide N. et Em. N. CXXIII. (hic adi.) *Alias)* Sequuti ſumus codices R. 1. 2. Par. Tol. etc. ipſumque Pintianum: quum in editis perperam legeretur, *paſſim reiiciens.* Emendationem certe noſtram, et interpretationem mire Solinus adiuuat, in prioribus Notis ad hanc ſectionem, n. 3. Sed et paulo ante magis probat, *regio inſtratu ornatus,* Pellicerius in Nott. MSS. quam *regio inſtratus ornatu.* H.

t. Vrbemque tumulo circumdedit) Supra cap. 20. lib. VI. Aſeni, inquit, trium vrbium incolae. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat nomen) ibi ſepulto conditum. Strabo libro XV. Bucephaliam ad Hydaſpem et in aduerſa ripa Ni-

Caeſaris *u.* Dictatoris quemquam alium recepiſſe dorſo equus traditur: idemque [1] humanis ſimiles *x.* pedes priores habuiſſe, hac effigie locatus ante [2] Veneris Genetricis aedem. Fecit et Diuus Auguſtus equo tumulum, [3] de quo Germanici *y.* Caeſaris carmen eſt. Agrigenti *z.* complurium equorum tumuli pyramides habent. Equum adamatum a Semiramide *a.* vſque ad coitum, Iuba auctor eſt. [4] Scythici *b.* quidem equitatus equorum gloria ſtrepunt.

[1] Occi-

1. *Hominis. M.* 2. *Veneris aedem.* 3. *in. M.* 4. *ſic et Ch. Scythae quidem equitatus et equorum Gr. et Al.*

Nicaeam, Poro victo ab eo conditas refert. *Dalec.*

Vrbemque) De qua dictum eſt L. VI. ſ. 23. H.

u. Nec Caeſaris) Solin. l. c. H.

x. Humanis ſimiles) Suet. in Iul. c. 61. *Vtebatur autem equo inſigni, pedibus prope humanis, et in modum digitorum vngulis fiſſis: quem natum apud ſe, quum aruſpices imperium orbis terrae ſignificare Domino pronunciaſſent, magna cura aluit, nec patientem ſeſſoris alterius, primus adſcendit: cuius etiam inſtar pro aede Veneris Genitricis poſtea dedicauit* Inſcriptiones veteres et nummi, VENERI GENITRICI. H.

y. Germanici) Qui C. Caeſaris Auguſti Germanici Imp. pater. H.

z. Agrigenti) Solinus l. c. Miltiadem pariter, et Euagoram Laconem, equos Olympiae victores tumuli honore affeciſſe auctor eſt Aelianus, H. A. L. XII. c. 40. Vide et Herod. L. VI. p. 367. et p. 368. H.

a. Equum adamatum a Semiramide) Vide quae notata ſunt infra ad cap. 10. lib. XXXV. *Dal.*

Equum adamatum) Vide N. et Em. N. CXXIV. (paulo poſt) Stultitiae in eo genere ſingulare ſpecimen C. Germanicus Caeſar edidit, vt refert Tranquillus, c. 55. *Nam praeter equile marmoreum et praeſepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monile e geminis, demum etiam, et familiam, et ſupellectilem dedit: Conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.*

Equum) In MSS. vſque *in coitum.* Quid ſi legas, *vſque in rogum?* Nam Hygin. fab. 243. *Semiramis*, inquit, *in Babylonia equo amiſſo in pyram ſe coniecit.* H.

b. Scythici) Scythici quidem equites. Ariſt. L. IX. c. 73. p. 1162. Vide N. et Em.

[1]Occiſo regulo *c.* ex prouocatione [2]dimicante, hoſtem quum victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo eius ictibus morſuque confectum. Alium detracto *d.* oculorum operimento, et cognito cum matre coitu, petiiſſe praerupta, atque exanimatum. [3]Equae eadem *e.* ex cauſa in Reatino agro laceratum pro-

1. Sic ex MSS em. Hard. conſ. Ch. occiſo denique regulo. M. occiſo denique ipſorum regulo Gr. et Al. 2. *dimicantem hoſtem cum ad ſpolian. Ch. dimicantem cum ad ſpol. M.* 3. *Aequa ex cauſa in Reat. etc. Ch.*

Em. N. CXXV. (hic adi.) *Scyth.*) Prius legebatur, *Scythae quidem equitatus, et equorum gloria ſtrepunt. Occiſo denique ipſorum regulo.* Nobis vero a MSS. fide deſciſcere, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. religio fuit: quum praeſertim ſincerior illa, quam exhibent, lectio videatur. H.

c. Occiſo regulo) Solinus, c. 45. p. 73. H.

d. Alium detracto) Ariſt. et Sol. ll. cc. Aelian. H. A. L. IV. c. 7. H.

e. Equam eadem ex cauſa in Reatino agro, laceratumque pariter aurigam inuenimus) Sic leg. alii: verum apographon Tolet. rectius, *Qua ex cauſa Reatino agro laceratum prorigam inuenimus.* Lego, *perorigam*, non *prorigam*. M. Varro libro ſecundo de re ruſt. capite ſeptimo: *Peroriga*, inquit, *appellatur quiſquis admittit: eo enim adiuuante equae alligatae celerius admittuntur.* Pint. *Prorigam inuenimus*) Varro cap. 7. lib. II. apud eum legitur *peroriga*, ſiue *perauriga*, vt olim *claudus* et *cludus*: at in vetuſtis exemplaribus huius auctoris, *proriga*, et fortaſſis aliquando rectius *pruriga*, ab admiſſurae prurigine. *Scal.* Prurigam igitur, qui ad pruritum Veneris excitat admiſſarios. Similis huic eſt hiſtoria de Camelo apud Ariſtotelem περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vide Varronem loco citato. *Dalec.*

Equae eadem) Pari ex cauſa, inquit, laceratum in Reatino agro equarum admiſſorem fuiſſe comperimus: etenim is quoque filio matrem eadem fraude ſubmiſerat. Haec Varro ſimiliter de R. R. L. II. c. 7. p. 88. ſcriptis prodidit. Idem Varro paulo ante p. 87. *Proriga*, (ſic enim legendum eſt, non vt paſſim legitur, *Peroriga*) *appellatur quiſquis admittit.* Sicvt *arrigere* et *erigere*, ita et *prorigere* a verbo *rigendi*, quod

prorigam *f.* inuenimus. Namque et cognationum intellectus in iis eſt: [1] atque in grege prioris anni [2] ſorore libentius *g.* etiam, quam matre, equa comitatur. Docilitas tanta eſt, vt vniuerſus Sybaritani *h.* exercitus equitatus ad ſymphoniae cantum ſaltatione quadam moueri ſolitus inueniatur. Iidem praeſagiunt pugnam, et amiſſos lugent *i.* dominos, lacrymaſque interdum deſiderio fundunt. Interfecto Nicomede *k.* rege equus eius inedia vitam finiuit. Phylarchus refert [3] Centaretum *l.* e Galatis, in

1. *Sic et M. et Ch. itaque in grege Gr. et Al.* 2. *ſorores l. e. matres, equarum pulli comitantur. V.* 3. *Citare tum. V. ſicque Longol. ex hiſtoriog. Alii, Centareto, etc. Antiochum pot.*

quod exoleuit deducitur. *Prurigam* Scaliger ſomniauit, ab admiſſurae prurigine. Quod porro de equa Varro narrat, id Philoſophus de camelo, H. A. L. IX. c. 73. p. 1161. et Auct. L. de mirab. auſcult. p. 1150. H.

f. Prorigam) Equarum admiſſorem. H.

g. Sorore libentius) Vt cui cognationis ſuae non minor ſit ratio, quam maternae educationis. Paſſiue comitandi verbum Plinius rurſum vſurpat in nono, ſ. 55. de conchis: *In alio quoque comitantur marinis canibus.* Et Virgil. *Fido comitatus Achate.* H.

h. Sybaritani) Athenaeus, L. XII. p. 520. at non in exercitu tamen, ſed inter epulas a Sybaritis id factum ait: ὡς καὶ παρὰ τὰς εὐωχίας τὲς ἵππους ἐθίσαι πρὸς αὐλὸν ὀρχεῖσθαι. H.

i. Amiſſos lugent) Solin. c. 45. p. 74. Fundi lacrymas ab equis ſuperius adnotauimus, ſ. 19. not 16. H.

k. Nicomede) Solin. l. c. H.

l. Philarchus refert Centaretum e Galatis praelio occiſo Antiocho potitum equo eius) Lego: *Philarchus refert, Centaretrio e Galatis in praelio occiſo. Antiochum potitum equo.* Solinus capite 46. *Quum praelio Antiochus Galatas ſubegiſſet, Centaretrii nomine ducis qui in acie ceciderat equum ouaturus inſiluit.* Conſentiunt Solini lectioni praeſtantes duo auctores Graeci. Alter eſt Lucianus, qui in dialogo, cui eſt titulus Zeuxis vel Antiochus, tradit beneficio elephantorum XVI. viciſſe Antiochum regem

in praelio occiſo Antiocho, potitum equo eius conſcendiſſe ouantem. At illum indignatione [1] accenſum domitis frenis *m.*, ne regi poſſet, praecipitem in abrupta iſſe, exanimatumque vna. Philiſtus *n.* a Dionyſio relictum in coeno haerentem, [2] vt ſeſe eueliſſet, ſequutum veſtigia domini, examine apum [3] iubae inhaerente: eoque oſtento tyrannidem a Dionyſio occupatam.

LXV. Ingenia *o.* eorum inenarrabilia iaculantes obſe-

1. *Succenſum. Tol.* 2. *vt ſe veliſſet. Ch.* 3. *iuba. Ch.*

regem Galatas, omni belli apparatu inſtructiſſimos. Alter Appianus Alexandrinus libro Syrio, quo auctore fuit hic Antiochus primus cognomento Soter, qui Stratonicen nouercam amavit. *Pint. Philarchus refert Centaretum*) Legend. *Philarchus refert Centareto duce e Galatis in praelio occiſo, Antiochum potitum equo eius conſcendiſſe ouantem.* Vide *Salmaſ.* 894. b.

Centaretum) Vide N. et Em. N. CXXVI. (hic poſ.) Male inuertit omnem hanc hiſtoriam Solin. c. 45. p. 34. ſcribens: *Quum praelio Antiochus Galatas ſubegiſſet, Centareti nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ouaturus inſiluit*, etc. Plinio etiam Aelianus adſtipulatur, 'H. A. L. VI. c. 44. Καὶ τὸν Ἀντιόχȣ δὲ ἵππον τὸν τιμωρήσαντα τῷ δεσπότῃ, καὶ ἀποκτείναντα τὸν Γαλάτην, ὡσπερȣ̃ν ἀπέσφαξε τὸν Ἀντίοχον ἐν τῇ μάχῃ· ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κεντεραράτης ἦν, ἐῶ καὶ τȣ̃τον. Aelianum a Salmaſio neglectum miror, qui p. 864. in Solinum, Plinium ex eius tranſſcriptore, eius fidem et eruditionem ſaepe ipſe deſiderat, caſtigare hoc loco non veretur. H.

m. Domitis frenis) Euictis, ſubactiſque. Solini paraphraſis. *Iſque adeo ſpreuit lupatos.* H.

n. Philiſtus) Hanc hiſtoriam, ex eodem auctore Philiſto, Cicero recitat paulo vberius, de diuin. L. I. p. 187. H.

o. Ingenia) Ingenium eorum inenarrabile, qui iacula mittunt, ex obſequio quod ipſis equi praeſtant, intelligunt: nam et difficiles iaculantium conatus corpore et niſu adiuuant: et tela humi collecta, equiti porrigunt etc. Digna ſunt memoratu, quae de Turcicis equis Buſbequius

obſequio *p.* experiuntur, difficiles conatus corpore ipſo nixuque inuitantium. Iam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in Circo *q.* ad currus iuncti, non dubie intellectum adhortationis et gloriae fatentur. Claudii Caeſaris ſecularium *r.* ludorum Circenſibus, [1] excuſſo in carceribus auriga *s.* Albato [2] Corace,

1. *Excuſſo in carceribus auriga albati equi palmam occupare, primatum obtinuere, oppoſita effundentes, omnia quae contra aemulos debuiſſent, etc. Gr. et Al.* 2. *equo carace. Ch. in emend. corace. curatem. M. metam. V. lego, equi occupato curſu primatum obtinuere. Nam oppoſita, etc.*

bequius refert, ep. 3. p. 69. *Amant Turcae*, inquit, *aſſuefactos equos habere, vt iuſſi procumbant in genua, et ſeſſorem ita recipiant: bacillum, clauam, aut enſem mordicus humo attollant, inſidentique domino porrigant: quae vbi perdidicerunt*, etc. Ex ipſis fontibus repetere reliqua, a quibus exſcribendis ſuperſedemus, fuerit operae pretium. H.

p. Iaculantes obſequio) Vide N. et Em. N. CXXVI. (hic adi.) *Ingenia etc.)* Etſi defendi recepta lectio poteſt, tamen admonitu codicum R. 1. 2. Par. etc. diſtingui legique ſatius videtur: *Ingenia eorum inenarrabilia; iaculantes obſequia experiuntur — — niſuque inuuantium*, vel *iuuantium.* H.

q. Nam in Circo) Solin. c. 45. p. 74. Plura in eam rem veterum dicta colligit Bochartus, de anim. P. I. L. I. c. 8. p. 130. Sed eximum praetermiſit Sidonii locum, qui rem graphice delineat, carm. 25. *Micant colores Albus, vel Venetus, Virens, Rubenſque, Veſtra inſignia continent miniſtri: Ora et lora, manus, iubaſque tortas, Cogunt flexilibus latere nodis: Hortanturque obiter, iuuantque blandis Vltro plauſibus, et voluptuoſum Dictant quadrupedantibus furorem, etc.* Et mox: *Raucus corda ferit fragor fauentum, Atque ipſis pariter viris equiſque*, etc. H.

r. Secularium) Quos Claudius edidit, quaſi anticipatos ab Auguſto, legitimo tempori reſeruatos, inquit Sueton. in Claud. c. 21. H.

s. Excuſſo in carceribus auriga, etc.) Lege: *Excuſſo in carceribus auriga Albati equo Corace occupauere, primatum obtinuere, opponentes, effundentes, omniaque contra aemulos quae debuiſſent peritiſſimo*

race occupauere [1] prima *t.*: tum obtinuere, opponentes, effundentes, [2] omniaque contra aemulos, quae debuiſſent peritiſſimo auriga inſiſtente, facientes: quum puderet hominum [3] artem ab equis vinci,

1. Praemium. Cetera mutare nil eſt neceſſe. Iac. Fab. agoniſt. II. c. 28. pag. 203. 2. *et omnia. V. omniaque con. aem. quae, etc. Ch.* 3. *artes. Gr.*

tiſſimo auriga inſiſtente facientes. *Corax* equus dictus in illa quadriga praecipuus. In Circenſibus nomina equis indebantur vel a celeritate, vel a colore, etc. *Salmaſ.* 895. 900. b.

Auriga Albato Corace) Proprium non equi, vt putauit Salmaſius in Solin. p. 895. ſed aurigae nomen *Corax* hic notatur, vt mox alterius *Ratumena.* Eſtque ſententia, priora curriculi ſpatia occupauiſſe equos in Circo ad currum iunctos, excuſſo ſtatim in carceribus Albatae factionis auriga Corace: indeque ea tutatos eſſe, ac iugiter retinuiſſe, opponendo ſeſe inſequentibus, effundendoque. Vide N. et Em. N. CXXVIII. (paulo poſt) Nec ſum tamen neſcius Circenſibus equis indita olim nomina fuiſſe: qua de re vberrime Gothofredus, in Cod. Theod. L. XV. lit. 9. p. 390. *Excuſſo etc.)* Locum hunc editores Plinii, verbis partim detractis, partim immutatis, partim etiam temere adiectis egregie interpolarant, in hunc modum: *Excuſſo in carceribus auriga albati equi palmam occupauere, primatum obtinuere, oppoſita effundentes, omnia quae* etc. Nos vti edidimus, ex codicibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. nullo fere apice neglecto, vel immutato expreſſimus. Vox *occupare* per ſe, nullo alio adiecto vocabulo, et *primum locum obtinere*, in Circo quadrigarumque certamine familiares ac propriae: aqud Gruterum, p. 337. DIOCLES. AGITATOR. .... OCCVPAVIT. ET. VICIT. DCCCCXV. SVCCESSIT. ET. VICIT. LXVII. .... ERIPVIT. ET. VICIT. DII. PRASINIS. CCXVI. VENETIS. CCV. ALBATIS. LXXXI. etc. Et infra: PRIMVM. LOCVM. OBTINERE. VIDETVR. PONTIVS. etc. H.

1. Occupauere prima) Occupauere priora curriculi ſpatia: tum ea *iugiter toto curriculi ſpatio* tenuere: opponentes ſeſe, etc. H.

ci, peracto legitimo curſu ad [1] cretam ſtetere. *u.* Maius augurium *x.* apud priſcos, plebeiis Circenſibus excuſſo auriga, ita vt ſi ſtaret, in Capitolium cucur-

1. *Credam. Ch. metam Gr. et Al.*

u. Ad cretam ſtetere) Addit Solin. ad rem appoſite, *Velut victoria praemium poſtularent*, ad metam ſtetere. Vide N. et Em. N. CXXIX. (paulo poſt) vbi et de plebeiis Circenſibus dicturi ſumus. *Ad cr.*) Ita nos reſtiſtituimus, ex codicibus R. 1. 2. Par. ChiffI. etc. Interpolatores *metam* ſcripſerant. Creta pro meta ſumitur, quoniam ſignare metam in Circo creta ſolebant, vt eſſet conſpicua. Seneca, ep. 108. p. 469. *Hunc quam in Circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant.* Iſid. Origg. L. XVIII. c. 34. *Septem ſpatia quadrigae currunt, quorum finis eſt creta.* Plinius ipſe L. XXXV. ſ. 58. *Eſt et viliſſima* (de creta loquitur) *qua Circum praeducere ad victoriae notam inſtituerunt maiores.* De Circenſibus ludis perſtringere hoc loco quiddam obiter, operae pretium viſum eſt fore. Atque a Circo quidem, in quo fiebant, traxiſſe nomen, peruulgatum eſt: at duûm generum eos fuiſſe, haud ita obuium: patricios ſcilicet, plebeioſque: illos per patres agi ſolitos, per plebem iſtos: inde petitam appellationem: illos ab Imperatoribus, Conſulibus, Aedilibuſque curulibus: illos ab Aedilibus plebis: Patricios in Circo maximo, in Flaminio plebeios: illos varia anni tempeſtate atque occaſione; hos ſtato die, a. d. XIII. Cal. Noubr. per triduum, vt veteres Faſti teſtantur. Plebeiorum Circenſium praeter Plinium hac ſectione meminere Liuius paſſim, Val. Max. L. I. c. 7. n. 4. aliique. Aſcon. Ped. orat. 2. in Verr. plebeios ludos appellatos ait, *quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in Auentinum.* H.

x. Maius augurium) Forte rectius, *Maius Augurio*, in hanc ſententiam: Re modo iam narrata maius adhuc eſt, quod de Romana quadriga luſtrante Capitolium ſequitur, augurii quod prae ſe tulit, ratione. Nullum enim in ſuperiore ſpectaculo apparet augurium. Ita fere Pellicerius in Not. MSS. De ludis plebeiis Circenſibus, vide quae alibi diximus ad nummum illum Caeſaris Augusti C. C. AVGASTI. *Circenſibus Caeſaris Auguſti.* Et ad illum Hadriani Aug.

ANN.

cucurriſſe equos *y.*, [1] aedemque ter *z.* luſtraſſe: maximum vero eodem perueniſſe [2] ab Veiis cum palma et corona *a.*, effuſo Ratumena *b.*, qui ibi vicerat: vnde poſtea nomen portae eſt. Sarmatae [3] longinqua itinera acturi, inedia pridie praeparant eos, [4] potum exiguum *c.* impertientes: atque ita per centena millia et quinquaginta continuo curſu euntibus inſident. Viuunt annis *d.* quidam quinquagenis: [5] feminae minore *e.* ſpatio: eaedem quin-

Ii 4 quen-

1. *Sedemque. Gr. et Al.* 2. *habenas. Parm.* 3. *longinquo acturi. Tol. et Cb.* 4. *ſic et Cb. exiguum tantum potum impartientes Gr. et Al.* 5. *femina m. ſ. eadem q. f. c. capit. Cb.*

ANN. DCCCLXXIIII. NAT. VRB. P. CIRC. CON. *Natali Vrbis, Plebeii Circenſes Conſtituti.* H.

y. In Capitolium cucuriſſe equos) Solitos per Latinas ferias illic agitari et exerceri quotannis vide infra c. 7. lib. XXVII. Idem de Arione equo perniciſſimo traditur, illum in Nemeis deturbato rectore Polynice, reliquos omnes curſu anteuertiſſe. Alex. ab Alex. c. 8. 5. Fiebat id in equitum tranſvectione, de qua Cuiacius cap. 29. 13. obſeruat. Iuſt. Lipſ. de milit. Rom. lib. I. dial. 5. p. 39. *Dalec.*

z. Aedemque ter.) Ita MSS. At editi *ſedem*, minus ſincere. Solini paraphraſis, c. 45. p. 74. *Nec ante ſubſtitit, quam Tarpeium Iouem dextratione luſtraret.* Idem tamen Solinus duo haec diverſa inter ſe ſpectacula, Capitolinae quadrigae, et Veientanae, ſimul confudiſſe deprehenditur. H.

a. Ab Veiis cum palma et corona) Plutarchus in Publicola. *Dal.*

b. Effuſo Ratumena) Vide Lucium Faunum cap. 24. *Dal.*

Effuſa Ratumena) Solinus: *Excuſſo auriga, quem Ratumenam nominabant.* Rem narrant multo prolixius Plutarch. in Poplicola, p. 103. et Feſtus, verbo *Ratumena.* H.

c. Potum exiguum) Ita MSS. omnes. Editi, *exiguum tantum potum.* H.

d. Viuunt annis) Ariſt. H. A. L. VI. c. 22. p. 751. H.

e. Feminae minore) Nulla enim LXXV. vitae annum, vti mox de mare dicetur, proditur attigiſſe. Solini paraphraſis: *In huiuſce animalis genere aetas longior maribus;*

quennio *f.* finem creſcendi capiunt, mares anno addito. Forma equorum *g.*, quales maxime legi oporteat, pulcerrime quidem Virgilio *h.* vate abſoluta eſt. Sed et nos diximus in libro de iaculatione equeſtri condito: et fere inter omnes conſtare video. Diuerſa autem *i.* Circo ratio quaeritur. Itaque quum bimi in alio *k.* [1] ſubigantur imperio: non ante quinquennes ibi certamen [2] accipit.

LXVI. Partum in eo *l.* genere vndenis menſibus ferunt, duodecimo *m.* gignunt. Coitus verno *n.* aequinoctio, bimo vtrimque *o.*, vulgaris: ſed a trimatu

1. *Subiunguntur.* *M.* 2. *accipiunt.* *V.*

bus: nam legimus equum ad vſque annos LXX. vixiſſe. Confer cum iſtis ea quae Philoſophus affert l. c. H.

f. Eaedem quinquennio) Ariſt. p. 752. H.

g. Forma equorum) Deſcribitur a Columella, L. VI. c. 29. p. 237. Varrone, de R. R. L. II. c. 7. Xenophonte, περὶ ἱππικῆς, etc. H.

h. Virgilio) L. III. Georg. v. 72. H.

i. Diuerſa autem) Colorem hunc dicendi mutuatur a Virgilio ita canente: *Sin ad bella magis ſtudium, turmaſque feroces, Et Iouis in luco currus agitare volantes, Primus equi labor eſt animos, atque arma videre Bellantum, lituoſque pati.* H.

k. In alio) Ad alia domantur miniſteria. Vel, *in alia ſubigantur imperia.* Columella, L. VI. c. 26. *Et generoſa materies, quae Circo, ſacriſque certaminibus equos praebet.* Et c. 28. *Equus bimus ad vſum domeſticum recte domatur, certaminibus autem expleto triennio: ſic tamen vt poſt quartum demum annum labori committatur.* H.

l. Partum in eo) Ariſt. H. A. L. VI. c. 22. p. 748. *Abſyrtus* in Geop. L. XVI. c. 1. p. 420. H.

m. Duodecimo) Columella, L. VI. c. 26. Varro, de R. R. L. II. c. 7. p. 87. et Ariſt. l. c. H.

n. Coitus verno) Columella et Abſyrtus ll. cc. et Ariſt. p. 747. H.

o. Bimo vtrimque) Mare ac femina, bimis. Sic L. X. ſ. 83. *Laconicae canes octauo menſe vtrimque generant:* Ariſt. l. c. ἵππος δ᾽ ἄρχεται ὀχεύειν, ὁ μὲν ἄῤῥην, διετής· ἡ δὲ θήλεια, διετὴς ὀχεύεσθαι. H.

matu *p.* firmior partus: Generat mas *q.* ad annos triginta tres, vtpote quum [1] a Circo *r.* poſt viceſimum annum [2] mittantur ad ſobolem. *s.* Opunte et ad quadraginta duraſſe tradunt *t.*, adiutum modo in attol-

1. *Sic et Ch. ſed in emend. vel icciroo.* 2. *mittantur ad ſobolem reparandam. Et ad quadraginta duraſſe tradunt Gr. et Al.*

p. Sed a trimatu) Ariſt. l. c. Colum. L. VI. c. 28. p. 237. H.

q. Generat mas) Ariſt. H. A. L. VI. c. 13. p. 5'6. H.

r. Quum a Circo) Vide N. et Em. N. CXXX. (hic app.) *Generat.)* Ita MSS. omnes. Solinus certe nihil de Circo, c. 45. p. 74. *In annum tertium*, inquit, *et triceſimum generant, vtpote qui etiam poſt viceſimum mittantur ad ſobolem reficiendam.* Eam ob rem aliis placet, *vt pote cum icciro.* Mihi certe non placet: quum enim paulo ante aperuerit, qui Circo equi quaerantur, nunc idem qua aetate a Circo abeant, et veluti manumittantur, ac rudem accipiant, aperit. H.

s. Mittantur ad ſobolem reparandam) Poſtremum verbum ſuperfluit ex codice Salmanticenſi. *Pint.*

t. Et ad quadraginta duraſſe tradunt) Multum hoc in loco debemus Toletano archetypo, reſtituta nobis dictione in omnibus exemplaribus obliterata. Scribendum igitur, *Opunte et ad quadraginta eſſe tradunt.* Ariſtot. lib. ſexto, capite 22. *Equum apud Opuntem gregarium fuiſſe accepimus qui annos quadraginta natus poſſet coire, ſed adiumentum, quoad ſui pedes priores attollerentur, deſiderabant:* ridiculo Solini errore, qui Opuntem nobilem in Locride Graeciae vrbem proprium equi nomen accepit. *Pint.*

Opunte et ad) Vide N. et Em. N. CXXXI. (hic coll.) *Mittantur)* Plinii editores hanc vocem *Opunte* nihili eſſe arbitrati, locum hunc ſic interpolarant: *mittantur ad ſobolem reparandam. Et ad quadraginta*, etc. Sed hanc vocem *reparandam* nulli agnoſcunt codices: R. 1. 2. Par. et Tol. quem Pintianus habet, *Opunte* exhibent: confirmatque Philoſophus, qui eadem tradit H. A. L. VI. c. 22. p. 754. Ἐν Ὀπȣ̃ντι δὲ ὁ Φορβίȣ ἵππος ὄχευεν ἐτῶν ὢν τεσσαράκοντα· ἔδει δὲ τὰ πρόσθια σκέλη συνεπαίρειν. Agnouit hanc Opuntis lectionem Solinus, c. 45. p. 74. etſi male is oppidi nomen, quod in Locris Epi-

attollenda priore parte corporis. Sed ad generandum *u.* paucis animalium minor fertilitas: qua de cauſa per interualla *x.* admiſſurae dantur: nec tamen quindecim initus *y.* eiuſdem anni valet tolerate. Equarum libido *yy.* exſtinguitur iuba tonſa. Gignunt *z.* annis omnibus ad quadrageſimum. Vixiſſe equum ſeptuaginta quinque *a.* annos proditur. In

Epicnem Diis fuit, qua ſolet ſupinitate in equum ipſum tranſtulit. *Notatum etiam aduertimus*, inquit, *Opuntem nomine equum ad gregariam Venerem duraſſe in annos quadraginta.* H.

u. Sed ad generandum) Ariſt. H. A. L. VI. c. 22. p. 755. H.

x. Per interualla) Ariſt. Ἵππος μὲν ἐν διαλείπουσα τίκτει, l. c. Non continuatur admiſſura, inquit, ſed quaedam ei conceduntur interualla. Diſſentire Varro videtur de R. R. L. II. c. 7. Scribens: *Admittere oportet, quum tempus anni venerit, bis die, mane, et veſpere.* H.

y. Quindecim initus) Non quindecim coitus, ſed impletiones, vt ita dixerim, equarum intelligit. Non poſſunt, inquit, eodem anno equae quindecim ab eodem admiſſario impleri. Huius interpretationis vadem exhibemus Columellam, de eodem admiſſario, L. VI. c. 27. *Verumtamen nec minus quam quindecim, nec rurſus plures quam viginti, vnus debet implere.* Denas ſingulis Varro l. c. equas dediſſe videtur. Ariſtoteles vero vſque ad tricenas. Qui et alibi de impletionis modo agens, *Non certo dierum numero*, inquit, *equus implet: ſed aliquando die vna, duabuſue aut tribus, aliquando pluribus.* L. VI. hiſtor. c. 22. p. 748. Πληροῖ δ' ὁ ἵππος οὐκ ἐν τεταγμέναις ἡμέραις, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ἐν μιᾷ, ἢ δυσὶν, ἢ τρισίν· ἐνίοτε δὲ πλείοσιν. H.

yy. Equarum libido) Ariſt. H. A. L. VI. c. 17. p. 721. Aelian. H. A. L. XI. c. 18. Solin. c. 45. p. 74. Albert. M. ex Auicenna de anim. L. VI. tr. 3. c. 2. p. 211. H.

z. Gignunt) Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 562. H.

a. Vixiſſe equum LXXV. annos proditur) Legendum, vt arbitror, *equam*, non *equum*. Nam etſi ambigue id profert Ariſtoteles libro ſexto capite 33. vnde haec ferme cuncta hauſit Plinius, quia equus, dubii eſt generis apud Graecas, tamen quia paulo ante tradiderat feminam

In hoc genere *b.* grauida ſtans parit, praeterque ceteras fetum diligit. Et ſane *c.* equis amoris innaſci veneficium *d.*, hippomanes *e.* appellatum, in fronte, [1] caricae magnitudine, colore nigro *f.*: quod ſtatim *g.* edito partu deuorat feta, aut partum

1. *Carica minus. Ariſt.*

nam in eo genere viuaciorem eſſe, propius vero eſt vt *equam* legatur, quam *equum.* Pint.

Septuaginta quinque) Solinus LXX, ſed perperam. Nam Ariſt. l. c. Ἤδη δέ τις ἐβίωσεν ἵππος καὶ ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη. H.

b. In hoc genere) Ariſt. H. A. L. VI. c. 22. p. 751. H.

c. Et ſane) Et ſane equis innaſci id quo veneficae vtantur ad artes amatorias, *certum eſt*, Quid ſi legas, eſt ſane? H.

d. Amoris innaſci venef.) Hoc eſt quod veneficae colligant ad artes amatorias. Αἱ φαρμακίδες ζητοῦσι, καὶ συλλέγουσιν. Ariſtot. p. 756. H.

e. Hippomanes) Theophraſtus fragmento de animalium inuidia. Vide infra cap. 11. lib. XXVIII. *Dalec.*

Hippomanes) Haec totidem verbis Philoſophus. l. c. p. 756. et Solin. c. 45. p. 74. De hippomane, quid id ſit, magna Phyſicorum diſſenſio eſt. Ariſtotelis Pliniique ſententiam experimento ſe comprobaſſe teſtatur Car. Raygerus, Anno 8. Ephemeridum Germanicorum, ſeu Miſcell. Curioſ. Obſ. 54. vbi allatum ſibi ait anno 1676 menſe Februario, hippomanes huiuſcemodi recens a fronte nati pulli auulſum, et adhuc calens, quod ipſe accurate deſcribit, p. 96. Eſſe porro et aliud, quod equae furibundae ex ſeſe eiiciant, hippomanes pariter vocatum, expetitumque veneficiis, auctor eſt Ariſtot. H. A. L. VI. c. 17. p. 718. Aliud rurſum Hippomanes quoque dictum, quod ex equis effluat, p. 719. Vide Aelian. H. A. L. XIV. c. 18. H. Conf. Antigoni Caryſt. hiſt. mirab. c. 24.

f. Caricae magnitudine, colore nigro) Solinus, *colore fuluo*, non *nigro*, male. Nam Ariſtoteles nigro eſſe tradit, libro ſexto, cap. 22. Deprauatam in Solino dictionem reor, et pro *furuo*, indoctos librarios *fuluo* ſcripſiſſe. *Pint.*

g. Quod ſtatim edito partu deuorat feta, aut partum ad vbera non admittit, ſi quis prae-

tum *h.* ad vbera non admittit. Si quis praereptum *i.* habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Amiſſa parente *k.* in grege armenti, reliquae fetae educant orbum. Terram attingere ore triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe. Quo quis acrior *l.*, in bibendo profundius nares mergit. Scythae

praereptum habeat. Olfactu id genus in rabiem agitur) Vitiata interpunctio ſenſum elegantem obnubilat, et ex raro vulgarem facit. Legendum ſic, *Quod ſtatim edito partu deuorat feta aut partum ad vbera non admittit. Si quis praereptum habeat, olfactum in rabiem id genus agit.* Ariſtoteles libro ſexto cap. 22. *Quum equa peperit, ſtatim ſecundas deuorat, atque etiam quod pupilli naſcentis fronti adhaeret, Hippomanes dictum, magnitudine minus exigua fico paſſa, ſpecie latiuſculum, orbiculatum, nigrum. Hoc ſi quis praerepto odorem moueat, equa excitatur, furitque agnito eo odore.* Accedit et Theocriti interpres in expoſitione Pharmaceutriae. *Fertur*, inquit, *equas percepto odore hippomanis, furore correptas, impetum in eum qui habeat facere.* Pint.

Quod ſtatim) Ariſt l. c. Aelian. H. A. L. XIII. c. 17. H.

h. Aut partum) Ariſt. l. c. Aelian. H. A. L. XIV. c. 18. H.

i. Siquis praereptum) Ariſt. l. c. Vide N. et Em. N. CXXXII. (hic conſp.) *Si quis)* Coniunxit haec cum praecedentibus Solinus ea tranſſcribens, coniunxere et Plinii editores, in hunc modum: *Quod ſtatim edito partu deuorat feta, aut partum ad vbera non admittit, ſi quis praereptum habeat. Olfactu in rabiem id genus agitur.* Sequentibus nos adnectimus cum Pintiano, vnica periodo ea pariter includentes, ex Ariſtotele, cuius locus hic eſt in ſexto volumine de hiſt. anim. c. 22. p. 756. Τοῦτο ἐάν τις φθῇ λαβὼν, καὶ ὀσφρῆται ἡ ἵππος, ἐξίσταται καὶ μαίνεται πρὸς τὴν ὀσμήν. *Hoc ſi quis praeueniens auferat, odore eius ſollicitata equa, fungit: atque vbi olfecit, furit.* H.

k. Amiſſa parente) Ariſt. hiſt. L. IX. c. 55. p. 1017. Aelianus H. A. L. III. c. 8. Tzetzes, Chil. IV. hiſt. 124. v. 108. H.

l. Quo quis acrior) Solin. c. 45. p. 74. H.

thae *m.* per bella feminis vti malunt, quoniam vrinam curſu non impedito reddant.

LXVII. Conſtat in Luſitania *n.* circa [1] Oliſiponem oppidum et Tagum amnem equas Fauonio flante *o.* [2] obuerſas animalem concipere ſpiritum, idque partum fieri, et gigni perniciſſimum ita: ſed trienniun *p.* vitae non excedere. [3] In eadem Hiſpania *q.* Gallia-

1. *Olyſſipone Gr.* 2. *aduerſus. Ch.* 3. *Indeque. D.*

m. Scythae) Solini paraphraſis: *Mas ad bella numquam producitur apud Scythas: eo quod feminae exonerare veſicas etiam in fuga poſſunt.* H.

n. Conſtat in Luſitania) Haec Solinus tranſſcripſit e Plinio, c. 23. p. 43. Praeter Virgilium, quem poeticae licentiae defendit excuſatio, grauiſſimus auctor M. Varro, de R. R. L. II. c. 1. et Columella, L. VI. c. 27. p. 235. hoc ipſum atteſtari poſteris nihil dubitauerunt. Adeo nullum eſt tam impudens mendacium, vt dictum eſt a Plinio veriſſime, ſuperius ſ. 34. quod teſte careat. Quanto conſultius ex Trogo Iuſtinus, L. XLIV. c. 3. *In Luſitanis iuxta fluuium Tagum, vento equas concipere multi auctores prodidere: quae fabulae ex equarum fecunditate, et gregum multitudine natae ſunt: qui tanti in Gallaecia et Luſitania, ac tam pernices viſuntur, vt non immerito vento ipſo concepti videantur.* H.

o. Et Tagum amnem equas Fauonio flante) Id fieri in Monte ſacro, qui iuxta Oceanum procurrit in Occidentem, Columella tradit cap. 27. lib. VI. pro quo apud Varronem cap. 1. lib. II. rei ruſt. corrupte legitur in monte Tagro. *Dalec.*

Fauonio flante obuerſas) Alii *aduerſas* legunt, eodem intellectu: obuerſas enim equas, contrario ſitu ſtantes intelligo: vt quae non naturalibus locis, ſed ore, animalem illum Zephyri flatum excipiant: Virgilius: *Ore omnes verſae in Zephyrum, ſtant rupibus altis, Exceptantque leues auras, et ſaepe ſine vllis Coniugiis, vento grauidae, etc.* H.

p. Sed triennium) Varro et Columella laudati. Solinus c. 45. p. 74. H.

q. In eadem Hiſpania Gallacia gens, et Aſturica equini generis quos Thieldones vocamus minori forma appellatos Aſturcones gignunt) Lego, *In eadem Hiſpania, Calaica, gens eſt, et Aſturica. Equini generis hic ſunt quos Thieldo-*

nes

Gallaica [1] gens eſt, et [2] Aſturica: equini generis *r.*, ([3] hi ſunt quos thieldones *s.* [4] vocamus, minori forma appellatos aſturcones *t.*) gignunt: quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim *u.* carpere [5] incurſus *x.* traditur arte. Equo fere *y.*, qui homini morbi, praeterque, veſicae conuerſio *z.*, ſicut omnibus in genere veterino. *a.*

LXVIII.

1. *Sic et Ch. Gens, et Aſturica Gr. et Al.* 2. *Aſturica equini generis. Hi ſunt, quos. M.* 3. *generis, quos Thieldones Gr. et Al.* 4. *vocamus. Minori forma appellati aſturcones gignuntur, quib. D.* 5. *capere in curſu traditur. Ch. et M.*

nes vocamus. Minori fama appellatos aſturcones gignunt. ex archetypo Tol. *Pint.*

r. Equini generis) In equino genere Gallaecia Aſturiaque gignunt eos, quibus etc. H.

s. Thieldones) Vide N. et Em. N. CXXXIII. (hic poſ.) *Hi ſunt)* Ita MSS. omnes. Nihilominus Thiellones potius, ſiue Thellones libentius agnoſcit Lud. Carrio, Emend. L. I. c. 17. quod hodieque Germanica lingua Aſturcones equi *Telleners* appellentur. Pellicerius in not. MSS. *Tollutones* magis probat, ſcribente Seneca, *Aſturconibus*, et *Tollutaribus mannis.* Ex MSS. codicum fide, et Pintianum quoque ſequuti, voculas haſce duas, *hi ſunt*, adiecimus, quae in editis deſiderabantur. H.

t. Aſturcones) Martial. L. XIV. epigr. 199. *Hic breuis, ad numerum rapidos qui colligit vngues, Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus.* Nonius: *Aſturco, gradarius equus eſt, molli gradu, et ſine ſuccuſatione nitens.* Gallis, *baquenée: baquenée d' Eſpagne.* H.

u. Tolutim) Quaſi volutim et volubiliter: Gallica lingua, *l' amble.* Plautus, in Aſinar. act. 3. Sc. vlt *Demam hercle tibi de hordeo, tolutim ni badizas:* hoc eſt, numeratim ac molliter. Inceſſum hunc tolutarem Vegetius ambulaturam vocat: vnde vox Gallica, *l' amble.* Vide Du Cangium in Gloſſario. H.

x. Carpere incurſus) MSS. omnes, *Capere in curſu.* Mallem, *capere inceſſum.* H.

y. Equo fere) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 29. p. 972. H.

z. Veſicae conuerſio) Cuius mali ſignum eſt, inquit Ariſt.

LXVIII. (XLIII.) Aſinum cccc. [1] millibus *b.* nummûm *c.* emtum Q. Axio Senatori, auctor eſt M. Varro, haud ſcio an omnium pretio animalium victo. Opera ſine dubio generi [2] mirifica *d.*, arando

1. *Nummis. M. quadringentis milib. emptum. Budaeus ex Varrone. aſinum* cccc. *nummûm Gr. et Al.* 2. *munifica. M. et Ch. ſine dubio geruli mirifica Gr. et Al.*

Ariſt. quum nequeunt vrinam facere, τὸ μὴ δύνασθαι ȣ̓ρεῖν. H.

a. Veterino) Veterina animalia dicuntur, ad vecturam idonea: equi, aſini, muli. H.

b. CCCC millibus) MSS. omnes CCCC *nummûm*, neglecta, vt ſemper fere, M. millenarii numeri nota. Varro, de R. R. L. III. c. 2. p. 96. emptum ab Axio aſinum quadraginta millibus ſcribit: ſed ex hoc Plinii loco caſtigandus, vt *quadringentis millibus* legatur, adſtipulante Budaeo. Et vero apud ipſum Varronem L. II. c. 8. p. 89. tricenis ac quadrigenis, hoc eſt, tricenis ſupra quadraginta millibus nummûm admiſſarii aliquot aſini veniiſſe leguntur. Et c. 1. eiuſdem libri, centum millibus vnum emtum ſcribit. Inſigne quidem, et quod fidem prope excedat aſini pretium illud eſt, CCCC millium: ſed cuiuſmodi eſſe neceſſe eſt, vt quemadmodum Plinius ait, omnium pretium animalium vincat. Efficiunt tot nummorum, ſiue ſeſtertiorum millia, libras monetae Francicae, 40000. Quadraginta vero millia nummûm, libras 4000. quam ſummam in coemendis equis ſaepe hac aetate excedunt, quibus id genus cordi eſt. Equos in Arabia praeſtantes tricenis librarum Gallicarum millibus aeſtimari in eo tractu, ſcribit Tauernerius, Itin. T. I. L. I. p. 157. De mularum pariter immani pretio, Martial. L. III. epigr. 62. *Aurea quod fundi pretio carruca paratur, Quod pluris mula eſt, quam domus emta tibi.* H.

c. Nummûm) Nummus vbique Plinio ceteriſque Latinis ſcriptoribus pro ſeſtertio vſurpatur: qui denarii quarta pars eſt. Binis Gallicae monetae aſſibus aeſtimatur: denarius octonis. Nummum et pro denario aliquando ſumi, ex Varrone et Plauto didicimus: ſed vt arbitror καταχρηςικῶς. H.

d. Opera ſine dubio geruli mirifica, etc.) Legend. *Opera ſine dubio generi munifica arando quoque, ſed et mularum maxime pro generatione.*

Huic

do quoque *e.*, ſed mularum *f.* maxime progeneratione. Patria etiam ſpectatur in his, Arcadicis *g.* in Achaia, in Italia Reatinis. Ipſum animal *h.* frigoris maxime impatiens: ideo non generatur in Pon-

Huic generi, inquit, praeter doſſuariam omnibus notam, opera quoque arando munifica, ſed et mulorum progeneratione. Vide Salmaſ. pagina 338. b.

Generi mirifica) Aſinorum generi: vt ſ. 66. de equis: *Partum in eo genere vndenis menſibus ferunt.* Et poſtea: *In hoc genere grauida ſtans parit*, etc. Vide N. et Em. N. CXXXIV. (paulo poſt) Mirifica porro ea, quam praeſtat aſinus, opera dicitur: quoniam, vt ait Columella, L. VII. c. 1. p. 248. qui locus Plinianae orationi ſimilis videtur, *plurima huius animalis ac neceſſaria ſunt opera: quum et facilem terram, qualis in Baetica, totaque Libye ſit, leuibus aratris proſcindat, et non nimio pondere vehicula trahat. Saepe etiam, vt celeberrimus poeta memorat, Tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis, etc.* — *Gen. mir.)* Sincera haec lectio, quam exhibent libri omnes manu exarati, non item ea, quam vulgati prae ſe ferunt, *geruli:* nec quam Pellicerius in MSS. notis reponit, nec quam Salmaſius ex corrupto codice probat p. 338. in Solin. *munifica.* H.

e. Arando quoque) Columella l. c. Varro R. R. L. I. c. 20. et L. II. c. 6. *Plerique deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, vbi quid vehendum eſt: aut eſt ad arandum, vbi leuis eſt terra, vt in Campania.* Plinius id ipſum de Africa, L. XVII. ſ. 3. Iudaeis quoque vſitatum fuit arare aſinis, Iſai. c. 30. H.

f. Sed mularum) Vide Columellam L. VI. c. 37. p. 245. H.

g. Arcadicis) Varro de R. R. L. II. c. 2. *Aſini Arcadici in Graecia nobilitati, in Italia Reatini.* Plaut. in Aſin. act. 2. ſc. 2. v. 67. *Meminiſtin' aſinos Arcadicos mercatori Pellaeo Noſtrum vendere atrienſem?* H.

h. Ipſum animal) Herod. Melp. L. IV. p. 265. quem ſequuti, Ariſt. H. A. L. VIII. c. 30. p. 975. et de gen. anim. L. II. c. 8. Strabo L. VII. p. 307. aliique. In Aruernia Galliae prouincia maxima ſunt frigora: et aſini tamen eximii, nec Reatinis minores Vide Albert. de anim. L. VII. c. 2. p. 233. H.

Ponto: nec aequinoctio verno, vt cetera [1] pecua *i.*, admittitur, ſed ſolſtitio. *k.* Mares in remiſſione operis deteriores. *l.* Partus a triceſimo menſe ocyſſimus *m.*, ſed a trimatu legitimus: totidem, quot equae

1. *Pecuaria. pauca. V.*

i. Pecua) Feſtus: *Pecuum Cato dixit, genitiuum pluralem, ab eo quod eſt pecu.* H.

k. Sed ſolſtitio) De aeſtiuo tantum ſolſtitio apud Plinium haec ſemper vox intelligitur, et apud pleroſque alios Latinitatis probatos auctores; Varro, de R. R. L. II. c. 6. de aſinis: *Admittitur ante ſolſtitium, vt eodem tempore alterius anni pariant. Duodecimo enim menſe conceptum ſemen reddunt.* Columella tamen L. VII. c. 3. p. 253. hibernum quoque ſolſtitium dixit H.

l. Mares in remiſſione operis deteriores) Aut legendum *Mares intermiſſione operis deteriores:* aut certe praepoſitio, *in*, ſuperfluit. Varro libro ſecundo de re ruſtica, cap. ſexto, *Mares non diſiungunt ab opere, quod remiſſione laboris ſit deterior.* Pint.

Mares) Varro l. c. apertius: *Praegnantes,* inquit, *opere leuant: venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem non diſiungunt ab opere, quod remiſſione laboris fit deterior.* Sic Plinius ſect. ſq. mares fatigatos ait melius implere. H.

m. Partus a triceſimo menſe ocyſſimus, ſed a trimatu legitimus, totidem quot equae et reliqua) Foedam verborum deprauationem ſuſpicor hic eſſe, et cum veniae praefatione caſtigandam. Dictionem enim *partus* in *coitus*, et *legitimus* in *gignunt* ſentio eſſe mutandam, vt in totum ſcribatur ſic, *Coitus a trigeſimo menſe ocyſſimus, ſed a trimatu gignunt totidem quot equae, et eiſdem menſibus.* Nam etſi aſina et equa viuipara ſunt animalia, pariunt tamen interdum geminos, et vtraque duodecimo menſe, ex Ariſtotele lib. ſexto, cap. 22. et 23. Hoc tractandi ordine vſus eſt proximo cap. de equis agens, *Coitus verno aequinoctio, Bimo vtrimque vulgaris, ſed a trimatu firmior partus.* Prius de coitu loquutus eſt, deinde de partu. Eumdem ordinem hic ſeruari reor. Ariſtoteles lib. quinto, capite 14. *Aſinus tam mas quam femina menſe triceſimo coit, ſed magna ex parte nequeunt generare.* Pint.

Partus a.) Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 562. et L. VI. c. 23. p. 757. Abſyrtus in Geoponicis. H.

equae *n.*, et eiſdem menſibus, et ſimili modo: Sed incontinens vterus [1] vrinam genitalem reddit *o.*, ni cogatur in curſum verberibus [2] a coitu. Raro geminos *p.* parit: paritura *q.* lucem fugit, et tenebras quaerit, ne conſpiciatur ab homine. Gignit tota vita, quae eſt ei *r.* ad trigeſimum annum. Partus caritas ſumma, ſed aquarum taedium [3] maius. Per ignes ad fetus tendunt: [4] eaedem, ſi riuus minimus interſit, horrent ita, vt pedes omnino caueant tingere. Nec niſi aſſuetos potant fontes, [5] quae ſunt in pecuariis *ſ.*, atque ita vt ſicco tramite ad potum

1. *Virus genitale. V.* 2. *ac coitu raro. Geminos. Ch.* 3. *magis. V.* 4. *eae item. V.* 5. *qui Gr. et Al.*

n. Quot equae) De quibus dictum eſt ſ. 66. *Partum in eo genere vndenis menſibus ferunt, duodecimo gignunt.* Subſcribit Varro de R. R. L. II. c. 8. p. 89. et Ariſt. hiſt. L. VI. c. 22. p. 748. et c. 23. p. 568. Geſtare vterum aſinam menſes duodecim ſcribit Abſyrtus in Geop. L. XVI. c. 21. p. 432. Κυοφορεῖ δὲ ἡ ὄνος μῆνας ιβ'. H.

o. Sed incontinens vteris vrinam genitalem reddit) Apographum Tolet. verius, *Sed incontinens vterus, vrina genitale reddit*, hoc eſt, ſimul cum vrina genituram emittit. *Pint.*

Vrinam genitalem) Hoc eſt, genituram ipſam ac ſemen, cum vrina reddit. Ita MSS. omnes. Et Ariſt. hiſt. L. VI. c. 23. p. 757. ἐξερεῖ δὲ, ὅταν ὀχευθῇ, τὴν γονὴν, ἐὰν μὴ κωλύηται· διὸ τύπτουσι μετὰ τὴν ὀχείαν εὐθὺς, καὶ διώκουσι. Iuuenalis pariter vrinam dixit pro ſemine, Sat. II. *Auribus atque oculis concepta vrina mouetur.* H

p. Raro geminos) Ariſt. p. 758. H.

q. Paritura) Ariſt. p. 759. H.

r. Quae eſt ei) Ariſt. p. 760. H.

ſ. Quae ſunt in pecuariis) Aſinae ſcilicet, quae in armento ad prolem reparandam degunt. Vide N. et Em. N. CXXXV. (hic adi.) *Nec niſi*) Editi ad hunc diem libri, *qui ſunt.* Nos ex R. 1. cod. et Par. *quae*, vt ad aſinas referatur, quae in armento degunt. Nam gerulas in itinere, quaslibet his aquas locus obtulerit, bibere quis neſcit? H.

potum eant: nec [1] pontes tranſeunt, [2] per raritatem [3] eorum *t.* translucentibus fluuiis. Mirumque dictu, ſitiunt: et ſi [4] immutentur aquae, vt bibant cogendae [5] exorandaeue ſunt. Nec niſi [6] ſpatioſa incubitant laxitate: varia namque ſomno viſa concipiunt, ictu pedum crebro; qui niſi per inane [7] emicuerit, repulſu durioris materiae clauditatem illico affert. Quaeſtus ex iis opima praedia exſuperant. Notum eſt *u.*, in Celtiberia ſingulas [8] quadringen-

1. *Pontos. Tol. forte pontones.* 2. *pro raritate. Ch.* 3. *horum Ch.* 4. *mutentur. Ch* 5. *exonerandaeue. V.* 6. *Spatioſe incubant, alias atteruntur. Varia, etc. V. Budaeus ſicut legitur, caſtigauit.* 7. *emicuit. Ch.* 8. *quadragena millia. M. quadringentena millia nummum enixas. Ch. quadragenis millibus Gr. et Al.*

t. Per raritatem eorum) Alii *per raritatem plancarum.* Quam vocem Dictionaria ſcribunt, huius loci teſtimonio auctoratam, et Nonii. Ego malim, *ſublicarum*, φάλαγγες Graecis, inquit Scaliger, priſcis palangae et palancae, vnde plancae, teretes fuſtes, quibus ſubiectis naues ex alto ſubducuntur. Varro IV. de vita Pop. Rom. *Quum Poenus obuiam veniſſet noſtris, et quoſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quo metu debilitarat noſtros.* Sic Appianus et Plutarchus ſcribunt: τοῖς τῶν αἰχμαλότων σώμασι ποταμοὺς, καὶ τάφρους γεφυρώσαντα ἐπιβῆσαι. Palare, extendere: inde palancae, et plauſtrum, quaſi palauſtrum, quod aſſeribus diſtentis fiat. *Dalecamp.*

Per raritatem) Per rimas eorum ſi fluuii *aquae* transluceant. Per pontium rimas, praeſertim ſi aſſeribus compacti ſint pontes ii, quos tranſeunt. Ita MSS. omnes H.

u. Notum eſt, in Celtiberia ſingulas, etc.) Lege: *Notum eſt in Celtiberia ſingulas quadringentena millia nummorum enixas mulorum maxime partu. Aurium referre in his et palpebrarum pilos aiunt.* Reditus aſinarum, in mularum maxime partu conſiſtebat. Sic ſingulae aſinae quadringentena millia plerumque reddebant quotannis, mularum maxime partu. *Salmaſ.* pag. 338. a.

gentena millia *x.* nummorum [1] enixas. Ad mularum *y.* maxime [2] partus, aurium referre in his et palpebrarum pilos aiunt. Quamuis enim vnicolor reliquo corpore, totidem tamen colores, quot ibi fuere, reddit. Pullos earum epulari Mecaenas *z.* inſtituit, multum eo tempore praelatos onagris *a.*: poſt eum interiit auctoritas ſaporis. Aſino moriente *b.* viſo, celerrime id genus [3] deficit.

LXIX.

1. *Emi. V. Mularum maxime partu. Ch.* 2. *partum. M.* 3. *defecit. Longol.*

x. Quadringentena millia) Ita R. 2. et Chiffl. non, vt editi, *quadragenis millibus.* Sententia eſt, ſingulas in Celtiberia aſinas, fecunditate ſua, proliſque praeſtantia, in tantum aliquando profeciſſe, vt inita cunctorum partuum ratione, CCCC nummûm ſeu ſeſtertiûm millia, ex vnius ventre, dominus ſit conſequutus: quae ſumma libras efficit Gallicas, vt paulo ante ſignauimus, 40000. H.

y. Ad mularum) Columella, L. VI. c. 37. p. 245. *Quemadmodum arietum, quae ſunt in linguis ac palatis maculae, plerumque in velleribus agnorum deprehenduntur: ita ſi diſcolores pilos aſinus in palpebris aut auribus gerit, ſobolem quoque frequenter facit diuerſi coloris, etc.* H.

z. Pullos earum epulari Mecaenas inſtituit, multum eo tempore praelatos onagris. Poſt eum interiit auctoritas ſaporis) Quae ſequuntur aſino moriente viſo celerrime id genus deficit. Viri docti ita emendant, *Laliſionum oriente vſu, celerrime id genus deficit.* Laliſio eſt onagri pullus. Idem cap. ſequenti, vbi de onagris, *Pullis eorum, ſeu praeſtantibus ſapore, Africa gloriatur, quos laliſiones appellant.* Vide Martial. lib. XIII. Epigr. 97. *Bouchard.* 191. *Pullos earum epulari, etc.)* Lege: *Pullos earum epulari primum Mecaenas inſtituit, multum eo tempore praelatos onagris: poſt eum interiit auctoritas ſapori: laliſionum oriente vſu celerrime id genus defecit.* Vide *Salmaſ.* pag. 338. a.

a. Praelatos onagris) Apud Theophyl. Simocattam, L. IV. c. 7. p. 209. Choſroes Hormiſdae patri captiuo, inter delicias regias mittebat ὄνων ἀγρίων τῶν μελῶν τὰ ἐπίσημα, *onagrorum membra praecipua.* H.

b. Aſino moriente) Praeſenti ſocii obitu adeo afficitur,

LXIX. (XLIV.) Ex aſino et equa [1] mula gignitur *c*, menſe [2] tertio decimo *d*., animal viribus [3] in labores

Kk 3

1. *Sic et Tol. Salm. Ch. et M.* XII. *Gr. et Al.* 2. *ſic et M. et Ch. mulus Gr. et Al.* 3. *et labore. V. in labore. Parm.*

tur, commouetur que aſinus, vt mox ipſe quoque moerore intereat. *Id genus* familiaris loquutio Plinio, de equino, ceteroque veterino genere, vt initio ſectionis huiuſce monuimus. Vide Not. et Em. N. CXXXVI. (hic poſ.) *Aſino)* Conſtans haec eſt omnium codicum MSS. lectio, ſi vnum alterumue excipias, in quo *viſu* legitur: vnde ſuſpicari quis poſſit, num ea loci ſententia ſit, Deficiente in aſino oculorum viſu, non longe poſt ipſos quoque deficere. Conſimile eſt illud ſect. 77. huiuſce voluminis: *Suem amiſſo oculo putant cito exſtingui.* Riſu digna plane ac ſibilo Marii Martii coniectura, Opin. L. II. c. 15. p. 84. exiſtimantis ex ſympathia communi non aſino ſolum, ſed homini etiam et multis aliis animantibus, quae viſo compare meiente, meiunt et ipſa, reſtituendam huic loco integritatem ſuam eo pacto, *Aſino meiente viſo, ceterum genus idem facit.* Subtilior autem multo, quam ſeuerior, meo quidem iudicio Bocharti emendatio. L. II. de anim. c. 13. p. 191. quam ex Salmaſio didicit, p. 338. in Solin. iſte ex Nicol. Rigaltio, Rigaltius ex Pellicerio hauſit, eamdem referente in Not. MSS. Cenſent, inquam, ii legendum, *Laliſionum oriente vſu, celerrime id genus defecit*, hoc eſt, receſſit a menſis. Sed praeter conſtantem omnium codicum conſenſionem, ab ea emendatione ſuſcipienda multa me deterrent. Primum, quod de laliſionibus ſequente ſectione Plinius agit, tamquam ab ſe tum primum, nec antea nominatis: Et Africae quidem vnius, non Italiae, peculiarem hunc fuiſſe cibum monet. Deinde locus hic vitioſa tautologia laborabit: quid enim tunc erit aliud, *Id genus defeciſſe* in menſis, quam *interiiſſe auctoritatem ſaporis?* quod verbis proxime ſuperioribus dictum eſt a Plinio. Denique *orientem vſum* boum, ouiumue, pro eſu eorum animalium recepto tum primum in menſis dici, Latini ſermonis conſuetudo non patitur. H.

c. Mula gignitur) Vide N. et Em. N. CXXXVII. (hic adi.) *Ex aſino)* Ita codd. omnes

bores eximium. Ad tales partus *e.* equas neque quadrimis minores, neque decennibus maiores legunt: arcerique *f.* vtrumque genus ab altero narrant, niſi in infantia eius generis, quod [1] ineat *g.*, lacte hauſto. Quapropter [2] ſurreptos pullos *h.* in tenebris equarum vberi, aſinarumue, equuleos admouent. Gignitur [3] autem mula *i.* ex equo et aſina; ſed effrenis et tarditatis indomitae. [4] Lenta omnia eis *k.*, vt

1. *Sic et Ch. ineant Gr. et Al.* 2. *ſurreptos ſtatim pullos. V.* 3. *ſic et Ch. etiam Gr. et Al.* 4. *hanc clauſulam Pint. expungit. Lenta omnia eis, vt vetulis Gr. et Al.*

omnes MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. Salmant. etc. Edito res Plinii, quum paulo inferius ſcriptum cernerent, *Gignitur autem mula ex equo et aſina*, variari ſexum arbitrati, iſtic mulum, mulam illic de ſuo ſcripſerunt. Verum ex vtriſque vterque oritur, vt Columella obſeruauit, et nemini non eſt probe compertum. *Mula autem*, inquit ille, L. VI. c. 37. p. 244. *non ſolum ex equa et aſino, ſed ex aſina et equo, itemque onagro et equa generatur.* H.

d. Menſe tertio decimo) Vide N. et Em. N. CXXXVIII. (hic adi) *Menſe t.*) In editis, *menſe XII.* Nos cum iiſdem MSS. atque adeo cum Columella, L. VI. c. 36. XIII. defendimus. *Concepta*, inquit, agens de mulis, *ſemina, diutius in partum adoleſcunt, vt quae peracto anno, menſe tertio decimo vix eduntur, etc.* H.

e. Ad tales partus) Columella, L. VI. c. 36. p. 243. H.

f. Arcerique) Ariſt. H. A. L. VI. c. 23. p. 761. Οὐ προσδέχεται δὲ ὄτε ἡ ἵππος τὸν ὄνον, ὄτε ἡ ὄνος τὸν ἵππον, ἐὰν μὴ τύχῃ τεθηλακὼς ὁ ὄνος ἵππον. *Non admittit aut equa aſinum, aut equum aſina, niſi aſinus vel femina equam ſuxerit.* H.

g. Quod ineat) Scilicet, vtrumque genus. Ita MSS. omnes: editi, *ineant.* H.

h. Surreptos pullos) Aſininos, inquit, pullos matribus ſubreptos, equarum vberi in tenebris admouent: equinos vero vberi aſinarum. Ariſt. l. c. Columella, L. VI. c. 37. p. 245. H.

i. Gignitur autem mula) Ita MSS. omnes. Editi, *Gignitur etiam.* H.

k. Lenta omnia eis) Vide N. et

vt vetulis. Conceptum *l.* ex equo, ſequutus aſini coitus, abortu perimit: non item [1] ex aſino equi. Feminas a partu *m.* optime ſeptimo die impleri, obſeruatum eſt: mares fatigatos *n.* melius implere. Quae non prius *o.*, quam dentes, quos pullinos *p.* appellant, [2] iaciat, conceperit, ſterilis intelligitur: et quae non primo initu generare ceperit. Equo et aſina *q.* genitos mares, [3] hinnos *r.* antiqui vocabant:

1. *Aſini equus. Ch.* 2. *iacitat. Ch.* 3. *hinnulos Gr. et Al.*

N. et Em. N. CXXXIX. (hic adſp.) *Lenta*) Expungenda omnino haec clauſula viſa eſt Pintiano, cui ego vt aſſentiar, laboro: reuocant enim libri omnes, etiam manu exarati, probataeque fidei, qui pariter exhibent, *Lenta omnia eſſe vetulis:* quod ita nos refingere auſi ſumus, *lenta omnia eis, vt vetulis.* Vt ſit ſenſus, mulas hos ex equo et aſina editas, materna inſidia quadam ſocordia, tanquam confectas ſenio, lente pigreque omnia ſemper agere. Adiuuat Columella, L. VI. c. 37. p. 245: ex equo et aſina generatos matri per omnia ſimiles eſſe teſtatus. H.

l. Conceptum) Totidem verbis Ariſt. l. c. p. 758. H.

m. Feminas a partu) Ariſt. p. 759. Aſinas intellige. H.

n. Mares fatigatos) Lucem affert huic conciſae valde orationi Columella, L. VI. ſtatim initio c. 37. *Eſt et alterum genus admiſſarii,* inquit, *furentis in libidinem, quod, niſi aſtu adhibeatur, affert gregi perniciem. Nam et ſaepe vinculis abruptis grauidas inquietat, et quum admittitur, ceruicibus, dorſiſque feminarum imprimit morſus: Quod ne faciat, pauliſper ad molam vinctus amoris ſaeuitiam labore temperat, et ſic Veneri modeſtior admittitur.* H.

o. Quae non prius) Ariſt. p. 759. H.

p. Dentes quos pullinos appellant) Sic eos vocat, quibus aetas dignoſcitur: vnde ἀγνώμονες et λειπογνώμονες equi annoſi, quorum aetas ex dentibus nequit cognoſci. *Dalecamp.*

Pullinos) Graeci γνώμονας vocant, quibus aetas diiudicatur. H.

q. Equo et aſina genitos mares hinulos antiqui vocabant) Lego *hinnos;* cum duplici *n.*, non *hinulos.* Columella lib. ſexto, capite 34. *Qui ex equo et aſina concepti generantur, quamuis a patre nomen traxerint, quod hinni vocan-*

bant: contraque mulos, quos aſini et equae generarent. Obſeruatum, e duobus diuerſis generibus nata, tertii generis fieri, et neutri parentum eſſe ſimilia: eaque ipſa, quae ſunt ita nata, non gignere, in omni animalium genere *s.*: idcirco mulas non parere *t.* Eſt in Annalibus *u.* noſtris, peperiſſe ſaepe: verum prodigii *x.* loco habitum. Theophraſtus

vocantur, matri per omnia ſimiles ſunt. Pint. *Equo et aſina genitos, etc.*) Fortaſſis burdos, buricos, et mannos veterum: de quibus Horatius, *Appiam mannis terit.* Hieronymus in Eccleſiaſtem: *Dignitate perflati vias publicas mannis terant, quos vulgo buricos appellant.* Cuiac. c. 16. XI. obſerv. *Dal.*

Equo et Aſina) Varro, de R. R. L. II. c. 8. *Ex equa et aſino fit mulus: contra ex equo et aſina hinnus.* Colum. L. VI. c. 37. p. 245. *Qui ex equo et aſina concepti generantur, quamuis a patre nomen traxerint,* (hoc eſt, ab equi hinnitu), *quod hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt.* H.

r. Hinnos) Vide N. et Em. N. CXL. (hic coll.) *Hinnos*) Hinnos reſcripſi, non *hinnulos*, ex Columella et Varrone. Adde et Heſychium: Γίννος, ὅ ὁ πατὴρ ἵππος, ἡ δὲ μητὴρ ὄνος. Et p. 466. Ἰννὸς, ὁ πῶλος ὁ ἐξ ἵππȢ πατρὸς, καὶ μητρὸς ἡμιόνȢ. Hinnulos tamen et Gloſſarium vetus adprobat, *Hinnulus*, ὁ ἐξ ἵππȢ καὶ ὄνȢ. H.

s. In omni animalium genere) Sunt qui in confeſſo id quidem eſſe velint, de animalibus iis, quorum in coitu ac generatione vis imbecillior: de ceteris, negent. Vide quae de canum Indicorum conceptu dicta ſunt a nobis ſuperius, ſ. 61. p. 488. m. H.

t. Mulas non parere) Hinc nata paroemia apud Suetonium in Galba, c. 4. p. 91. *Quum mula pepererit.* Iuuen. Sat. 3. v. 61. *Egregium ſanctumque virum ſi cerno, bimembri Hoc monſtrum puero, et miranti iam ſub aratro Piſcibus inuentis, et fetae comparo mulae.* H.

u. Eſt in Annalibus) Varro, de R. R. L. II. c. 1. Livius, L. XXVI. p. 288. et L. XXXVII. p. 450. H.

x. Verum prodigii) Herod. L. III. Thalia, p. 221. n. 135. Inter Caeſarem et Pompeium exorta bella mulae partu edito ſignificata, L. Paulo, C. Marcello CoSS. prodidit Iul. Obſequens, c. 125. p. 68. Mulam Romae peperiſſe, anno 1518. qui annus Lutheri defectione inſignis

ſtus *y.* vulgo parere in Cappadocia tradit: ſed eſſe id animal ibi ſui generis. *z.* Mulae calcitratus *a.* inhibetur vini [1] crebriore potu. *b.* In plurium Graecorum eſt monumentis, quum equa muli coitu natum *c.*, quem vocauerint [2] ginnum *d.*, id eſt, paruum mulum. Generantur *e.* ex equa et onagris manſuefa-

1. *Celebriore. M.* 2. *innum. Ch. ninum. M. lego, nanum, id eſt, pumilionem.*

ſignis fuit, narrat Pierius Valerianus: aetate ſua bis peperiſſe Romae, Scaliger in Ariſt. p. 762. H.

y. Theophraſtus) Et Auct. libri de mirab. auſcult. p. 1155. ſi non is ipſe Theophraſtus eſt. In Syria etiam Ariſtot. H. A. L. I. c. 7. p. 57. L. VI. c. 24. p. 762. et c. 36. p. 785. In Africa quoque, Varro, Dionyſius, et Mago, vt auctor eſt Columella, L. VI. c. 37. H.

z. Sui generis) Generis proprii ac ſingularis; non mulini generis, quale apud nos eſt, ſed ſimilitudine tantum aliqua ad illud accedentis. Ariſt. l. c. H.

a. Mulae calcitratus) Hanc rem iterum repetit, L. XXX. ſ. 53. H.

b. Vini crebriore potu) Vide quod adnotatum eſt infra ad cap. 9. XXXIV. *Dal.*

c. Quum equa muli coitu natum, quem vocauerint hinnum) Scribo *ginnum*, non *hinnum*. Ariſtoteles libro ſexto, cap. 24. *Mulus ſupervenire coireque incipit miſſis dentibus primis, ſed ſeptennis implere poteſt. Etiam cum equa coniunctus ginnum procreauit.* Et mox paulo, *Prodeunt quos ginnos vocant ex equa quum in gerendo vtero aegrotant, more pumilionum in ordine hominum, aut porcorum deprauatorum in genere ſuum.* Repetit hoc ipſum ſecundo de generatione animalium capite vltimo. Verba autem quae ſtatim ſequuntur, *paruum mulum*, Pliniana non puto. *Pint.*

d. Ginnum) Ita cum Pintiano repoſuimus, non *hinnum.* Ariſtotele ipſo admonente H. A. L. VI. c. 24. p. 762. Καὶ ἤδη ἐγένετο γίννος, ὅταν ἀναβῇ ἐφ᾽ ἵππον θήλειαν etc. Vt ſit Graecorum *Ginnus* Ariſtotelis auctoritate, paruus nanuſque partus, cum muli, tum etiam equi ex equa, ab hinno, hinnuloue Columellae et Varronis diuerſus, quum is ex equo tantum et aſina naſcatur. H.

e. Generantur) Columella, L. VI. c. 37. p. 244. H.

ſuefactis mulae veloces in curſu, duritia eximia pedum *f.*, verum ſtrigoſo *g.* corpore, indomito [1] animo. Sed generator *h.*, onagro et aſina genitus, omnes antecellit. *i.* Onagri in Phrygia et Lycaonia praecipui.

1. Sic et Ch. Indomito animo, ſed generoſo. Onagro et aſina genitus Gr. et Al.

f. Duritia eximia pedum, verum ſtrigoſo) Laudo, qui *rugoſo*, vt antea legebatur, *ſtrigoſo* ſubſtituerunt: quod dubitanter id fecerint, non laudo. *Strigoſo* enim, nec aliter legendum eſſe, monſtrant tum ambo exemplaria, tum maxime Columella libro ſexto cap. 35. *Pint.*

g. *Strigoſo*) Macilento. H.

h. Sed generator) Sed admiſſarius onagro et aſina genitus omnes antecellit *ad ſobolem reparandum.* Vide N. et Em. N. CXLI. (paulo poſt) Generatorem admiſſarium vocat. *Sed gen.)* Ita MSS. omnes R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Refetur enimuero haec vox ad ſuperiora: Generantur, inquit, ex equa et onagris mulae veloces: ſed generator, hoc eſt, admiſſarius, onagro et aſina genitus omnes antecellit ad ſobolem reparandam. Palladius, L. IV. in Martio, tit. 10. p. 106. *Creantur*, inquit, *ex equo et aſina, vel onagro et equa —— Vtiles tamen admiſſarii naſcentur ex onagro et aſina, qui poſt in ſobole ſequutura agilitatem, fortitudinemque reſtituat.* Plinii editores, quos ea vox paulo inſolentior terruit, ſcripſere, *ſed generoſo*, et ad ſuperiorem ſententiam id retulere in hunc modum: *indomito animo, ſed generoſo. Onagro et aſina genitus omnes antecellit.* Verum hanc generoſitatis notam ac dotem ei mularum generi, nec Plinius attribuit, nec Columella, L. VI. c. 37. p. 244. *Neque tamen vllum eſt*, inquit, *in hoc pecore, vt animo, aut forma praeſtantius, quam quod ſeminabit aſinus: quamquam poſſit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager: niſi et indomitum, et ſeruitio contumax, ſilueſtri more, ſtrigoſum patris praeferat habitum. Itaque eiuſmodi admiſſarius nepotibus magis, quam filiis vtilis eſt. Nam vbi aſina et onagro natus admittitur equae, per gradus infracta feritate, quidquid ex eo prouenit, paternam formam et modeſtiam, fortitudinemque et celeritatem auitam praefert.* H.

i. Onagro et aſina genitus omnes antecellit) Quod ex onagro et aſina procreatus cete-

cipui. Pullis eorum, ceu praeſtantibus ſapore, Africa gloriatur, quos laliſiones appellant. *k.* Mulum LXXX. *l.* annis vixiſſe, Athenienſium monumentis apparet. [1] Et gauiſi, quum templum in arce facerent *m.*, quod derelictus [2] ſenecta *n.*, [3] ſcandentia *o.* iumen-

1. *Gauiſi namque cum. Tol. Gauiſi, cum. Ch.* 2. *ſenectus. Ch.* 3. *ſic et Turn. cedentia Bud. IX. et Tol. aſcendentia i. c. viſuque. Par. cadentia Gr. et Al.*

ceteros antecellat, falſum eſt: idque eximiorum teſtimonio auctorum comprobabitur. Columella libro ſexto c. 35. *Neque tamen vllum eſt in hoc pecore aut animo, aut forma praeſtantius, quam quod ſeminabit aſinus.* Palladius lib. IV. tit. XIV. Ex praedictis Columellae et Palladii verbis palam eſt, in hoc pecore praeferri ceteris quod aſinus genuerit: patet etiam ex Palladio vtiles eſſe admiſſarios ex onagro et aſina genitos, quod et Columella oſtendit loco ante citato. Sed et M. Varro libro ſecundo, capite ſexto, ſemini onagros eſſe vtiles ſcribit. Horum ergo trium auctorum verbis expenſis, exiſtimo legendum hoc loco ſic, *Sed ſtrigoſo corpore, indomito animo. Generando onagro et aſina genitus omnes antecellit*, hoc eſt, ad generandam ſobolem. *Pint.*

k. Laliſiones appellant) Martialis: loco poſtea laudato *Dal.* quem mutuatus eſt Hard. a Dalec.

Laliſiones) De his Martial. L. XIII. ep. 97. *Dum tener eſt onager, ſolaque laliſio matre Paſcitur, hoc infans, ſed breue nomen habet.* H.

l. Mulum LXXX.) Ariſt. H. A. L. VI. c. 24. p. 763. Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 970. H.

m. Templum in arce facerent) Ἑκατόμπεδον, id, ac παρθενῶνα vocauerunt, in omnem partem centum pedum, aedificatum a Callicrate et Ictino architectis, Plutarchus in Pericle. Pauſan. Att. pag. 22. 27. et Arcad. pag. 271. XXVI. Strabo lib. IX. *Dal.*

Quum templum) Accurante opus Pericle, vt auctor eſt Plutarch in eius vita, p. 159. H.

n. Quod derelictus ſenecta) Rem narrat etiam Aelian. H. A. L. VI. c. 49. et L. VII. c. 13. H.

o. Scandentia) Vide Not. et Em. N. CXLII. (hic adi.) *Scandentia) Cadentia* vulgo editi: *cedentia* ſcripſerat Budaeus in comm. linguae Gr. Nos

iumenta comitatu *p.*, niſuque exhortaretur, decretum [1]fecere, [2]ne frumentarii negotiatores *q.* ab incerniculis *r.* eum arcerent.

LXX. (XLV.) Bubus Indicis *s.* camelorum altitudo traditur, cornua in latitudinem quaternorum pedum. In noſtro orbe Epiroticis laus maxima *t.* a Pyr-

1. *Facere Gr. et Al.* 2. *quo caueretur, addunt Gron. et Alii.*

Nos *ſcandentia* cum R. 1. 2. Par. et iis codicibus, quos a ſe viſos Turnebus conteſtatur, Adu. L. XXIV. c. 19. p. 831. patrocinante inprimis Ariſtotele, H. A. L. VI. c. 42. p. 763. Porro mox, vbi legebatur olim, *decretum fecere, quo caueretur,* haec duo poſtrema vocabula, quae in MSS. omnibus abſunt, ceu gloſſema ſuperuacuum, fidenter expunximus. H.

p. Comitatu) Συναμπρεύων, καὶ παραπορευόμενος παρώξυνε τὰ ζεύγη πρὸς τὸ ἔργον. Ariſtoteli συναμπρεύειν eſt quod carrucarii faciunt, quoties iumenta trahere nequeunt: ſubiectis ſcilicet humeris tum adiuuant. Itaque more caruccariorum, armos armis adaptabat, quaſi annixurus, adiunctus fortaſſe eorum lateri, qui ex vtraque temonis parte carrucas vehebat. H.

q. Ne frumentarii negotiatores) Publica impenſa vt aleretur, decretum fuiſſe ſcribit Rhod. c. 51. lib. XIII. *Dalec.*

r. Ab incerniculis) Ariſt. ἀπὸ τῶν τηλιῶν, *a cumeris,* Eſt autem cumera, arca in qua reponitur frumentum ad vſum victumque diurnum. Incerniculum vero dici cribrum videtur ab incernendo, qua voce Cato vſus, c. 129. quoniam cribro farina ac pollen excernitur, hoc eſt, cribratur: aut idem eſt plane cum cumera. H

s. Bubus Indicis) Aelian. H. A. L. III. c. 34. H.

t. Epiroticis laus maxima) Epiroticos boues dici et Larinos Rhodig. teſtatur cap. 76. a Larino paſtore, ab Athenaeo lib. IX. etiam nominato, cui Geryone victo educandos Hercules tradidit: alii a patulis naribus, quaſi χαῤῥίνους. Eoſdem et Ceſtrinos vocatos fuiſſe reperio. Pyrrhicas boues quas et ἀταύρους nuncupant, quaſi tauris intactas, non a Pyrrhi tantum regis nomine appellatas volunt, ſed vel a colore, vel ab ignea mobilitate: oues etiam Pyrrhicas vt et boues dictas fuiſſe idem Rhodig. ſcribit. *Dal.*

Epiroticis) Ariſt. H. A. L. III.

a Pyrrhi *u.* (vt ferunt) iam inde regis cura. Id conſequutus eſt, non ante quadrimatum ad partus [1] vocando. *x.* Praegrandes itaque fuere, et hodieque reliquiae ſtirpium durant. At nunc anniculae *y.* [2] fecunditatem *z.* poſcuntur, tolerantius tamen bimae:

1. *Vocando praegrandes. Itaque fere, et hodie quae reliqua ſtirpium durant.* Ch. 2. *ad ſecundit.* Gr. *et Al.*

III. c. 16. p. 391. Ἠπειρωτικαὶ βόες αἱ μεγάλαι. Varro de R. R. L. II. c. 5. p. 85. Columella, L. VI. c. 1. p. 209. Vaccis Epiroticis plurimum lactis eſſe ſcribit Aelian. H. A. L. III. c. 33. H.

u. A Pyrrhi) Ariſt. l. c. vbi de bubus Epiroticis oues quoque Pyrrhicas, ab Epirotarum rege Pyrrho cognominatas laudat, τὰ πρόβατα τὰ καλέμενα Πυῤῥίκα, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ Πύῤῥε τε͂ βασιλέως. Et L. VIII. hiſt. c. 10. p. 906. laudat ἐν τῇ Ἠπείρῳ τὰς καλεμένας Πυῤῥίχας βε͂ς. Sed a colore potius rufo, πυῤῥός, quam a rege, traxiſſe id nomen, ſimile veri videtur. H.

x. Non ante quadrimatum ad partus vocando) Scribendum non *quadrimatum*, ſed *nouimatum*, ſi licet dicere. Ariſtoteles libro octauo capite ſeptimo, *Augentur iuvencae amplius, quum plus temporis expertes Veneris degunt. Quam ob rem terrae Epiri incolae, quas Pyrrhicas vocant, annis nouem intactas Venere ſeruant, vt incrementum ampliter capiant, et ſetauros nuncupant. Has numero cccc. eſſe, et proprias regis accipimus, nec poſſe viuere locis aliis, quamquam tentatum ab aliquibus eſt.* Meminit etiam Varro libro ſecundo, capite quinto boum Epiroticorum, quos ait non Graeciae tantum meliores eſſe, ſed etiam Italiae. *Pintian.*

Non ante quadrimatum) Ita libri omnes. Ante nouennium, ſcribendum fuiſſe credidit Pintianus, ex Ariſtotele, haec eadem narrante, H. A. L. VIII. c. 10. p. 906. H.

y. At nunc anniculae) Ariſt. L. V. hiſt. c. 13. et L. VI. c. 21. p. 743. H.

z. Fecunditatem) Vide N. et Em. N. CXLIII. (hic conſp.) *At.)* Praepoſitionem *ad* addiderunt ii, qui eiuſmodi dicendi formulam *fecunditatem poſcuntur*, parum ſibi familiarem, ceu minus concinnam damnarunt: ceteraque mox quae ſequuntur, inſigni licentia violarunt, ſic legendo interpungendoque: *Tauri generationem quadrimi implent: et ſingulis denae eodem*

mae: tauri generationem, quadrimi. *a.* Implent [1] ſinguli denas *b.* eodem anno. Tradunt [2] autem *c.*, ſi poſt coitum ad dextram partem abeant tauri, generatos mares eſſe: ſi in laeuam, feminas. Conceptio

1. *Singuli denas eodem anno tradunt. Si autem coitu in. Ch. Tauri generationem quadrimi implent, et ſingulis denae eodem anno traduntur. Si autem poſt coitum Gr. et Al.* 2. *Si autem ad d. p. habeant. M.*

dem anno traduntur. Si autem, etc. quae dum reſtituere Pintianus conatur, paene omnino immutat, contra codicum fidem. Nos eorumdem veſtigiis, R. 1. 2. Par. Chiffl. inſiſtentes, ſic tantum interpungendum cenſemus, vti edidimus. H.

a. Tauri generationem quadrimi implent, et ſingulis denae eodem anno traduntur. Si autem poſt coitum ad dextram partem abeant tauri, etc.) Hunc locum vitioſiſſime ſcriptum, ſic poſſe reſtitui puto, ex ſcriptoribus de re ruſtica, *Tauri generant optime quadrimi. Implent et ſinguli quindenas eodem anno. Traditur autem ſi poſt coitum ad dextram partem abeant tauri, etc.* Columella libro ſexto cap. 22. *Vnumque marem quindecim vaccis ſufficere, abunde eſt.* Repetit idipſum Palladius libro octauo, titulo quarto. Secus Varro libro ſecundo, capite quinto: *Habeo*, inquit, *tauros totidem, quos Atticus: ad matrices LXXII. vnum anniculum, alterum bimum.* Quod vero ſtatim ſequitur, *ſi poſt coitum in dextram partem abeant tauri, generatos eſſe mares, ſi in laeuam, feminas:* ſumtum id quidem ex Varrone libro citato, ſed addit Columella, hoc ſignum verum eſſe non aliter apparere, quam ſi poſt vnum coitum feta non admittit taurum, quod ipſum raro accidit. Nam quamuis plena fetu, non expletur libidine. *Pint.*

Tauri generationem) Subintellige, poſcuntur. Columella L. VI. c. 24. p. 231. *Qui quadrimis minores ſunt, maioreſque quam duodecim annorum, prohibentur admiſſura, etc.* H.

b. Singuli denas) Imo quindenas, ſi Columellae credimus, l. c. p. 232. ſi Varroni, etiam plures. H.

c. Tradunt autem) Columella l. c. Varro, de R. R. L. I. c. 5. et Africanus in Geopon. L. XVII. c. 6. p. 438. totidem verbis. H.

ptio *d.* vno initu peragitur: quae ſi forte [1] pererravit *e.*, vigeſimum poſt diem marem femina *f.* repetit. Pariunt menſe *g.* decimo: quidquid ante genitum, inutile eſt. Sunt auctores *h.*, [2] ipſo complente decimum menſem die parere. Gignunt raro *i.* geminos. Coitus *k.* a Delphini exortu *l.* [3] a. d. pridie

1. *Sic et M. V. pererrauit xx. poſt diem. Ch. forte erravit, vigeſimo poſt die marem Gr. et Al.* 2. *ipſa c. d. m. duos parere nunc raro geminos. V.* 3. *ad pridie nonas Ianuarii Gr. et Al.*

d. Conceptio) Ariſt. H. A. L. VI. c. 21. p. 724. H.

e. Pererrauit) Ita MSS. omnes. Editi *errauit.* H.

f. Marem femina) Vide N. et Em. N. CXLIV. (hic poſ.) *Marem)* In R. 1. et 2. legitur *Larem femina repetit,* quomodo Cicero in Verr. or. 5. *ad ſuum larem familiarem redire* dixit. At lectioni receptae, quam et alii codices exhibent, Ariſtoteles ſuffragatur, L. VI. hiſt. c. 21. p. 742. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ τῆς ὁρμῆς, εἴκοσιν ἡμέρας διαλείπουσα, προσίεται πάλιν ἡ θήλεια τὴν ὀχείαν. *Quod ſi vaccae errore aliquo taurinae inſcenſionis impetus euentum non fuerit aſſequutus, viceſimo poſt die coitum illa de integro repetit.* H.

g. Pariunt menſe) Varro in Geop. L. XVII. c. 10. p. 439. et de R. R. L. II. c. 5. Columella, L. VI. c. 24. p. 231. quibus praeiuit Ariſt. p. 744. H.

h. Sunt auctores) Ariſt. l. c. Ἔνιοι δὲ διϊσχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμερῶν ὀλίγων. *Sunt auctores, qui decem totos menſes, paucis diebus demptis, ferre vterum affirment.* H.

i. Gignunt raro geminos) Omnis ſcripta et impreſſa lectio, *Nunc raro geminos.* Lego, *vnum, raro geminos.* Ariſtoteles libro ſexto, capite vigeſimo primo: *Pariunt ſingulos, raro geminos.* Pint.

Gignunt raro) Ariſt. l. c. H.

k. Coitus) Varro de R. R. L. II. c. 5. H. Vide obſ. ſq.

l. A Delphini exortu ad pridie nonas Ianuarii, diebus triginta) Legendum videtur, *diebus quadraginta.* Varro libro ſecundo capite quinto, vnde hoc deſumtum, *Maxime,* inquit, *idoneum tempus ad concipiendum a Delphini exortu, vſque ad dies quadraginta aut paulo plus.* Pint.

pridie *m.* Nonas [1] Ianuarias, diebus triginta *n.*: aliquibus et autumno *o.*: gentibus quidem, quae lacte viuunt *p.*, ita [2] diſpenſatus *q.*, vt omni tempore anni ſuperſit id alimentum. Tauri non *r.* ſaepius, quam bis die, ineunt. Boues animalium ſoli, et retro ambulantes paſcuntur: apud Garamantas *s.* qui-

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. diſpenſatis. M. diſpenſantibus. Parm. diſpenſatur Gr. et Al.*

m. A. d. pridie) Quum prius *ad pridie* legeretur, nos *a. d. pridie* reſcripſimus: hoc eſt, *ante diem pridie*: quod genus loquendi agnoſcit Cicero, ad Attic. L. II. ep. 14. p. 58. *Ni te in Formiano commodiſſime exſpectari viderem dumtaxat a. d. pridie Nonas Maii*, hoc eſt, ipſo die qui Maii Nonas antecedit. Liuius item L. XLV. p. 573. *Latinae edictae Feriae a Conſule ſunt in ante quartum et tertium, et pridie Idus Nouembr.* Neque vero ſententia huius loci eſſe poteſt, coitum taurorum a Delphini exortu fieri vſque ad pridie Nonas Ian. quum ipſo illo die pridie Nonas Ianuarii Delphinus exoriatur, vt Plinius idem auctor eſt, L. XVIII. ſ. 64. H.

n. Diebus triginta) Ita omnes MSS. At ſi Varronem ſequimur l. c. ſcribere *quadraginta* oportuit. H.

o. Aliquibus et autumno) Ariſt. H. A. L. VI. c. 21. p. 746. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιαι καὶ μέχρι τοῦ μετοπώρου κυΐσκονται. *Aliquae ante autumnum non implentur.* H.

p. Gentibus quidem quae lacte viuunt) Lacte potiſſimum aluntur Scythae, ideoque ſeruos excaecant, vt aſſiduam operam in eo agitando et quatiendo praeſtent. Herod. in Melpomene. Canterus cap. 25. IV. *Dalec.*

q. Ita diſpenſatus) Coitus ſcilicet vaccarum, ita varia ac multiplici anni tempeſtate diſpenſatur, vt gentibus iis numquam lac deſit, quae lacte viuunt: quales Scythae In editis hactenus, *diſpenſatur.* At MSS. R. 1. Par. etc. *diſpenſatus*, rectius. H.

r. Tauri non) Contra Ariſt. l. c. p. 743. H.

s. Apud Garamantas) Ὀπισθονόμους idcirco appellatos in Libya boues ſcribit Alexander Myndius, de quadrup. L. II. apud Athenaeum, L. V. p. 221. Sed huic rei Athenaeus ipſe temere derogat fidem, quaſi a vetuſto alio Scriptore tradita non ſit. Me-

quidem haud aliter. Vita feminis *t*, [1] quindenis annis longiſſima: maribus, [2] tricenis. Robur in quimatu. *u.* Lauatione *x.* calidae aquae traduntur pinguefcere, et ſi quis inciſa cute ſpiritum arundine in viſcera adigat. [3] Non degeneres *y.* [4] exiſtimandi etiam minus laudato aſpectu. Plurimum lactis Alpinis *z.*, quibus minimum corporis, [5] plurimum laboris, capite, non ceruice, iunctis. Syriacis non ſunt palearia, ſed gibber in dorſo. *a.* Carici quoque

1. xx. *Gr.* 2. xx. *Gr. mari. M.* 3. *Nec. V.* 4. *exiſtimari. M.* 5. *plus. M.*

Meminit enim Herod. L. IV. Melpom. p. 283. atque eius fidem deinde ſequuti, Ariſtoteles, qui ἀναχωρεῦντας πάλιν πυγηδὸν vocat; Aelian. H. A. L. XVI. c. 33. Phile, de prop. anim. p. 124. atque e Latinis Mela, L. I. c. 8. *Apud Garamantes*, inquit, *iam armenta ſunt, eaque obliqua ceruice paſcuntur: nam pronis directa in humum cornua officiunt.* H.

t. Vita feminis) Ariſt. p. 744. H.

u. Robur in quimatu) R. 1. 2. et Par. rectius, *in quinquennatu.* Ariſt. ἀκμάζει δὲ μάλιςα πενταετὴς ὤν. H.

x. Lauatione) Geminum hunc opimandi et ſaginandi boues modum docet Ariſt. H. A. L. VIII. c. 10. p. 905. Locum tu conſule. H.

y. Non degeneres) Columella L. VI. c. 1. *Apenninus duriſſimos progenerat boues, omnemque difficultatem tolerantes, nec ab adſpectu decoros.* H.

z. Alpinis) Vide N. et Em. N. CXLV. (hic poſ.) *Plurimum*) Ex hoc Plinii loco Columellam caſtigabis, apud quem perperam *Altinae* dicuntur, L. VI. c. 24. p. 232. *Melius* inquit, *in hos vſus Altinae vaccae probantur, quas eius regionis incolae Ceuas appellant: eae ſunt humilis ſtaturae, lactis abundantes*, etc. Nam ſi ab Altino, Italiae oppido, de quo Plinius, L. III. 18. nomen hae haberent, non Altinae quidem, ſed Altinates dicerentur: vti nominum ratio poſtulat, et ipſe Columella, qui L. VII. c. 2. p. 249. Altinates oues commendat. H.

a. Gibber in dorſo) Tales vaccas in Americae ſeptemtrionali parte qui Hiſpani videtur, eas ſua lingua vaccas *cocorbadas* vocant. *Dal.* *Sed gibber*) Aliud quiddam de

que in parte Aſiae foedi viſu, tubere ſuper armos a ceruicibus eminente, [1] luxatis *b.* cornibus, excellentes in opere narrantur: [2] cetero nigri *c.* coloris candidiue, ad laborem *d.* damnantur. Tauris minora *e.*, quam bubus cornua, tenuioraque. Domitura *f.* boum in trimatu: poſtea ſera, ante praematura. Optime cum *g.* domito iuuencus imbuitur. Socium enim laboris agrique culturae *h.* [3] habemus

1. *Laxatis. M.* 2. *ceteri. M.* 3. *habemus. Hoc animal. V.*

de illis refert Philoſophus H. A. L. VIII. c. 33. p. 982. Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἱ βόες, ὥσπερ αἱ κάμηλοι, καμπὰς ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἀκρωμίων. *Boues Syri, ſicut cameli, flexuras habent in ſummis armis.* H.

b. Luxatis) Hoc eſt, vt quidem reor, non cohaerentibus capiti, ſed mobilibus, qualia ſunt Phrygiae armentis, vti dicetur, L. XI. ſ. 45. H.

c. Cetero nigri) Varro, de R. R. L. II. c. 5. boum formam praedicans: *Colore potiſſimum nigro*, inquit: *dein rubeo: tertio, heluo; quarto, albo. De mediis duobus prior, quam poſterior, melior: vtrique pluris, quam nigri et albi.* H.

d. Ad laborem) Ad laborem parum idonei. Deteriores in arando habentur, ac vituperantur. H.

e. Tauris minora) Ariſt. ſ. 10. probl. 56. H.

f. Domitura) Columella, L. VI. c. 2. p. 210. H.

g. Optime cum) Columella, l. c. p. 211. *Vbi plauſtro, aut aratro iuuencum conſueſcimus, ex domitis bubus valentiſſimum, eumdemque placidiſſimum cum indomito iungimus, qui et procurrentem retrahat, et cunctantem producat, etc.* H.

h. Socium enim laboris agrique culturae) Ideo ſancitum Athenis lege fuit, ne immolaretur, quoniam, vt aiebant, γεωργὸς ἐστὶν καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Rhod. c. 26. XIX. Aelianus l. V. hiſt. et Sueton. Domit. c. 9. inter initia vſque adeo a caede ipſum abhorruiſſe ait, vt abſente adhuc patre recordatus Virgilii verſuum: *Impia quam caeſis gens eſt epulata iuuencis*, edicere deſtinarit: ne boues immolarentur. Et Arat. Phaenom. verſ. 132. ait aereo demum ſeculo inſtitutum vti boues aratores ſeu operarii ederentur. Numae inſtitutum vetus fuiſſe refert Bar.

bemus hoc animal, tantae apud priores curae, vt ſit inter exempla *i.* damnatus [1] a populo Romano *k.*, die dicta, qui concubino *l.* procaci rure omaſum *m.* ediſſe ſe negante, occiderat bouem, actuſque in exſilium, tamquam colono ſuo interemto. Tauris in aſpectu *n.* generoſitas, torua fronte, auribus ſe-

1. *Apud p. R. M.*

Bar. Briſſon. de ritu nupt. mihi pag. 475. Nec abs re eſt, quod Ariſtoteles in Oeconomicis ait, βȣ̃ς ἀντὶ οἰκέτȣ τοῖς πένησίν ἐϛιν. Conſtantinus certe leg. Executores. Cod. Quae res pig. obl. poſſ. ob ciuilia debita boues aratorios pignori capi vetuit, ne culturae abſtraherentur. Cuiacius cap. 20. lib. IIII. obſeruat. *Dal.*

Socium enim) Haec, vt Plinius, Columella, L. VI. in prooemio, p. 209. H.

i. Vt ſit inter exempla) Ita L. VIII. Exemplorum Valerii Max. c. 1. *Non ſupprimenda*, inquit, *illius quoque damnatio, qui puerul i ſui amore corruptus, rogatus ab eo ruri, vt omaſum in coenam fieri iuberet, quum bubulae carnis in propinquo emendae nulla facultas eſſet, domi boue occiſo, deſiderium eius impleuit: eoque nomine, publica quaeſtione afflictus eſt: innocens, niſi tam priſco ſeculo natus fuiſſet.* Colum. l. c. *Bouis tanta fuit apud priſcos veneratio, vt tam capitale eſſet bouem necaſſe, quam ciuem.* Varro de R. R. L. II. c. 5. de boue: *Hic ſocius hominum in ruſtico opere, et Cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, vt capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet. Qua in re teſtis Attica, teſtis Peloponneſus.* Et apud Phryges mos ille obtinuit, teſte Aeliano, H. A. L. XII. c. 34. et Stobaeo, ſerm. 42. Plura in eam rem vide apud Gothofr. in cod. Theod. T. I. p. 225. tit. 30. de pignoribus. H.

k. Damnatus a populo Romano) Val. Max. cap. 1. lib. VIII. *Dal.*

l. Qui concubino) Qui vt omaſum praeberet puerulo concubino, qui ex eo guſtaſſe vmquam ſe negabat, bouem occiderat, *vt omaſum inde ei pararet.* H.

m. Omaſum) Frixum inteſtinum, maxime bubulum, cibus plebeius, et vilis. Gallis, *des tripes.* Horat. L. I. ep. 15. v. 34. *Patinas coenabat omaſi Vilis, et agnini, tribus vrſis quod ſatis eſſet.* H.

n. Tauris in aſpectu) Egregie

toſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus. [1]Sed tota comminatio prioribus in pedibus. [2]Stat ira *o.* gliſcente alternos [3] replicans, ſpargenſque in [4]aluum arenam, et [5]ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens. Vidimus [6]ex imperio *p.* dimicantes, et [7]ideo monſtratos, rotari, cornibus cadentes

1. Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat: ira gliſcente Gr. *et Al.* 2. *ſtatim. V. ſtad. Ira g. a. replicat, ſpargitque. i. a. b. et ſolus a. e. ſ. ardeſcit.* 3. *replicans orbes, ſpar.* Ch. 4. *altum* Gr. *et Al.* 5. *ſic ex MSS. emend. Hard. ſolius animalium* Gr. *et Al.* 6. *ſic et M. de* Gr. *et Al.* 7. *ideo ſe demum ſtratos rotare, cornibus c. e. i. r. mox iacentes ex h. a. bigaſque etiam ac currus citatos vel ab aurigis ſiſtere. Alii, dimicare et ideo. Alii, bigarumque etiam curſui citato vel ab aurigis obſiſtere. Alii, mox iacentes humo attolli. Alii, iterumque mox reſurgere, et iacentes humo attolli. Lego, dimicantes, ideo ſe demum ſtratos rotare: corn. cad. exc. iterumque mox reſurgere, et iacentes humo attolli, bigarumque etiam curſui citato vel ab aurigis, obſiſtere. et ideo demonſtratos* Gr. *et Al.*

gie deſcribitur optima taurorum forma a Magone Carthaginienſi, apud Colum. L. VI. c. 1. p. 209. H.

o. *Stat ira*) Stat ipſe, quum ira gliſcit, etc. Vide N. et Em. N. CXLVI. (hic poſ.) *Stat*) Ab his vocibus nouae periodi duximus initium, contextu verborum alias minime cohaerente, quum ſic libri editi exhiberent, *Tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans, ſpargenſque in altum*, etc. Sed et *in aluum* primi reſcripſimus, tum admonitu codicum, R. 1. 2. Par. etc. tum ex re ipſa: prioribus enim pedibus, cum alternis vicibus replicantur ira gliſcente, retrorſum arenam eiaculantibus, in ventrem ſpargi illam manifeſtum eſt. Quod autem Chiffletius legit, *alternos replicans orbes*, ex coniectura ingenii additam, ab aliquo vocem *orbes* praepoſtere, ceteri omnes codices, ipſaque res clamat. H.

p. Vidimus ex imperio) Vidimus, inquit, iuſſos dimicare tauros, imperata feciſſe: atque idcirco quod iuſſis morem gererent, in Venationum ludis et Circo, ſpectaculi vice populo Rom. mon-

tes excipi, iterumque reſurgere, modo iacentes ex humo tolli; bigarumque etiam [1] curru citato, vel vt aurigas, inſiſtere. Theſſalorum gentis inuentum eſt *q.*, [2] equo iuxta quadrupedante cornu intorta *r.* ceruice tauros necare: primus id ſpectaculum

1. *Sic et Vet. et Ch. curſu Gr. et Al.* 2. *Leg. equo iuxta cornua quadrupedante intorta ceruice, etc.*

monſtratos et exhibitos. Vide N. et Em. N. CXLVII. (hic adi.) *Vidimus*) A Plinii mente longiſſime Barbarus aberrauit, quum neglecta MSS. codicum, vetuſtarumque editionum auctoritate, ſcripſit *de imperio dimicantes*, quoniam pugnare inter ſe de regno tauros teſtatur Virgilius. Nos R. 1. 2. Pariſ. etc. fidem religioſe ſequuti ſumus, ac germanum loci huius intellectum ſuo loco primi aperuimus. H.

q. Theſſalorum gentis inventum, equo iuxta quadrupedante, cornu intorta ceruice tauros necare) Verba haec Plinii abſque dubio mendoſa ſunt: nam quid eſt, *cornu intorta ceruice tauros necare?* nos ſcimus moris fuiſſe Theſſalis illis equitibus in hac taurorum venatione, vt tauris adequitantes, iniecto ad cornua vinculo, eos cernuare, et humi procumbere magna vi cogerent. Legendum igitur apud Plinium: *cornu intorto reſtibus*, vel, *retibus*; πλέγμα et ἅμμα dixit in eadem re Philippus, qui hanc Taurorum venationem Theſſalis familiarem ita deſcribit hoc epigrammate: Θεσσαλίης εὔιππος ὁ ταυρελάτης χορὸς ἀνδρῶν Χερσὶν ἀτευχήτοις θηρσὶν ὁπλιζόμενος Δενδροτοπεῖ πώλους ζεύγει σκιρτήματι ταύρων, Ἀμφιβαλεῖν σπεύδων πλέγμα μετωπίδιον. Ἀκρότατον δ' ἐς γῆν κλίνας ἅμα κ' εὔροπον ἅμμα Θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίαν. Artemidorus quoque oſtendit, in Theſſalia qui generoſiſſimi eſſent, et nobiliſſimi taurorum venationi operam dediſſe. *Salmaſius* Hiſt. Aug. p. 286. b.

r. Cornu intorta) Cornu taurum apprehendere, et ceruice ſic torta n e c a r e. Sueton. in Claud. c. 21. p. 72. *Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia Circi agunt, inſiliuntque defeſſos, et ad terram cornibus detrahunt.* Dio, L. LXI. in Nerone, p. 603. Ἐν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες ταύρους ἀπὸ ἵππων, συμπαραθέοντες σφίσι, κατέστρεφον. H.

dedit Romae Caeſar Dictator. Hinc victimae [1] opimae *s.*, et lautiſſima Deorum placatio. Huic tantum animali omnium, quibus procerior cauda, non ſtatim nato conſummatae, vt ceteris, menſurae: creſcit vni *t.*, donec ad veſtigia ima perueniat. Quamobrem victimarum probatio in vitulo *u.*, vt articulum ſuffraginis contingat: breuiore non litant. Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non fere litare *x.*, ſicut nec claudicante, nec aliena *y.* hoſtia Deos placari, nec trahente ſe *z.* ab aris

1. *Optima. Parm. et M. optumae. Ch.*

s. Hinc victimae opimae) Hoc eſt, ex taurorum genere. Ita Virgil. Georg. L. II. v. 146. *Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus Victima, ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.* MSS. omnes et Parm. editio, *optimae*, vel *optumae* legunt. H.

t. Creſcit vni) Rectius fortaſſe, *creſcit enim.* Inde paroemia apud Petron. in Satyr. p. 159. H.

u. Quamobrem victimarum probatio in vitulo) De cura apud veteres, delectuque anxio hoſtiarum, quas diis offerrent non mancas aut mutilas, ſed omni ſui parte integras, vide Alex. ab Alex. cap. 12. lib. III. et Magium cap. 4. lib. IV. *Dalec.*

x. Non fere litare) Ita MSS. Forte, *litari*, vti mox, *placari.* H.

y. Nec claudicante, nec aliena hoſtia) Morboſa, vitioſa, fiſſis auribus, lingua nigra, cauda, pilo amiſſo, acuminata. Alex. ab Alex. loco citato. Aliena hoſtia eſt, quae Deo non conuenit. Apollini, Marti, Neptuno, taurus caeditur. Nundinis Ioui arietem Flaminica immolat. *Dal.*

Nec aliena) Quae Deo ſuo non conuenit. Nam vt ait Atteius Capito apud Macrob. Saturn. L. III. c. 10. p. 408. *Ioui tauro, verre, ariete, immolare non licet. Si quis forte tauro Ioui fecerit, piaculum dato.* Contra vero, vt ex Labeone et Virgilio refert idem, *Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcer Apollo: Taurum et Marti licuit immolari.* H.

z. Nec trahente ſe) Macrob. Sat. L. III. c. 5. p. 394. *Obſeruatum eſt a ſacrificantibus, vt ſi hoſtia quae ad aras duceretur, fuiſſet vehementius reluctata, oſtendiſſetque ſe inuitam altaribus admoueri, amoueretur: quia inuito Deo offerri*

aris. Eſt frequens *a.* in prodigiis priſcorum, bouem loquutum: Quo nuntiato, Senatum ſub [1] dio haberi ſolitum. *b.*

LXXI. (XLVI.) Bos in Aegypto *c.* etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Inſigne ei, in dextro latere candicans macula, cornibus Lunae creſcere incipientis. Nodus ſub lingua *d.*, quem cantharum appellant. *e.* Non eſt fas eum certos vitae excede-

1. *Diu. Ch. et ita ſemper.*

offerri eam putabant: Quae autem ſtetiſſet oblata, hanc volenti numini dari aeſtimabant. H.

a. Eſt frequens) Val. Max. L. I. c. 6. n. 5. et 9. et Livius, L. XXXV. p. 427. bovem dixiſſe referunt: *Caue, Roma.* Exempla amplius duodecim collegit Bochartus, H. A. P. I. L. II. c. 14. p. 198. quae quum apud alicuius famae hiſtoricos tam crebro occurrant, nemo commentitia omnia eſſe dixerit. Itaque hac in parte praeſtitit ſe cacodaemon Dei ſimiam, quo efficiente Balaami aſinam in humana verba prorupiſſe ſacrae paginae conteſtantur. H.

b. Sub dio haberi ſolitum) Non in roſtris aut curia, ſed aprico loco, patentique caelo, tamen inaugurato, ne ſenatuſconſulta irrita forent, Alex. ab Alex. cap. 27. lib. V. *Dal.*

c. Bos in Aegypto) Plinius haec ab Herodoto mutuatus, L. III. Thalia, n. 28. p. 172. A Plinio, caput ferme integrum Solinus tranſſcripſit, c. 32. p. 60. De Api praeterea Mela, L. I. c. 9. p. 13. Ammianus, L. XXII. Aelian. H. A. L. XI. c. 10. aliique. H.

d. Nodus ſub lingua) Nigra ea macula fuit, ſcarabaei ſpecie, quem κάνθαρον Graeci appellant. Porphyrius, L. de abſtin. carn. apud Euſebium, auctor eſt Aegyptios, bouem, quem Apim nominant, Lunae dedicaſſe, nigrum prae ceteris, et ſigna Solis ac Lunae habentem: Solis ſymbolum, et coloris eſſe nigredinem, quandoquidem Solis ardor nigriora reddat humana corpora: et qui ſub lingua ſit, ſcarabaeum. Vide quae dicturi ſumus, L. XXX. ſ. 30. H.

e. Quem cantharum appellant) Cantharum a coloris nigredine, et ſcarabaei figura. Auctor eſt Porphyrius lib. de carnis abſtinentia, Aegyptios ſcarabaeum imprimis venerari, quod Solis ſit

cedere annos, merſumque in ſacerdotum fonte enecant, quaeſituri luctu alium, quem ſubſtituant: et donec inuenerint, moerent, deraſis etiam *f.* capitibus: nec tamen [1] vmquam *g.* diu quaeritur. Inuentus deducitur Memphim a ſacerdotibus. [2] Delubra ei gemina, quae vocant thalamos *h.*, auguria populorum. Alterum intraſſe laetum eſt, in altero dira portendit. Reſponſa [3] priuis *i.* dat, e manu conſulentium cibum capiendo. Germanici *k.* Caeſaris

1. *Vſque. V.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. Sunt delubra ei gemina Gr. et Al.* 3. *priuatis Gr. et Al.*

ſit animata effigies. Lunae eoſdem Apin conſecraſſe Solis et Lunae ſigna geſtantem: Solis quidem, nigrum pilum, et ſub lingua cantharum: Lunae vero maculam albam, naſcentis Lunae modo ſinuatam. *Dalec.*

f. Deraſis etiam) Lucian. L. de ſacrificiis, p. 187. H.

g. Nec tamen vmquam) Opera daemonum ſimilem mortuo bouem reperiri ſcribit Auguſt. de Ciuit. L. XVIII. c. 5. Ridet hoc idem, de ciuit. L. VI. c. 10. et Minut. Felix, in Octauio. H.

h. Sunt delubra ei gemina, quae vocant thalamos, etc.) Legend. *Tum delubra ei gemina, quae vocant thalamos: augurio populorum alterum intraſſe laetum eſt, in altero dira portendit: reſponſa priuis dat e manu conſulentium cibum capiendo.* Populi vniuerſi augurabantur laeta quum alterum ex his delubris intraſſet, in altero dira portendebat: at *priuis*, id eſt, ſingulis dabat reſponſa cibum capiendo e manu. *Salmaſ.* pag. 440. b.

i. Reſponſa priuis) Hoc eſt, ſingulis ad differentiam populorum, quibus augurium laetum vnum id erat, quum ex thalamis geminis alterum intraſſet: in alterum ingreſſus dira portendebat. Vide N. et Em. N. CXLVIII. (hic adi.) *Reſponſa p.)* Ita reſtituimus ſequuti veſtigia R. 1. 2. et Par. codd. in quibus *prius* legitur. Placet etiam Salmaſio in Solin. p. 440. *priuis* legi. Olim *priuatis*, libri vulgati praeferebant. H.

k. Germanici) De hac profectione Germanici in Aegyptum, quae ei origo et caput exitii fuit, Tacit. Annal. L. II. p. 61. Suetonius in Tiberio, c. 52. H.

ſaris [1] manum auerſatus eſt, haud multo [2] poſtea exſtincti. Cetero [3] ſecretus *l.*, [4] quum ſe proripuit in coetus, incedit [5] ſummotu lictorum *m.*, grexque puerorum comitatur, carmen honori eius canentium: intelligere videtur, et adorari velle. Hi greges repente lymphati futura [6] praecinunt. Femina bos ſemel ei anno oſtenditur, ſuis et ipſa inſignibus, quamquam aliis: ſemperque eodem die et inveniri eam, et exſtingui tradunt. Memphi eſt locus in Nilo, quem a figura vocant [7] Phialam: omnibus annis ibi auream pateram *n.* argenteamque [8] mergunt iis diebus *o.*, quos habent natales Apis: ſeptem

Ll 5 hi

1. *Manus. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. poſt exſtincti Gr. et Al.* 3. *ſecretius. Parm.* 4. *cum prorupit V. cum prorumpit. M.* 5. *ſubmoto ſtrepitu lictorum V. Turn.* 6. *procinunt. Ch.* 7. *Phialam. Omnibus, etc. mergunt. Dal.* 8. *ſic ex MSS. em. Hard. Mergentes diebus, quos habet natales Apis Gr. et Al.*

l. Cetero ſecretus) Reliquo tempore ſecreto cuſtoditus, vbi ſe in coetum proripuit, ſummouentibus turbam lictoribus *magiſtratuum more* incedit. H.

m. Summotu lictorum) Vide N. et Em. N. CXLIX. (hic adp.) *Incedit)* Addidit de ſuo Turnebus, vocem *ſtrepitus*, legitque, *ſummoto ſtrepitu lictorum.* Salmaſius vocem *lictorum* expungit in Solin. p. 307. legitque *incedit ſubmoto, grexque.* Non vidit vterque *ſummotu*, vel *ſubmotu lictorum*, nihil eſſe nunc aliud, quam ſubmotione, ſiue lictoribus ſubmoventibus confluentem hominum multitudinem. H.

n. Omnibus annis ibi auream pateram) Seneca cap. 2. lib. IV. Quaeſt. natural. de Nilo tractans: *Poſt magnum deinde ſpatium duo eminent ſcopuli (Nili venas vocant incolae) ex quibus magna vis effunditur, non tamen quantum operire poſſit Aegyptum. In haec ora ſtipem ſacerdotes, et aurea dona praefecti, quum ſolenne venit ſacrum, iaciunt.* Dalec.

o. Mergunt iis diebus) Magis ea lectio ſtructurae conuenit, quam quae in libris hactenus inoleuerat, *mergentes diebus.* H.

hi ſunt, mirumque neminem per eos *p.* a crocodilis attingi: octauo poſt horam die ſextam redire belluae feritatem.

LXXII. (XLVII.) Magna et pecori *q.* gratia, vel in placamentis Deorum *r.*, vel in vſu vellerum. Vt boues [1] victum hominum *s.* excolunt; ita corporum *t.* tutela pecori debetur. Generatio bimis *u.* vtrimque *x.* ad nouenos *y.* annos: quibuſdam et ad [2] decimum. *z* [3] Primiparis *a.* minores fetus. Coitus omnibus

1. *Sumtum. M. V. et Cb.* 2. *decem. M. ad x. Cb.* 3. *Primipares. V. et Cb.*

p. Per eos) Per eos dies natales. Solinus, *quibus diebus*, etc. H.

q. Pecori) Ouibus. H.

r. Placamentis Deorum) Herodotus in Euterpe narrat Aegyptios, qui Thebas accolunt, et omnino Thebanam praefecturam habitant, non oues, ſed capras Diis immolare: alias vero in praefectura Mendeſia oues ſacrificare, non capras. Muret. in Var. cap. 13. VIII. *Dal.*

s. Victum hominum) Agros, vnde victus homini. MSS. R. 1. Chiffl. et Par. *Sumtum hominum* legunt, eodem intellectu. H.

t. Ita corporum) Expolit hanc ſententiam egregie Columella, L. VII. c. 2. p. 249. H.

u. Generatio bimis) Didymus, Geopon. L. XVIII. c. 3. p. 450. H.

x. Vtrimque) Hoc eſt, maribus ac feminis. Diſſidet Columella, L. VII. c. 3. p. 252. *Aetas*, inquit, *ad progenerandum optima eſt trima: nec tamen inhabilis vſque in annos octo. Femina poſt bimatum maritari debet, etc.* H.

y. Ad nouenos) Columella, Didymus, ll. cc. et Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 563. ad octo, μέχρις ἐτῶν ὀκτώ.

z. Et ad decimum) Ita MSS. omnes. Ariſtoteles tamen, et ad vndecim, ſi bene curentur, tractenturque, ἐὰν δὲ θεραπεύεται καλῶς, καὶ μέχρις ἕνδεκα. H.

a. Primiparis) Primiparae ſunt matres, quae primo genuerunt. Sic L. XI. ſ. 84. *Primiparae ſues.* Didymus in Geopon. L. XVIII. c. 3. p. 451. Τὰ δὲ ἐκ τῶν πρωτογόνων ἀπαλλοτριοῦν χρὴ, ὡς ἀνεπιτήδεια πρὸς διαμονήν. *Ouiculas ex primiparis natas ſecernere oportet, velut ineptas ad diuturnitatem.* H.

bus ad Arcturi occaſum *b.*, id eſt, [1] a tertio Idus Maias, ad Aquilae occaſum, [2] in x. Cal. *c.* Aug. Gerunt partum *d.* diebus CL.: poſtea concepti *e.* invalidi

1. *Ad tertium. Tol.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. ad Aq. occaſum, x. Cal. Aug. Gr. et Al.*

b. Coitus omnibus ad arctu-ri occaſum, etc.) Scribo, *Coitus omnibus ab arcturi occaſu.* Varro lib. XI. cap. II. *Tempus optimum ad admittendum ab arcturi occaſu ad aquilae occaſum, quod quae poſtea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillae.* Adſtipulatur et apographon Toletanum, in quo *ab arcturi occaſu* ſcriptum eſt ad verbum. *Pintian.*

Ad Arcturi occaſum) Hoc eſt, circiter Arcturi occaſum matutinum, qui incidit in ante diem quintum Idus Majas, vt ipſe Plinius auctor eſt, L. XVIII. ſ. 67. Vide N. et Em. N. CL. (hic adi.) *Ad Arcturi occaſum)* Pellicerius in Nott. MSS. Pintianum ſequutus, legendum monet, *ab Arcturi occaſu*, adſtipulante, inquiunt, Varrone, vnde locus hic ad verbum ſumitur. *Tempus optimum*, inquit, L. II. de R. R. c. 2. *ad admittendum, ab Arcturi occaſu ad Aquilae occaſum.* Sed vtrique hoc latuit, ita mutuatum eſſe id a Varrone Plinium, vt quod ille paulo craſſius, ac re minus accurate perpenſa, ſtatuiſſet, iſte corrigeret: neque enim, vt Varro, ipſo Arcturi occaſu, qui incidit in ante diem quintum Idus, ſed biduo poſt, hoc eſt, tertio Idus, admiſſurae pecoris Plinius initium facit. Quare ad Arcturi occaſum, hoc eſt, circiter id tempus dixit, non ab occaſu. Sic quod ad Aquilae occaſum ſpectat, qui finis a Varrone ſtatuitur admiſſurae, toto pariter triduo rurſum Plinius ab eodem diſſidet, vti monuimus: neque neceſſe eſt, vt XIII. Cal. Auguſti hic legamus, quamquam ita ſenſiſſe ſcimus eruditum Perauium, Varr. diſſ. L. II. c. 8. p. 92. ſed *in X. Cal. Aug.* vt prae ſe ferunt MSS. omnes. H.

c. In X. Cal.) Ita MSS. omnes. Editi, *X. Cal.* Plinius, L. XVIII. ſ. 69. *Item XIII. Calendas Auguſti, quum Aquila occidit, vſque in X Calendas eiuſdem.* Itaque admiſſurae tempus ad Aquilae occaſum pertinere ſic ait, vt vltra triduum adhuc protrahatur, in X. ſcilicet Calendas Aug. H.

d. Gerunt partum) Ita Varro, de R. R. L. II. c. 2. p. 29. Nec diſſidet ab vtroque Florentinus in Geopon. L. XVIII.

validi. Cordos vocabant *f.* antiqui poſt id tempus natos. Multi hibernos *g.* annos praeferunt vernis, quoniam magis interſit ante ſolſtitium quam ante brumam firmos eſſe, ſolumque hoc animal vtiliter bruma [1] naſci. Arieti *h.* naturale agnas faſtidire, ſenectam ouium conſectari: et ipſe ſenecta *i.* melior, muti-

[1] *Naſci putant.* Dal.

L. XVIII. c. I. p. 448. quum partum gerere ait menſibus quinque, μῆνας ἐκυοφορεῖ. H.

e. Poſtea concepti) Matres huiuſcemodi fetibus debilitari, non ipſos, Varronis ſententia eſt: *Tempus optimum ad admittendum,* inquit, *ab Arcturi occaſu ad Aquilae occaſum: quod quae poſtea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillae.* H.

f. Cordos vocabant) Varro de R. R. L. II. c. I. *Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, et remanſerunt in vuluis intimis, χορίον vocant, a quo chordi appellati.* Erunt chordi igitur, non ex initu ſeriore concepti, ſed qui vltra legitima partus tempora, hoc eſt, vltra CL. dies in vtero fuerint. Sic apud Feſtum: *Corda frumenta, quae ſero matureſcunt: vt fenum cordum.* H.

g. Multi hibernos) Bis gravidae pecudes, vt Virgilius cecinit, Georg. II. aeſtate, et hieme. Columella, L. VII. c. 3. p. 253. *Melior eſt autumnalis verno, ſicut ait veriſſime Celſus: quia magis ad rem pertinet, vt ante aeſtiuum hibernum ſolſtitium conualeſceret, ſoluſque ex omnibus animalibus bruma commode naſcitur,* etc. Tenerioribus agnis maiora inſtare ab aeſtu, quam a frigore damna planiſſime ex his efficitur. H.

h. Arieti) Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 564. Didymus Geop. L. XVIII. c. 3. p. 450. οἱ κριοὶ μᾶλλον τὰς πρεσβυτέρας διώκουσι θᾶττον ὀχευομένας καὶ ὕστερον τὰς νέας. H.

i. Et ipſe ſenecta) Ariſt. p. 559. non dixit vetulos praeſtantiores eſſe, ſed vetulos τῷ ὕστερον ἔτει, hoc eſt, anno aetatis ſecundo, nam de priore antea egerat. Et Columella teſte, ipſaque adeo experientia exploratum eſt, trimos hircos, et arietes, eſſe ad admiſſuram praeſtantiores, eorumque ſobolem nitidiorem eſſe, robuſtiorem, et grandiorem. H.

mutilus [1] quoque *k.* vtilior. Ferocia *l.* eius cohibetur, cornu iuxta aurem terebrato. Dextro teſte *m.* praeligato feminas generat, laeuo mares. [2] Tonitrua *n.* ſolitariis *o.* ouibus abortus inferunt. Remedium eſt congregare eas, vt coetu iuuentur. Aquilonis *p.* flatu mares concipi dicunt, Auſtri feminas: atque

1. Sic et Ch. et vtilior. M. et virilior. V. illis quoque vtilior Gr. et Al. 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. tonitrus Gr. et Al.*

k. Mutilus quoque) Cornibus mutilatus. Vide N. et Em. N. CLI. (hic adi.) *Mutilus)* Ex Chiffl. codice, in quo *mutilus* diſerte, aliorumque veſtigiis, R. 1. 2. et Par. in quibus, *vtilius quoque vtilior* legitur, editos hactenus libros caſtigauimus, qui *illis quoque vtilior* praeferebant. Columella, L. VIII. c. 3. arietem probat intortis cornibus, *non quia magis*, inquit, *hic ſit vtilis (nam eſt melior mutilus aries) ſed quia minime nocent intorta potius, quam ſurrecta et patula cornua.* Pauloque poſt: *Mutilum probabimus marem, quoniam eſt illud incommodum in cornuto, quod quum ſentiat ſe velut quodam naturae loco capitis armatum, frequenter in pugnam procurrit, et ſit in feminas quoque procacior.* H.

l. Ferocia) Africanus in Geop. L. XVIII. c. 5. p. 451. Columella, L. VII. c. 3. p. 251. ex Epicharmo Syracuſano. H.

m. Dextro teſte) Democritus apud Colum. L. VI. c. 28. et L. VII. c. 3. p. 253. Palladius quoque, L. IV. in Martio, tit. 11. p. 102. Didymus, l. c. Sed conuellit hoc placitum idoneis ſane rationibus, Ariſtot. de gener. anim. L. IV. c. 1. p. 1116. H.

n. Tonitrua) Explanatius Ariſt. H. A. L. IX. c. 4. p. 1016. *Inſtituuntur*, inquit, *ab opilionibus oues, vt ſtrepitum cienti congregentur. Nam tonante caelo ſi qua praegnans ſeorſim deprehendatur, neque concurrat, abortum facit:* ἐὰν γὰρ βροντήσαντος, ὑπελειφθῇ τις, καὶ μὴ συνδράμῃ, ἐκτιτρώσκει, ἐὰν τύχῃ κύουσα. H.

o. Solitariis) Quum ſeorſim a grege vagantur. H.

p. Aquilonis) Ariſt. H. A. L. VI. c. 19. p. 732. Didymus in Geopon. l. c. Aelian. H. A. L. VII. c. 27. Columella ex Ariſtot. L. VII. c. 3. p. 253. Palladius item L. VIII. in Iulio, Tit. 4. p. 131. et

atque in eo genere arietum maxime ſpectantur ora: quia cuius coloris *q.* ſub [1] lingua habuere venas, eius et lanicium eſt in fetu: variumque, ſi plures fuere: et mutatio aquarum *r.* potuſque variat. Ouium ſumma genera duo, tectum et colonicum *s.*: illud mollius, hoc in paſcuo [2] delicatius, quippe *t.* quum tectum rubis veſcatur. *u.* Operimenta ei *x.* ex Arabicis *y.* praecipua.

LXXIII.

1. *Linguas. Ch.* 2. *elegantius. V.*

et Albertus M. de animalibus L. VI. tr. 3. c. 2. p. 209. H.

q. Quia cuius coloris) Democritus in Geopon. L. XVIII. c. 6. p. 451. Ariſt. l. c. p. 733. Albertus, l. c. Columella item, p. 250. ex Virgilio, ſcribente in Georg. *Illum autem, quamuis aries ſit candidus ipſe, Nigra ſubeſt vdo tantum cui lingua palato, Reiice, ne maculis infuſcet vellera pullis Naſcentem.* H.

r. Mutatio aquarum) Varro de R. R. L. II. c. 2. p. 79. *Quamdiu admiſſura ſit, eadem aqua vti oportet: quod commutatio et lanam facit variam, et corrumpit vterum.* H.

s. Tectum et colonicum) Tecti meminit Columella, L. VII. c. 4. p. 257. Idem c. 2. p. 250. tectum, molle: colonicum, hirſutum vocat: Varro, pellitum, illud: iſtud, hirtum. Tectum id genus ouium eſt, quod propter lanicii elegantiam, in eius tutelam, pellibus integebatur. Vnde Horat. L. II. Od. 6. v. 10. *Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen.* Columella de iniuria veprium ruborumque in paſcendo, L. VII. c. 3. *Molle vero pecus*, inquit, *etiam velamen quo protegitur, amittit, atque id non paruo ſumtu reparatur.* Ouibus praecipue Graecis, ſeu Tarentinis, id tegumen imponi ſolitum ait idem c. 4. Ouis colonicae rurſum Plinius meminit L. XXVI. ſ. 62. H.

t. Quippe quum tectum) Illud, inquit, quod tectum vocatur, non tam delicate paſcitur: veſcitur enim et rubis: colonicum delicatius, ſolo gramine. H.

u. Rubis veſcatur.) Colonicum vero ſolo gramine. *Dalecamp.*

x. Operimenta ei) Tecto ſcilicet ouium generi, vt diximus plane modo. Ita MSS. H.

y. Ex Arabicis) De Arabicis ouibus Aelianus H. A. L. X. c. 4. Quod tam longe petita ex earum pellibus operi-

LXXIII. (XLVIII.) Lana autem *z.* laudatiſſima Apula, et quae in Italia Graeci pecoris *a.* appellatur, alibi Italica. Tertium locum Mileſiae *b.* oues obtinent. Apulae breues villo, nec niſi paenulis *c.* celebres. Circa Tarentum Canuſiumque ſummam nobilitatem habent. In Aſia vero eodem genere *d.* Laodiceae. *e.* Alba Circumpadanis *f.* nulla praefertur, nec libra centenos nummos *g.* ad hoc aeui exceſſit vlla. Oues non vbique tondentur: durat quibuſ-

operimenta fierent, idcirco non parui ſumtus eſſe ea Columella pronunciauit, l. c. H.

z. Lana autem laudatiſſima Apula.) Martialis: *Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis, Nobilis Altinum tertia laudat ouis.* Dalec.

Lana autem) Columella, L. VII. c. 2. p. 249. *Generis eximii Mileſias, Calabras, Apulaſque, noſtri exiſtimabant, earumque optimas Tarentinas, etc.* H.

a. Graeci pecoris) Columella, L. VII. c. 4. *Graecum pecus, quod plerique Tarentinum vocant.* Eſt Tarentum, ſcilicet, Magnae Graeciae, vt vocabant, quae pars eſt Italiae, oppidum. H.

b. Mileſiae) De his Tzetzes, Chil. 10. v. 349. Apollon. in hiſt. comm. c. 20. Columella, l. c. H.

c. Paenulis) Pallii genus eſt ad arcendas pluuias idoneum, paenula. H.

d. Eodem genere) Hoc eſt, et breuiore villo, et paenulis idoneo. H.

e. Laodiceae) Hieronymus in Iouinianum: *Nunc lineis et ſericis veſtibus, et Attrebatum, ac Laodiceae indumentis ornatus incedis.* Dal.

Laodiceae) De Laodicenis ouibus ac lanis, egregie Strabo, L. XII. p. 578. Laodicea Cariae haec eſt, Lyco flumini impoſita, de qua L. V. ſ. 29. H.

f. Circumpadanis) Altinates et Parmenſes ſignat Columella, L. VII. c. 2. p. 249. *Nunc lanae Gallicae pretioſiores habentur, earumque praecipue Altinates.* Fuit enim quondam Altinum in Padi paludibus. Et Mart. L. XIV. ep. 155. cui lemma inſcriptum. *Lanae albae: Velleribus primis Apulia: Parma ſecundis Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.* H.

g. Centenos nummos) Siue ſeſtertios. Efficit ea ſumma monetae Gallicae, libras, vt aiunt, ſeu florenos decem. H.

buſdam in locis vellendi mos *h.*: colorum plura genera: quippe [1] quum deſint etiam nomina eis. [2] Quas natiuas *i.* appellant, aliquot modis Hiſpania: nigri

1. *Quum deſint etiam nomina eis, quas natiuas appellant aliquot modis. Hiſpania nigri velleris praecipuas habet: Pollentia iuxta Alpes cani. Aſia rutili. Gr. et Al.* 2. *quos natiuos. Dal. vt ſub. colores.*

h. Vellendi mos.) Varro de ling. Lat. lib. IV. *Veliae vnde eſſent plures accepi cauſſas, in queis, quod ibi paſtores palatim ex ouibus ante tonſuram inuentam, vellere lanam ſint ſoliti, ex quo vellera dicuntur.* Idem lib II. de re ruſt. Vide ſq. obſ. *Dal.*

Vellendi mos) Varro de R. R. L. II. c. 11. *Lanam demtam ac conglobatam alii vellera, alii velumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanae vulſuram, quam tonſuram inventam. Qui etiamnunc vellunt, ante triduo habent ieiunas,* etc. Iſidorus, L. XIX. c. 27. *A vellendo vellus, quod prius lanae vellerentur, non tonderentur.* H.

i. Quas natiuas) Quas oves, inquit, natiuas appellat Hiſpania, eae aliquot modis diuerſae, ſeu in varia diſtribui genera poſſunt, pro velleris colorumque diſcrimine: ſunt enim aliae pullae, flauae aliae etc. De pullis Nonius Marcellus c. 16. n. 13. p. 795. *Pullus color eſt, quem nunc Hiſpanum, vel natiuum dicimus.* De flauis Martial. L. IX. ep. 62. *In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris, Qua diues placidum Corduba Baetin amat. Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo, Et linit Heſperium bractea viua pecus,* etc. Lanam Hiſpanienſem inprimis commendat Strabo, L. III. p. 144. Vide N. et Em. N. CLII. (hic adi.) *Quas*) Locúm hunc, qui vitioſiſſimus viſus eſt ad hunc diem eruditis, ſola fere interpunctione reſtituta, ſanauimus. Ita prius edebatur: *Colorum plura genera: quippe quum deſint etiam nomina eis, quas natiuas appellant aliquot modis. Hiſpania nigri velleris praecipuas habent, Pollentia iuxta Alpes cani: Aſia rutili, quas Erythraeas vocant: item Baetica: Canuſium fului: Tarentum et ſuae pulliginis.* In MSS. quidem legitur *canuſia rutili*, ex quo Plinii editores *cani aſia rutili*, effinxerunt: pro *iam Aſia*, vti ex Columella a nobis laudato conſtat. Dalec. *quos natiuos* legit, refertque ad colores. Salmaſius p. 316. in Solin. omnia

nigri velleris praecipuas habet Pollentia *l.* iuxta Alpes: iam Aſia rutili *m.*; quas Erythraeas vocant: item Baetica *n.*: [1] Canuſium fului *o.*: Tarentum et ſuae

1. *Canuſiam Gr.*

omnia videtur emendando peſſumdare: Aſiam omittit, de qua Columella tamen, cui Pliniana haec ſimilia ſunt: Canuſium ſubſtituit, atque eamdem vocem, vbi mox ſedem habet, codicum omnium ſecurus expungit: aliaque committit, quae et referre piget, nec refellere otium eſt. Nos emendationem noſtram, et codicum fide, quam ſeruamus integram, et probatiſſimorum ſcriptorum auctoritate, et ſimplici ac peraccommodata ad Plinii verba mentemque interpretatione tuemur. Natiuas interim oues appellari ſcito eas, quarum vellus, quo ſponte colore imbutum a natura eſt, eo ipſo in lanificia textiliaque opera adhibetur, nec ſaturatur alieno. H.

k. Hiſpania nigri velleris praecipuas habet, etc.) Legendum: *Hiſpania nigri velleris praecipuas habent; et Pollentia iuxta Alpes. Canuſium rutili, quas Erythras vocant, item Baetica. Fului Tarentum et ſuae pulliginis.* Salmaſ. p. 316. b.

l. Pollentia) Mart. L. XIV. ep. 157. cuius Lemma, *Lanae Pollentinae: Non tantum pullo lugentes vellere lanas, Sed ſolet et calices haec dare terra ſuos.* Silius Ital. L. VIII. p. 375. *Fuſcique ferax Pollentia villi.* Et Colum. L. VII. c. 2. p. 249. *Sunt etiam*, inquit, *ſuapte natura pretio commendabiles, pullus atque fuſcus, quos praebet in Italia Pollentia*, etc. H.

m. Aſia rutili) Columella, l. c. *Nec minus Aſia rutilos*, quos vocant ἐρυθρούς. H.

n. Item Baetica) Subintellige, rutili: nec forte de tota Baetica accipiendum. Plinio Martialis videtur patrocinari, ſcribens L. V. epigr 38. p. 277. ad Erotium puellam, *Quae crine vincit Baetici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitellam.* Rutilas certe Germanorum comas, qui Rhenum accolunt, ſcribit Tacitus, de moribus German. p. 125. et Seneca, de Ira, L. III. c. 26. p. 596. *Non eſt Aethiopis inter ſuos inſignitus color: nec rufus crinis, et coactus in nodum apud Germanos.* Sed planius, apertiuſque aurea, ξανθὰ, Baeticae vellera commendat Martialis etiam L. XII. epigr. 100. *Baetis oli-*

ſuae pulliginis. *p.* Succidis *q.* omnibus [1] medicata vis. Iſtriae Liburniaeque [2] pilo propior, quam lanae, pexis aliena veſtibus *r.*, et [3] quam Salacia *s.* ſcutulato

1. *Sic Vet. Cod. et Ch. ſuccidis omnibus vſus medicatus Gr. et Al.* 2. *lino. M.* 3. *Et quam ſola ars ſcut. t. Gr. et Al.*

oliuifera crinem redimite corona, Aurea quae nitidis vellera tingit aquis. Adde et epigr 133. L. XIV. cui lemma, *Lacernae Baeticae.* H.

o. Canuſium fului) Fuſcas tamen, rufaſque Canuſinas laudat Martialis idem, L. XIV. epigr. 127. et 129. vt non vnius tantum generis color ouium in iis regionibus, ſed multiplicis, fuiſſe videatur. H.

p. Suae pulliginis) Hoc eſt, non Pollentinae illi, Hiſpanienſique communis, ſed peculiari quadam nota diſcretae. H.

q. Succidis) Quae porro praeſtent remedia lanae ſuccidae, dicetur L. XXIX. ſ. 9. Quaenam vero ſuccidae ſint, edocuit L. X. de R. R. Varro, c. 11. *Tonſurae tempus* inquit, *inter aequinoctium vernum, et ſolſtitium, quum ſudare ceperint oues, a quo ſudore lana recens tonſa, ſuccida eſt appellata.*

r. Pexis aliena veſtibus.) Pexae veſtes, in quibus nec ſtamen, nec ſubtegmen apparet, eminente et operiente villo. Nam quibuſdam licia numerare licet, vt in quarum textis et tramis lana eſt propior. Tales ſunt Iſtrianae. Turn. cap. 14. lib. V. aduerſ. *Dalec.*

Pexis) Pexa veſtis, ἡ μαλλωτὴ ἐσθὴς, diuitum erat, eminentiore longioreque villo, cui raſa tritaue opponebantur. Martialis L. II. ep. 58. *Pexatus pulcre rides mea, Zoile, trita.* Horatius quoque L. I. ep. 1. v. 95. *Si forte ſubucula pexae Trita ſubeſt tunicae.* H.

s. Et quam Salacia) Vide N. et Em. N. CLIII. (hic poſ.) *Et quam)* Libri ante nos editi, *et quam ſola ars*, audaci admodum coniectura, contemtuque codicum, quorum nos fidem ſequuti, ſecure Salaciam agnoſcimus, Imperatoriam vrbem cognominatam, nobile Luſitanorum oppidum Plinio, L. IV. ſ. 35. Pomponio Melae, ceteriſque. Confirmat egregie hanc lectionem, tum ipſa per ſe orationis ſtructura, tum vero maxime Strabo, L. III. p. 144. vbi lanam Hiſpanienſem laudans, impenſe texta quaedam valde tenuia commendat, *quae Sala-*

tulato textu *t.* commendat in Luſitania. Similis circa

Mm 2

Salaciatae, inquit, *faciunt:* ὑπερβολὴ δὲ, τῶν καὶ λεπτῶν ὑφασμάτων, ἅπερ οἱ Σαλτιῆται κατασκευάζουσιν. Vbi Caſaubonus, quinam ſint iſti Σαλτιῆται, fatetur adhuc ſe quaerere, interimque legere Σεταβῆται. Satis confidenter id quidem. Nos de Salacia hac Pliniana accipimus. Et huc forte ſpectat vox *Salacia* in Notis, quae Tironi adſcribi ſolent, apud Gruterum, p. 135. H.

t. Scutulato textu) Scutulas vocat auctor, τὰ πλίνθια, nimirum quadra, ſimilia retium maculis, quas Graeci vocant τοὺς βρόχους. Gallos Diod. ait Saga geſtare ῥαβδωτὰ, πλινθίοις πολυάνθεσι καὶ πυκνοῖς διαλημμένα, ſcutulata et reticulatim diſtincta, virgata Propertio et Virgilio, Polluci ῥαβδοειδῆ, non aſſuto purpureo limbo ornata, vt exponit Seruius. Scutale Liuio in funda, quod eſt reticulatum. Polluci βρόχος ſiue macula, τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς δικτύοις διάστημα τετράγωνον συνεστηκὸς ἐκ τεττάρων ἁμμάτων ὃ τεινομένης τῆς ἄρκυος γίνεται ῥαβδοειδές. Scutulatus ergo textus, virgatus eſt, macularum inſtar cancellatim et reticulatim diſtinctus. *Lauſagias* Galli vocant, a ſimilitudine foliorum Lauri, quaſi Laurangias. *Scaliger.* Scutulae forma quadrata et oblonga. Cenſorinus, ἑτερομήκες quadrangulum imparibus lateribus, et angulis minime rectis, ſcutulae ſimile, cap. 24. XI. Araneorum rete ſcutulatum eſt. Turn. cap. 24. XXVII. *Dal.*

Scutulato textu) Orbiculato, vel quadrato. Scutulata veſtis a ſcutulis nomen habet, hoc eſt, a σκυτάλη, quae vox in Gloſſis habetur: non a voce *ſcutum*. Nam et in ſcutulata prima breuis eſt: in voce *ſcutum* producta. Scutula autem ſegmentum aliquod quadratum eſt, vel orbiculatum, vel cuneatum. Scutulata itaque ſunt crebris laterculis, quadris, orbiculiſue diſtincta, diuiſa: quale fere in retibus, reticulatiſque operibus cernimus. Sic aranearum ſcutulatum rete Plinius appellat, L. XI. ſ. 28. De ſcutulatis, Iuuenalis, Sat. 2. v. 97. *Caerulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.* Infra quoque Plinius tapetium intextum ſignificans: *Inſtituit,* inquit, *ſcutulis diuidere Gallia.* Papias in Vocabulario: *Scutulata, genera veſtimentorum, dicta quod orbiculos quoſdam habent in ſimilitudinem ſcutulorum.* Igitur et orbi-

ca Piſcenas *u.* prouinciae Narbonenſis: ſimilis et in Aegypto, ex qua *x.* veſtis detrita vſu [1] pingitur *y.*, rurſusque aeuo durat. Eſt et hirtae pilo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia: iam certe priſcos iis vſos, Homerus *z.* auctor eſt. Aliter haec Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. Lanae et per ſe [2] coactam veſtem faciunt *a.*: et ſi addatur acetum, etiam ferro

1. *Sic et M. et Ch. cingitur. V. lego, tegitur. tingitur Gr. et Al.* 2. *coactatae. V. coactam. Iac. Fab. ſemeſt. l. XI. Lanae et per ſe coactae veſtem Gr. et Al.*

orbiculis quoque conſtat textus ſcutulatus, κύκλῳ ὑφασμένος. At plerumque forma eſt quadrata et oblonga: *Lauſangias* Galli vocant, a foliorum lauri ſimilitudine, quaſi *Laurangias*: *des lozanges.* H.

u. Piſcenas) *Pezenas.* In Notitia Imperii legitur, ſ. 42. *Procurator Baphii Narbonenſis, et Telonenſis Galliarum.* Piſcenis videtur ſedem is habuiſſe. H.

x. Ex qua) Qua ex lana, veſtis quae detrita vſu eſt, iterum acu pingitur. H.

y. Detrita vſu pingitur) Vide N. et Em. N. CLIV. (hic adi.) *Detr.)* Ita reſcripſimus admonitu codicum MSS. R. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Prius, *tingitur*, perperam legebatur. Pingi veſtem laneam, pro *intertexi*, familiare eſſe Latinis ſcriptoribus, nemini latet. H.

z. Homerus) Odyſſ. IV. v. 427. Καὶ ῥήγεα καλὰ Πορφύρε' ἐμβαλέειν, ϛορέσαι δ' ἐφύπερϑε τάπητας. H.

a. Lanae et per ſe coactae veſtem faciunt, etc) Ad deſperationem vſque vitiatus hic Plinii locus: lege, *lanae et per ſe coactae veſtem faciunt, et ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt: immo vero etiam ignibus.* Haec ad veſtem e coacta lana factam pertinent, quam faciunt coactilia, πιλωτὰ Graeci vocant. quae ſequuntur nihil huc ſpectant, et longe ſunt deprauatiſſima. *Salmaſ.* 391. b.

Coactam veſtem) Coactam veſtem R. 1. 2. Par. etc. magno conſenſu defendunt. Alii, *Lanae et per ſe coactae*, legunt. Veſtem coactam faciunt coactilia, Graecis πιλήματα dicta, Gallis *du feutre.* Ipſa quoque *coactilis* appellatur in notis Tironis apud Gruterum, p. 157 inter veſtium ſpecies. Vide Conſtantinum in Lexico, v. πιλή-

ro reſiſtunt: immo vero *b.* etiam [1] ignibus nouiſſimo ſui purgamento; quippe ahenis [2] polientium [3] extractae, [4] in tomenti vſum veniunt *c.*, Galliarum, vt arbitror, [5] inuento: certe Gallicis hodie nominibus [6] diſcernitur *d.*: nec facile dixerim, qua id aetate ceperit. Antiquis enim torus e ſtramento *e* erat,

1. *Ignibus. Nouiſſ. ſui purg. quibuſdam alienis potientium vncis tractae in tomenti vſum veniunt. Al. Novissimo quinetiam ſui purgamento ahenis, etc.* 2. *colentium. V.* 3. *extractae in tomenti. V.* 4. *indumentis vſu vaeneunt. M. in tomenti. Ch. et Fab. ſemeſt. 1. XI.* 5. *inuentum. V.* 6. *diſcernuntur. V.*

πιλήμα. Opifices in eo genere LANARII COACTORES in vetuſtis lapidibus appellantur, et LANARII COACTILIARII ap. Gruterum, p. 648. H.

b. Immo vero) Immo vero etiam reſiſtunt ignibus, vbi ſunt vltimo expurgatae: extractae enim ex ahenis eorum, qui eas purgant ac poliunt, pro tomento adhibentur, Galliarum, vt arbitror, inuento: ſunt enim varia apud Gallos tomenti nomina. H.

c. In tomenti vſum veniunt) Sic legendum. Loquitur enim de lanarum purgamentis. Eſt autem tomentum, culcitrae fartum. Martialis: *Culcitra tomento quam viduata ſuo.* Et de tomento, non de indumento accipiendum alioqui ſatis indicant quae ſequuntur: *Antiquis enim torus e ſtramento erat.* Gelen.

In tomenti vſum) Tomentum hoc loco lana eſt, quae ex pannis, ſeu textis laneis extrahitur, ab iis, qui ea poliunt, vt deinde ea culcitrae farciantur, Gallis, *Bourre - lanice: laine - bourre.* Varro, de L. L. Lib. IV. p. 40. *Poſteaquam tranſierunt ad culcitras, quod in ea ſagum aut tomentum, aliudue quid calcabant, ab inculcando Culcitra dicta.* H.

d. Gallicis — diſcernitur) Sane tomentum Lingonicum Martialis eximie laudat, L. XIV. ep. 160. et Cadurcum, ſeu culcitram Cadurcam cum tomento, Iuuenalis Sat. VI. v. 538. ac Plinius ipſe, L. XIX. ſ. 2. H.

e. Antiquis enim torus e ſtram. etc.) Lege: *Antiquis enim torus e ſtramento erat, qualiter etiam nunc in caſtris. Gauſapa patris mei memoria cepere: amphimalla noſtra, etc.* Dicit toros antiquitus e ſtra-

erat, qualiter [1] etiam nunc in caſtris. *f.* [2] Gauſapa *g.* patris mei memoria cepere: amphimalla, noſtra *h.*: ſicut

1. *Etiamnunc in caſtris gauſape. Patris mei memoria cepere amphimalla noſtra* Gr. et Al. 2. *gauſapinis.* V.

ſtramento fuiſſe, et ſua adhuc aetate in caſtris ita eſſe. *Salmaſ.* pag. 398. a.

f. Qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoria cepere, etc.) Aliter in Apographo Toletano: *Qualiter etiam nunc in caſtris cauſa patris mei memoria, etc.* Vt forte ſcribendum ſit: *Qualiter etiam nunc in caſtris gauſape. Auorum memoria cepere amphimalla, ſicut noſtra villoſa etiam ventralia.* Mouet me quod non ea fuit conditione Plinius, vt non deſiderata fuiſſet eius prudentia, ſi in commentatione rerum naturalium, quam ad communem totius humani generis vtilitatem componebat, et praeſertim Romano imperatori dicata, patris ſui meminiſſet. *Pintian.*

g. Gauſapa) Gauſapina indumenta plurimo longiore muniebantur villo, hiberniſque ideo aduerſus frigora expetebantur: Hinc Martialis, L. XIV. ep. 145. cui titulus: *Paenula gauſapina: Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt, Vt me vel media ſumere meſſe velis.* Vide Not. et Em. N. CLV. (hic adi.) *Gauſapa)* Interpunctione leuiter immutata, locum alias maculoſum reſtituimus: Libri olim editi, *qualiter etiam nunc in caſtris gauſape.* Perinde ac ſi militare ſtratum, cubileue, gauſapis vocabulo apte indicaretur. *Patris mei memoria cepere amphimalla noſtra; ſicut villoſa*, etc. Toros tantum ait e ſtramentis quondam fuiſſe, atque etiam tum eſſe ſua aetate: Gauſapa deinde patris ſui memoria, amphimalla, ſua: ſiue, ſe adoleſcente: tunicam in modum gauſapis, ſe vidente ac ſeniore, quum haec ſcriberet, cepiſſe texi. H.

h. Amphimalla, noſtra) Ἀμφιτάπητες Heſychio. Lucilius: *Pſilae, atque amphitapae molles cum ingentibus villis.* Talia amphimalla hodie ſunt, quae vocamus *couuertes de Cathelogne.* Dal.

Amphimalla, noſtra) Noſtra, inquit, memoria cepere in vſum venire amphimalla texta, hoc eſt, ex vtraque parte villoſa. Ea Nonio et Lucilio *Amphitapae* dicuntur. Eiuſmodi ſunt quas hodie vulgus, *Couvertures de Catalogne*, et *Cappes de Bearn*, de regionis nomine, vbi praecipue texuntur, appellat. H.

ſicut [1] villoſa etiam ventralia. *i.* Nam tunica lati claui *k.*, in [2] modum gauſapae *l.* texi nunc primum incipit. Lanarum nigrae nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu ſuis locis dicemus *m.*, in conchyliis marinis, aut herbarum natura.

LXXIV. Lanam [3] in colo *n.* et fuſo Tanaquilis, quae eadem Caia Caecilia *o.* vocata eſt, in templo

Mm 4 [1] San-

1. *Villoſa et etiam. V. M.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. gauſape Gr. et Al.* 3. *in colu. Ch. cum colo et fuſo Gr. et Al.*

i. Ventralia) Ventrale κοιλιοδεσμὸς, φοῦνδα. Gloſſae, Iuriſconſultis zona, crumena, quam et Fundum vocauerunt et Profundum. Cuiacius cap. 27. X. obſerv. Gauſapa et Gauſapia, tapetes inſignes mollitia villorum, et artificio texturae, quibus menſae teguntur. Martial. 138. XIV. *Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum.* Dal.

Ventralia) Ventrale bulgam appellari ait Voſſius in Etymol. quia ad ventrem praecincta. Male: Ventrale Zonae genus eſt, quod ventri apponitur: vnde nomen. Quod Plinio L. XXVII. c. 28. ventrale dicitur, hoc Apuleio, c. 100. tit. 4. ſemicinctium appellatur. Vide quae de ſemicinctii voce erudite collegit V. Cl. Du Cangius, in Gloſſario. H.

k. Lati claui) Quid ſit latus clauus, quid anguſtus, dicemus libro ſequenti, ſect. 63. H.

l. In modum gauſapae) Hoc eſt, longiore villo texi, qualis eſt in gauſapinis indumentis. H.

m. Suis locis dicemus) L. IX. ſ. 62. et ſeqq. ac libro deinde XXI. ſ. 22. H.

n. Lanam in colo) Ita MSS. omnes. Editi, *cum colo.* H.

o. Caia Caecilia) Caia vſu ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim Caia Caecilia, Tarquinii Priſci regis vxor, optima lanifica fuiſſe: et ideo in eius memoriam ſempiternam inſtitutum fuit, vt nouae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quaenam vocarentur, Caiam ſe eſſe dicerent. Alex. ab Alex. cap. 5. II. Vide Feſtum in Recta et Regilla. *Dal.*

Caia Caecilia) Feſtus: *Caia Caecilia appellata eſt, vt Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, vxor Tar-*

[1] Sangi *p.* duraſſe, prodente ſe, auctor eſt M. Varro: factamque ab ea togam regiam [2] vndulatam in aede [3] Fortunae, qua Ser. Tullius fuerat vſus. Inde factum *q.*, vt nubentes virgines comitaretur colus comta *r.*, et fuſus cum ſtamine. Ea prima texuit rectam tunicam *s.*, quales cum toga pura

1. M. Anci. M. Sancus. Ch. *2. vngulatam. M.* *3. fortunae aſſeruatam, qua Seru. Parm.*

Tarquinii Priſci regis Romanorum, etc. Verius Plutarch. in Quu. Rom. p. 271. vxorem ait fuiſſe vnius e Tarquinii liberis: eidem in templo Sanci ſtatuam priſcis temporibus poſitam, cum ſandaliis et fuſo, quae domi actae vitae, induſtriaeque argumento eſſent. Διὰ Γαΐαν Καικιλίαν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα, τῶν Ταρκυνίου παίδων ἑνὶ συνοικήσασαν, ἧς ἐν τῷ τοῦ Σάγκτου ἱερῷ χαλκοῦς ἀνδρίας ἕστηκεν· ἔκειτο δὲ πάλαι καὶ σανδάλια, καὶ ἄτρακτοι, τὸ μὲν οἰκουρίας αὐτῆς, τὸ δὲ ἐνεργείας σύμβολον. Sic filiae Ottonis M. Imp. ſepulcro fuſum appenſum Ditmarus docet, L. II. p. 25. H.

p. In templo Sangi) Equidem demiror quod hic Sangus tantopere ignotus fuerit recentioribus Grammaticis, vt etiam in Liuiana hiſtoria vno atque altero loco in Ianum ſit demutatus. Et eſt quidem vnius numinis vtrumque nomen: ſed haec Romana appellatio eſt, illa altera Sabina. *Gelen.*

In templo Sangi) Huius Sangi quoque meminit Liuius, L. VIII. p. 144. Σάγκτος a Plutarcho ſcribitur, l. l. Varro, de L. L. Lib. IV. p. 19. Sanctum Sabina lingua, Herculem eſſe Graeca putat. Et Feſtus: *Propter viam fit ſacrificium, quod eſt proficiſcendi gratia, Herculi aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt Deus.* Vide Auguſt. de Ciu. L. XVIII. c. 19. Ouidium in Faſtis, L. VI. v. 213. Sangi ſacellum, in ſeptima Vrbis regione locat P. Victor: *Sacellum Genii Sangi.* H.

q. Inde factum) Plut. in Quu. R. p. 271. H.

r. Colus compta) Vide quod notatum eſt cap. 2. lib. XXIX. *Dalec.*

s. Rectam tunicam) Recto filorum ductu textam, ὀρθοστάδιον, ἄρραφον ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου. Recta tunica Iſidoro, quam ſurſum verſus ſtantes texunt: *qu'on fait aut mêtier droit.* Dal.

Rectam tunicam) Feſtus: *Rectae appellantur veſtimenta viri-*

ra*t*. [1] tirones induuntur, nouaeque nuptae. [2] Vndulata *u*. veſtis prima e laudatiſſimis fuit: inde [3] ſororiculata defluxit. *x*. Togas raſas *y*. [4] Phryxianaſque

Mm 5

1. *tyrones. Alii et Ch.* 2. *Vngulata veſtis prima e lautiſſimis fuit: inde. Vndulata veſtis primo e lautiſſimis fuit. Gr. et Al.* 3. *ſic et M. prima e l. f.* 1. *ſororeculata. Ch. ſoriculata Gr. et Al.* 4. *Phryxianas. M. et Ch. Phrygianaſque Gr. et Al.*

virilia, quae patres liberis ſuis conficienda curant, ominis cauſa: ita appellata, quod a ſtantibus et in altitudinem texuntur. Et alio in loco: *Regillis, tunicis albis, et reticulis luteis, vtriſque rectis, textis ſurſum verſum a ſtantibus, pridie nuptiarum diem, virgines indutae cubitum ibant, ominis cauſa, vt etiam in togis virilibus dandis obſeruari ſolet.* H.

t. Cum toga pura) Toga pura, virilis, libera, eadem erat, inquit Manutius, L. I. de quaeſitis per epiſt. Pura vocabatur, quia nulla diuerſi coloris faſcia praetexeretur. Dabatur in exitu anni ſexti decimi: antea praetexta induebantur: mos tamen ille non ſemper obtinuit. Ea veſtis initium virilis aetatis indicabat: propterea virilis etiam dicebatur. Qui vero eam ſumebant, tirones appellabantur, vti tum ex hoc Plinii loco apparet, tum ex illo Suetonii, de Caio, c. 10. p. 56. *Vno atque eodem die togam ſumſit, barbamque poſuit, ſine vllo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius.* Liberam quoque vocitabant, quia pueris toga pura initium quoddam libertatis erat, quum antea cuſtodirentur a paedagogis. H.

u. Vndulata) Ab vndis ſeu fluctibus. Gallice: *Ondé: fait en ondes.* Nonius, c. 2. n. 926. *Vndulatum, noue poſitum purum. Varro de vita populi Rom. L. I. Et a quibuſdam dicitur eſſe virginis Fortunae ſimulacrum, eo quod duabus vndulatis togis eſt opertum: proinde vt olim Reges noſtri vndulatas, et praetextas togas ſoliti ſunt habere.* Vide N. et Em. N. CLVI. (hic adi.) *Vndulata)* Meliorum codicum admonitu reſcripſimus, *Vndulata veſtis prima e laudatiſſimis*, quum prius editi prae ſe ferrent, *primo e lautiſſimis.* Paulo poſt, *Acu facere Idaei Phryges*; habet ſane Parmenſis editio: Sed MSS. codices refragantur: in quibus, vti edidimus, *acu facere id Phryges inuenerunt.* H.

x. Soriculata defluxit) Inter-

que z., Diui Auguſti nouiſſimis temporibus cepiſſe, ſcribit Feneſtella. Crebrae *a.* papaueratae *b.* antiquio-

Interpretantur quidam Soriculatas veſtes ex lino et ſparto conſertas et condenſatas, a conſerendo. Turn. vt et Man. legit *Suroriculatas*, ſiue *Suroreclatas*, quod idem eſt, exponitque ſuris et latioribus regulis virgatas, ac eo toto texendi genere confectas, tamquam ſuro regulatas. *Surus*, ramus, inde fit *ſurculus.* Quidam a Sura et rica, ſiue ricula deducunt, non a regula. *Dal.*

Sororiculata) Ita MSS. omnes. Editi, *ſoriculata.* Vtriuſque vocis incerta originatio, inexplorata adhuc vis et ſignificatio eſt. Vide Turneb. Aduerſ. L. XXIV. c. 19. p. 831. In Notis Tironis apud Gruter. p. 159. *Sororeclatum* inter pannorum genera cenſetur, quod huc ſane pertinet. H.

y. Togas raſas) Ξεςὰς ἐσθῆτας. Sed quid ſi *Rallas* legatur, a texturae genere, vt *crebris* ſtatim ſubſequentibus opponantur? In MSS. *raxas.* Nonius, c. 14. p. 14. *Ralla veſtis dicta a raritate.* Plautus Epidico: *Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam.* Accepiſſe aliter Papias videtur in Vocabulario: *Ralla veſtis eſt*, inquit, *quae vulgo Raſilis dicitur. Raſile, acutum, vel bene raſum.* H.

z. Phrygianaſque) Seneca lib. I. De benef. 3. de Gratiis, *Inueniam alium poëtam, apud quem praecingantur, et ſpicis auro Phrygianis prodeant.* E vetuſto codice ſic Muretus legit cap. I. lib. XII. Variar. Turn. tamen *Phryxianas*, quae Phryxaei velleris criſpos ac eminentes villos imitantur: vulgo, *de la friſe.* Dalec.

Phryxianaſque) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. etc. Editi perperam, *Phrygianas.* Veſtes ſunt, quae Phryxaei velleris criſpos et eminentes villos imitantur: Gallis, *de la friſe*, inquit Turnebus l. c. poſt Pellicerium. In notis Tironis apud Grut. T. II. p. 159. *Phrixenum*, inter genera veſtium diuerſa. H.

a. Crebrae) Denſe textae, et multo ſubtemine fartae, quae res pexitatem plerumque floccorum facit. Sic L. XI. c. 28. *crebratae pexitas telae.* H.

b. Papaueratae) Papaueratae, Iſidoro *Pauitenſes*: grauiter preſſae et calcatae. Contra *Rallae*, quas tamen idem Iſidorus interpretatur raſiles. Papaueratae Sophocli σπαθηταὶ ἐσθῆτες, quoniam κροτῶνται καὶ σπαθῶνται. *Pauire*, ferire, παίειν.

quiorem habent originem, iam ſub Lucilio poëta in Torquato notatae. Praetextae *c.* apud Etruſcos originem inuenere. Trabeis *d.* vſos accipio reges: pictas

παίειν. *Pauera* frumenta Feſto, quorum granum obtritu multo deglubitur, et glumis euaginatur. *Scalig.*

Papaueratae) De papaueratis veſtibus multa Voſſius in Etymol. verbo *Papauer.* multa Salmaſius, p. 1127. in Solin. Neuter ad rem quidquam adpoſite. Ille tenuem ex byſſo linoque ſubtili, (μήκων Heſychio dicitur, quae vox et papaveri communis eſt,) veſtem interpretatur: iſte ex pinnarum papauere textam. Quum ſtructura et ſeries orationis Plinianae ipſa per ſe liquido probet, ſe de lanis tantum in praeſenti, laneiſque veſtimentis agere. Vir Cl. D. du Cange, in Gloſſario, verbo *Papauer*, veteris chartae fragmentum recitat, ex Ioh. Scheffero ad Chron. Vpſalienſe, p. 152. in qua caſula Dalmatica, cappae duae, dorſale, antependium, panni duo, omnia de papauere facta dicuntur. Sed quid papauer ſit, inde non liquet. Fuiſſe olim papaueris quoddam genus ſcimus, ex quo ſplendorem, candoremque lina traherent: quidni et lanae? vt papaueratae veſtes exiſtimentur eae, quae eo papaveris genere terſae nitorem eum accepiſſent. Plin. L. XIX. ſ. 4. *Eſt et inter papavera genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum trahunt.* Et L. XX. ſ. 78. *Alterum a ſilueſtribus genus heraclion vocatur — — Ex hoc lina ſplendorem trahunt aeſtate.* H.

c. Praetextae) Lucilius lib. I. Satyr. *Praetextae ac tunicae Lydorum opus ſordidum omne.* Dalecamp.

Praetextae) Togae albae purpureo in ima ora praetextae limbo: quas qui geſtabant, praetextati dicebantur. Anno, vt diximus, XVII. aetatis vna cum bulla has deponebant. Vide quae congeſſit Aldus de praetexta, in Quaeſitis per epiſtolam. Eſt et *praetexta*, vt ait Nonius, c. 14. p. 29. *inſigne Romanum, quod ſupra tunicas honorati quique ſumunt.* Ea primum Etruſcis deuictis vſum eſſe Tullum, Plinius eſt auctor, libro ſq. ſ. 63. H.

d. Trabeis) Triplex trabea fuit. Prima Diis conſecrata, texta ſola purpura: altera ex purpura immixto albo, regibus et conſulibus peculiaris: tertia ex purpura et cocco, auguribus permiſſa, dum

pictas veſtes *e.* iam apud Homerum *f.* fuiſſe, vnde triumphales *g.* natae. Acu facere id Phryges invene-

dum auguria captant. Alex. ab Alex. cap. 18. V. *Dal.*

Trabeis) Romulum intelligit, de quo libro ſq. ſ. 63. *Purpurae vſum fuiſſe Romae ſemper video: ſed Romulo in trabea.* Etiam, ante Romanorum Reges, Aboriginum, ſiue Latinorum, Principem Picum eo ornatu Maro deſcribit, Aen. L. VII. v. 188. *Ipſe Quirinali lituo, paruaque ſedebat. Succinctus trabea.* Niſi poetica prolepſi ſiue anticipatione vſus ſit. Trabea toga fuit, communis, ſiue albi coloris, multis faſciis, virgiſque purpureis, inſtar trabium tranſverſis ac diſcurrentibus ornata, iiſque vel intextis, vel aſſutis. H.

e. Pictas veſtes) Palmatas. Tertullian. lib. de Coron. milit. *Picta veſtis, quae nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata eſt, eratque ſine pictura. Eius rei argumentum eſt pictura in aede Vertumni, et Conſi, quarum in altera M. Fab. Flaccus, in altera T. Papyrius Cenſor triumphantes ita picti ſunt.* Feſt. ἀνθινὰς et ἀνθηρὰς Graeci vocarunt. Pollux κασίκτυς, ζωοτὺς, ζωδιωτὺς. Artem. ὀνειροκρ. locupleti feminae et meretrici permiſſas tradit: huic, vt maiorem corpore faciat quaeſtum, illi, luxus cauſa. Idem Suidas in diſtinctione ἑταιρῶν. Philarch. V. hiſt. tradit, Syracuſis mulieri non licuiſſe vti picta veſte, auroue caput redimire, niſi publice proſtans, cuiuis ſui copiam faceret: Strab. XV. refert Perſarum duces aeſtate veſtem geſtare aut purpuream, aut pictam. Had. Iun. cap. 13. I. *Dal.*

f. Apud Homerum) Iliad. III. v. 125. vbi Helena purpuream veſtem texens inducitur, in eaque Graecorum ac Troianorum pugnas intertexens. Ἡ δὲ μέγαν ἱςὸν ὕφαινε Δίπλακα πορφυρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλυς Τρώων θ' ἱπποδάμων, καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. Vbi Euſtathius ἐμποικίλλειν et ζωγραφεῖν, *variare et pingere*, illud ἐμπάσσειν interpretatur. H.

g. Vnde triumphales) Eaedem pariter purpureae, et pictae nuncupatae, quod erant ex purpura auro picta. Plin. L. IX. ſ. 60. Feſtus: *Picta quae nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata eſt, eaque erat ſine pictura. Eius rei argumentum eſt gemina pictura in aede Vertumni et Conſi, quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera C. Papirius Curſor, triumphantes*

venerunt *h.*, ideoque [1] Phrygioniae appellatae *i.* ſunt. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. *k.* Colores diuerſos picturae intexere Babylon maxime celebrauit *l.*, et nomen impo-

1. *Phrygiones appellati ſunt.* Gr. et Al.

tes ita picti ſunt. Eaedem et poſtea palmatae dictae, propriaeque Conſulum. Caſſiodorus, L. VI. Varr. form. 1. *Nos habemus labores Conſulum, et vos gaudia dignitatum: Palmatae ſiquidem veſtrae, noſtrae probantur eſſe victoriae*, etc. H.

h. Acu facere id Phryges inuenerunt) Aegyptii quoque artem illam exercuerunt: eleganter et egregie Martial. *Quando eques et picti tunica Nilotide Mauri.* Lucanus: *Quod Nilotis acus compreſſum pectine, ſerum Soluit, et expanſa laxauit ſtamina velo.* Dal.

Acu facere) Facere id, hoc eſt, pingere, ſeu pictas veſtes facere acu Phryges inſtituerunt. Nonius, c. 1. n. 10. p. 486. *Phrygia veſtis picta eſt: eius artifices Phrygiones appellantur. Titinius in Barbato: Phrygio fui primum, beneque id opus ſciui: reliqui acus aciaſque hero atque herae noſtrae.* Iſidor. Origg. L. XIX. c. 22. *Acu picta veſtis, aut textilis, aut acu ornata: eadem et Phrygia: huius enim artis periti Phrygii omnes dicuntur: ſiue quia in Phrygia inuenta eſt: vnde et artifices qui id faciunt, Phrygiones dicuntur.* Gallis, *Brodeurs.* H.

i. Phrygioniae appellatae) Ita MSS. omnes: et ſane id nomen ad veſtes referri, poſtulat orationis ipſius ſtructura. Forte *Phrygianae* rectius. Editi, *Phrygiones appellati*, mendoſe: nam de opificio, non de opificibus inſtituta oratio eſt. H.

k. Attalicis) Attalicarum veſtium, aulaeorum Attalicorum. Attalici tori, crebra apud Propertium mentio. Plinius, L. XXXIII. ſ. 29. *Attalicis iam pridem aurum intexitur, inuento regum Aſiae.* Silius Ital. L. XIV. *Quaeque Attalicis variata per artem Aulaeis ſcribuntur acu.* H.

l. Babylon maxime celebrauit) Lucretius de amoris inſani damno: *Adde, quod alterius ſub nutu degitur aetas: Labitur interea res: tum Babylonia fiunt: Languent officia, atque aegrotat fama vacillans.* Plutarchus auctor eſt, quum hereditate obueniſſet Catoni Βαβυλώνιον πρόβλημα, ſtatim iuſſiſſe vendi. *Dal.*

Babylon maxime) Vnde Baby-

impoſuit. Plurimis vero liciis *m.* texere, quae polymita appellant *n.*, Alexandria inſtituit: ſcutulis *o.* diui-

Babylonica dicebantur. Martial. L. VIII. epigr. 28. *Non ego praetulerim Babylonica picta ſuperbe Texta, Semiramia quae variantur acu.* Babylonicae porro picturae argumentum fuit, venatio tantum, praeliumue. Ammian. L. XXIV. p. 278. Iuliani, Auguſti in agro Cteſiphontino manſionem deſcribens, *Diuerſorium*, inquit, *opacum et amoenum, gentiles picturas per omnium aedium partes oſtendens, Regis beſtias venatione multiplici trucidantis: nec enim apud eos pingitur vel fingitur aliud, praeter varias caedes, et bella.* Acu porro ea pictura peragebatur: quare inſui perinde ac intexi dicebatur. *Babylonica periſtromata, conſuta tapetia*, Plauto. H.

m. Plurimis vero liciis) Filis diuerſi coloris in longum tranſuerſumque ductis, vti hodie fit a polymitariis noſtris, quos tapetiarios vocamus, *Tapiſſiers.* Non enim acu id fiebat, ſed pectine: ac vere, vt Plinius ait, texebant: ſed ea induſtria, vt Babylonica interdum opera ſuperarent. Martial. L. XIV. epigr. 150. cuius lemma: *Cubicularia polymita: Haec tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt Pectine Niliaco iam Babylonis acus.* Ipſa tamen Babylonica in Gloſſis aliquando πολύμιτα pariter appellantur: hoc eſt, multilicia: μίτος enim licium eſt. In polymitis Alexandrinis, aeque ac in Babylonicis belluarum imagines fingebantur: vnde belluata ea a Plauto nuncupantur in Pſeud. act. 1. ſc. 2. v. 14. *Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.* H.

n. Polymita appellant) Filis diuerſi coloris in longum et tranſuerſum ductis, vt fit hodie. Quidam *multitia* vocant. Meminit Trebellius Pollio in Quieto, quum ait in eius familia tunicas, limbos, paenulas matronales, variantibus liciis effigiem Alexandri monſtrauiſſe Pithaeus cap. 2. I. Trilicem loricam tribus liciis ornatam et diſtinctam fuiſſe tradit. Turn. cap. 35. XXIX. *Dal.*

o. Scutulis) Orbiculis, in macularum, plagularumque modum pingere, ſeu diſtinguere. De ea re egimus paulo ante, ſ. 73. Adiicere corollarii vice hic modo lubet, etiam et pauimenta ex *ſcutulis*, ob ſimilem formam laterculorum a Palladio commendari, L. I. c. 9. ſub finem: inde et ſcutulato equorum colori, de quo idem

diuidere, Gallia. Metellus *p.* Scipio triclinaria *q.* Babylonica [1] ſeſtertiûm *r.* octingentis millibus veniſſe iam tunc, poſuit in [2] Catonis *s.* criminibus, quae Nero-

1. Seſtertiis. Ch. et M. *2. Capitonis Gr. et Al.*

idem in Martio, c. 15. quem nos *Pommelé* dicimus, factum nomen eſſe. H.

p. Metellus) Fuit is Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, Pompeii ſocer; vnde Pompeio iam Magno cognomen alterum *Pius* fuit. Hinc in nummis antiquis eſt MAGN*us* PIVS IMP. numquam Pompeius. At Metelli nomine nummus eſt ſingularis ex argento, in Gaza Regia; qui pictum exhibet caput Neptuni laureatum, ſymbolum victoriae mari reportatae .)(. Vir geſtat dextra Palladium, ſiniſtro humero ſenem. Caue hic Aeneam et Anchiſen cogites: an enim Metellus etiam ab Aenea traxit originem? Metellus hoc ſymbolo dicitur aedem Palladi ſacram excipiendis militibus infirmis exaedificaſſe: *vn Hôtel des Invalides;* vnde PIVS cognominatus ſit. Sic in familia Herennia, apud Patinum, p. 120. vir nudus aegrum humero portat in Xenodochium: et retro Pietatis caput pingitur, adiecto lemmate, PIETAS. Sic in Iulio Caeſare, apud eumdem Patinum, p. 124. vir dextra Palladium tenet, humero ſiniſtro aegrum defert in aedem Metellianae ſimilem; nullo ſequenti Iulo. Pars antica nummi huius Metelliani hanc habet epigraphen: Q. METEL. PIVS. Pagina auerſa, CRAESAR. Sententia eſt, a nemine adhuc tentata: *Quintus* METEL*lus* PIVS, *Claſſis Rector, Africam Et Siciliam Aſſeruit Reipublicae.* Fuit hic nummus ad gratificandum Cn. Magno Pio Metelli Pii genero, ipſius Magni Pii aetate percuſſus. H.

q. Tricliniaria) Stragula, quibus lecti tricliniares ſternebantur: vt cubicularia ſtragula appellat, ſ. 83. H.

r. Seſtertiûm) Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. *Seſtertiûm* octingenta millia, ſiue, quod idem eſt, ſeſtertia octingenta, efficiunt monetae Gallicae libras 80000. H.

s. In Catonis) Vide N. et Em. N. CLVII. (hic adi.) *In C.)* Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. quam lectionem ſtabiliunt ea, quae proxime antea, hoc ipſo capite de Metelli cum Catone ſimultate et inimicitiis diximus. Editi perperam, *Capitonis:* de quo proinde fruſtra

Neroni principi [1] quadragies *t.* ſeſtertio nuper [2] ſtetere. Seruii Tullii praetextae, quibus ſignum Fortunae *u.* ab eo dicatae coopertum erat, durauere ad Seiani exitum. *x.* Mirumque fuit nec defluxiſſe eas, nec

1. *Quadringenties ſeſtertio. Cudaeus lib. II. de aſſe.* 2. *exſtitere. M. et Ch. conſtitere. Dal.*

ſtra Budaeus inquirit, L. II. de aſſe, fol. 51. num is Capito ſit, de quo Horatius in primo Sermonum. H.

t. Quadragies) Ita MSS. laudati. Summam efficiunt Gallicarum librarum, 400000. Si quadringenties legas cum Budaeo, excedet id pretium fidem omnem; erit enim librarum 4000000, ſeu quatuor, vt aiunt vulgo, millionum. H.

u. Quibus ſignum Fortunae) Non Fortunae quidem, ſed ipſius Seruii in Fortunae templo, quod dedicarat, poſitum ſimulacrum, togis ſuperpoſitis velatum ſcribit Ouidius, Faſt. L. VI. v. 569. *Lux eadem, Fortuna, tua eſt, auctorque, locuſque: Sed ſuperiniectis quis latet aede togis? Seruius eſt, (id conſtat enim:) Sed cauſa latendi Diſcrepat, et dubium me quoque mentis habet.* etc. Caue tamen quidquam propterea immutandum putes in hac Plinii ſententia. Hanc ſigni fortunae dedicationem a Seruio Tullio rege factam Liuius praetermiſit. H.

x. Seiani exitum) Quo anno Seianus perierit, non ſatis liquet. Decimo ſeptimo Tiberii anno id eueniſſe vulgo creditur. Quod ſi verum eſt, neceſſe eſt, Seruium Tullium regem non ante A. V. CCXXV. obiiſſe. Seiano nomen Aelii fuit, vt nummi docent Bilbili in Hiſpania percuſſi. Seiani cognomen a Seia deductum eſt, vel matre, vel coniuge: quae ob hereditatem opimam, quam pro dote afferret, marito nomen dedit, deſinens in *ianus*, et idem filio natu maiore ex eo coniugio. M. Seii non ſemel Plinius meminit, nec ſemel in nummis Seia Auguſta legitur. Similis originis eſt *Traianus* a Traio. Huius eſt ſimul atque Hadriani qui Aelius, vt Seianus, fuit, nummus ſingularis ex auro, apud D. *de Cleſues*, Pariſiis, hac epigraphe: IMP. CAES. NER. TRAI. OPTIM. AVG. GERM. DAC. *Imperator Caeſar Nerua Traianus Optimus Auguſtus, Germanicus, Dacicus.* Caput Traiani laureatum, in Orientem conuerſum. In parte auerſa: HADRIANO TRAIANO CAE-

nec teredinum *y.* iniurias ſenſiſſe annis [1] DLX. Vidimus iam et [2] viuentium vellera, purpura, cocco, conchylio, [3] ſeſquipedalibus libris infecta *z.*, velut illa ſic naſci cogente luxuria.

LXXV.

1. *Quingentis.* Ch. 2. *bidentium.* V. 3. *ſic et M. et Ch. ſeſquipedalibus labris. V. ſeſquipondialib. Alii ſeſquilibris infecta Gr. et Al.*

CAESARI. Caput laureatum Hadriani, conuerſo pariter vultu in Orientem. Cuſus hic nummus eſt, antequam Traianus appellaretur Parthicus, quum iam tamen ſcriberetur cognomine *Optimus.* Ergo anno ipſius decimo ſeptimo; quo tamen ipſo anno iam tum et Traianus et Caeſar fuit Hadrianus. Ergo Hadrianus ab Hadria coniuge, Traianus a Traiano patre, patruele fratre Traiani Auguſti: Caeſar ex matre, Aelia Plotina Neruae Caeſaris Auguſti filia: vnde in nummis Latinis et Graecis *Neruae nepos* ſaepiſſime appellatur. Itaque prius ab vxore Hadria dicitur Hadrianus, ob dotem amplam ei allatam ex eo coniugio: deinde Traianus ex patre, qui eſſet homo priuatus, neque adeo diues, neque Caeſar. Verum quum poſt triennium fere a Traiano Aug. per adoptionem inſtitutus heres eſſet omnium ipſius bonorum; quum iam potior eſſet illa hereditas, non deinceps. *Hadrianus Traianus*, ſed *Traianus Hadrianus* in nummis ſuis omnibus eſt cognominatus: haud dubie non indigne latura priore illa coniuge Hadria, ſi viueret, praelatum ſuo nomini nomen Auguſti. Sed illa dudum obierat. Sabina nupſerat iam Hadriano. H.

y. Teredinum) Vermium veſtes erodentium. H.

z. Seſquipedalibus libris infecta) Seſquipedalibus libris infecta, etc. Nam viuarum ouium quum lanam et vellus tingere vellent, adhibitis corticibus ſiue libris ſeſquipedalibus medicamento imbutis, qui conſeruarent inhaerentem velleribus infecturam, id faciebant. Turn. alii ſeſquilibris, id eſt, in ſingulas oues adhibita libra et dimidia infectura. Fortaſſis, ſeſquipedalib. fibris, vt in manuſcript. id eſt, lanae villis. Iſidoro cap. 22. lib. XXX. Fibrae, lana caprina, vnde Fibrina veſtis, quae ex ea tramam habet. *Dal.*

Seſquipedalibus libris) Ita MSS. plane omnes: non, vt editi mutile, *ſeſquilibris.* Quid

LXXV. In ipſa oue ſatis [1] generoſitatis oſtenditur breuitate [2] crurum *a.*, [3] ventris veſtitu: quibus nudus eſſet, apicas vocabant *b.*, [4] damnabantque. Syriae cubitales *c.* ouium caudae, plurimumque in ea

1. *Generoſitas his oſtend. M.* 2. *crurum. Ventris veſtitus quibus nudus eſſet. Ch.* 3. *et ventris M.* 4. *damnabantur. M.*

Quid porro ſint ſeſquipedales librae, negat Budaeus ſe intelligere, L. II. de aſſe, fol. 51. Negat et Pellicerius in not. MSS. Dalecampius vocem *libris* de corticibus accipit. Nos qui nihil aſtute cogitamus, ſic interpretamur: Cura induſtriaque hominum ſic diſtributas eſſe trium iſtorum colorum vices, purpurae, cocci, conchyliique, dum vellera quae viventi adhuc pecori adhaererent, necdum eſſent decuſſa tergo, iis coloribus tingerentur, vt quilibet color ſemipedale ſpatium in quadrum occuparet: tres ſemipedes denſi admodum velleris, libram pondere adaequarent: quae libra idcirco ſeſquipedalis merito appellaretur. Canem eo modo variatum pictumque nuper in hac vrbe vidimus. H.

a. Breuitate crurum) Varro de R. R. L. II. c. 2. p. 78. *Eſſe oportet ouem cruribus humilibus: caudis obſeruare, vt ſint in Italia prolixis, in Syria breuibus.* H.

b. Apicas vocabant) Ouis apica, mina Varroni cap. 2. 2. *Dal.*

Apicas) Varro, l. c. *Ouem eſſe oportet corpore amplo, — ventrem quoque habeat piloſum. Itaque quae id non habuerint, maiores noſtri Apicas, appellabant, ac reiiciebant.* Hunc Plinii locum prorſus ἀτόπως citat Eraſmus in Adagio, *Tricae, Apinae,* Chil. 1. Cent. 2. ad. 43. p. 20. H.

c. Syriae cubitales) Latitudine addendum fuit. Ariſt. H. A. L. VIII. c. 33. p. 982. ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ τὰ πρόβατα τὰς οὐρὰς ἔχει τὸ πλάτος πήχεως. Alioqui cubitalis eſſe longitudinis perperam intelligemus. Idem de Libycis ouibus tradit Albertus, de anim. L. VII. p. 234. Et in Aſia minore teſtis αὐτόπτης Buſbequius prodidit, ep. 1. p. 32. *frequens eſſe genus illud ouium, quod pinguem et ponderoſam caudam trahit, quae decem interdum librarum ſit: quin imo in eam aliquando magnitudinem excreſcat, in ouibus paulo vetu-*

ſtio-

ea parte lanicii. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, praematurum [1] exiſtimatur. (XLIX. *.) Eſt et in Hiſpania, ſed maxime Corſica *d.*, non maxime abſimile pecori, genus [2] muſmonum *e.*, caprino villo, quam

Nn 2

1. *Exiſtimant. M.* 2. *Muſmonium. M. muſmonum. Ch.*

ſtioribus, vt duas rotulas cum media tabella ſubiici neceſſe ſit, in quam illa recumbat: vt oues trahant, quod ferre non poſſunt. H.

*. Ad inſcriptionem in Gron. *De muſmone)* Vide in Lexico Conſtantini, vocem μέσμονες. *Dal.*

d. Sed maxima Corſica) Eſt apud Patin. in Famil. p. 93. nummus ex argento inſcriptus, Q. CORNVFICI. AVGVR. IMP. *Quintus Cornuficius Augur Imperator.* Ipſe togatus ſtans, lituum Auguralem dextra tenet, et verſus occidentem incedit. Pone ſequens Corſica provincia eſt, ad occaſum (vt notum eſt,) ſita: coronam imponit Imperatori, clypeumque geſtat, vt tutatus eam eſſe aduerſus praedones maritimos mediterraneoſue Cornuficius intelligatur. Non Africa certe ea eſt; quoniam nec verſa illa ad occaſum Vrbis Romae eſt; nec tegmen capitis ex pelle quaſi caprina, vel arietina potius, Africam denotat, ſed Corſicam potius. Teſtis hoc loco Plinius. Adde quod nulla Traiani Imp. qui reſtituiſſe Cornuficium in ſimili nummo dicitur, in Africa expeditio fuit. Neque vlla igitur Cornuficii in Africa fuiſſe hoc numiſmate perhibetur. .)(. Pars huius nummi auerſa, caput Iouis cum cornu arietino exhibet; quod eſt ſymbolum Naturae in Corſica arietum, quos Plinius laudat, altricis. In eo vero nummo, quo Cornuficium Traianus reſtituiſſe fertur, hoc eſt, ſingulari edito egregio facinore repraeſentaſſe, caput Concordi eſt. H.

e. Genus muſmonum) Alii *Muſimonum:* alii *Muſimonium.* Olim Muſimonas etiam vocarunt aſinos, mulas, equos breues. Lucil. *Pretium emit, qui vendit equum Muſimonem.* De Muſimonibus Strabo: γίνονται δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες ἀγγείαν ἀντὶ ἐρέας κριοὶ, καλέμενοι μεύσμονες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. Inde *Sardos Maſtruccas* Cicero vocat in oratione pro Scauro, Muſimonum pellibus munitos et loricatos. Turn. cap. 9. lib. XX. Adverſ. Id animal fortaſſis eſt, quod

quam pecoris *f.* velleri, propius. Quorum e genere et ouibus natos [1] priſci Vmbros vocarunt *g.* Infirmiſſimum pecori caput, quamobrem auerſum a Sole *h.* [2] paſci cogendum. Quam ſtultiſſima *i.* animalium lanata. Qua timuere *k.* ingredi, vnum cornu *l.* [3] raptum ſequuntur. Vita longiſſima *m.* anni x. in

1. *Priſcumbres vocauerunt.* Ch. 2. *cogi paſcendo.* Dal. 3. *raptu.* Ch.

quod cap. 9. libro XXVIII. *Ophion* vocari tradit, item c. 15. lib. XXX. *Dal.*

Genus muſmonum) Strabo, L. V. p. 225. de Sardinia: Γίνονται δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντὶ ἐρείας κριοὶ, καλȣ́μενοι δὲ Μȣ́σμονες. *Naſcuntur ibi arietes, qui lanae loco pilum ferunt caprinum, et vocantur Muſmones.* Vetus Epigramma, de ambiguis: *Tityrus ex ouibus oritur, hircoque parente: Muſimonem capra ex veruegno ſemine gignit.* H.

f. Pecoris) Ouium. H.

g. Vmbros vocarunt) Vmbri, Ibri, Imbri, priſcis ſpurii. Graecis ὀμβρίκαλοι, et ὀμβρίκια ferarum catuli. Hinc Ibridae canes. Lyciſcae in veteri gloſſario, Vmber, ἡμίονος πρόβατον: Iber, ἡμίονος. *Scalig.*

Vmbros vocarunt) Hoc eſt, ſpurios, hybridas, a Graeco ὀμβρίας. Vide Voſſ. in Etymol. verbo *Campus*, et *Muſmones.* H.

h. Auerſum a Sole) Varro de R. R. L. II. c. 2. Columella, L. VII. c. 3. p. 256. Palladius, L. XII. in Nou. Tit. 13. p. 171. Plinius ipſe L. XVIII. ſ. 76. Vide N. et Em. N. CLVIII. (hic adſcr.) *Au.)* Eodem ſenſu Columella dixit loco a nobis laudato, *Plurimum referre, vt paſcentium capita ſint obuerſa ſoli, qui plerumque nocet animalibus oriente ſidere aeſtatis per emerſum caniculae.* Auerſa a Sole intelligit, quum obuerſa dicit. Florentinus in Geopon. L. XVIII. c. 2. p. 449. Ἑκάστοτε δὲ τὸν ἥλιον κατ' ȣ̓ρὰν ἔχειν αὐτὰ προνοητέον. *Proſpiciendum, vt Solem in cauda, hoc eſt, auerſum habeant.* Ianus Cornarius interpres parum caute legit, κατ' ȣ̓ρανὸν, *Cauendum vt Solem in caelo habeant.* H.

i. Quam ſtultiſſima) Ariſt. H. A. L. VI. c. 4. p. 1014. et Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 2. c. 1. p. 249. H.

k. Qua timuere) Simile ac plane par ſtoliditatis ouium exemplum affert Philoſophus l. c. H.

l. Vnum cornu) Vnum ex iis

x. in Aethiopia XIII. Capris eodem loco XI. in reliquo orbe plurimum octoni. Vtrumque genus intra quartum coitum impletur.

LXXVI. (L.) Caprae *n.* pariunt et quaternos, ſed raro admodum. Ferunt *o.* quinque menſibus, vt oues. Caprae [1] pinguitudine ſterileſcunt. [2] Ante trimas minus vtiliter generant *p.*, et in ſenecta

 vltra

1. *Pinguedine. M.* 2. *Trimae minus Gr. et Al.*

iis ſi cornibus rapiatur, ſequuntur. H.

m. Vita longiſſima) Reliqua, quae hac ſectione continentur, eadem habet ad verbum Ariſt. H. A. L. VI. c. 19. p. 730. et 731. H.

n. Caprae) Ariſt. l. c. Etiam et in Aegypto quinos pariunt, vt auctor eſt Aelian. H. A. L. III. c. 33. ob fetiferum potu Nilum. H.

o. Ferunt) Ariſt. l. c. Florentinus quoque in Geopon. L. XVIII. c. 9. p. 452. Κυοφορεῖ δὲ ε΄. μῆνας, ὥσπερ τὰ πρόβατα. H.

p Trimae minus vtiliter generant) Archetypum Toletanum et Ch. *Ante trimos minus vtiliter generant.* recte: vt de hircis intelligas: nam de caprarum conceptu paulo poſt. *Pintian.*

Ante trimas) Quae nondum trimae ſunt, et quae quadriennium iam exceſſerunt, non tam vtiles partus edunt, quam in aetate intermedia conſtitutae. Priores quidem, quia nondum confirmatae aetatis: ſequentes, quia iam in ſenium vergentibus annis labefactatae. Vide N et Em. N. CLIX. *Ante tr.)* Adulterinam lectionem librorum editorum neglex. ſequuti fidem MSS. R. 1. 2. Chiffl. et eorum quos Pintianus vidit. Perperam enim in editis legebatur, *Trimae minus vtiliter generant, et in ſenecta, nec vltra quadriennium:* quum re ipſa conſtet trimatum in capris ouibuſque (eadem enim fere eſt pecudis vtriuſque natura:) tempus illud eſſe potiſſimum, quo earumdem iuventae flos vigeat. Palladius, L. XII. in Nou. tit. 23. p. 172. *Trimae educare optime poſſunt*, etc. De prouectiore autem aetate, Columella, L. VII. c. 6. *Quinquennis*, inquit, *caper*, *parum idoneus habetur feminis implendis.* In MS. noſtro legitur *ſterileſcunt. Trimos etc.* pro *ſterileſcunt. Ante trimas:* abſorpta voce *ante*, in poſtrema ſyllaba vocis antecedentis, *ſterileſcunt.* H.

vltra quadriennium. *q.* [1] Incipiunt ſeptimo menſe, adhuc [2] lactentes. *r.* Mutilum *s.* in vtroque ſexu vtilius. Primus in die *t.* coitus non implet: ſequens efficacior, ac deinde. Concipiunt Nouembri menſe, vt Martio pariant turgeſcentibus *u.* virgultis, aliquando anniculae, [3] ſemper bimae, in trimatu *x.* inuti-

1. *Coire incipiunt. D.* 2. *lactantes, id eſt, lac praebentes, nutrientes. D. et Ch.* 3. *ſaepe. V.*

q. Et in ſenecta, nec vltra quadriennium) Particula *nec*, in neutro habetur exemplarium ſcriptorum; optime. Nam teſte Columella libro ſeptimo, capite ſexto, *Senecta his ante ſextum annum, et quinquennis parum idoneus habetur implendis feminis.* Pint.

r. Adhuc lactentes) Vide N. et Em. N. CLX. (hic poſ.) *Incipiunt)* Dalecampius legit adhuc lactantes, hoc eſt, vt ipſe interpretatur, lac praebentes, ac nutrientes. Repugnat huic emendationi Columella, L. VII. c. 6. p. 264. *Eſt autem caper,* inquit, *menſium ſeptem ſatis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem ſtupro ſuperuenit, etc.* H.

s. Mutilum) A cornibus. Columella, L. VII. c. 6. p. 265. *Quoniam cornuti fere pernicioſi ſunt propter petulantiam.* H.

t. Primus in die) Ariſt. H. A. L. VI. c. 19. p. 730. H.

u. Turgeſcentibus) Germinantibus. Columella: *Vt propinquante vere, gemmantibus frutetis, quum primum ſiluae noua germinant fronde, partus edatur.* H.

x. In trimatu inutiles) Scribendum proculdubio *vtiles*, vel *haud inutiles*. Columella loco proxime ſignato: *Anniculae vel bimae capellae, nam vtraque aetas partum edit, ſubmitti baedum non oportet: neque enim educare niſi trima debet.* Palladius duodecimo, titulo XIII. *Trimae educare optime poſſunt. Quod teneriores matres generant, tranſigendum eſt.* Pint.

In trimatu inutiles) Vide N. et Em. N. CXXI. (hic adi.) *In tr.)* Pintianus, et Pellicerius in not. MSS. *vtiles* potius reponendum eſſe cenſent: quoniam ſi anniculae non ſemper pariunt, in trimatu autem ſunt inutiles, in bimatu tantum vtiliter capras parere, quod falſum eſt, abſurdumque, relinquitur. Verum illi, quod pace tantorum virorum dixerim, non minus a Plinii mente

inutiles. Pariunt octonis *y.* [1] annis. Abortus *z.* frigori obnoxius. Oculos ſuffuſos capra iunci puncto *a.* ſanguine exonerat, caper rubi. Solertiam eius animalis Mutianus viſam ſibi prodidit in ponte praetenui, duabus obuiis e diuerſo: quum circumactum anguſtiae non caperent, nec reciprocationem *b.* longitudo in exilitate caeca, torrente rapido minaciter ſubterfluente, alteram decubuiſſe, atque ita alteram [2] proculcatae ſupergreſſam. Mares [3] quam maxime ſimos, longis auribus infractiſque, armis quam [4] villoſiſſimis *c.* probant. Feminarum

1. *Annis, ad abortus frigore obnoxiae. Oculos ſuffuſos ſanguine capra iunci punctu (alii, iunco punctos) exonerat.* 2. *proculcando. Dal.* 3. *ſic et Ch. auriculis infractis armis Gr. et Al.* 4. *villoſiſſimos. V.*

mente aberrant, quam a codicum omnium fide deſciſcunt. Sententia huius loci eſt, extra legitimum concipiendi tempus, quod quidem, vt de ouibus pronunciatum eſt, ſ. 72. etiam capris ſtatuitur ab Arcturi occaſu, ſeu tertio Idus Maias, ad Aquilae occaſum, ſeu decimum Cal. Auguſti aliquando anniculas concipere ſeriore fetura, Nouembri menſe, vt pariant Martio: bimis id ſemper contingere: trimas ad hanc tam ſeram feturam eſſe inutiles: quoniam ii quos illae ea tempeſtate concipiunt fetus, vt in ouibus antea obſeruatum eſt, minus ſunt validi. H.

y. Pariunt octonis) Ariſt. l. c. p. 731. Palladius in Nou. L. XII. tit. 13. p. 172. H.

z. *Abortus)* Colum. l. c. H.

a. Iunci puncto) Magis probarim, *punctu.* Refert hoc quoque Aelian. H. A. L. VII. c. 14. H.

b. Nec reciprocationem) Nec retrogrediendi locus eſſet, *propter* longitudinem *pontis*, *coniunctam* exilitati, *ob quam vbi pedem poneret,* capra non videret. H.

c. Longis auriculis infractiſque, armis quam villoſiſſimis) Legendum *Auribus*, non *Auriculis*, ex archetypo Toletan. Confirmat id quoque Columella lib. ſeptimo, cap. 6. *Optimus*, inquit, *habetur ampliſſimi corporis, cruribus craſſis, plena et breui ceruice, flaccidis et praegrandibus auribus.* Pint.

Longis auribus) Ita MSS. omnes: editi male, *auriculis.*

narum generoſitatis inſigne, laciniae *d.* [1] corporibus a ceruice binae dependentes. Non omnibus cornua: ſed quibus ſunt, in his et indicia annorum per [2] incrementa nodorum. Mutilis *e.* lactis maior vbertas. Auribus *f.* eas ſpirare, non naribus, nec vmquam febri *g.* carere, Archelaus auctor eſt *h.*: ideo

1. *Pro palearib. Alii, pectoribus.* 2. *intrimenta. Ch.*

lis. Sunt autem infractae aures, non erectae, ſed deciduae, quas recte flaccidas et praegrauantes Columella nuncupat, L. VII. c. 6. H.

d. Laciniae) Feſtus vocat Noneolas, vel, vt quidam legunt, Naeuolas. Varro cap. 3. II. mammillas penſiles. *Dalec.*

Laciniae) Non eae quidem e villis ſeu pilis factae; ſed e corporibus ipſis et cute enatae, atque e ceruice pendentes. Varro, de R. R. L. II. c. 3. p. 80. vbi de eligenda caprarum forma: *Sub roſtra*, inquit, *duas vt mammulas penſiles habeant, quod eae fecundiores ſint*, etc. Verruculas appellat Columella, L. VII. c. 6. p. 264. H.

e. Mutilis) Colum. l. c. vbi de caprino genere: *Hanc pecudem*, inquit, *mutilam parabimus, quieto caeli ſtatu: nam procelloſo atque imbrifero cornuta ſemper. Nam et omni regione maritos gregum mutilos eſſe oportebit, quoniam cornuti fere pernicioſi ſunt*, etc. H.

f. Auribus) Phile, de propr. anim. p. 102 Varro, l. c. *De capris Archelaus ſcribit, non vt reliqua animalia, naribus, ſed auribus ſpiritum ducere ſolere.* Ab Alcmaeone id proditum, non ab Archelao, ſcribit Ariſt. L. I. H. A. c. 9. p. 73. idque ipſum verum eſſe pernegat. Certe naribus ſternutant: igitur et ſpirant. Vtraque parte, auribus naribuſque ſpirare, ex pecuariorum relatu, affirmat Aelian. H. A. L. I. c. 53. H.

g. Nec vmquam febri) Varro l. c. *Capras ſanas ſanus nemo promittit: numquam enim ſine febri ſunt.* Florentinus in Geopon. L. XVIII. c. 9. p. 453. H.

h. Archelaus auctor eſt) Ab Alcmaeone id proditum, non Archelao, ſcribit Ariſt. ſed ἐκ ἀληθῶς, ὅτι ἀπνεῦ ἐςι μόριον. Vide Rhodig. cap. 29. V. Victor. cap. 9. XXXVI. Varronem c. 3. II. de re ruſt. Oppianus capras ſilueſtres ſcribit non quidem auribus ſpirare, vt Alcmaeon apud Ariſtot. ſed fiſtula, quae

ideo fortaſſis anima his, quam ouibus, ardentior, calidioreſque concubitus. Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu: [1] ideo ſi *i.* caprinum iecur veſcantur, reſtitui veſpertinam aciem his, quos nyctalopas *k.* vocant. In Cilicia *l.*, circaque *m.* [2] Syr-

 tes

1. Et ideo. M. ideo caprinum iecur veſcentibus. Tol. 2. Syrias. V.

quae a palato pertinet ad interſtitium cornuum. Spirare vtraque parte putat Aelianus c. 51. I. de Animalibus. *Dal.*

i. Ideo ſi) De hac re dicturi ſumus, L. XXVIII. c. 11. ſ. 47. H.

k. Nyctalopas) Luſcioſos, qui veſperi non vident, vt ait Varro apud Nonnium, c. 2. n. 512. De ea voce dicemus vberius, L. XXVIII. ſ. 47. H.

l. In Cilicia, circaque Syrtes villo tonſili veſtiuntur) Alii leg. *circaque Syrias,* non male. *Bochart.* 625.

In Cilicia) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 33. p. 982. Varro, de R. R. L. II. c. 11. ſub finem: *Vt fructum ouis e lana ad veſtimentum, ſic capra pilos miniſtrat ad vſum nauticum — Neque non quaedam nationes harum pellibus ſunt veſtitae, vt in Gaetulia, et in Sardinia — Tondentur, quod magnis villis ſunt, in magna parte Phrygiae; vnde cilicia, et cetera eius generis ferri ſolent. Sed quod primum ea tonſura in Cilicia ſit inſtituta, nomen id Cilicas adieciſſe ſcribunt.* Ciliciorum occaſione, quae ex villo caprarum fieri ſolerent, luſit ſatis feſtiue Auguſtinus, ep. 81. vbi de Euſtaſio, Caprariae inſulae monacho, qui diem ſuum obierat: *Ibi eam requiem praeceſſit,* inquit, *quae nullis fluctibus ſicut inſula tunditur: nec Caprariam deſiderat, quia nec* CILICIO *iam quaerit indui.* Aelianus, H. A. L. XVI. c. 30. ἐν Λυκίᾳ quoque, ex Calliſthene Olynthio refert, vt oues, ſic tonderi capras, eoque pilo nauticos rudentes contexi. Buſbequius ep. 1. fol. 31. viſas a ſe refert in minore Aſia capras illas, quarum e vellere ſiue pilo pannus ille texitur, quem vndulatum vocant: *Les camelots*: *Eſt earum,* inquit, *tenuiſſimus, mireque nitens pilus, ad terram vſque propendens — nec multum ſerico pulcritudine cedit, etc.* H.

m. Circaque Syrtes) Vide N. et Em. N. CLXII. (hic adſcr.) *Circaque)* Ita R. 1. et 2. librique editi poſt Gelenium. Varro adſtipulatur, qui

tes villo tonſili veſtiuntur. Capras in *mm.* occaſum 1 decliui Sole, in paſcuis negant contueri inter ſeſe, ſed auerſas iacere: reliquis autem horis aduerſas, et inter 2 cognationes. Dependet *n.* omnium mento villus, quem aruncum vocant *o.*: hoc ſi quis apprehenſam ex grege vnam trahat, ceterae ſtupentes ſpectant. Id etiam *p.* euenire, quum quamdam herbam *q.* aliqua ex eis momorderit. Morſus earum arbori 3 exitialis. Oliuam lambendo quoque *r.* ſteri-

1. *Declini.* *Ch.* 2. *cognitiores.* *V.* *Lego, coniunctiores.* 3. *eſt exitialis.* *Ch.*

qui de R. R. L. II. c. 11. Gaetulicas nationes caprarum pellibus veſtiri docet. Bocharto tamen haud improbabilis viſa eſt Parmenſis lectio, *circaque Syrias,* de anim. P. I. L. II. c. 51. p. 625. quod mulieres in Iſraele caprarum pilos neuiſſe conſtat, ex iiſque aulaea facta, quibus tabernaculum tegeretur. Non ſunt huius loci caprae Scyriae, *Σκυρίαι αἶγες*, de quibus Hippocr. de morb. mul. L. I. text. 73. p. 460. H.

mm. *Capras in)* Ariſt. L. IX. c. 4. p. 1016. iiſdem verbis. H.

n. *Dependet)* Ariſt. l. c. p. 1015. Aruncum Philoſophus *ἤρυγγον* vocat. H.

o. *Quem aruncum vocant)* Graeci *ἤρυγγον*. Inde apud Plutarch. de herba Eryngio male hoc ipſum ſcriptum, quod hic Plinius ex Ariſt. tradit. Locus eſt in lib. de iis, qui ſero a numine puniuntur. Vide in Lexico Conſtant. *ἤρυγκος*. *Dalec.*

p. *Id etiam)* Poſtulare videtur orationis ſtructura, *id aiunt euenire,* vel iſtud, *aiunt,* ſubintelligendum. H.

q. *Quum quamdam herbam)* Eryngion ſcilicet. Theophraſt. in fragm. De animalibus quae inuident. Plutarch. L. de ſera Numinis vindicta, p. 558. Nicandri Scholiaſtes in Theriac. p. 30. atque e recentioribus Marcellus Virgil., in L. III. Dioſc. c. 23. de eryngio: vbi multa praefatus de abditis rerum cauſis, hoc miraculum ex Plutarcho refert. H.

r. *Oliuam lambendo quoque, etc.)* Huc refer illa ex cap. 24. lib. XVII. *Oleam quidem etiamſi lambat capra, ſterileſcere auctor eſt Varro, vt diximus.* Vide et Vrſin. not. Var. pag. 19. *Dal.*

ſterilem faciunt, eaque ex cauſa *s.* Mineruae *t.* [1] non immolantur. *u.*

LXXVII. (LI.*) Suilli pecoris *uu.* admiſſura a Fauonio ad aequinoctium [2] vernum: aetas *x.* octauo menſe:

1. Non in V. deeſt et M. 2. *vernum. Aetas. M. et Ch.*

s. Eaque ex cauſa) Ceu ingratum ſibi animal pro hoſtia etiam in ſacris oblatum auerſetur, atque abhorreat. Baccho tamen eamdem immolari, propterea, quod ſimiliter vitem erodat, ſcribit Ouidius, Faſt. L. I. v. 360. H.

t. Mineruae non immolantur) Vide et quae ſupra cap. 47. huius libri adnotavimus. *Dalec.*

u. Non immolantur) Vide N. et Em. N. CLXIII. (hic adi.) *Non i.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. Parm. editio, ceteraeque ante Gelenium, dempta negatione, *Mineruae immolantur.* Sed ſane perperam. Nam Varro, de R. R. L. I. c. 2. p. 48. *Sic factum,* inquit, *vt Mineruae caprini generis nihil immolarent, propter oleam: quod eam quam laeſerit, fieri dicunt ſterilem: eius enim ſaliuam eſſe fructui venenum.* Et cauſam quidem huius inſtituti ex integro eius ſcriptoris loco pernoſces. *Quaedam enim pecudes,* inquit, *culturae ſunt inimicae, ac veneno: vt iſtae, quas dixiſti, caprae. Hae enim omnia nouella ſata, carpendo corrumpunt, non minimum vites, atque oleas. Itaque propterea inſtitutum diuerſa de cauſa, vt ex caprino genere ad alius Dei aram hoſtia adduceretur, ad alius non ſacrificaretur: quum ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sicque factum, vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent poenas: contra, vt Mineruae caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam quam laeſerit, fieri dicunt ſterilem: eius enim ſaliuam eſſe fructui venenum. Licinius: Hoc nomine etiam Athenis in arcem non iungi, non praeterquam ſemel ad neceſſarium ſacrificium, ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi poſſit.* H.

** Ad inſcr. Grut. De ſuibus)* De hoc animali, et multis eius nomenclaturis, vide Rhod. c. 26. lib. XXV. *Dalec.*

uu. Suilli pecoris) Varro, de R. R. L. II. c. 4. p. 82. Florentinus, in Geopon. L. XIX. c. 6. p. 468. H.

x. Aetas) Ita MSS. omnes: non

menſe: quibuſdam in locis etiam quarto, vſque ad [1]octauum *y*. annum. Partus bis anno *z*.: tempus vtero *a*. quatuor menſium: numerus [2]fecunditatis ad vicenos *b*.: ſed educare *c*. tam multos nequeunt. Diebus x. circa brumam ſtatim [3]dentatos naſci, Nigidius tradit. Implentur *d*. vno coitu, qui et gemina-

1. *Sic et M. et Ch. ſeptimum Gr.* 2. *fecunditati. Ch.* 3. *dentes. V.*

non *aetatis*. Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 560. et Varro l. c. H.

y. *Vſque ad octauum*) Vide N. et Em. N. CLXIV. (hic app.) *Vſque*) Ita MSS. omnes, vetuſtaeque editiones ante Hermolaum, qui *ſeptimum* reſcripſit. Niſi conſtanti codicum conſenſioni tantum tribuerem, quantum par eſt tribui, Hermolao ſubſcriberem, adſtipulante praeſertim Columella, L. VII. c. 9. p. 269. *Femina ſus*, inquit, *habetur ad partus edendos idonea vſque in annos ſeptem, quae quanto fecundior eſt, celerius ſeneſcit.* Et Varrone de R. R. L. II. c. 4. p. 82. *Id facere dicuntur vſque ad annum ſeptimum recte.* H.

z. *Partus bis anno*) Plutarch. in cauſ. Natur. ſues domeſticas ſaepius ait parere et incerto tempore, feras autem ſemel dumtaxat aeſtatis initio. *Dal.*

Partus bis) Varro l. c. p. 83. H.

a. *Tempus vtero*) Ariſt. hiſt. L. VI. c. 18. p. 277. et Alb. M. de anim. L. VI. tr. 3. c. 1. p. 209. Florentinus, Varro, ll. cc. Columella, L. VII. c. 9. p. 269. H.

b. *Ad vicenos*) Atqui ſus Aeneae Lauinii triginta porcos peperit albos, teſte Varrone, l. c. et poſt Varronem Marone, L. III. v. 390. ſed fabuloſe: *Litoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus, Triginta capitum fetus enixa, iacebit: Alba, ſolo recubans, albi circum vbera nati.* H

c. *Sed educare*) Ariſt. et Alb. ll. cc. Columella, p. 271. de lactentibus fetibus ſuum: *Non debet*, inquit, *octo capitum numerum excedere: Non quia ignorem fecunditatem ſcrofarum maioris eſſe numeri, ſed quia celerrime fatiſcit, quae plures educat*, etc. Ita etiam Varro, l. c. At Palladius, L. III. in Febr. tit. 26. p. 80. vt plurimum ſex nutriri debere expertus aſſeuerat, Columellam idcirco, quem laudat, deſerit. H.

d. *Implentur*) Ariſt. H. A. L. VI.

minatur propter facilitatem [1] aboriendi. *e.* Remedium, ne prima ſubatione *f.*, neque ante flaccidas aures *g.* coitus fiat. Mares non *h.* vltra trimatum generant. Feminae *i.* ſenectute feſſae, cubantes coëunt. Comeſſe *k.* fetus his, non eſt prodigium. Suis fetus ſacrificio [2] die quinto *l.* purus eſt *m.*, pecoris

1. *Abortiendi Gr. et Al.* 2. *Quidam ex Varrone l. II. c. 4. legunt, die decimo.*

L. VI. c. 18. p. 728. ſi nempe vrgeat Veneris impetus, ἂν δὲ ὀργῶσαν βιβάσῃ. Alias non vnus initus ſatis eſt, vt paulo ante Philoſophus idem admonuit. H.

e. Aboriendi) Ita MSS. non *abortiendi*. Ita et Varro, apud Nonium, c. 2. n. 24. *Vinum quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi praegnans biberit, fieri vt aboriatur.* H.

f. Subatione) Feſtus in fragm. verbo, *ſuillum pecus. Immundiſſimi ſunt ſues*, inquit, *ex omni manſueto pecore, et ardentiſſimae libidinis: ita vt opprobrium mulieribus inde tractum ſit, quum ſubare et ſubire dicuntur.* H.

g. Flaccidas aures) Id eſt, pendulas et demiſſas: quod accidit porcis natu iam grandioribus. Nam iunioribus ſubriguntur et erectae manent. *Dalec.*

h. Mares non) Ariſt. H. A. L. V. c. 13. p. 564. Columella, p. 269. *Mares ab annicula aetate commode progenerant, dum quadrimatum agant: poſſunt tamen etiam ſemeſtres*, etc. Scribere Plinium oportuit, *non vltra trimatum generant vtiliter*, aut *commode*: quandoquidem generant omnino verres vltra trimatum: Sed proles illa haud ſatis probabilis, et generoſa: τῶν δὲ πρεσβυτέρων χείρω τὰ ἔκγονα. H.

i. Feminae) Ariſt. l. c. non ſua, ſed verrium ſenectute fatigatas, cubantes coire feminas prodit. H.

k. Comeſſe) Ariſt. l. c. Aelian. H. A. L. X. c. 16. Columella L. VII. c. 11. p. 274. *Illud autem quod pertinet ad religionem patris familias, non reticendum putaui. Sunt quaedam ſcrofae, quae mandunt fetus ſuos: quod quum fit, non habetur prodigium. Nam ſues ex omnibus pecudibus impatientiſſimae famis ſunt*, etc. H.

l. Die quinto) Vide N. et Em. N. CLXV. (hic adi.) *Suis f.*) Diffidet quidem Varro, cuius haec verba, de R. R. L. II. c. 4. p. 83. *Qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab anti-*

coris die [1] octauo, bouis triceſimo. Coruncanus *n.* ruminales *o.* hoſtias, donec bidentes [2] fierent *p.*, puras negauit. Suem oculo *q.* amiſſo putant cito [3] extingui: alioqui vita *r.* ad quindecim annos, quibuſdam et vicenos. Verum efferantur, et alias obnoxium genus morbis, anginae maxime *s.*, et ſtrumae.

1. *Septimo. Ch. ſexto. M.* 2. *forent. V.* 3. *Extingui. Aliquibus. M.*

antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificium idonei dicuntur primum. Sed vt corruptum Varronis numerum, potius, quam Plinii rear, euaneſcente paulatim litera X quae denarii nota eſt, parte ima, atque in V. ſiue quinarium degenerante ea, quae ſequuntur, *pecoris die octauo, bouis triceſimo*, numero dierum ſubinde creſcente, efficiunt. Quamquam et pro *die octauo*, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Dalec. vetus codex legunt *die ſexto*. H.

m. Purus eſt) Hoc eſt, ad ſacrum faciendum idoneus. H.

n. Coruncanus) E gente Iunia. H.

o. Ruminales) Eorum, quae ruminent, animalium. H.

p. Donec bidentes) *Bidental*, inquit Feſtus, *dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur. Bidentes autem ſunt oues duos dentes longiores ceteris habentes.* Sed aliis etiam animalibus communis bidentium appellatio fuit: vnde illud eiuſdem, *Bouem bidentem a dentium numero* dicunt appellari. H.

q. Suem oculo) Ariſt. H. A. L. VI. c. 18. p. 729. ſed familiari adhibita cautione, φασὶν, aiunt. Albert. M. de anim. L. VI. tr. 3. c. 1. p. 209. *id quidem frequenter* ait *ita contingere, ſed non ſemper.* Nos plures vnoculos vidimus ſues. H.

r. Alioqui vita) Ariſt. l. c. Albertus, XXV. vt plurimum annos viuere pronunciat. H.

s. Anginae maxime) Plaut. in Trinum. *Sues moriuntur angina hic acerrima.* Dal.

Anginae) Nonius, c. 1. n. 150. *Angina, genus morbi eo quod angat, et Graece συνάγχη appellatur.* Ariſt. H. A. L. VIII. c. 26. p. 960. βράγχος id morbi genus vocatur. Suariis in Gallia, *le tac.* Plaut. in Trinum. act. 2. ſc. 4. v. 139. *Sues moriuntur angina hic acerrima.* Vide de angina in hominibus quae dicenda ſunt L. XIX. ſ. 3. H.

mae. *t.* [1]Index ſuis inualidae, cruor in radice ſetae dorſo euulſae, caput [2]obliquum *u.* in inceſſu. Penuriam lactis praepingues ſentiunt, et primo fetu minus ſunt [3]numeroſae. In luto volutatio generi grata. *x.* Intorta cauda: id etiam notatum, facilius [4]litare *y.*, in dexterum quam in laeuum, [5]detorta. Pingueſcunt *z.* LX. diebus, ſed magis tridui inedia [6]ſaginatione *a.* orſa. Animalium hoc maxi-

1. *Inde ſues. M.* 2. *obſtipum. Merula ſuper Enn. p. 433.* 3. *mammoſae. V.* 4. *iacere. V. latere. Ch.* 5. *detortam. V. detorto. M.* 6. *ante ſaginationem. V.*

t. Et ſtrumae) Scrofulas intelligit τὰς χοιράδας. Columella, L. VII. c. 10. p. 272. de morbis ſuum: *Strumoſis ſub lingua ſanguis mittendus eſt.* H.

u. Caput obliquum) Vide N. et Em. N. CLXVI. (hic adi.) *Caput*) Merula in Not. ad Ennium, p. 433. legit. *obſtipum.* Sed refragantur codices: alioqui ex Columella apparet arbitrii noſtri eſſe, vtram potiorem lectionem putemus. *Febricitantium*, inquit L. VII. c. 10. p. 272. *ſuum ſigna ſunt, quum obſtipae ſues tranſuerſa capita ferunt, ac per paſcua ſubito, quum paululum procurrerunt, conſiſtunt, et vertigine correptae concidunt. Earum notanda ſunt capita, quam in partem proclinentur,* etc. H.

x. In luto volutatio generi grata) Id nimirum eſt, quod Heraclitus Epheſius ſcribit, ſues coeno lauari, vt cortales aues puluere et cinere. Ariſtophani γρυλλίζουσι et κοίζουσι ſues. *Dal.*

In luto) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 9. p. 903. caenoſa lauatione pingueſcere ſues docet: τὰς δὲ ὗς καὶ τὸ λοῦεσθαι ἐν πηλῷ πιαίνει. Varro de R. R. L. II. c. 4. p. 82. *Volutantur in luto, quae eſt illorum requies, vt lauatio hominis.* Hinc poetis dicitur, *Amica luto ſus.* Adde et Aelian. H. A. L. V. c. 45. H.

y. Facilius litare) Hoc eſt, expeti ad ſacrificia ſues, detorta in dexterum potius, quam in laeuum cauda: et quas facilius litare ſit obſeruatum. H.

z. Pingueſcunt) Ariſt. l. c. H.

a. Saginatione) Magis pingueſcunt, inquit, ſi a tridui inedia inceperit ſaginatio: quemadmodum alia fere melius pingueſcunt, fame laffecta prius quam macerentur. Πιαί-

maxime brutum; animamque *b.* ei pro ſale datam non illepide [1] exiſtimabatur. Compertum *c.* [2] agnitam vocem ſuarii furto abactis, merſoque nauigio inclinatione lateris vnius remeaſſe. [3] Quin et duces in vrbe *d.* forum nundinarium domoſque petere diſcunt: et [4] feri ſapiunt *e.* palude confundere vrinam, in

1 Exiſtimatur. V. 2. agnita voce ſ. f. abactos merſo nauigio. V. et M. 3. Quin et in vrbe f. n. reduceſque domos petere Pint. et Tol. 4. Et feri ſapiunt veſtigia palude confundere, vrina fugam leuare Gr. et Al.

Πιαίνεται δὲ προλιμοκτονηθεῖσα ἡμέρας τρεῖς σχεδὸν καὶ τἄλλα πάντα προλιμοκτονούμενα πιαίνεται, Ariſt. l. c. H.

b. Animamque) Ne putiſceret, inquit Cicero de N. D. L. II. p. 115. qui huius verbi haud inſciti Chryſippum Philoſophum auctorem facit: vti et Porphyrius, L. III. de abſtinentia, p. 123. Id ipſum et a Varrone ſic repetitur, L. II. de R. R. c. 4. p. 82. *Suillum pecus dicunt a natura datum ad epulandum: itaque iis animam datam pro ſale, qui carnem ſeruaret.* H.

c. Compertum) Eamdem hiſtoriam fuſius perſequitur Aelian. H. A. L. VIII. c. 19. Narrat enim piratas ad Tyrrhenum litus appulſos, gregem ſuillum inde raptum naui impoſuiſſe, et ab ora enauigare cepiſſe: ſuarios vero, qui conticuerant, dum piratae adſtarent, vbi eos a terra recedere ſenſerunt, clamore aſſueto ſues ad ſe reuocaſſe: eaſque dominorum agnita voce, ſtatim in alterum nauis latus, quo clarius vox ea exaudiebatur, ſimul concurrentes nauim peſſumdediſſe: quo factum ſit vt debitas furto poenas naufragio piratae perſoluerint: incolumes vero ſues ad ſuarios enatarint. H.

d. Quin et duces in vrbe) Habet et vetus exemplar ſic. Sed quid ſibi volunt haec duo vocabula, *et duces?* Poſſem hic aliquid comminiſci pro illorum expoſitione. Verum vt ingenue fatear, mihi locus videtur eſſe deprauatus, et *cicures* forte legendum, non *et duces.* Quia autem inſolens verbum erat, corrupit librarius quod non intelligebat. Nam ſequitur ſtatim, *et feri.* Differit itaque prius de *cicurum* porcorum natura, mox de *feris.* Rhenanus.

Duces) Sues ii, qui toti gregi praeeunt. H.

e. Et feri ſapiunt) Diſcunt aliena diſciplina manſuetae

in fuga leuare. *ee.* Caſtrantur *f.* feminae quoque, [1] ſicuti cameli, poſt bidui inediam *g.* ſuſpenſae *h.* pernis [2] prioribus, vulua reciſa *i.*: celerius ita pingueſcunt. *k.* Adhibetur et ars iecori feminarum, ſicut anſe-

1. *Sic quoque vti et M. ſic quouti cam. Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. primoribus Gr. et Al.*

ſuetae ſues aſſueta loca repetere: ſapiunt vero, hoc eſt, ſuapte prudentia norunt apri, vrinam, quam in fuga reddunt, cum paludis aqua confundere, ne ab obſeruantibus, ſeu venatoribus agnoſcatur, etc. Hac voce vſus Cicero, quum illud protulit, *Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, aliis monſtrant viam.* Vide N. et Em. CLXVII. (hic adi.) *Et feri*) Interpolator aliquis adiecit de ſuo voculam in libris editis, ſane huic loco alieniſſimam: *Et feri ſapiunt veſtigia palude confundere.* Quam vocem nulli plane MSS. agnoſcunt. Et vero quid opus eſt, *veſtigia palude confundere?* an forte ne obſeruantibus innoteſcant? perinde quaſi non tutiſſime ſub aquis laterent. H.

ee. In fuga leuare) Leuiores ſe ad fugam reddere, veſica vrinae pondere exonerata. Hac de re iterum L. XXVIII. ſ. 60. H.

f. Caſtrantur feminae quoque ſicuti cameli poſt bidui inediam ſuſpenſae pernis prioribus) Ariſtoteles libro nono capite vltimo, *poſterioribus* non *prioribus* ait Graeca voce ὀπισθίων. Theodorus tamen *prioribus* transfert: cauſam ignoro, niſi quod ita in Plinio inuenerat. *Pintian.* *Caſtrantur feminae quoque*) Vide quod adnotatum eſt ad cap. 37. lib. XI. *Dal.*

Caſtrantur) Columella, L. VII. c. 9. de ſuibus: *Feminis quoque vuluae ferro exvlcerantur, et cicatricibus clauduntur, ne ſint genitales.* Sed vberius Philoſophus, H. A. L. IX. c. 79. p. 1175. H.

g. Poſt bidui inediam) Vt vacua ſint inteſtina. H

h. Suſpenſae) Et quidem prioribus pernis, ſi librariorum Plinii obſcitantiae fides: Nam Albertus M. de animal. L. VIII. tr. 5. c. 3. p. 278. ſuſpendi iubet *poſterioribus pedibus ſurſum*, idque res ipſa poſtulat, *vt inteſtina retrahantur*, inquit, *a matrice*, nec deorſum decidant. Ariſtot. l. c. κρεμάσαντες τῶν ὀπισθίων σκελῶν. H.

i. Vulua reciſa) Ingreſſu matricis, et quaſi veſtibulo. H

k. Celerius ita pingueſcunt) Et caro ſuauior eſt. Galen. lib. I. de ſemine. *Dal.*

anſerum *l.*, inuentum M. Apicii *m.*, fico [1] arida *n.* ſaginatis [2] ac ſatie *o.*, necatis [3] repente mulſi *p.* potu dato. Neque alio ex animali numeroſior materia ganeae: quinquaginta prope ſapores, cum ceteris ſinguli. Hinc Cenſoriarum legum paginae, interdictaque coenis abdomina *q.*, glandia *r.*, teſticuli, vul-

1. *Sic et M. et Ch. carica Gr. et Al.* 2. *ac ſiti. Dal. a ſatietate repente mulſi. V. ſiti enectis. Fulu. Vrſin. append. ad Ciac. p. 90.* 3. *tepente. Tol.*

Celerius ita) Ariſt. et Alb. ll. cc. H.

l. Sicut anſerum) Iecora ſuum fico ſaginatarum, et anſerina, laudat Iul. Pollux, L. VI. c. 9. p. 482. Vide quae dicturi ſumus, L. X. ſ. 27. H.

m. M. Apicii) Tres Roma tulit Apicios, gulae ſtudio omnes infames. Hic, de quo Plinius modo, medius illorum aetate fuit: maiore fama, quam vt pluribus ſit nobis indicandus. Tiberii principatu vixiſſe, κατὰ τὲς Τιβερίε χρόνες narrat Athenaeus, L. I. p. 7. Seneca item, in Conſol. ad Matrem, et Plinius ipſe, L. XIX. ſ. 41. De eius ganea librum ſcripſit Apion Grammaticus, vt diximus in Auctorum indice. H.

n. Fico arida.) Ita MSS. Editi, *fico carica.* H.

o. Ac ſatie) Sunt qui malint, *ac a ſatie necatis*, hoc eſt, poſt ſatietatem. Fulu. Vrſinus, in append. ad Petr. Ciaconium, de Triclinio, p. 90. mauult, *ac ſiti enectis:* nobis neutrum arridet. Vide quae de anſerum iecore dicenda ſunt, L. X. ſ. 27. H.

p. Repente mulſi) Alii *tepente* legunt, libris inuitis. *Repente necatis* magis placet nempe poſt mulſi potum: quo augeri corpora dicetur, L. XXII. ſ. 53. H.

q. Abdomina) Vide infra cap. 37. lib. XI. *Dal.*

r. Glandia) Partes in ſue colloſae, a glandium duritie ac figura cognominatae. Quantum coniicere licet ex ſerie atque ordine rerum hic appellatarum, ex inteſtinis aut inguinibus glandia petebantur. Partem inteſtinorum eſſe ait Priſcianus. Alii e ceruice peti volunt, quam Columella, L. VII. c. 9. in deſcribenda forma ſuum, glanduloſam commendat. E gutture alii, quod in ſue glandulae appellentur, vt Plinius admonet, L. XI. ſ. 66. quae tonſillae in homine. Vide quae de ea voce rurſum dicturi ſumus, L. XXXVI. ſ. 2. H.

vuluae, ſincipita verrina *s.*: vt tamen Publii *t.* Mimorum poetae *u.* coena, poſtquam [1] ſeruitutem *x.* exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito.

LXXVIII. Placuere autem et [2] feri ſues. Iam Catonis Cenſoris orationes aprugnum *y.* exprobrant callum. *z.* In tres *a.* [3] tamen partes diuiſo, media pone-

1. *Seruitute exierat. Ian. Duſa ſuper Arbit. lib. I. c. 17.* 2. *feri veſicae. In Catonis Cenſoriis. Pint. ex Tol. et feri veſicae Catonis. M. V.* 3. *tantum partes diuiſo apro media ponebant, lumbus aprugnus appellata. V.*

s. Sincipita verrina) Quid? Sincipita? At in verrino capite nihil ſapidi, praeter roſtrum et aurem. Illud nimirum eſt ſinciput, quaſi ſciſſum caput eſſe: ſiue dimidium capitis, non vero partem anteriorem: neque tam occipiti, vt Grammatici ſomniarunt, quam toti capiti integro contrarium habere ſignificatum. Magnum certe ex antiquorum vſu argumentum eſt, quod iis in adagio fuit, *Frons occipitio prior.* Quin ſinciput occipitio prius dixere, ſi contraria ſunt? H.

t. Publii) Syri, qui Laberium vicit eo genere poëmatis. *Dal.*

Publii) Non eſt hic P. Syrus Mimus, cuius iocos et ſales Macrobius refert, Sat. L. II c. 7. p. 344. at Gellius, L. XVII. c. 14. p. 966. quique Auguſto Caeſari gratiſſimus. Mimos aeui ſui ſuperauit omnes, in quibus et Laberium mimographum. Vide L. XXXV. ſ. 58. H.

u. Mimorum poetae) Hoc eſt, qui mimos ſcriptitauit. Mimus eſt laſciuum poema. Ouid. Triſt. L. II. El. 1. v. 515. *Scribere ſi fas eſt, imitantes turpia mimos.* H.

x. Seruitutem) Ita MSS. omnes. Salibus et ingenio libertatem promeruiſſe a patrono ſuo, ſcribit Macrobius, l. c. H.

y. Aprugnum) Sumen aprugnum: quod cum ſua vulua conuiuis Heliogabalum appoſuiſſe Lampridius teſtatur. *Dal.*

z. Callum) Plautus in Pſeud. act. 1. ſc. 2. v. 32. *Nam mihi hodie natalis dies eſt, decet eum omnes vos concelebrare: Pernam, callum, glandium, ſumen, facito in aqua iaceant.* Callum Plautus a ſumine, a lumbo Plinius diuerſum facit. Vide L. XI. ſ. 84. H.

a. In tres) In tres partes diuiſo

ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Solidum aprum

diuiſo olim apro, earum praeſtantiſſimam veteres, quae ex re ipſa lumbus aprugnus appellabatur, coenae adponebant. Fuit Seruilius Rullus, de quo Plinius hoc loco agit, e gente plebeia, quandoquidem pater is fuit P. Seruilii Rulli Tribuni plebis, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariam promulgauit. Seruilia gens tamen patricia fuit, vt patet ex Conſulatu M. Seruilii, quem Plinius commemorat, L. X. ſ. 60. ac fortaſſis etiam ex Magiſterio Equitum, cuius idem meminit, L. VII. ſ. 19. Non fuit igitur Rullus Tribunus plebis, niſi ex patris matre, *Seruilius:* ex auo paterno plebeio *Rullus:* quum Tribunus plebis non niſi plebeius eſſe potuerit. Hoc itaque iſtius Tribuni plebis genus fuit:

Rullus — Seruilia coniux
|
P. Seruilius Rullus.
|
P. Seruilius Rullus, Tribunus plebis.

Nomen autem Seruilii: idcirco cognomini Rulli praeponitur, quoniam nobilius illud eſt, quippe patriciae gentis. Eſt in Muſeo noſtro, et apud Patin. in Fam. p. 237. n. 7. alicuius ex ea gente nummus argenteus: cuius pars vna Victoriam in bigis exhibet, quae palmam tenet. Infra, P. SERVILI. M. F. P. *Seruilius Marci Filius*, Triumuir Monetalis ſcilicet, Triumuiri filius. Parte altera caput Romae galeatum eſt: retro, RVLLI. Non eſt autem hic RVLLI cognomen: nam ſi foret, RVLLVS ſcriberetur, non RVLLI. Quum RVLLI ſcribitur, *Rullius* legi oporteret, vt hic SERVILI. *Seruilius* eſt: alibi, SERGI. *Sergius*, et ſexcenta ſimilia. Sententia eſt, primis tantum literis ſingularum vocum expreſſa: *Raphanae Veſpaſianus LLegiones Impoſuit.* Raphana vrbs eſt e praecipuis regionis Decapolitanae. Ibi Veſpaſianus, quum in Iudaea Decapoli proxima res ageret, legiones praeſidiarias collocauit. Litera LL. geminatur, ad pluralem numerum ſignificandum. Nummus alter a Patino allatus ibidem, n. 8. priori fere ſimilis eſt, niſi quod incuſum currui biiugo, quem regit Victoria, nomen Veſpaſiani eſt, IMP. VES. literis colligatis. Id vero noſtram de voce RVLLI interpretationem egregie conſtabilit. H.

aprum Romanorum *b.* primus in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariam promulgauit. Tam propinqua origo nunc quotidianae rei eſt. Et hoc Annales notarunt, horum ſcilicet ad emendationem morum: [1] quibus non tota quidem *c.* [2] coena, ſed [3] in principio, bini ternique pariter [4] manduntur apri. (LII.) Viuaria *d.* [5] horum, ceterorumque ſilveſtrium, primus togati generis inuenit Fuluius [6] Lupinus *e.*, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſti-

 tuit.

1. *Quibus notae quidem Gr. et Al.* 2. *ea coena. V.* 3. *principio, b. t. p. manduntur, mandebantur. M. manduntur. Ch.* 4. *mandantur Gr. et Al.* 5. *eorum. Ch.* 6. *ſic et Ch. Hirpinus. Par. Lippinus Gr. et Al.*

b. Solidum aprum Romanorum) Iuuenalis Satyr. 1. — *quanta eſt gula, quae ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum?* Dalec.

c. Non tota quidem) Vide N. et Em. N. CLXVIII. (hic adi.) *Non t.)* Res ipſa admonuit, vt a libris nunc ſecure deſciſceremus, in quibus *notata quidem coena* legitur. Sententia enim loci eſt, non tota coena, quod tolerabilius foret, ſed iam in ipſo coenae principio, et quaſi praeludio quodam, binos ternoſque pariter apros vorari. Iuuenalis ea fere conqueſtio eſt, Sat. 1. v. 140. Vide hunc locum in praecedenti obſeruatione laudatum. H.

d. Viuaria) Gellius, L. II. c. 20. p. 155. *Viuaria, quae nunc dicuntur*, inquit, *ſepta quaedam loca ſunt, in quibus ferae viuae paſcuntur.* Graecis θηριοτροφεῖον, Gallis, *vn parc.* Alias tria diſtinguit idem ſcriptor eo ipſo capite viuariorum genera: ornithonas, *les volieres:* leporaria, *les garennes:* piſcinas, *les étangs.* Aprorum vero ceterorumque ſilueſtrium viuaria, Varro auctor eſt leporaria quoque olim eſſe appellata, teſte Gellio: *Quem emiſti fundum Tuſculanum,* inquit, *a M. Piſone, in leporario apri fuere multi.* H.

e. Lupinus) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. In Parmenſi edit., *Hirpinus.* At Hirpinum a Lupino, voce potius quam re ipſa differre, Feſtus admonet, ſcribens: *Irpini appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites: eum enim ducem ſequuti agros*

tuit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus, et Q. Hortenſius. *f.* Sues ferae *g.* ſemel anno gignunt. Maribus in coitu *h.* plurima aſperitas. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum [1] coſtas, lutoque *i.* ſe [2] tergorantes. *k.* Feminae in partu *l.* aſperiores, et fere ſimiliter in omni genere beſtiarum. Apris maribus, nonniſi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus gemini [3] ex roſtro, totidem a fronte, ceu vituli cornua, exeunt. Pilus *m.* aereo [4] ſimilis agreſtibus, ceteris niger. At in Arabia *n.* ſuillum genus non viuit.

LXXIX.

1. *Sicas.* 2. *ſtercorantes. M. Tol. Salm.* 3. *a. Ch.* 4. *ſimilis. Agreſtibus ceteris. Dal.*

agros occupauere. Haec porro ſimiliter Varro tradidit, de R. R. L. III. c. 12. apud quem Fuluius Lippinus perperam ſcribitur. H.

f. Q. Hortenſius) De quo vide quae in eo luxuriae genere Varro eleganter admodum narrat, de R. R. L. III. c. 13. p. 107. H.

g. Sues ferae) Cauſam Plutarch. inueſtigat in Quu. nat. p. 917. cur ſues domeſticae ſaepe pariant, aliae alio tempore: ferae ſemel, et ſub idem omnes fermetempus: ineunte nimirum aeſtate. H.

h. Maribus in coitu) Ariſt. H. A. L. VI. c. 17. p. 715. H.

i. Lutoque) Lutoque ſtergora incruſtantes. H.

k. Tergorantes) Ita R. I. aliique: Ariſt. θωρακίζοντες ἑαυτοὺς, καὶ ποιοῦντες τὸ δέρμα ὡς παχύτατον, etc. Fruſtra alii *ſtercorantes* legunt. H.

l. Feminae in partu) Vbi peperint, ὅταν ἐκτέκωσιν, Ariſt. l. c. Alb. M. de anim. L. VIII. tr. 1. c. 1. p. 245. *Hoc autem accidit omnibus feminis animalium, quod tempore catulorum ferociores ſunt maribus: et hoc facit affectus filiorum.* H.

m. Pilus) Apris Indicis nimirum. H.

n. At in Arabia) De India hoc prodidit Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 33. p. 981. et Phot. in. Bibl. cod. 73. p. 148. Cteſia parum fide digno, vt Philoſophus ait, teſte citato, neque cicurem ibi vllum eſſe, neque ferum ſuem. Aelianus item H. A. L. XVI. c. 37. De Aethiopia Porphyrius: Ἐν Αἰθιοπίᾳ οὐχ ὁρᾶσθαι τὸ ζῶον τοῦτο. At Solinus, haud dubie Plinianam

LXXIX. (LIII.) In nullo genere aeque facilis *o.* mixtura cum fero, qualiter natos antiqui [1] hybridas *p.* vocabant, ceu ſemiferos: ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu collegam, appellatione translata. Non in ſuibus [2] autem tantum, ſed in omnibus quoque [3] animalibus, cuiuſcumque generis vllum eſt placidum, eiuſdem inuenitur et ferum; vtpote quum hominum etiam ſilueſtrium tot genera *q.* praedicta ſint. Caprae tamen in plurimas ſimilitudines tranſfigurantur. Sunt capreae *r.*, [4] ſunt rupicaprae *ſ.*, ſunt ibices *t.* perniciOo 4 nici-

1. *Hybridas ſues vocabant ſemiferos. V.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. autem omittunt Gr. et Al.* 3. *animalium. V.* 4. *ſunt ibices, ſunt rupicaprae pernicitatis.*

nam orationem paraphraſi amplificans, c. 33. p. 62. de Scenitis Arabibus: *Praeterea ſuillis carnibus prorſus abſtinent: ſane hoc animalis genus, ſi inuectum illo fuerit, moritur illico. Hanc Arabiam Graeci Eudaemonem, noſtri beatam nominauerunt.* H.

o. Aeque facilis) Ac in ſuibus. H.

p. Hybridas) Vide quod annot. in ſuperius caput proximum 49. ad vocem, *Vmbros.* Dal.

Hybridas) Alii Ibridas ſcribi malunt, quod Vmbros antiqui, aut Imbros, Ibroſque ſpurios appellarunt, vti monuimus, ſ. 75. Hinc hybridae canes nati mixto genere venaticorum et gregariorum, teſte Porphyrione, carmen illud Horatii interpretante, e L. I. Sat. 7. v. 2. *Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus.* Id porro Antonio inditum cognomen videtur, quod ex diuerſae gentis, ſortiſue parentibus ortus ſit: διγενῆ Graeci vocant. H.

q. Tot genera) L. VII. ſ. 2. H.

r. Sunt capreae) Gallis, *Chevreuils.* Graecis *αἶγες ἄγριοι.* Ariſt L. VIII. c. 33. p. 981. H.

ſ. Rupicaprae) Bouquetins Galli vocant, quaſi hircos ſilueſtres: Animal eſt in Alpibus iis, quibus a Sabaudia diſpeſcitur Delphinatus, maxime frequens: ſummos vertices incolit rupium: vnde nomen: atque, vt cecinit Praeſes de Boiſſieu, in Alpe p. 85 — *Iuga deuia ſemper Incolit, Alpinis tantum fera cognita ſaxis: Et tamquam rapi-*

nicitatis mirandae, quamquam onerato capite u. vaſtis

rapido flagrans a fulmine, dura Concretas glacie cautes, et cana pruinis Saxa petit. H.

t. *Sunt ibices)* Ab *ibex*, quod caſus ſingularis nomen. Paradino aſſentior, aienti in eo opere, quod inſcripſit, de Galliae montibus, ibicem Plinii eſſe *le Chamois*, genus in Vapincenſi Delphinatus agro frequentiſſimum: quamuis D. de Boiſſieu, ei generi quod *bouquetin* nominatur, rupicapraſque eſſe diximus, ibicum nomen attribuit: et Bochartus item, de anim. P. I. c. 23. p. 920. Sed perperam: Harum enim ferarum, quas *chamois* vocamus, proprium ac ſingulare eſſe, neque commune cum iis, quas *bouquetins* appellitant, id quod de ibicibus Plinius refert, teſtis eſt oculatus Nic. Chorier, L. de hiſt. Delphin. I. p. 64. Vt e rupe nimirum vna editiſſima, in aliam haud exiguo diſſitam interuallo ſe librent, ceu tormento aliquo actae ac rotatae: neque in pedes quidem, vt ceterae, ſed in cornua ipſa, quibus affixae petris adhaereſcunt primo, tum inde reuulſae ſponte, incredibili vi quadam, quo libuit, demum exſiliunt. H.

u. *Quamquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorumque vaginis, in haec ſe librant, vt tormento aliquo rotati, in petris potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire cupientes, atque recurſu pernici quo libuerit exſultant)* Difficilis eſt hic locus, et dubio procul a nemine intellectus. Exemplar manuſcriptum huiuſmodi lectionem continet: *Quamquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorumque vaginis in haec ſe librat vt tormento aliquo rotatus in petras potiſſimum et monte aliquo in alium tranſilire quaerens atque recurſu ſuo pernicius quo libuit exſultat.* Nodus vero omnis in his duobus vocabulis eſt, *gladiorumque vaginis*, quidnam haec ſibi velint. Nam alioqui vetus lectio cum vulgata conſentit, niſi quod doctus quiſpiam in pluratiuum numerum mutavit, quae illic in ſingulari ponuntur, nihilo melius quam *petras* in *petris*, et *recuſſu* in *recurſu*. Chriſtophorus Longolius huic loco manum admolitus, *in his ſe librant* legendum putauit, vt referatur ad vaginas gladiorum, quod eſſe debet, *in haec ſe librat*, quemadmodum vetus exemplar teſtatur; hoc eſt germanam Plinii lectionem mutauit in adulterinam. Quod ſi etiam *in iis ſe librant*, non *in haec ſe librat* legamus, id quod tamen faciendum non eſt, quid tum? An bene propterea

ea habebit ſententia? Minime ſane. Quis interim docet, quid ſibi velit *gladiorum vaginae?* Mirabile vero animal quod gladiorum vaginis oneratum caput habet: num in vaginis conditi ſunt gladii, an vacuae vaginae ſunt? Vaſtis certe cornibus et alia quaedam animantia praedita reperiuntur: at monſtro ſimilis eſt, imo monſtrum potius, belua gladiorum vaginas in capite circumferens. Itaque quum reliqua ſatis recte habeant, video nodum omnem, vt ante dixi, in his duabus dictionibus *gladiorumque vaginis* conſiſtere, quarum vtramque mendoſiſſimam reor, qui putem a Plinio ſcriptum fuiſſe *lateque vagis*, quod vocabulum cum diſtantioribus ſyllabis exaratum eſſet, hoc forte pacto, *la te que va gis*, librarius aliquid deeſſe exiſtimans, expletis per ſiniſtram ſuam diligentiam lacunis, hoc eſt *g* litera addita, et *t* in *d* mutata. (nam *glate* non placebat) et *orum* genitiui pluratiui terminatione annexa, ac poſtremo *ni* ſyllaba introferta, in hunc tandem modum tam foede deprauarit. Enimvero dum hunc locum curioſiſſime excuterem, cum quo, crede mihi, diutiſſime ſum luctatus, viſum eſt mihi legendum eſſe, *lateque vagis. Ibix in haec ſe rotat.* Nam coniicio *ibix* in *iuix*, primum eo quod *u* pro *b* vſurpent librarii, mox in *iuis*, et poſtremo in *inis* facile mutari potuiſſe. Quae vox ad *vagis* addita, *vaginis* indubie conſtituit: quamquam etiam, ſi non exprimatur ibix, ſubintelligitur tamen in hac oratione, *in haec ſe librat:* additum vero, ſenſum illuſtriorem reddit: imo plane vaginas gladii conſequuti ſunt. Nam quum hoc erratum admiſſum eſſet, vt *vaginis* pro *vagis ibix* ſcriberetur, iam non quadrabit praecedens dictio *lateque.* Male enim ſonabat in auribus librariis quamlibet craſſis haec oratio, *lateque vaginis.* Quare quum vaginae fiant, vt in iis gladii condantur, vocabulum *lateque* mutauit in *gladiorumque* pulcro futuro ſenſu, *gladiorumque vaginis*, vt ſtipiti illi videbatur. Profecto nuſquam verius eſt illud Ariſtotelis, ἑνὸς ἀτόπȣ δοθέντος, τὰ ἄλλα συμβαίνει, quam in deprauationibus auctorum, vbi vnum erratum admiſſum ſtatim multa conſequuntur. Leges itaque, et diſtingues totum Plinii locum hoc modo: *Sunt ibices pernicitatis mirandae, quamquam onerato capite vaſtis cornibus lateque vagis. Ibix in haec ſe librat, vt tormento aliquo rotatus in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quaerens atque recuſſu pernicius*

vaſtis cornibus *x.* gladiorumque vaginis *y.*: in [1] haec ſe librant, vt tormento aliquo [2] rotati in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire [3] quaerentes *z.*; atque recuſſu *a.* [4] pernicius, quo libuerit, exſultant. Sunt et oryges *b.*, ſoli quibuſdam di-
cti

1. *In his. Long. V.* 2. *rotati, in petris potiſſimum. V.* 3. *cupientes. V.* 4. *pernici. V.*

quo libuit exſultat. Sententia nunc eſt clariſſima, quae hactenus obſcuriſſima fuit. Reſtituimus praeterea e codice manuſcripto *petras*, vbi perperam in vulgatis editionibus *petris* legebatur, et *quaerens*, quod doctus quiſpiam in *cupientes* mutarat, non putans ſatis Latine, dici, *quaerens tranſilire.* Item *recuſſu pernicius quo libuit exſultat*, quod prius ſcriptum erat, *recurſu pernici quo libuerit exſultat.* Rhenan.

x. Vaſtis cornibus) Hoc eſt, latis, quamquam exiguis: neque ſunt ea ibicibus, vt rupicapris, in dorſum reiecta: ſed in aduerſum, hoc eſt, anteriorem partem proiecta, et adunca: qua aduncitate affigunt ſe petris, in quas inſiliunt. H.

y. Gladiorumque vaginis) Quae ſunt gladiorum vaginis ſimilia. Sic MSS. omnes incredibili conſenſu: nequidquam refingere haec verba aliter contendente Rhenano. Gladiorum vaginae ea cornua vocitantur, quoniam vaginarum ſimilitudinem referant, intus cava, in mucrone concreta. H.

z. E monte aliquo in alium tranſilire quaerentes, atque recurſu pernicius quo libuerit exſultant) Scribo, partim ex veteribus codicibus, partim ex coniectura, *E monte aliquo in alium tranſitum quaerentes, aeque recurſu pernici quo libuit exſultant.* Nam ſcripta lectio *tranſitum*, non *tranſilire*, et *pernici*, non *pernicius* agnoſcit. *Pintian.*

a. Atque recuſſu) Inde ſe ipſi reuellentes, vnde cornibus adhaeſerant. H.

b. Sunt et oryges) Herodotum tranſſcribere Plinius nunc videtur, de Libya haec prodentem, L. IV. Melpom. p. 285. hominum ibi ſilueſtrium genera multa conſpici, ferarumque pariter in hoc orbe penitus ignotarum: quales ſunt, *πύγαργοι, καὶ δορκάδες καὶ βουβάλιες, - - καὶ ὄρυες - - μεγέθος δὲ τὸ θηρίον τοῦτο κατὰ βοῦν ἐστίν*, etc. Orygum Libycorum picturam exhibet, de anim. L. III. p. 955. quam ſecum communicatam ait a V. Cl.

ſti *c.* contrario pilo veſtiri, et ad caput verſo. Sunt et damae *d.*, et pygargi *e.*, et ſtrepſicerotes *f.*, multaque alia haud diſſimilia. Sed illa Alpes *g.*, haec *h.* tranſmarini [1] ſitus mittunt.

LXXX. (LIV.) Simiarum quoque genera hominis figurae *i.* proxima, caudis inter ſe *k.* diſtinguun-

1. *Fluctus.* V.

Cl. Dan. Huetio. Africanam eſſe feram, tum hoc loco, tum L. X. ſ. 94. Plinius admonet. Fallitur Bellonius, qui orygem veterum putat eſſe, quem vulgo *Gazellam* vocant. Nam Gazellae bina ſunt cornua in ſe recurrentia: oryx vero vnicornis eſt, auctore Plinio, L. XI. ſ. 106. et Ariſt. a nobis ibi laudando. H.

c. Soli quibuſdam dicti) Quum alii tauros ſilueſtres aſſeuerent in Aethiopia eſſe pilo ſimiliter in contrarium verſo, vt dictum eſt ſ. 30. H.

d. Sunt et damae) Africanae nimirum δορκάδες Herodoti, a noſtris, quas Galli *Daims* nuncupant, longe diuerſiſſimae. Deſcribit iſtos Λιβυςίνας δορκάδας Aelian. H. A. L. XIV. c. 14. H.

e. Et pygargi) A clunibus albis nomen. E caprearum Libycarum genere. H.

f. Strepſicerotes) Vide quae dicturi ſumus, L. XI. ſ. 45. H.

g. Illa Alpes) Capreas, rupicapras, ibices. H.

h. Haec) Oryges, damas, ceteraque, quae gignunt tranſmarinae regiones, hoc eſt, Africa, Libyaque. H.

i. Hominis figurae proxima) Habet infra huius argumenti integrum caput 44. lib. XI. *Nam ſimiarum*, inquit, *genera perfectam hominis imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris etc.* Vide locum. *Dalecamp.*

Hominis figurae) Vt Ennius, inquit Cicero, de N. D. L. I. p. 42. *Simia quam ſimilis, turpiſſima beſtia, nobis.* De eo argumento prolixius tota ſ. 100. L. XI. Simiarum genera indolemque deſcribit ſatis curioſe Scaliger, Exerc. 213. p. 679. et 680. H.

k. Caudis inter ſe diſtinguuntur) Simias curtas et cauda carentes Graeci πιθήκες nominant, caudatas vero κερκοπιθήκες. Harum genera ſunt κῆβοι, Ariſtot. ἐρὰν ἔχοντες, vt et callitriches. Feſtiue Iuuenal. Satyr. 10. de rugoſo ſene,

— *deformem pro cute pellem,*
Pen-

guuntur. Mira ſolertia *l.*, viſco *m.* inungi, laqueiſque *n.* calceari imitatione venantium tradunt: Mutianus et latrunculis [1] luſiſſe *o.*, fictas cera icones

1. Sic et Ch. et M. Latrunculis luſiſſe fictis cera, nuces viſu diſtinguere Gr. et Al.

Pendenteſque genas, et tales aſpice rugas, Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus In vetula ſcalpit iam mater Simia bucca. Feſtus, *Cercolopis* (alii *Cercalopex*) *genus ſimiae, quae vltimam partem caudae villoſam habet.* Idem, Clunas ſimias a clunibus tritis dictas exiſtimat. Vide ad eadem Scaligérum. De ſimiis multa Solinus Polyhiſt. c. 40. qui eadem quae hic fere tradit: Ariſt. cap. 8. lib. II. hiſtor. animal. *Dal.*

Caudis inter ſe) Aliae enim cauda carent, quas πιθήκες Graeci vocant: caudatae aliae, quas cercopithecos. Vnde apud Martial. L. XIV. ep. 102. ſimius loquitur: *Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.* H.

l. Mira ſolertia) Acumen ingenii, in quibuſdam apte imitandis. H.

m. Viſco) Imitari venantes ſolet ſimiarum quoddam genus: quare viſco ſe ipſae inungunt: calceoſque induunt, quos exuere deinde nequeant. Strabo in Indica hiſt. L. XV. p. 699. Ἡ δὲ θήρα τῦ ζώυ διττή, etc. Duplex, inquit, huius animalis venatio eſt: quippe quod naturae inſtituto viſa imitari, fugaque ſe ad arbores recipere maxime conſueuerit. Quocirca venatores, quum inſidentem arbori ſimiam viderint, poſito in conſpectu illius cum aqua catino, ſuos oculos ea inungunt: deinde pro aqua, viſci catino ſuppoſito, recedentes in inſidiis procul ſe collocant. Ac vbi deſiliens ex arbore ſimia, ſe viſco invnxerit, conniuendoque palpebrae cohaeſerint, accedentibus illis excipitur, etc. H.

n. Laqueiſque) Aelian. H. A. L. XVII. c. 25. Εἰ θεάσαιτο τά τινα ὑποδήματα τοῖς ποσὶ, etc. Imitatur quoque ſimia, inquit, ſi quem calceos induentem viderit: ideoque graues ex plumbo pro his calceos venatores ſupponunt, tum laqueos ſubiiciunt, vt intrare quidem pes valeat, ſed firmo interim vinculo teneatur. H.

o. Mutianus et latrunculis luſiſſe, etc.) Lege: *Mutianus latrunculis luſiſſe, fictas cera icones viſu diſtinguere:* cereae icones optime, et ad natiuum vultus repraeſentant,

nes *p.* vſu diſtinguente. Luna caua *q.* triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit, [1] nouam exſultatione adorare: nam defectum ſiderum et ceterae pauent quadrupedes. Simiarum generi praecipua erga fetum [2] affectio. *r.* Geſtant catulos, [3] quae manſuefactae intra domos peperere, omnibus demonſtrant,

1. *Nouam exſultationem oboriri. Pint. nouam exſultationem adoriri. Salm. et M. nouam exſultantes adorare. V. noua exſultatione adoriri. Ch.* 2. *affectatio. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. quos Gr. et Al.*

tant, et nulla pictura veritatem magis imitatur quam cera. At ſimiae ſciunt viſu ipſo diſtinguere icones cera fictas a veris vultibus. *Salmaſ.* pag. 376. a.

p. Fictas cera icones) Amicos ab hoſtilibus effigies, ex ipſa ludi ratione, hoc eſt, ex ipſo latrunculorum motu, vſu magiſtro diſtinguunt. Vide N. et Em. N. CLXIX. (paulo poſt) De ſimia cum Carolo M. Imp. latrunculis ludente nota hiſtoria. *Fictas*) Hic locus, praeter ceteros, interpolantium audacia male habitus eſt. In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. *Fictas cera coneſius diſtinguet.* Vnde Plinii editores, *fictis cera, nuces viſu diſtinguere.* Nos propius ſane ad veterem ſcripturam accedentes, *fictas cera icones vſu diſtinguente.* Et vero quum *luſiſſe* praeceſſerit, *diſtinxiſſe*, vt ſequeretur, ſermonis ipſius ductus exegit. Et vox illa *viſu* otioſa ac redundans videri potuit. Attigit ex parte aliqua hanc emendationem Salmaſ. p. 376. in Solin. ſequutus codices alios, ſcribens, *fictas cera icones viſu diſtinguere:* Sed dum icones iſtas transfert ad humanos vultus, a ſcriptoris mente, vt quidem reor, longe diſcedit. Icunculas latrunculorum intelligit, *les pieces des échecs.* H.

q. Luna caua) Seneſcente ante coitum. Haec quoque Solin. c. 27. p. 53. H.

r. Simiarum generi praecipua erga fetum affectio) Lege: *Simiarum generi praecipua erga fetum affectio. Geſtant catulos: quae intra domos peperere, omnibus demonſtrant, tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus ſimiles.* Vide *Salmaſ.* pagina 377. a.

Simiarum) Solin. l. c. H.

ſtrant, [1] tractarique gaudent *s.*, [2] gratulationem *t.* [3] intelligentibus ſimiles. Itaque magna ex parte [4] complectendo necant. Efferatior *u.* cynocephalis *x.* [5] natura, [6] ſicut Satyris *y.*, Callitriches toto paene

1. *Sic ex MSS. em. Hard. gaudent tractatu gratulationem intelligentes. V. gaudent ſimiles gratulationem Gr. et Al.* 2. *gratulationem intelligentibus ſimilis. Ch.* 3. *intelligentibus ſimilis. M.* 4. *conflectendo. M.* 5. *natura, ſicut Satyris Callitriches. M. et Ch.* 6. *ſicut mitiſſima Satyris, et Sphingibus Gr. et Al.*

s. Tractarique gaudent ſimiles gratulationem intelligentis. Itaque magna ex parte etc.) Locus eſt corruptiſſimus. Exemplar Toletanum, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus. Similiter magna ex parte, etc.* Salmanticenſe propius veritatem, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus. Similis itaque magna ex parte, etc.* Scribo, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentes. Simiolas itaque magna ex parte*, et reliqua. Oppiani ſententiam hoc loco praeterire nolui. Scribit enim libro Cynegeticῶn III. ſimias ſemper duos parere, quorum alterum amant, alterum odere, quem ſtatim arctiore complexu enecent. *Pintian.*

t. Gratulationem) Videtur intelligere, *dum catulos ſuos tractamus:* quod ſibi *de tam feſtiua prole* gratulemur. H.

u. Efferatior) Reliquum caput Solinus tranſſcripſit, l. c. H.

x. Cynocephalis) De hoc ſimiarum genere, cui factum nomen a canina capitis figura, egit Ariſt. in H. A. L. II. c. 13. p. 197. aliique. Bellonius, Palmerius, ac Salmaſius illud eſſe exiſtimant, quod Galli *magot* appellant. H.

y. Satyris et Sphingibus) Quales fuerint Satyri et Sileni, Bacchi, et cur ita dicti, vide Rhodig. cap. 25. XIX. *Dalec.*

Sicut Satyris) Vide N. et Em. N. CLXX. (paulo poſt) De eo genere ſimiarum haec Solini paraphraſis: *Sunt et quas vocant Satyros, facie admodum grata, geſticulatis motibus inquietae. Sicut S.*) Editi hactenus, *Sicut mitiſſima Satyris et Sphingibus.* Nos admonitu codic. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. voces illas *mitiſſima*, et *ſphingibus* expunximus: vnde efferatiore natura eſſe etiam ſaty-

paene aſpectu differunt: barba eſt in facie, cauda late fuſa [1] primori parte. Hoc animal negatur [2] viuere in alio quam Aethiopiae, quo gignitur, caelo.

LXXXI. (LV.) Et leporum *z.* plura ſunt genera: In Alpibus candidi *a.*, quibus hibernis menſibus pro cibatu niuem credunt *b.* eſſe: certe liqueſcente ea rutileſcunt *c.* annis omnibus: et eſt alioqui *d.* animal intolerandi rigoris alumnum. Leporum *e.* gene-

1. *Priori. V.* 2. *Eſſe niſi in Aethiopiae. M.*

ſatyros, ſit loci huiuſce ſententia. H.

z. Et leporum) Sicuti caprarum, et ſimiarum, inquit, ita et leporum. H.

a. In Alpibus candidi) Quales vidiſſe ſe in Alpium tractu, qui Delphinatum attingit, Vapincenſi agro, ſcribit locupletiſſimus teſtis Nic. Chorier, L. I. hiſt. Delphin. p. 65. In iiſdem Alpibus eſitaſſe lepores, perdiceſque albas Scaliger Exerc. 59. p. 213. Schefferus Vpſalenſis, in Ephemerid. Erud. 1667. p. 22. lepores, vulpes, ſciuroſque candidos, hieme viſos a ſe refert. In Noruegia teſte Th. Bartholino, de niuis vſu c. 19. vrſi, lepores, corui, aquilae, milui, accipitreſque albi. Vide Varr. R. R. L. III. c. 12. p. 107. H.

b. Niuem credunt) Sed temere credunt: neque enim in eo cibatu cauſa candoris eſt poſita. Domeſtica animalia, in primiſque anſeres, niuibus auide veſci obſeruauit idem Bartholinus, quamquam variis ea pennis eſſent. Aſſiduus niuium conſpectus afferre poteſt matricum phantaſiae ſpeciem coloris huius. H.

c. Rutileſcunt) Natiui coloris pilo veſtiuntur. H.

d. Et eſt alioqui) Vide N. et Em. N. CLXXI. (hic poſ.) *Et.)* MSS. omnes, ac Parmenſis editio, *et eſt aliquod:* tamquam admiretur ſic forte Plinius, inueniri in rerum natura animalia, quae intolerandis niuium rigoribus, quibus cetera perimi conſueuerint, ſuſtineantur, alanturque. H.

e. Leporum generis ſunt) Πτῶκας Graeci vocant a pauore. Nam vt inquit Pollux, *δειλίᾳ ὑπερβάλλει τοῦτο ζῶον ἔμπληκτον ῥᾷστα γιγνόμενον καὶ ἀναπτοούμενον.* Quamobrem ei luſtra ſunt *θάμνοι συνηρεφεῖς, καὶ ἀμφιλαφεῖς*, denſa, vmbroſaque dumeta. Dicitur et λαγὼς ab aurium magnitudine, *ἀπὸ τοῦ λᾶ καὶ τῶν ὤτων,*

generis ſunt et quos Hiſpania cuniculos *f.* appellat, fecunditatis [1] innumerae, famemque Balearibus inſulis, populatis meſſibus *g.* afferentes. Fetus ventri exſectos *h.*, vel vberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratiſſimo in cibatu habent: laurices vocant. Certum eſt *i.*, Balearicos aduerſus prouentum eorum auxilium militare a Diuo Auguſto petiiſſe. Magna propter venatum eum viuerris *k.* gratia

1. *Innumeratae. M.*

ὤτων, vel vt aliqui volunt, ἀπὸ τῦ λάειν, id eſt, βλέπειν, quod dormiat oculis apertis. Ἐν πᾶσι τοῖς λαγώοις Graeci aiunt, lautiſſimas delicias ſignificantes. Huius animalis colorem ἐπίπεϱκνον dicunt, qualis eſt oliuae nondum maturitate nigreſcentis. Varroni leporum genera ſunt, Italicum, Gallicum, Hiſpanum: Xenophonti montanum, campeſtre, paluſtre: Polluci Elymaeon deſcribitur vulpis magnitudine. Chelidonios memorat Athenaeus: Moſchias quidam citant, tanta vi ſpiritus, vt in furorem canes agant. Rhod. cap. 29. et 30. lib. XXVI. Vide quod notauimus ad cap. 19. libri XXVIII. *Dal.*

f. Hiſpania cuniculos) Falli Varronem, Plinium, Aelianum, Galenum, alios, qui cuniculum vocem Hiſpanam eſſe velint, Menagius ait in Amoenit. Iur. Ciu. c. 38. p. 167. A Graeca voce κύων κυνὸς originationem mauult deduci, vnde *cunicus* primum, deinde *cuniculus* effictum ſit. De reliquis alii ſane viderint: quod vero Plinium et Varronem in hoc album referat, immerito facit, quippe qui abſint ab ea mente longiſſime, vt mox dicemus. Aeliano interim H. A. L. XIII. c. 15. κόνιλος eſt. Polybio, L. XII. p. 911. κύνικλος. Gallis, *lapin.* H.

g. Populatis meſſibus) Strabo, L. III. p. 144. H.

h. Ventri exſectos) Ita R. 1. 2. Par. etc. rectius quam editi, *ventre.* Mox etiam fortaſſis verius, *repurgatos.* H.

i. Certum eſt) Strabo, L. III. p 144. et p. 168. H.

k. Viuerris) Strabo, l. c. p. 144. hoc ipſum refert, γαλᾶς ἀγϱίας vocat ἃς ἡ Λιβύη φέϱει, hoc eſt, muſtelas ſilueſtres ex Africa importatas. Galli, *des furets.* Sub terra tanta eſt huius animalis ferocia, vt decuplo maiorem ſe cuniculum ſuperet,

tia eſt. Iniiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra, vnde et nomen *l.* animali: atque ita eiectos ſuperne capiunt. Archelaus *m.* auctor eſt, quot ſint corporis cauernae ad excrementa lepori, totidem annos eſſe aetatis. Varius certe numerus reperitur. Idem vtramque *n.* vim ſingulis ineſſe, ac ſine mare aeque gignere. Benigna *o.* circa hoc natura, innocua et eſculenta animalia fecunda generauit. Lepus omnium praedae *p.* naſcens, ſolus *q.* prae-

ret, atque interficiat: extra latebras deponit hanc ferociam. H.

l. Vnde et nomen) Ab eo *quod*, vt Varronis verbis vtar, de R. R. L. III. c. 12. *ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, vbi lateant in agris.* Non igitur Varro, Pliniuſue, vocem Hiſpanam *cuniculum* eſſe voluerunt: ſed in Hiſpania primum a Latinis colonis eo deductis, ex foraminum, quae animalia iſta ſub terra fodiunt, ſimilitudine, ipſis attributam, mox donatam ciuitate et Latio. H.

m. Archelaus auctor eſt, quot ſint corporis cauernae ad excrementa lepori) Ex Varrone hoc mutuatus eſt, diuerſis quidem verbis, an ſenſu eodem, non ſtatuerim. Varronis verba ſunt libro tertio de re ruſtica, cap. 12. *Itaque de his Archelaus ſcribit, annorum quot ſint qui velit ſcire, inſpicere oportere foramina naturae, quod ſine dubio alius alio habeat plura.* Pint.

Archelaus) Et Iul. Pollux, L. V. c. 12. p. 243. et Aelian. H. A. L. II. c. 2. Archelaum in eam rem citat et Varro, loco proxime appellato. H.

n. Idem vtramque) Hoc eſt, cunctis feminis non modo concipiendi, ſed implendi etiam poteſtatem eſſe. Hauſit hoc Archelaus ex Democrito, cuius verba exſtant, L. XIX. Geop. c. 4. p. 466. Negat merito Ariſtoteles, negat experientia. Vulgati erroris cauſam aperuimus §. 47. huius libri, quum de fibris ſeu caſtoribus ageremus. H.

o. Benigna circa hoc) Herodotus libro III. *Dalec.*

Benigna) Haec Plinius ex Herod. L. III. Thalia, n. 108. p. 204. vbi totidem plane verbis exſtant. H.

p. Omnium praedae) Quem omnia venantur, inquit Herod. fera, ales, homo: ὁ λαγωὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίꙋ, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπꙋ. H.

q. Solus) At equas et mulieres quoque ſuperfetare cer-

praeter daſypodem *r.* ſuperfetat *rr.*, aliud [1] educans, aliud in vtero [2] pilis veſtitum, aliud implume *s.*, aliud [3] inchoatum gerens pariter. Nec non et veſtes leporino pilo facere, tentatum eſt, tactu non perinde molli, vt in cute, propter breuitatem [4] pili dilabidas. *t.*

LXXXII. (LVI.) [5] Hi manſueſcunt *u.* raro, quum feri dici iure non poſſint: complura namque ſunt nec

1. *Deducens. M.* 2. *pilis iam veſt. M. aliud impile. Salm.* 3. *inchoata gerens partu. V.* 4. *pilo labili. V. pili dilabi. Par. dilabi laſſi. Tol. Reſtituit. Pint. pili delebilis vſu. pilis Gr.* 5. *Damae manſ. M. Parm. V.*

certum eſt, idque Aelianus docet H. A. L. IV. c. 11. ac Plinius ipſe L. VII. ſ. 9. at ſuperfetare tam numeroſa ſobole, haec vero eſt vnius leporis, peculiaris ac propria dos. H.

r. Praeter daſypodem) Hoc vero Plinius Herodoti verbis adiecit. Quid vero daſypodis nomine intelligat, haud ita procliue eſt ſtatuere. Leporis epitheton δασύπους videtur, a villoſis pedibus ſic cognominati. Et a lepore tamen nunc diuerſum facit: a cuniculo pariter, et a lepore, tum hoc loco, tum libro decimo, ſ. 83. Haeſitaſſe ipſe videtur, L. VII. ſ. 9. quum ait: *Praeter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum ſuperfetat.* Leporem enim, daſypodemque intelligit, quae num inter ſe diſcrepent, dubitare eum ex ea loquendi formula, *vnum aut alterum*, forſan apte colligas. H.

rr. Superfetat) Ἐπικυΐσκεται. Equas et mulieres quoque ſuperfetare, pro indubitato habetur. Haec non leguntur apud Herodotum. Dalec.

s. Aliud implume) Ita MSS. omnes: Tranſlate dictum pro depili. Haec iiſdem fere verbis Herod. l. c. Oppian. Cyneg. L. IV. ſub finem, v. 522. Aelian. H. A. L. II. c. 12. H.

t. Dilabidas) Veſtes nimirum: vel *dilabidam*, vt habent R. 1. et Colb. 1. 2. quod ad breuitatem pili referri poteſt. H.

u. Hi manſueſcunt) Lepores ſcilicet, de quibus proxime dictum eſt: non *damae*, vti ex poſtrema ſuperioris capitis ſyllaba, huc perperam tranſlata, effingere conati ſunt Parmenſis editionis auctores. H.

nec [1] placida, nec fera, ſed mediae inter vtrumque naturae, vt in volucribus *x.* hirundines, [2] apes *y.*: in mari Delphini. (LVII.) Quo in genere multi et hos incolas domuum poſuere mures, haud ſpernendum in oſtentis etiam publicis animal. Arroſis [3] Lanuuii *z.* clypeis argenteis, Marſicum portendere bellum: Carboni *a.* Imperatori apud Cluſium faſciis, quibus in calceatu vtebatur, exitium. Plura

1. *Flaccida. M.* 2. *aper in campo, in mari. M.* 3. *Lauinii Gr. et Al.*

x. Vt in volucribus) In iis quae volant. H.

y. Apes) Ita MSS. omnes Varro, de R. R. L. III. c. 16. apes in feras et cicures diuidit. *Feras dico*, inquit, *quae ſilueſtribus locis paſcitant: cicures, quae in cultis.* Ferae certe dici non poſſunt, praeſertim eae quae aſſiduo hominum interuentu, qui aluearia curant, fuerint delinitae: placidorum enim animalium in morem inter homines degunt. Sed neque placidae omnino: quandoquidem facto examine aliquando abſcedunt: aculeis ſaeuiunt, hominumque contactum fugiunt. Paria feritatis ac placiditatis, delphines hirundineſque argumenta praebent. H.

z. Arroſis Lauinii clypeis argenteis) Plautus in Perſa: *Pater, auos, proauos, abauos, tritauos, Quaſi mures edere ſemper alienum cibum.* Dal.

Arroſis Lanuuii) Vide N. et Em. N. CLXXII. (paulo poſt) De bello Marſico diximus L. II. ſ. 85. *Arroſis) Lanuuii* reſcripſimus, pro *Lauinii*, Ciceronis admonitu de Diu. L. I. p. 196. qui initio belli Marſici ex Siſenna refert, *Lanuuii clypeos, quod aruſpicibus triſtiſſimum viſum eſſe, a muribus eſſe deroſos.* Et L. II. eiuſdem argumenti, p. 235. vbi id lepide ridet. *Ante vero Marſicum bellum*, inquit, *quod clypeos Lanuuii, vt a te eſt dictum, mures roſiſſent, maximum id portentum aruſpices eſſe dixerunt: Quaſi vero quidquam interſit, mures diem et noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint: Nam ſi iſta ſequimur, quod Platonis politiam nuper ad me mures corroſerint, debui de republica pertimeſcere: aut, ſi Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore.* H.

a. Carboni) Vide Pighii Annal. ad V. A. DCXXXIV. H.

ra eorum genera in Cyrenaica regione: alii lata fronte, alii acuta, alii herinaceorum *b.* genere pungentibus pilis. Theophraſtus auctor eſt *c.*, in Gyaro *d.* inſula quum incolas [1] fugaſſent, ferrum quoque [2] roſiſſe eos, id quod natura quadam et ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem *e.* in metallis ob hoc aluos eorum excidi, ſemperque [3] furtum id deprehendi: tantam eſſe dulcedinem furandi. Vaeniſſe murem *f.* [4] cc. denariis *g.*, Caſilinum

1. *Fugauerunt. M. fugauerint. Ch.* 2. *roſiſſe. Conſtat id, quodque iacturam quidam et ad Chal. fecere. V. Conſtat id quod iacturam, etc. Parm. Lego, roſiſſe. Conſtat id natura quadam et apud Chalybas facere.* 3. *in furtum id. Tol. Salm. infartum id. Pint.* 4. *nummis Gr. et Al.*

b. Alii herinaceorum) Alii, inquit, herinaceis ſimiles. Ariſt. H. A. L. VI. c. vlt. p. 788. οἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ μύες, σκληρὰν ἔχουσι τὴν τρίχα, σχεδὸν ὥσπερ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι. H.

c. Theophraſtus auctor eſt) Fragmento περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων ζώων. Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Stephanus lib. de vrbibus. *Dal.*

d. In Gyaro) Theophraſtus, in L. de animalibus, quae repente apparent. Antigonus Caryſtius, in Mirab. c. 21. ex quo Stephanus et Suidas acceperunt, verbo Γύαρος. Aelian. H. A. L. V. c. 14. ἐν τῇ Πάρῳ, mendoſe, pro ἐν Γυάρῳ. H.

e. Aurariis quidem) Cumis in aede Iouis aurum a muribus corroſum refert Liuius, L. XXVII. p. 308. Antii coronam auream, L. XXX. p. 353. H.

f. Vaeniſſe murem cc. nummis) Valerius cap. 6. lib. VII. ducentis denariis. Strabo lib. V. μέδιμνον, non murem, vaeniſſe διακοσίων δραχμῶν. Nummi enim ſeſtertii intelliguntur. Pollux libro IX. Onomaſt. δύνασθαι φησὶ νοῦμον οἷα ἡμιοβόλια, non, vt legitur, ὁμόλια, id eſt, quantum ſeſtertium. *Mitalerius.*

g. CC denariis) Vide N. et Em. N. CLXXIII. (paulo poſ.) Ducenti denarii monetae Gallicae efficiunt libras octoginta. CC.) In editis, *ducenti nummis.* In MSS. omnibus, CC. ſine pretii genere. Nos denarii notam, X. quae facile perire potuit, reſtituendam putauimus, vt eſſet CC. X. hoc eſt, du-

num obſidente Hannibale: eumque qui vendiderat fame interiiſſe, emtorem vixiſſe, Annales tradunt. Quum candidi prouenere, laetum faciunt oſtentum. Nam ſoricum occentu *h.* dirimi auſpicia, Annales refertos habemus. [1] Sorices et ipſos hieme condi, auctor eſt Nigidius: ſicut glires *i.*: quos Cenſori-

1. *Mures. M.*

centis denariis. Siquidem Valerius Maximus, L. VII. c. 6. qui hanc quoque narrat hiſtoriam, ducentis denariis murem hunc venditum fuiſſe teſtatur. Nummum autem, vt diximus, ſ. 68. pro ſeſtertio apud Plinium, probatoſque auctores accipi fere oportet. Frontinus quoque adiuuat, Stratag. L. IV. c. 5. *Caſilini*, inquit, *obſidente Hannibale*, *tantam inopiam perpeſſi ſunt*, *vt C denariis murem vaeniſſe*, *proditum memoriae ſit*, etc. Scribendum CC. *denariis.* Excidit enim ibi, vt apparet, librariorum oſcitantia, nota centenarii. Vide et Liuium, L. XXIII. p. 235. H.

h. Nam ſoricum occentu) Audito ſoricis occentu Fabius Max. dictatura, Caius Flaminius magiſterio equitum ſe abdicarunt. Valerius Max. lib. I. Mures in fundamentis vrbis, quae ad Strymonem aedificabatur, pugnantes reperti, ciues oſtenderunt feroces ac belliсoſos fore. Alex. ab Alex. cap. 13. et 19. lib. V. Lepide Plautus in Truculento: — — *ſed tamen Cogitato, mus puſillus quam ſapiens ſit beſtia, Aetatem qui vni cubili nunquam committit ſuam: Quia ſi vnum obſideatur, aliud perfugium erit.* Dalec.

Nam ſoricum) Val. Max. L. I. c. 1. n. 5. *Occentus autem ſoricis auditus Fabio Maximo Dictaturam: C. Flaminio Magiſterium Equitum deponendi cauſam praebuit.* Auſonius: *Quadrupes oſcinibus quis iungitur auſpiciis? Mus.* Refert in eam rem lepidum Catonis dictum Auguſtinus, de doctr. Chriſt. L. II. H.

i. Sicut glires) Glis, *un loir*. De quo vulgatum illud Martial. L. XIII. ep. 59. *Tota mihi dormitur hiems, et pinguior illo Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.* Inter coenarum fercula locum habuiſſe haud poſtremum idem docet, L. III. ep. 58. *Somniculoſos ille porrigit glires*, etc. Plura dicemus ea de re, L. XXXVI. ſ. 2. H.

ſoriae [1]leges *k.*, Princepſque *l.* M. Scaurus in Conſulatu *m.*, non alio modo coenis ademere, quam [2]conchylia, aut ex alio orbe conuectas aues. Semiferum et ipſum animal, cui viuaria in doliis, idem qui apris *n.*, inſtituit. [3] Qua in re notatum, non congregari, niſi populares eiuſdem ſiluae: et ſi miſceantur alienigenae, amne vel monte diſcreti, interire dimicando. Genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate. Senium finitur hiberna *o.* quiete.

1. *legis princeps Q. Scaurus. V. et M. in conſulatu. Parm.* 2. *Conchilia Gr.* 3. *Quo in genere not. V.*

k. Quos cenſoriae leges, princepſque M. Scaurus in conſ.) Hoc eſt, Cenſores, et ante eos Scaurus Conſul, coenis ademere. Sic enim dictum eſt hic *Princeps*, quomodo apud Poëtam: Princeps aerata Tarchon ſecat aequora prora, id eſt, primus. *Gelen.*

l. Princepſque.) Princeps non pro primo hic accipiendus, vt Gelenio viſum eſt: ſed pro Senatus Principe. Plinius, L. II. ſ. 55. *Scauro Conſule, qui mox Princeps fuit.* H.

m. In Conſulatu) A. V. DCXXXIX. Meminit huius legis ſumtuariae, ſeu cibariae, ab Aemilio Scauro latae, auctor libri de Viris Illuſtribus. H.

n. Idem qui apris) Fuluius Lupinus, de quo dictum eſt, ſ. 78. Varro de R R. L. III. c. 12. *In eodem conſepto fere habere ſolent de animalibus cochlearia, atque aluearia, atque etiam dolia, vbi habeant concluſos glires.* H.

o. Senium finitur hiberna quiete.) Videtur ſcribendum: *ſomnus*, non *ſenium*, ex Oppiano Cynegeticῶn II. prodente totam eos dormiendo hyemem exigere: et Ariſtotele libro octauo capite XVII. *Glires etiam latent in ipſis arboribus, pingueſcuntque per id tempus vehementer.* Martialis in Xeniis: *Tota mihi dormitur hiems, et tempore in illo Pinguior ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.* Pintianus.

Senium finitur) Senium ipſis eſt hiberna quies, et ea quiete finitur: — — rurſus aeſtate, quae ſubſequitur, iuveneſcunt. Pintianus hunc locum fruſtra ſollicitat, vt *ſomnum* pro *ſenio* reponat. H.

te. Conditi *p.* enim et hi cubant: rurſus aeſtate iuueneſcunt *q.*: [1] ſimili et [2] nitelis quiete. *r.*

LXXXIII. (LVIII.) [3] Mirum *rr.*, rerum naturam non ſolum alia aliis dediſſe terris animalia, ſed in eodem quoque ſitu quaedam aliquibus locis negaſſe. In Maeſia *s.* ſilua Italiae, non niſi in parte repe-

1. Similis et nitelis quies. 2. muſtellis. Parm. nitedulis. 3. Sic mirum. M.

p. Conditi) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 22. p. 939. Martialis l. c. et alii. H.

q. Rurſus aeſtate iuueneſcunt.) Deprauata priore dictione *ſomnus*, detortaque in *ſenium*, hoc eſt ſenectutem, cutemue, exuuiaſque illas quae exuunt nonnulla animalium quae conduntur, conſentaneum erat, vt poſterior illi coniuga, eamdem ſubiret aleam. Exiſtimo igitur legendum non *iuueneſcunt*, ſed *viueſcunt*, hoc eſt, reuiuiſcunt, quaſi tota hieme quam dormiendo transegerunt, mortui potius quam viui iacuerint, quando, vt ſummus ait poëta, — *conſanguineus eſt leti ſopor.* Hoc verbo *viueſco*, tum alias Plinius vtitur, tum libro IX. cap. 51. de anguillis loquens his verbis: *Anguillae atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viueſcunt.* Pintian.

r. Nitelis quiete) Nitedulae, parui mures (ſubterranei puto) a nitore pilorum et cutis dicti: vulgo *Rate courte*, Northmannis, *Mulots*, quaſi *Nilots*. Cic. pro Seſtio: *Quum id etiam ciuitatis fatum fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.* Dalec.

Et nitelis) Hoc eſt, quum ſit ſimilis et nitelis quies. Nitedulae Ciceroni dicuntur, pro Seſtio: *Quum id etiam ciuitatis fatum fuit, vt illa ęt vepreculis extracta nitedula Rempublicam conaretur arrodere.* Mus agreſtis in nitela, ſiue nitedula, quem Graeci μῦν ἀρουραῖον, Galli *mulot* appellitant, rubeo colore, cui nomen videtur a pilorum nitore factum. Parmenſes editores priſcam lectionem euerterunt, vt *muſtelis* legerent, reclamantibus libris MSS. De colore nitelino Plinius, L. XVI. ſ. 69. H.

rr. Mirum) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 33. p. 979. H.

s. In Maeſia) De qua Liuius, L. I. p. 13. *Silua Maeſia Veientibus ademta: vſque ad mare imperium prolatum: in ore Tiberis Oſtia vrbs condita.*

reperiuntur hi glires. In Lycia dorcades *t.* non tranſeunt montes Syris vicinos: onagri montem, qui Cappadociam a Cilicia diuidit. *u.* In Helleſponto *x.* in alienos fines non commeant cerui: et circa Arginuſſam [1] Elaphum *y.* montem non excedunt, auribus etiam in monte fiſſis. In [2] Poroſelene *z.* inſula

1. *Sic et Long. ex Strab. et Ptol. ſic et Parm. Elatum Gr. et Al.* 2. *Pordoſelene. V. Pordoſelene inſula viciniam. Parm. portu Selene inſulam vicinam. M.*

dita. Nunc vulgo appellitant *Boſco di Baccano*, a vicino oppido: nono fere ab Vrbe lapide, ad occaſum aeſtiuum. H.

t. In Lycia dorcades non tranſeunt montes Syris vicinos) *Cilicia* verior lectio quam *Lycia.* Nam Ciliciam conterminam eſſe Syriae, haud Lyciam, in aperto apud omnes eſt. *Pintian.*

In Lycia dorcades) Δορκὰς ἀπὸ τȣ̃ δέρκειν, nomen ſortita, quia ſit acutiſſimi viſus. A priſca lectione diſcedit Pintianus, quum Lyciam mutare in Ciliciam conatur. Galli damam vocant, *vn daim:* ſequiore ſexu, *vne daine.* H.

u. Onagri montem qui Cappadociam a Lycia diuidit) Eadem hic quae ſtatim ante, menda. Scribendum enim *a Cilicia*, non *a Lycia:* tum ex vtroque exemplari, tum ex Ptolemaeo tradente, Tauro monte Cappadociam a Cilicia dirimi. Item Lycaoniam partem eſſe Cappadociae, idem prodit Ptolemaeus. At in Lycaonia multos eſſe onagrorum greges, et M. Varro tradit libro XI. c. 6. de re ruſtica; et Plinius hoc ipſo libro, cap. 43. *Pintian.*

x. In Helleſponto) Aelian. H. A. L. VI. c. 16. H.

y. Elaphum) Ariſt. hiſt. L. VI. Vide N. et Em. N. CLXXIV. (paulo poſt) A Graeca voce ἔλαφος, quae ceruum ſonat, factum id ei monti nomen. *Elaphum)* Scriptum erat in MSS. *Elaſum.* Editores, *Elatum* confinxerunt. Nos Ariſtot. ſequuti, H. A. L. VI. c. 29. p. 771. Ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Ἐλαφώεντι καλȣμένῳ, ὅ ἐςι τῆς Ἀσίας ἐν τῇ Ἀργινȣ́σῃ, ȣ̃ τετελεύτηκεν Ἀλκιβιάδης, ἔλαφοι πᾶσαι τὸ ȣ̃ς ἐσχισμέναι εἰσίν. Et mox ex eodem Ariſt. in *Poroſelene* ſcripſimus, pro corrupta voce *Proſelene.* H.

z. In Poroſelene) Ariſt. hiſt. L. VIII. c. 33. p. 980.

ſula viam muſtelae non tranſeunt: [1] in Boeotiae Lebadia *a.* illatae ſolum ipſum fugiunt, quae iuxta in Orchomeno tota arua ſubruunt, talpae, quarum e pellibus cubicularia vidimus ſtragula: adeo, ne religio quidem a portentis ſummouet delicias. In Ithaca *b.* lepores illati moriuntur [2] extremis quidem in litoribus: [3] in Ebuſo *c.*, in litoribus, cuniculi: ſcatent iuxta in Hiſpania, Balearibuſque. Cyrenis mutae fuere ranae *d.*, illatis e continente vocalibus durat genus earum. Mutae ſunt *e.* etiam

Pp 5 [1] nunc

1. In Boeotia Lebadiae. M. 2. externis. V. praue. 3. In Ebuſo in litoribus cuniculi ſcatent, iuxta Hiſpaniam Baleareſque Cyren. Par. in Eb. cuniculi ſcatent iuxta Hiſp Balearibuſque. In Ebuſo cuniculi non ſunt: ſcatent in Hiſpania. Gr. et Al.

a. In Boeotiae Lebadia illatae, etc.) Ariſt. πεϱὶ θαυμασ. ἀκεσμ. *Dalec.*

In Boeotiae Lebadia) Ariſt. l. c. At Auctor libri De mirab. Auſcult. p. 1163. ἐν Κοϱωνείᾳ τῆς Βοιωτίας: quem Antigonus Caryſtius ſequitur, hiſt. mirab. c. 11. et Stephanus, verbo Κοϱώνεια. Ariſtoteli vero ſubſcribit etiam Aelianus, H. A. L. XVII. c. 10. H.

b. In Ithaca) Ariſt. p. 981. Mortui, inquit, reperiuntur iuxta mare, reuerſi in eam partem, qua fuerant in inſulam importati. H.

c. In Ebuſo) Subintellige, *moriuntur*, verbo ex praecedenti ſententia repetito. Quo magis mireris, inquit, cuniculos in Ebuſo illatos, quum primum litus attigerint, interire: Hiſpaniae, Baleariumque loca, non admodum ab Ebuſo diſſita, incredibiliter iis ſcatent. Iuxta Ebuſum Hiſpania, regnum hodie Valentinum appellatur. Vide N. et Em. N. CLXXV. (hic adi.) *In)* Vetuſtorum codicum omnium, et Parmenſis editionis veſtigia ſequuti ſumus: quae omnia neglexit Hermolaus, vt ſcriberet: *In Ebuſo cuniculi non ſunt: ſcatent*, etc. H.

d. Cyrenis mutae fuere ranae) Ariſt. ibid. vide et inf. cap. 51. lib. XI. *Dal.*

Cyrenis) Ariſt. l. c. Auctor libri De mirab. Auſcult. p. 1155. Aelian. H. A. L. III. c. 35. H.

e. Mutae ſunt) Ariſt. et auctor libri mox citati. Aelianus

[1]nunc in Seripho inſula. Eaedem alio [2]tranſlatae canunt: quod accidere et in lacu Theſſaliae [3]Sicendo *f.* tradunt. In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus: eoſdem vlterior [4]Apennino regio non habet. Iidem vbicumque ſint, orbitam ſi *g.* tranſiere, moriuntur. In Olympo *h.* Macedoniae monte non ſunt lupi, nec in Creta inſula. *i.* Ibi quidem *k.* [5]non vulpes, vrſiue, atque omnino nullum maleficum animal *l.*, praeter phalangium: aranei id genus, [6]de quo dicemus ſuo loco. *m.* Mirabilius *n.*, in

1. *Nunc cicadae in. Parm.* 2. *allatae. M.* 3. *Sicandro. Ch.* 4. *Apennina. M.* 5. *nec. Ch.* 6. *de quo, in Ch. del.*

lianus item c. 37. In nimiam aquarum frigiditatem ranarum ſilentii cauſam refundit Tzetzes, Chil. 8. hiſt. 167. v. 95. H.

f. Sicendo) MSS. *Sicandro.* Iuxta Pierum Theſſaliae oppidum, lacum hunc ſtatuit Aelianus, eadem referens l. c. Sed lacus nomen non appellat. H.

g. Orbitam ſi) Nicander in Theriac. p. 59. Phile de propr. anim. c. de mure araneo, p. 110. Aelian. H. A. L. II. c. 37. H.

h. In Olympo) Aelianus, H. A. L. III. c. 33. ex Theophraſto. H.

i. Nec in Creta inſula) Nec in Britannia. *Dal.*

Nec in Creta) Aelianus, l. c. et Solin. c. 11. p. 30. H.

k. Ibi quidem) Diodor. Bibl. L. IV. p. 225. Solinus, l. c. Auctor libri De mir. Auſc. p. 1157. H.

l. Maleficum animal) Addit Solinus, *nec vlla ſerpens, quamuis incolae ſpectati viri, in ea ſerpentes gigni narrent, ſed morſu innoxio: quidam etiam pernicioſos.* Brod. c. 11. III. *Dal.*

Nullum maleficum) Aelianus, H. A. L. V. c. 2. et Solin. l. c. In Delpinatu, a Gratianopoli, milliari vno, Turris eſt, quam vocant incolae, *La Tour ſans Venin, Quo nulli ſubeunt impune dracones, Nullaque ſuſpenſis diſcurrit aranea telis, Nulla venena latent.* Ita cecinit Praeſes de Boiſſieu, L. de ſeptem mirac. Delph. p. 45. Nec ſerpentes, nec araneas, nec bufones, nec ſtelliones ibi vllos eſſe, ſed et aliunde allatos, ſtatim interire, teſtis eſt oculatus Nic. Chorier, hiſt. Delphin. L. I. p. 46. H.

m. Dicemus ſuo loco) L. XI. ſ. 28. et L. XXIX. ſ. 27. H.

n. Mirabilius) Solin. l. c.

in eadem inſula ceruos, praeterquam in Cydoniatarum regione *o.*, non eſſe: item apros *p.*, et attagenas *q.*, herinaceos. In Africa autem nec apros *r.*, nec ceruos, nec capreas *s.*, nec vrſos. *t.*

LXXXIV.

o. In Cydoniatarum) Hinc illud Senecae, in Hippolyto: *Tua Cretaeas ſequitur ceruas*, etc. Et ab Achaia Cretae oppido, ceruas Achaineas appellatas laudat Apollonii Scholiaſtes ad L. IV. vt dicemus in Not. et Em. ad L. IX. N. XCIII. H.

p. Item apros et attagenas herinaceos) Scribendum videtur permutato coniunctionis loco, *Item apros, attagenas, et herinaceos.* Ceterum inter animalia terreſtria, et quadrupedes, de quibus non tantum hoc capite, imo vero toto hoc volumine diſſeritur, quis locus eſt, obſecro te humane lector, attageni aui Ionicae? Nam etiamſi in Creta non eſſet Attagen, alienum erat hoc loco iudicari id quod erat proprium libri X. cap. 29. cuius lemma eſt, *Quae aues in quibus locis non ſunt*, vbi Plinius ſcribit noctuam in Creta non eſſe: non vtique praetermiſſurus de attagene. Et vt quod ſentio dicam ingenue, puto hanc dictionem inter eas eſſe connumerandam, quae falſo in Hiſtoriam naturalem irrepſerunt. *Pint.*

q. Et attagenas) Vide N. et Em. N. CLXXVI. (hic coll.) *Et att.*) Recte ſane Pintianus admonet attageni locum hic nullum eſſe poſſe: opportunioremque multo futurum, ſi vſpiam eſſe debuit, L. X. ſ. 41. Et ſane in MSS. *vttagenas*, vel *vrtagenas* legimus: In MS. Lugdun. *et attigenas*: Id vero, qualecumque eſt, ſequentis vocis *herinaceos* epitheton id eſſe potius, quam animalis per ſe nomen, orationis ſtructura arguit. Secius enim, et *attagenas* et *herineceos* Plinius, opinor, ſcripſiſſet. Numquid igitur *hirtigenas herinaceos*, vel potius, *et in Gnoſſo herinaceos*, aut tale quidpiam ſcripſerit, peritioribus, aut mage otioſis excutiendum relinquimus: Nos interim ad maiora properamus. H.

r. Nec apros) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 33. p. 981. Africae non ademit vrſos: ſed apros tantum, ceruos, capraſque ſilueſtres. De ceruis et apris eadem prior Herodotus, L. IV. Melpom. N. 192. p. 286. Deinde Aelian. H. A. L. XVII. c. 10. De ceruis diximus, ſ. 51. De vrſis Plinio adſtipulatur Albert. M. de animal. L. XXII.

LXXXIV. (LIX.) Iam quaedam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: ſicut ſerpentes [1]parui in Tirynthe *u.*: quos terra naſci proditur. Item in Syria angues: circa Euphratis *x.* maxime ripas, dormientes Syros non attingunt: aut etiamſi calcati momordere, non ſentiuntur maleficia: [2]aliis cuiuſcumque gentis infeſti, auide et cum cruciatu exanimantes: quamobrem et Syri non necant eos. Contra in [3] Latmo *y.* Cariae monte Ariſtoteles

1. *Pareant in Myrinthe.* 2. *alios. M.* 3. *Aletenio. Parm.*

XXII. tr. 2. c. 1. p. 600 *Nec cerui*, inquit, *nec caprae, nec capreae, nec vrſi viuunt in Africa.* Vide tamen quae diximus, ſ. 54. libri huius. H.

s. Nec capreas) Ariſt. l. c. αἶγας ἀγρίας. Gallis, *des chevreuils.* H.

t. Nec vrſos) Supra c. 36. huius libri, ſub finem, Domitius Aenobarbus Aedilis Curulis vrſos Numidicos centum, et totidem venatores Aethiopas in Circo dedit. Iuuenal. Satyra 4. *Profuit ergo nihil miſere quod cominus vrſos Figebat Numidas Albana nudus arena Venator.* Martial. *Et freno Libyci domantur vrſi.* Virgil. *Horridus in iaculis, et pelle Libyſtidis vrſae.* Solinus forma Numidicos vrſos ceteris praeſtare tradit. Fortaſſis legendum, *Vros*, Dalecamp.

u. In Tirynthe) MSS. omnes, *in Mirinthe.* Editores *Tirynthe* ſcripſerunt, quod id oppidi nomen ſit prope Mycenas, quod olim intercidiſſe Plinius et Strabo narrant. Sed quum regionis, montiſue potius nomen, quam oppidi, hic locus poſcere videatur, libentius ſcripſerim, *in Minthe.* Eſt enim in Peloponneſo, prope Pylum Μίνθη mons Straboni, L. VIII. p. 344. H.

x. Circa Euphratis) Auctor Libri De mir. Auſc. Apollonius hiſt. comm. c. 12. p. 17. Περὶ Βαβυλῶνα δὲ, διαβάντι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, ὀφίδια γίγνεται· καὶ τοὺς μὲν ξένους τύπτει· τοὺς δὲ ἐντοπίους οὐκ ἀδικεῖ. Item Aelian. H. A. L. IX. c. 29. H.

y. In Latmo) Antigonus, hiſt. c. 18. Apollonius Dyſcolus, hiſt. comment c. 11. ex Ariſtotelis opere, cui titulus, Νόμιμα βαρβαρικά. Ariſtot. ipſe H. A. L. VIII. c. 39. Denique Aelian. H. A. L. V. c. 14. H.

les tradit a ſcorpionibus hoſpites non laedi, indigenas interimi. Sed reliquorum quoque animalium, [1] et praeterea terreſtrium z., dicemus genera.

1. *Et praeter terreſtria indicemus genera. Gr. et Al.*

z. *Praeterea terreſtrium*) Ita MSS. omnes. Editi perperam, *et praeter terreſtria, indicemus genera.* Tempus eſt iam, inquit, reliqua animalium genera dicere, indeque terreſtria alia, cuiuſmodi ſunt arbores, herbae, fruges, lapides ac metalla. H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER IX.

I. (I.) Animalium, quae terreſtria appellauimus, hominum [1] quadam conſortione degentia, indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe volucres conuenit. Quamobrem prius aequorum, amnium, ſtagnorumque dicentur. (II.) Sunt autem complura in iis, maiora etiam terreſtribus. Cauſa euidens, humoris luxuria. Alia ſors alitum, quibus vita *a.* pendentibus. In mari autem tam late ſupino, mollique ac fertili [2] nutrimento *b.*, accipiente cauſas genitales *c.* e ſublimi ſemperque pariente natura, pleraque etiam monſtrifica reperiuntur,

1. *Quodam conſortio degentium. V. quodam conſortio degentia. Parm.* 2. *ſic et M. incremento. Tol. nutrimento accipienti. Ch. accremento Gr. et Al.*

a. Quibus vita) Quae viuunt pendentes in aere. In mari autem tam late fuſo, in tam molli ac fertili *piſcium* nutrimento, quod accipit genitalia ſemina e caelo, quum ſemper ibi pariat natura, etc. H.

b. Mollique ac fertili accremento) Antiqua lectio, *Mollique ac fertili nutrimento.* Nec diſplicet. Ariſtoteles de longitudine ac breuitate vitae capite ſecundo, *Oportet enim intelligere, quod animal eſt natura humidum et calidum, et viuere tale quippiam eſt, ac ſenectus frigida et ſicca.* Et libro De generatione animalium primo, cap. 17. *Nutrimentum enim omnium, humidum magis.* Pintianus.

Nutrimento.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. vet. Dalec. etc. Editi perperam *accremento.* H.

c. Cauſas genitales) Plinius, L. II. ſ. 3. *Quoniam inde* (e caelo) *deciduis rerum omnium ſeminibus innumerae, in mari praecipuae, ac plerumque confuſis, monſtrificae gignantur effigies.* Vide quae ibi diximus. H.

tur, perplexis et in ſemet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis ſeminibus, atque principiis: [1] vera vt fiat vulgi opinio, quidquid naſcatur in parte naturae vlla, et in mari eſſe: praeterque, multa, quae nuſquam alibi. Rerum quidem *d.*, non ſolum animalium ſimulacra [2] eſſe, licet intelligere intuentibus vuam, gladium, ſerras: cucumim vero et colore et odore ſimilem: quo minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis.

II. (III.) Plurima autem *e.* et maxima in Indico mari animalia, e quibus balaenae quaternûm *f.* iugerum,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Tol. vt verſa ſit. V. vt vera fiat. Gr. et Al.* 2. *ineſſe. V.*

d. Rerum quidem) Pleraque, inquit, mare gignit, ad ſimilitudinem eorum, quae in terra reperiuntur, ſiue animalium, ſiue etiam rerum ceterarum. Ludunt operam Rondeletius, et Aldrouandus, dum ſolicitius inueſtigant, ea piſcium quorumnam ſint nomina, vua, gladius, ſerra, cucumis: quae a ceteris ſcriptoribus ne ſunt appellata quidem. Neque enim reapſe illis nominibus piſces denotantur: ſed ſimilitudinis modo aliquae rerum terreſtrium, quas mare quoque ipſum progenerat: ſiue has aliqui piſces quadam ſui parte, ſeu marini potius frutices, cuiuſmodi ſunt pulmones ac ſtellae, ſeu conchae denique repraeſentent. Animaduerſionem hanc noſtram maxime adiuuant ea quae ſequuntur, *Quo minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis*: in quibus certe ſimilitudo tantum aliqua capitis equini intelligenda eſt. H.

e. Plurima autem) Haec Solinus a Plinio, c. 52. p. 81. H.

f. Quaternûm iugerum) Quantum terrae ſpatium quaedam oppida non occupant: quatuor quippe iugerum longitudo eſt fere millenûm pedum: (quoniam CCXL. pedes iugerum vnumquodque obtinet, Plinio, L. XVIII. ſ. 3.) latitudo dimidia. De balaenarum ingenti mole, vetuſtos ſcriptores ſancti quoque Patres ſequuti, multa ὑπερβολικῶς prodiderunt, quae Bochartus collegit de anim. P. I. L. I. c. 7. p. 51.

gerum, priſtes *g.* ducenûm cubitorum: quippe vbi locuſtae quaterna cubita impleant: anguillae quoque *h.* in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari belluae circa ſolſtitia maxime viſuntur. Tunc illic ruunt turbines *hh.*, tunc imbres, tunc deiectae montium iugis procellae ab imo vertunt maria, pulſataſque ex profundo belluas cum fluctibus voluunt: [1] et alias tanta thynnorum multitudine, vt Magni Alexandri claſſis haud alio modo, quam hoſtium acie obuia contrarium agmen aduerſa fronte direxerit: [2] aliter ſparſis *i.* non erat [3] euadere: non voce, non

1. *Et alia. M.* 2. *Quidam, aliter ſpiſſos, legunt.* 3. *euadere. Non. M. euadere, qui non. V. lego, cum vocem, etc. terreantur n. n. i. turrentur.*

p. 51. Compertiſſimum ſane eſt, tum ex maritimarum vrbium Annalibus, tum ex eorum relatu, qui ad balaenarum piſcationem ſe conferunt, maiores illos cetos in Europa ſaltem, plerumque quinquaginta, raro admodum centum pedum, aut cxx menſuram excedere. H.

g. Priſtes) Neque ex Aeliani hiſtoria, neque ex Plinii relatu, qualis ſit Priſtis, poteris cognoſcere. At Nonius, c. 13. n. 13. *Priſtis*, inquit, *nauigii genus a forma priſtium marinarum, quae longi corporis ſunt, ſed anguſti. Claudius rerum Rom. L. XII. Quinque priſtes, nauigium ea forma a marina bellua dictum eſt.* Cetaceus piſcis eſt Indici maris, quem nonnulli *Viuellam* vocant: roſtro longiſſimo, oſſeo, vtrimque aculeato, ſerrae aut raſtri modo. Iconem Rondeletius exhibet, L. XVI. c. 15. Nos genuinum ſeruamus in Cimelio Pariſienſi noſtro. *H.*

h. Anguillae quoque) Solin. c. 52. p. 81. H.

hh. Tunc illic ruunt turbines) Nam ea pars anni illis hiems eſt, non, vt nobis frigoris aſperitate, ſed aſſiduis imbribus, tonitruis, tempeſtatibus, nimbis, procellis. *Dalecamp.*

i. Aliter ſparſis) Alioqui ſparſae naues non potuiſſent euadere. Si ſparſae naues fuiſſent, et a ſe inuicem disiunctae, niſi agmen ſtipaſſent, ac denſis ſimul ordinibus inceſſiſſent, fuiſſent illae haud dubie aduerſo thynnorum irruentium agmine victae et obrutae. H.

non ſonitu, non ictu, ſed fragore terrentur, nec niſi ruina turbantur. Cadara appellatur Rubri maris peninſula *k.* ingens. Huius obiectu vaſtus efficitur ſinus, XII. dierum et noctium remigio enauigatus Ptolemaeo regi *l.*, [1] quando nullius aurae recepit afflatum. Huius loci quiete praecipua ad immobilem magnitudinem belluae adoleſcunt. [2] Gedroſos *m.*, qui [3] Arbin *n.* amnem accolunt, Alexandri Magni claſſium praefecti *o.* prodidere, in domibus fores maxillis belluarum [4] facere, oſſibus tecta *p.* contignare, ex quibus multa [5] quadrigenûm *q.* cubitorum longitudinis reperta. Exeunt et pecori ſimiles belluae *r.* [6] ibi in terram, paſtaeque radices fruticum remeant: et quaedam equorum, aſinorum, taurorum capitibus, quae depaſcuntur ſata.

III. (IV.)

1. Quoniam nullius ante. M. lego, quoniam nullius aurae rec. afflatum, huius. 2. *Gedroſii qui Arabin, etc. profecto prodiderunt. M.* 3. *Arabim. Ch.* 4. *ſe facere. V.* 5. *quadragenûm. M.* 6. *et ibi. M.*

k. Peninſula) In latere Arabiae meridionali. H.

l. Ptolemaeo regi) Philadelpho. H.

m. Gedroſos) Strabo lib. XV. de Ichthyophagis inter Carmanos et Oritas ſitis id tradit, non de Arbiis. Veriſimile eſt autem vicinos Gedroſios id de illis narraſſe. *Dal.*

n. Qui Arbin) Siue Cophetem, vt diximus L. VI. ſ. 25. H.

o. Praefecti) In primis Nearchus, de quo in Auctorum ſyllabo diximus. Hunc pariter ſequuti, Strabo L. XV. p. 726. et Arrianus, in Indicis, p. 567. et 568. H.

p. Oſſibus tecta) Balaenarum coſtis, quae ſunt interdum vicenûm binûm pedum, Cantabri hodieque, quos Baſcos vocant, hortos ſuos ſepiunt. H.

q. Quadrigenûm) Quadraginta. H.

r. Exeunt et pecori ſimiles belluae) Oneſicritus apud Strab. lib. XV. narrat circa Taprobanen Indiae belluas marinas ancipitis vitae naſci, alias bobus ſimiles, alias equis, alias variis animalibus terreſtribus. *Dal.*

III. (IV.) Maximum animal in Indico mari priſtis et balaena eſt: in Gallico oceano *s.* phyſeter, ingentis columnae modo *t.* ſe attollens, altiorque nauium velis diluuiem *u.* quamdam eructans. In Gaditano oceano arbor *x.* in tantum vaſtis diſpanſa ramis, vt ex ea cauſa fretum numquam intraſſe credatur. Apparent et rotae *y.* appellatae a ſimilitudine, quaternis diſtinctae radiis, modiolos earum oculis duobus vtrimque *z.* claudentibus.

IV. (V.)

s. In Gallico oceano) Gallici oceani ducere initium hic videtur, vt diximus, L. IV. ſ. 35. a Luſitaniae ora: Id enim mare ingenti φυσητήρων copia refertum auctor eſt Strabo, L. III. p. 145. Plinius ipſe tamen, vbi accuratiſſime ſitus et nomina marium ac terrarum perſequitur, L. IV. ſ. 33. ſub finem, Gallicum oceanum Sequana amne ac Pyrenaeo monte determinat. In Rubro mari nauigantes peſtem hanc auertunt tintinnabulorum ſtrepitu, quae a prora pendent. A Nearchi claſſe depulſi fugatique ſunt tubarum fragore, vt idem Strabo prodidit, L. XV. p. 725. et Arrianus, in Indicis, p. 567. Rondeletius, L. XVI. c. 14. phyſeterem ait a Narbonenſibus *Peis mular*, ab Italis *Capidolio*, *Sedenette* a Santonibus appellari. H.

t. Columnae modo) Haec Solinus ex Plinio, c. 52. p. 81. Strabo, L. III. p. 145. non ipſum Phyſeterem attollere ſe ſublimem ait, ſed ſpiritum tantum emittere: quem quum efflat, eminus intuentibus ſpecies quaedam nubis in columnae formam coactae videatur. Φυσητήρων ἀναφυσησάντων, φαίνεταί τις νεφώδης ὄψις κίονος, etc. H.

u. Diluuiem) Hoc eſt, aquarum nimbos eiaculans, partim vt mergat, partim vt proſpectu ademto praeda potiatur. H.

x. Arbor) Quae ſit ea porro, necdum compertum. H.

y. Et rotae) Rotas Aelianus, H. A. L. XIII. c. 20. ait eſſe gregales, maxime prope Athon Thraciae montem: ſpinis horrere praelongis: ſtrepitu perterritas circumuolui, atque in altum deprimi: vnde reuerſiones in orbem iterum facientes emergant, magnoque impetu reſiliant. H.

z. Vtrimque) Vtroque modioli latere, aduerſo ſcilicet, et auerſo. Rotae modio-

IV. (V.) Tiberio principi nuntiauit [1] Oliſiponenſium legatio ob id miſſa, viſum, auditumque in quodam ſpecu concha canentem *a.* Tritonem *b.*, qua noſcitur forma: et Nereidum *c.* [2] falſa non eſt, ſquamis modo hiſpido corpore, [3] etiam qua humanam effigiem habent. *d.* [4] Namque haec in eodem ſpectata litore eſt, cuius morientis etiam [5] gannitum *e.* triſtem accolae audiuere longe. Et Diuo

1 *Olyſſiponenſium Gr.* 2. *Falſa opinio non eſt. M.* 3. *etiam in quo. V.* 4. *vnaque. Pint.* 5. *cantum. M. gemitum. V. canitum. Ch.*

diolum vocant, cui ſunt affixi radii. H.

a. Concha canentem) Interpres Homeri ſcribit ante inventam a Tyrrhenis tubam, priſcos eius loco vſos fuiſſe concha: Vnde Virgilius VI. Aeneid. *Sed tum forte caua dum perſonat aequora concha.* Turn. cap. 44. lib. XXVIII. *Dalec.*

b. Tritonem) Nereides et Tritones humanam ſpeciem prae ſe ferre, nec fabulam eſſe, quindecim amplius exemplis ac teſtimoniis, tum vetuſtis, tum recentibus, Scaliger comprobat in Comm. ad Ariſt. H. A. L. II. p. 232. et 233. His adde quae de marinis hominibus refert Aldrou. L. de monſtris, p. 26. H.

c. Nereidum) Sic Poëtae vocant Nerei et Doridis filias, Νησαῖαν Κυμοθόην, et alias permultas. Nereum Orpheo in Argonaut. deorum antiquiſſimum, Virgilio grandaeuum, Oceani et Tethyos filium ex imitatione Pherecydis Syrii, vaticinantem et futura praedicentem inducit Horatius Protei modo. Hadr. Iun. cap. 22. IV. Tritonis figuram, qualis ſit, accuratiſſime deſcribit Pauſanias, et Vitruv. de architect. lib. I. cap. 6. et Hub. Goltz. Graec. Vet. tab. I. num. 4. et 6. etc. *Dal.*

Et Nereidum) Et Nereidum forma non eſt commentitia: ſed ſquamis hiſpidum tantum illae corpus habent, etiam qua parte humanam effigiem referunt, hoc eſt, *pube tenus.* H.

d. Squamis modo hiſpido corpore, etiam quo humanam effigiem habent) Exemplar Salmanticenſe, *Etiam in qua* legit, non *etiam in quo.* Scribendum cenſeo, *Squamis modo hiſpido corpore, vt in aqua humanam effigiem habente.* Pint.

e. Gannitum) Feſtus: *Gannitio, canum querula murmuratio.* H.

Auguſto legatus Galliae *f.* complures in littore apparere exanimes Nereidas ſcripſit. Auctores habeo in equeſtri ordine ſplendentes, viſum ab his in Gaditano oceano marinum hominem *g.*, toto corpore abſoluta ſimilitudine: aſcendere [1] nauigia nocturnis temporibus, ſtatimque degrauari, quas [2] inſederit, partes: et ſi diutius permaneat, etiam mergi. Tiberio principe, [3] contra Lugdunenſis prouinciae litus *h.* in inſula *i.* ſimul trecentas amplius belluas reciprocans deſtituit oceanus, mirae varietatis et magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore: interque reliquas elephantos *k.*, et arietes, [4] candore tantum *l.* cornibus [5] aſſimilatis. *m.* Nereidas

1. *Aſcendere eum nauigia Gr. et Al.* 2. *inſideret, etc. permaneret.* 3. *contra litus inſula Lugdunenſis prouinciae. M. contra Lugdinienſis p. l. inſularum trecentas. Ch.* 4. *tumore. M.* 5. *aſſimulatis. M. et V. et Gr.*

f. Legatus Galliae) Nempe Lugdunenſis. Idem Legatus, Rector, et Propraetor dictus, apud Tacit. Annal. L. I. II. et III. H.

g. Marinum hominem) Iuvenal. Satyr. 14. *Grande operae pretium eſt, vt tenſo folle reuerti Inde domum poſſis, tumidaque ſuperbus aluta, Oceani monſtra et iuuenes vidiſſe marinos.* Dalecamp.

Marinum hominem) Qualem marinum Monachum ſuperiori ſeculo captum in Noruegia ferunt: Epiſcopi quoque habitu viſum alterum in Polonia, a. 1531. Vtriuſque iconem exhibet Rondeletius, L. XVI. c. 20. et 21. Plura exempla vide apud Maiolum, Colloq. 2. p. 36. H.

h. Contra Lugdunenſis prouinciae littus in inſula) Scribere mallem, *Contra Lugdunenſis prouinciae littus impulſas*; vt capite ſequente, *Et dum ſaginam perſequitur in littus fluctibus propulſa.* Pint.

i. In inſula) Ignobilem fuiſſe hanc inſulam neceſſe eſt, quae proprio nomine caruerit. Pintianus, *impulſas* legi mallet: ſed codices refragantur. H.

k. Elephantos) Elephantus, Roſmarus Olai Magni. Vide quod adnotatum eſt lib. XXXII. cap. 11. *Dalec.*

l. Candore tantum) Apparet, inquit, ſpecies quaedam

reidas *n.* vero multas [1] Turranius prodidit: expulſam belluam in Gaditana litora, cuius inter duas pinnas vltimae caudae cubita ſexdecim fuiſſent, dentes eiuſdem cxx. maximi dodrantium *o.* menſura, minimi ſemipedum. Belluae, cui dicebatur *p.* expoſita

1. *Turanius vero prod. M. Turanius p. Gr. et Al.*

dam cornuum in marinis hiſce arietibus: dignoſciturque ea ex candore quodam, qui videlicet frontem eorum, eo praecipue in loco, notet atque diſtinguat. Aelianus de iiſdem, H. A. L. XV. c. 2. Ἄῤῥην κριὸς λευκὴν τὸ μέτωπον· ταινίαν ἔχει περιθέουσαν, etc. *Mas aries*, inquit, *frontem ſic alba vitta redimitam habet, vt hanc vel Lyſimachi, vel alterius cuiuſpiam regum Macedoniae diadema dixeris.* In Corſico Sardooque freto plurimos eſſe idem auctor affirmat. Meminit arietum inter marinas belluas Oppianus, Hal. L. I. v. 372. et L. V. v. 32. H.

m. Cornibus aſſimulatis) Exſertis dentibus, vt in Elephantis terreſtribus. Horum autem dentes cornua vocari, Iuba et Pauſanias oſtendunt. *Dal.*

n. Nereidas) Apud Alexand. ab Alex. cap. 8. III. Gaza Nereidem in Peloponneſi littus eiectam vidit, Trapezuntius in mari natantem, Draconetus Bonifacius Neapolitanus Tritonem melle conditum, multi viuum captum in maritimis Epiri. *Dal.*

o. Dodrantium) Pollicum nouem. Dodrans, partes ſunt pedis tres quartae, vt loquitur Columella, L. V. c. 1. H.

p. Belluae, cui dicebatur expoſita, etc.) Πίστρικα, πρίστιν et πρῆστιν, hoc ceti genus auctores vocant Piſtricem. Feſtus in voce, Balaena, Cicero in hoc verſu: *Tum vero fugit Andromeda, et Neptuni piſtrix*: Arati Graecus eſt: Οὐδὲ μὲν γὰρ Ἀνδρομέδης, καὶ κήτεος ὅσσ᾽ ἐλέλειπτο. Priſtin Virgil. *Frons hominem praefert, in priſtin deſinit aluus.* Florus lib. III. c. 5. Epicharmus in nuptiis Hebes, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρίστιες ῥίνοιτε τραχυδέρμονες. Polycharmus in Lyciae commentariis, quo loco ſcribit, vati augurium captanti e piſcibus, interdum apparere Orphos et Glaucos, interdum Φαλαίνας et πρίστεις, ἀπὸ τοῦ πρίζειν dictam volunt, quod tenuis corporis longo tractu fluctus ſecat et findit. Sene-

poſita fuiſſe Andromeda, oſſa Romae, apportata ex oppido Iudaeae Ioppe, oſtendit inter reliqua miracula in Aedilitate ſua M. Scaurus, longitudine pedum XL. altitudine coſtarum Indicos elephantos excedente, ſpinae craſſitudine ſeſquipedali.

V. (VI.) Balaenae et in noſtra maria penetrant. In Gaditano oceano non ante brumam conſpici eas tradunt: condi autem [1] ſtatis temporibus *q.* in quodam ſinu placido [2] et capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas *r*, infeſtam his belluam, et cuius imago nulla repraeſentatione *s.* exprimi poſſit

1. *Aeſtatis. M.* 2. *et capaciore gaudentes. Tol.*

Seneca e Pedone: *Qui ferat Oceanum, qui ſaeuas vndique priſtes, Aequoreoſque canes ratibus conſurgere panſis.* Πρῆςιν dixit Oppianus, I. ἁλιευτικῶν: — — ἐν δὲ δαφοινῇ Πρῆςις. Priſtin et poculi genus, et nauis item dixerunt. Quadrigarius apud Nonium, Liuius lib. IV. Decad. 5. Polybius. Virgil. *Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtin.* Had. Iun. cap. 13. lib. II. *Dal.*

Belluae) Solinus iiſdem verbis, c. 34. p. 64. Sed in oſſium menſura a Plinio, quem tranſſcripſit, diſcrepat. Spinae craſſitudinem ſemipedalem tantum agnoſcit (niſi mendum librarii eſſe dixeris,) quam ſeſquipedalem Plinius facit. H.

q. Statis temporibus) Vide N. et Em. N. I. (hic poſ.) *Condi*) Ita R. 1. receptaque hactenus lectio: quamquam in quibuſdam MSS. legitur, *aeſtatis temporibus*: quod vereor vt verum ſit. Scimus enim in Cantabrico oceano, non aeſtate, ſed ab ineunte Octobri, vſque ad Decembrem exactum, ſiue vt Plinius loquitur, vſque ad brumam, balaenas omnino non conſpici. H.

r. Orcas) Feſtus: *Orca genus marinae belluae maximum, ad cuius ſimilitudinem vaſa ficaria orcae dicuntur: Sunt enim teretes, atque vniverſi ſpecie.* A Santonibus *Eſpaulars* nominari ſcribit Rondeletius, L. XVI. c. 13. vbi iconem earum exhibet: quam ex eo quoque expreſſit Aldrou. L. I. de cetis, p. 697. H.

s. Et cuius imago nulla repraeſentatione, etc.) Balaenarum plana et laeuis cutis eſt, orcarum canaliculatim ſtriata, [qualem] vidimus in litus

ſit alia, quam carnis immenſae dentibus truculentae. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac vitulos *t.* earum, [1] aut fetas *u.*, vel etiamnum grauidas lancinant morſu, [2] incurſuque *x.*, ceu Liburnicarum roſtris fodiunt. [3] Illae ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, et pondere ſuo oneratae, tunc quidem et vtero graues, pariendiue *y.* poenis inualidae, ſolum auxilium nouere in altum profugere, et ſe toto defendere oceano. Contra, orcae occurrere laborant, ſeſeque opponere [4] et caueatas *z.* angu-

1. *Sic et Ch. et M. et foetas Gr. et Al.* 2. *incuſſaeque ſeu Gr. et Al.* 3. *Illa.* 4. *et incautas anguſtiis. Tol. et impactas. Pint. cauetas. Ch. cauatas. M. circumdatas anguſtiis. Alii. et cauentes anguſtias. V. et cautium anguſtiis Gr. et Al.*

litus eiectam prope Monſpeſſulum. *Dal.*

t. Ac vitulos) Hoc eſt, catulos: vt diximus, L. VIII. ſ. 1. Et forſan hic *catulos* rectius legatur. H.

u. Aut fetas) Ita MSS. omnes: Editi: *et foetas. Feta* porro, et quae peperit eſt: et quae fert vterum. Sic Virgil. *Loca feta furentibus Auſtris.* Feſtus: *Grauida eſt, quae iam grauatur conceptu. Praegnans veluti occupata in generando quod conceperit.* H.

x. Incurſuque) Factoque in balaenam impetu, inſtar nauis Liburnicae, *cuius ſimilitudinem orcae referunt,* roſtris fodiunt. Vide N. et Em. N. II. (hic conſp.) *Incurſuque)* Nihil hac voce potuit excogitari hoc loco aptius, vt mirari ſubeat a Gelenio immutatam eſſe, vt ſcriberet, *incuſſaeque:* refragantibus vetuſtis codicibus, impreſſiſque libris. H.

y. Pariendiue) Ob dolores a recenti partu, imbecillae. H.

z. Et caueatas) Anguſtiis quibuſdam, quaſi caueis, incluſas, *vnde egredi non liceat.* Vide N. et Em. N. III. (hic adi.). *Et c.)* In editis vulgo legitur, *et cautium,* cuius vocis nullum in codicibus manu exaratis veſtigium exſtat. R. 1. Colb. 1. 2. Par. et vet. Dalec. *et cauatas.* Chiffl. *et cauetas.* R. 2. et Tol. *et incautas.* Nobis *caveatas* magis arriſit, qua voce, haud plane abſimili ſententia, vſum eſſe Plinium vidimus, L. IV. ſ. 15. H.

anguſtiis trucidare, in vada vrgere, ſaxis illidere. Spectantur ea praelia, [1] ceu mari ipſi ſibi irato, nullis in ſinu [2] ventis, fluctibus vero ad anhelitus ictuſque, [3] quantos nulli turbines [4] voluant. Orca et in portu Oſtienſi viſa eſt, oppugnata a Claudio principe. Venerat tunc exaedificante eo portum *a.*, inuitata naufragiis tergorum *b.* aduectorum e Gallia: ſatianſque ſe per complures dies, alueum in vado ſulcauerat; [5] accumulata *c.* fluctibus [6] in tantum, vt circumagi nullo modo poſſet: et dum ſaginam perſequitur, in litus fluctibus propulſa, [7] emineret dorſo multum [8] ſupra aquas carinae *d.* vice inuerſae. [9] Praetendi iuſſit Caeſar plagas multiplices inter [10] ora portus: profectuſque ipſe cum Praetorianis cohortibus populo Romano ſpectaculum praebuit, lanceas congerente milite e nauigiis aſſultantibus; quorum vnum *e.* mergi vidimus, reflatu belluae oppletum vnda.

VI. Ora balaenae *f.* habent in frontibus: ideoque ſumma aqua [11] natantes, in ſublime nimbos efflant.

1. Seu Gr. 2. ventis: fluctus. 3. quanti nullo turbine volant. M. 4. ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. volvunt Gr. et Al. 5. attumulata. M. et Ch. 6. et arena in tantum. Dal. 7. eminente. Dal. 8. ſuper. M. 9. Protendi. Parm. et Ch. 10. oras. M. 11. adnatantes M.

a. Portum) Quem Nero ſucceſſor abſoluit, vt nummi eius teſtantur, cum epigraphe, AVG. PORT. OST. H.

b. Tergorum) Coriorum. Nonius, c. 4. n. 469. *Tergora dicuntur c o r i a. Virgil. Aen. L. I. Tergora diripiunt coſtis.* H.

c. Accumulata) O b r u t a, *ventorum flatu congeriem arenae accumulantium*, vt Plinii verbis vtar, L. IV. ſ. 2. In quibuſdam MSS. *attumulata*, perperam. Elzev. ed. *accumulata fluctibus arena*, inepto gloſſemate. H.

d. Carinae) Inſtar carinae inuerſae. H.

e. Quorum vnum) Nauigium. H.

f. Ora balaenae) Tubulatas fiſtulas. *Dalec.*

Ora balaenae) Ora vocat fiſtu-

efflant. (VII.) Spirant autem confeſſione omnium et pauciſſima [1] alia in mari, quae internorum viſcerum pulmonem habent, quoniam ſine eo nullum animal putatur ſpirare: nec piſcium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimant, quorum haec opinio eſt: nec multa alia genera etiam branchiis carentia: in qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem *g.* video, et multis perſuaſiſſe [2] doctrinae indaginibus. *h.* Nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud diſſimulo: quoniam et pulmonum vice aliis poſſunt alia ſpirabilia *i.* ineſſe viſcera, ita volente natura: ſicut et pro ſanguine eſt multis alius humor. In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum *k.* quis miretur, qui etiam reddi ab his eum *l.* cernat: et in terras quoque, tanto ſpiſſiorem naturae partem, penetrare, argumento animalium, quae ſemper defoſſa viuunt, [3] ceu talpae? Accedunt apud me [4] certe efficacia, vt

Qq 5

1. *Alta, i. e. alta, educata. Ch.* 2. *doctrinam. M.* 3. *ſeu Gr.* 4. *certae efficaciae. V.*

fiſtulas tubulatas, quibus aquae nimbos in ſublime iactitant. Ariſt. H. A. L. I. c. 5. p. 39. Ἔχει δ' ὁ μὲν δελφὶς τὸν αὐλὸν διὰ τοῦ νώτου· ἡ δὲ φάλαινα ἐν τῷ μετώπῳ. *Habet delphin in dorſo fiſtulam: balaena in fronte.* H.

g. *Ariſtotelem)* H. A. L. VIII. c. 2. H.

h. *Doctrinae indaginibus)* Erudita indagatione. Ἐπιχειρήμασι καὶ ἀποδείξεσι. H.

i. *Alia ſpirabilia ineſſe viſcera)* De hac quaeſtione multa Rhodig. cap. 15. lib. IV. *Dal.*

Spirabilia) Quibus ſpirare animalia poſſint. H.

k. *Halitum)* Aerem. H.

l. *Reddi ab his eum)* Reſpirari ab aquis aerem: qui et in terras quoque penetret, quae pars totius naturae ſpiſſiſſima eſt: vt in talpis apparet, quae defoſſae ſub terra viuunt, *atque adeo ſpirant.* Vapore ſcilicet ab aquis vi Solis excitato. Cicero de N. D. L. II. n. 27. *Aer enim oritur ex reſpiratione aquarum, et earum quaſi vapor habendus eſt.* H.

vt credam etiam omnia in aquis ſpirare *m.* naturae ſuae ſorte: primum ſaepe adnotata piſcium aeſtiuo calore quaedam anhelatio, [1] et alia *n.* tranquillo velvt oſcitatio *o.*: ipſorum quoque, qui ſunt in aduerſa opinione, de ſomno piſcium confeſſio: quis enim *p.* ſine reſpiratione ſomno locus? praeterea bullantium *q.* aquarum [2] ſufflatio, Lunaeque *r.* effectu concharum quoque corpora augeſcentia. Super [3] omnia eſt, quod eſſe auditum et odoratum *s.* piſcibus,

1. *Et alias in Dal.* 2. *ſuffultio. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. omnia eſſe auditum Gr. et Al.*

m. In aquis ſpirare) Concedit in hanc ſententiam aperte Auſonius, quum de barbo piſce ita cecinit: *Tibi contigit vni Spirantum e numero non illaudata ſenectus.* Pliniana tamen argumenta, de piſcium reſpiratione, ſane videntur ad rem conficiendam parum idonea. H.

n. Et alia) Ita MSS. omnes. Rectius forte, *alias*, hoc eſt, reliquis temporibus: praecedit enim, *aeſtiuo calore.* H.

o. Oſcitatio) Non magis aer ad id videtur, quam aqua deberi. H.

p. Quis enim) Quaſi vero pulmonis affectio ſomnus ſit, non capitis. Ariſtoteles ait dormire delphinos exſtanti roſtro, vt reſpirent liberius, H. A. L. VIII. c. 2. p. 860. H.

q. Bullantium) A bullis tamen haud recte colligas aerem ita in aquis eſſe, vt ſit diſtinctus. Efficitur inde ſane, motu ſpumam cieri, et calore concepto aereſcere aquam, et in ampullas ire. Quin et ex aquis bullantibus contrarium efficit Philoſophus, L. de reſpirat. c. 3. p. 720. piſces nimirum non ſpirare: quod quum ea quae ſpirant, in aquis ſuffocata moriuntur, bullae fiunt, ſpiritu vehementer exeunte: quemadmodum fit, ſi quis teſtudines, aut ranas, vi ſub aquis detineat. Longe autem diſparem piſcium conditionem eſſe, ſatis intelligitur. H.

r. Lunaeque) Quid porro iſtud ad aerem? perinde quaſi aut in pleniluniis commodior multo ſpiratio ſit: aut Lunae efficientia pertinere ad corpora nequeat, niſi ſpirent ea. H.

s. Et odoratum) Accipi vero odorem naribus, auribus ſonum, per aquam perinde atque per aerem, ſunt qui ex eo argumento ſuadere

bus, non erit dubium *t.*; ex aëris vtrumque materia. Odorem quidem non aliud, quam infectum aera, intelligi [1] poſſit. Quamobrem de his [2] opinetur, vt cuique libitum erit. Branchiae *u.* non ſunt balaenis, nec delphinis. Haec duo *x.* genera fiſtulis ſpirant, quae ad pulmonem pertinent, balaenis a fronte, delphinis a dorſo. Et vituli *y.* marini, quos vocant phocas, ſpirant ac dormiunt in terra. *z.* Item teſtudines, de quibus mox plura. *a.*

VII. (VIII.) Velociſſimum *b.* omnium animalium, non ſolum marinorum, eſt delphinus: ocyor volucre, [3] acrior telo *c.*: ac niſi multum *d.* infra roſtrum

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. et Ch. poſſit Gr. et Al.* 2. *opinentur. V.* 3. *ſic et M. ocyor Gr. et Al.*

re velint, quod vel e mediis aquis ad ſuperiora viſus feratur: nam aequa fere proportione vt videndi, ſic audiendi pariter odorandique ſenſum obire in aquis partes ſuas poſſe. H.

t. Non erit dubium) Libro ſequente, ſ. 89. De piſcium auditu multa Kircherus, in Muſurgia vniu. L. I. c. 2. p. 13. H.

u. Branchiae) Ariſt. de part. anim. L. IIII. c. 13. et H. A. L. VIII. c. 2. Branchiae ſunt in piſcibus ſecundum ceruicem, follium inſtar, hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimantur. Gallis, *les oüyes.* H.

x. Haec duo) Ariſt. H. A. L. I. c. 5. p. 39. totidem verbis. H.

y. Et vituli) De his dicetur ſ. 15. Graeci Φώκας vocant. H.

z. Dormiunt in terra) Vide quae ſupra notata ſunt ad cap. 36. huius libri. *Dalec.*

a. Mox plura) Sect. 12. H.

b. Velociſſimum) Ariſt. H. A. L. I. c. 74. p. 1164. H.

c. Acrior telo) Ita R. 1. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Editi perperam, *ocyor.* H.

d. Ac niſi multum) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 5. p. 877. et Solinus, c. 12. p. 32. Vel vnus hic oris ſitus ſatis declarat delphinum non eſſe eum, quem Galli *Marſoüin* vocant, ceu maris ſuem: quamquam ita viſum Rondeletio, L. XVI. c. 8. et Aldrouando, L. de cetis, c. 7. p. 700. aliiſque. H.

roſtrum os illi foret, [1] medio paene in ventre, nullus piſcium celeritatem eius euaderet. Sed affert *e.* moram prouidentia naturae; quia niſi reſupini *f.* atque conuerſi non corripiunt: quae cauſa praecipue velocitatem eorum oſtendit. Nam quum fame *g* [2] conciti, fugientem in vada ima perſequuti piſcem, diutius ſpiritum continuere, [3] vt arcu emiſſi, ad reſpirandum emicant *h* : tantaque vi exſiliunt, vt plerumque vela nauium [4] tranſuolent. *i.* [5] Vagan-

1. *A medio. Ch.* 2. *concitati. M.* 3. *vt arcu miſſi. Ch.* 4. *trauolento aguntur fere. Ch. tranſuolent vento. Agunt vero coniugia. M. tranſuolent. Iuncti vero agunt. V. alii pro fere, legunt, vera. Solin. Vagantur fere coniuges. Ariſtot.* διατρίβȣσι δὲ μετ᾽ ἀλλήλων κατὰ συζυγίας οἱ ἄῤῥενες ταῖς θηλείαις. 5. *agunt fere Gr. et Al.*

e. Sed affert) Ariſt. l. c. et L. IV. de part. anim. c. 13. p. 1045. totidem verbis H.

f. Reſupini) Ariſt. ὕπτιοι, *inuerſi, ſupini.* Igitur, antequam inuerterentur ii, pars ea, quae in ſublime vertitur, os ſcilicet, quod medio illis paene in ventre, prona erat. H.

g. Nam quum fame) Ariſt. H. A. L. IX. c. 74. p. 1164. H.

h. Emicant) Quod et vrinatores faciunt, inquit Philoſophus, fundo quanto poſſunt nixu, pedibus propulſo: id quod ipſi pueri tanto impetu faciunt natantes in amnibus, lacubuſque, vt paene toto etiam a pedibus corpore exſiliant. H.

i. Vt plerumque vela nauium tranſuolent, etc.) Lege: *vt plerumque vela tranſuolent, vagantur fere coniugi: pariunt catulos decimo menſe.* Salm. p. 185. *Vt plerumque vela nauium tranſuolent)* Ariſtoteles non vela nauium, ſed malos tranſgredi ait libro nono cap. 48. *Quo*, inquit, *impetu fit, vt ſeſe eiaculentur in aërem, et ſuperſiliant malos nauigiorum quae forte affuerint.* Decepit Plinium ſimilitudo, quae apud Graecos eſt duorum nominum, veli et mali, hoc eſt ἱςὸς et ἱςίον. Vidit hoc ante me Franciſcus Maſſarius, et ante Maſſarium Matthaeus Fortunatus in Caſtigationibus naturalium Senecae quaeſtionum. *Pintian.*

Vt plerumque) Ariſt. et Solin. ll. cc. Aelian. H. A. L. XII. c. 12. Albert. M. de anim.

gantur fere coniugia *k.*: pariunt, catulos *l.* decimo menſe, aeſtiuo tempore, [1] interim *m.* et binos: nutriunt vberibus *n.*, ſicut balaena: atque etiam geſtant

1. *Interdum. M.*

anim. L. VIII. tr. 5. c. 2. p. 277. H.

k. Agunt fere coniugia) Scribo, *Agunt vera coniugia.* Naturalia enim coniugia veraque ſunt marium cum feminis. Ariſtoteles eodem libro et capite, *Degunt coniugatim mares cum feminis.* Romana quoque impreſſio *vera* habet, non *fere*, neque vt alia praeferunt exemplaria, *vere.* Pint.

Vagantur) Coniugia hoc loco, vt monuimus L. VIII. ſ. 35. ſunt paria ipſa, mariſque cum femina coniugationes, quas Graeci συζυγίας appellant. Vide N. et Em. N. IV. (hic coll.) *Vagantur)* Ex probatiſſimorum codicum veſtigiis ita reſcripſimus, quantumuis fere editi habeant, *Agunt fere coniugia.* In R. 1. Colb. 1. 2. et Par. *Aguntur.* In R. 2. *agantur.* Sed Parmenſis editio mendo haud paulo grauiore, *agunt vere coniugia,* quod eſt ſane falſiſſimum: tum quod non vere coeunt: tum quod coniugia, vt diximus, coniugationes ſunt maris cum femina, ſimul enatantium. Sic L. VIII. ſ. 35. cap. de aſpidibus: *coniugia*, inquit, *ferme vagantur.* Tranſſcriptor item Solinus c. 12. p. 32. de delphinis: *Quoque*, inquit, *coniuges euagantur.* Ariſtoteles, L. IX. c. 74. p. 1164. Διατρίβουσι δὲ μετ' ἀλλήλων κατὰ συζυγίας οἱ ἄῤῥενες ταῖς θηλείαις. *Verſantur inter ſe coniugatim mares cum feminis.* L. VI. c. 16. p. 706. breuius συνδυάζονται. H.

l. Pariunt catulos decimo menſe) Ariſt. hiſt. VI. κύει δὲ δέκα μῆνας. τίκτει δὲ ὁ δελφὶς ἐν τῷ θέρει. ἐν ἄλλῃ δὲ ὥρᾳ οὐδεμίᾳ. Solinus: *Catulos edunt, decimus menſis maturum facit partum, Lucinam aeſtiuus dies ſoluit.* Vide locum cap. 22. Polyhiſt. vbi ad verbum hoc caput fere citatur. *Dalec.*

Pariunt catulos) Ariſt. H. A. L. VI. c. 9. p. 683. Oppianus, Hal. L. I. v. 660. Solinus, l. c. et Albert. M. de anim. L. VI. tr. 2. c. 1. p. 200. Delphinos viuiparum animal, non ouiparum eſſe, Plinius obiter indicat. Dicet aperte, ſ. 15. H.

m. Interim) Ἐνίοτε *interdum.* Familiaris Plinio loquutio, vt conſtabit ex Indice. H.

n. Nutriunt vberibus) Auctores antea memorati, et Aelia-

ſtant fetus *o.* infantia infirmos. Quin et adultos diu comitantur, magna erga partum caritate. Adoleſcunt celeriter, decem annis putantur ad ſummam magnitudinem peruenire: viuunt et tricenis *p.*: quod cognitum praeciſa cauda *q.* in experimentum. Abduntur *r.* tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo: quod eo magis mirum eſt, ſi ſpirare in aqua [1] non queunt. Solent in terram *s.* erumpere incerta de cauſa: [2] nec ſtatim

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. nequeunt Gr. et Al.* 2. *ſic Parm. et Ch. et ſtatim Gr. et Al.*

Aelianus H. A. L. X. c. 8. aliique innumeri prope, quos Bochartus affert de anim. L. I. c. 7. p. 46. et 47. H.

o. Geſtant fetus) Ariſt. l. c. Καὶ εἰσδέχονται δὲ τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα, *geſtant quoque catulos, dum parui exſiſtunt.* Solinus legiſſe nunc videtur, *ore geſtant*: Sic enim reddit: *Teneros in faucibus receptant.* H.

p. Viuunt et tricenis) Ariſt. et Solin. laudati. Sed multo liberalior Albertus M. ſcribens l. c. *Iam expertum eſt delphinum vixiſſe per centum et XXX annos, et alium per centum et XX. Et ſciebatur hoc per amputationem caudae eorum in iuuentute.* H.

q. Praeciſa cauda) A piſcatoribus ſcilicet, vt quos ita reddidiſſent mari, captos deinde agnoſcerent, et temporis ſpatium eo indicio intelligerent. H.

r. Abduntur) Habent haec pariter auctores proxime appellati H.

s. Solent in terram erumpere incerta de cauſa, et ſtatim tellure tacta moriuntur) Scribo, *Nec ſtatim. Tellure tacta moriuntur.* Significat autem hic *ſtatim*, non confeſtim et illico, quod Hermolao cauſa erroris fuit, ſed ſtato, certo, ac definito tempore. Ariſtoteles libro nono, cap. 48. *Ambigitur autem de ipſis, cur in terram erumpant. Facere enim ipſos hoc temere, et vt caſus tulit non certa de cauſa praedicant.* Sic enim melius Ariſtotelis mens exprimitur, quam ex Theodori tralatione. Quod ergo Ariſtoteles *temere*, Plinius *incerta de cauſa*; quod ille, *vt caſus tulit*, Plinius *nec ſtatim.* Nam quod Hermolaus ait, ſtatim tacta terra delphinos emori, falſum eſt. Tacta terra emori fateor, ſtatim tacta nego. Idque in Plinio Caecilio, niſi ei excidiſſet, Hermolaus lege-

ſtim *t.* tellure tacta moriuntur *u.*, multoque ocyus fiſtula clauſa. Lingua eſt *x.* his contra naturam aquatilium mobilis, breuis atque lata, haud differens ſuillae. Pro voce gemitus *y.* humano ſimilis, dorſum repandum, roſtrum ſimum. Qua de cauſa *z.* nomen

legerat libro epiſtolarum octauo: *Incredibile*, inquit, *tam verum tamen quam priora, Delphinum geſtatorem colluſoremque puerorum in terram quoque extrahi ſolitum, areniſque ſiccatum vbi incaluiſſet in mare reuolui.* Vetus quoque et omnis impreſſa lectio, *nec ſtatim* habet, non aliter. *Pint.*

Solent in terram) Ariſt. H. A. L. IX. c. 74. p. 1164. H.

t. Nec ſtatim) Vide N. et Em. N. V. (hic coll.) *Nec*) Barbarus contra omnium exemplarium fidem, ſcripſerat quidem, *et ſtatim tellure tacta.* Nos Regiorum codd. 1. et 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. et Tol. auctoritatem cum Pintiano ſequuti ſumus, et quod certius multo eſt, Philoſophi ipſius H. A. L. VIII. c. 2. p. 860. ſcribentis, captum delphinum in retibus celeriter ſtrangulari, ſpirandi facultate ademta: extra aquas vero multo tempore viuere, ſubmurmurantem ac gementem, ſicut ſpirantium animalium alia: Καὶ ἔξω δὲ ζῇ πολὺν χρόνον μύζων καὶ ςένων, etc. Et certe, ſi multo ocyus moriuntur, vt Plinius mox ſubiungit, fiſtula obturata, ſequitur profecto non ſtatim tellure tacta eoſdem interire. H.

u. Tellure tacta moriuntur) Inde prouerbium, *Delphinus in litore.* Ouid. *Quem poſtquam bibulis iniecit fluctus arenis, Vnda ſimul miſerum, vitaque deſtituit.* Loquitur de Delphino. *Dal.*

x. Lingua mobilis) Liberam et abſolutam eſſe negat Ariſtoteles hiſtor. lib. IV. *Dalec.*

Lingua eſt) Solin. c. 12. p. 32. H.

y. Pro voce gemitus) Solin. l. c. Ariſt. H. A. L. IV. p. 490. Ἀφίησι δὲ καὶ ὁ δελφὶς τριγμὸν, καὶ μύζει, ὅταν ἐξέλθῃ ἐν τῷ ἀέρι. *Stridet ac gemit, quum in aerem exit.* H.

z. Qua de cauſa) Quam ob cauſam, inquit, datum illis nomen Simonis eſt: quod mirum eſt ab omnibus illis agnoſci: quoniam cum quodam cantu quo mulcentur, vox illa profertur, elata poſteriore ſyllaba vocis, *Simon, Simon.* Solini paraphraſis: *Certum habent vocabulum, quo accepto vocantes*

nomen Simonis *a.* omnes miro modo agnoſcunt, maluntque ita appellari.

VIII. Delphinus non [1] homini tantum *b.* amicum animal, verum et [2] muſicae arti, mulcetur ſymphoniae *c.* cantu, et praecipue hydrauli ſono. *d.* Hominem non expaueſcit, vt alienum: obuiam navigiis [3] venit, alludit exſultans, certat etiam, et quamuis *e.* plena praeterit vela. Diuo Auguſto *f.* principe, Lucrinum lacum inuectus, pauperis cuiuſdam puerum, ex Baiano [4] Puteolos in ludum literarium

1. *Hominis.* Ch. 2. *muſica arte mulcentur ſymphoniae.* V. 3. *euenit.* V. *Lego, is venit.* 4. *Puteolis in ludo literarum ſtantem.* M. *Puteolis, etc. vt in vulg.* Ch.

res ſequuntur, nam proprie Simones nominantur. H.

a. Nomen Simonis) Apud Nonium in Pecus. Liuius, vel, vt legit Scaliger in Aegiſtho delphinos vocat, *laſciuum Nerei ſimum pecus.* Dalec.

b. Delphinus non homini tantum, etc.) Lege: *Delphinus non hominis tantum amicum animal; verum ex muſica arte mulcetur, ſymphoniae cantu, etc.* Salmaſ. pagina 185. a.

c. *Symphoniae)* Solin. l. c. et Aelian. H. A. L. II. c. 6. Symphonia porro muſicum hoc loco inſtrumentum eſt: vnde ſymphoniaci ſerui in Diuinat. Cic. in Verrem, n. 51. qui tibicines ab Aſconio Pediano eſſe exiſtimantur, in eum locum, p. 56. Symphonia vero ipſa tibia, claſſicum, lyraque eſt. Vide Ducangium in Gloſſ. verbo *Symphonia.* H.

d. Hydrauli ſono) Hydraulum, Graece ὕδραυλις et ὑδραυλικὸν ὄργανον, muſicum eſt inſtrumentum huic ſimile, quod vulgo vocamus *Orgues*, id eſt, organum: ſed in hoc, vento ad inflandos canales plumbeos vel aereos tantum vtimur: in hydraulicis vero etiam aquae motu et preſſionibus coacta anima fiſtulas replet, et ſonos elicit. H.

e. Et quamuis) Et quamvis pleniſſima *vento* vela, *ipſe curſu* praeteruolat. H.

f. Diuo Auguſto) Narrant pariter hanc hiſtoriam Solin. c. 12. p. 32. Aelian. H. A. L. VI. c. 15. Gellius, L. VII. c. 8. p. 418. ex Apionis Aegyptiacorum libro V, qui ſe id vidiſſe ſcriptis teſtatus eſt. H.

rarium itantem, quum meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine, ſaepius fragmentis panis, quem [1] ob id ferebat, allexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Maecenatis, et [2] Fabiani *g.*, et Flauii Alfii, multorumque eſſet literis mandata. Quocumque diei tempore inclamatus a puero, quamuis occultus atque abditus, ex imo aduolabat: paſtuſque e manu praebebat aſcenſuro dorſum, [3] pinnae aculeos *h.* velut vagina condens: receptumque Puteolos per magnum aequor in ludum

1. *Obiter. M.* et *Ch.* 2. *Flauiani Gr.* et *Alnae. M.* et *Ch.* 2. *pennae.* *M.* et *Ch.*

g. Ni res Maecenatis et Flauiani) Scribendum *Fabiani*, non *Flauiani*, tum ex Indice operis, tum etiam ex Solino, cap. 17. *Pigeret*, ait, *aſſeuerare hoc*, *ni Maecenatis et Fabiani*, *multorumque praeterea eſſet literis comprehenſum.* Vtitur etiam teſtimonio huius Fabiani Seneca, in libro de conſolatione ad Martiam, et alibi ſaepe. *Pintian.*

Et Fabiani) Vide N. et Em. N. VI. (hic conſp.) *Et F.)* Ex Solino c. 12. p. 32. ita reſcripſimus, cum Pintiano, et quod certius adhuc longe eſt, ex ipſo indice operis huius, quum prius *Flauiani* perperam legeretur: quod paulo mox Flauianus ſcilicet Proconſul Africae appellatur, huc eum quoque aduehendum amanuenſes putarunt. H.

h. Pinnae aculeos) Sic Apion apud Gellium: τὰς ἀκανθὰς περιςέλλων. Concoquere vero hoc non queunt Rondeletius, ceterique, qui Marſuinum delphinum eſſe contendunt. Non os modo, vt diximus, negant delphino eſſe multum infra roſtrum, atque in medio paene ventre: non dorſum modo repandum negant: ſed negant etiam in dorſo fiſtulam, quam eſſe ei in capite volunt: negant in ſpina dorſi exſtare aculeos, quae tamen *cultellata ſpina*, vel *pinna* dicitur, l. VIII. ſ. 38. atque adeo inſignes notas delphinis adimunt, quibus ſummi ac diligentes in naturae inueſtigatione viri, Ariſtoteles, Plinius, ceterique, ſecerni eos, dignoſcique voluere: vt nobis interim delphinum obtrudant, non qualem Deus creauit, ſed qualem libido arbitriumque finxit. H.

dum ferebat *i.*, ſimili modo reuehens pluribus annis: donec morbo exſtincto puero, ſubinde ad conſuetum locum ventitans, triſtis et moerenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo [1] dubitaret) deſiderio exſpirauit. Alius [2] intra *k.* hos annos in Africo litore Hipponis Diarrhyti, ſimili modo ex [3] hominum manu veſcens, [4] praebenſque ſe tractandum, et alludens [5] natantibus, impoſitoſque portans, vnguento perunctus a Flauiano Proconſule Africae, et ſopitus (vt apparuit) odoris nouitate, fluctuatuſque *l.* ſimilis exanimi, curauit hominum conuerſatione, vt iniuria fugatus, per aliquot menſes: mox reuerſus in eodem miraculo fuit. Iniuriae *m.* poteſtatum [6] in hoſpitales *n.*, ad viſendum venientium, Hipponenſes

1. *Dubitarit.* 2. *inter. M.* 3. *ſic ex MSS. cm. Hard. conſent. Ch. hominis Gr. et Al.* 4. *ferenſque. V.* 5. *nantibus. M. et Ch.* 6. *ſic et Ch. in hoſpites. Alii. Inhoſpitales coniunctim Gr. et Al.*

i. Per magnum aequor in ludum ferebat) Parem fere hiſtoriam in Laconicis Pauſanias refert ad Emporoſelenen viſum a ſe Delphinum, qui puero a quo ſanatus fuerat quum piſcatores eum caperent, mercedem curationis pendebat, dicto ſeu audientem praebebat, et quocumque iuſſiſſet, dorſo tranſuehebat. *Dalec.*

k. Alius intra) Oppian. Hal. L. V. v. 453. et Solin. l. c. H.

l. Fluctuatuſque) Solini paraphraſis: *Pro exanimi iactitatus aliquantiſper.* Plin. L. IV. ſ. 22. *Delos diu fluctuata*, etc. H.

m. Iniuriae) Iniuriae quas inferebant ſuis hoſpitibus Magiſtratus Romani, qui eo ad viſendum conueniebant, etc. H.

n. In hoſpitales) In hoſpitales diuiſim legendum: hoc eſt Hipponenſes, qui magiſtratus magno ſumtu excipiebant. *Dalec.*

In hoſpitales) Ita diuiſim legendum, non vt prius, *inhoſpitales*, coniunctim. Poteſtates autem Romani homines nunc appellantur, magiſtratu ac dignitate praediti: hoſpitales vero Hipponiatae, qui eos hoſpites ſuſcipiebant, a quibus ii contumelioſe, atrociter, iniurioſeque habiti. Sic Iuuen. Sat. 10. v. 100. *Praetextam ſume-*

nenſes in necem eius compulerunt. Ante haec ſimilia de puero in [1] Iaſſo *o.* vrbe memorantur, cuius amore ſpectatus longo tempore, dum abeuntem in litus auide ſequitur, in arenam inuectus exſpirauit. Puerum Alexander Magnus *p.* Babylone *q.* [2] Neptuni ſacerdotio praefecit, amorem illum numinis propitii

Rr 2

1. *Aſiae. M. Ialiſo. Parm. Iaſo. Ch. et Athenaeus.* 2. *Neptunio. Ch-*

ſumere mauis, An Fidenarum, Gabiorumque eſſe poteſtas. Apud Vghellum, T. VII. Ital. Sacr. p. 1342. *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis, Poteſtati, Conſilio, nec non Communi Ciuitatis Adriae, et vniuerſo populo Adrienſis Dioeceſis, ſalutem et Apoſt. Bened.* Laudat Vlpianus Iunii Gracchani librum *De poteſtatibus*, vt in auctorum Indice diximus. Hinc Italicum *Podeſta.* Vide Meurſii Gloſſar. verbo Ποτεςάτος, et Du Cangium pariter in Gloſſario. H

o. In Iaſſo) Narrant hanc hiſtoriam Duris hiſt. L. IX. ap. Athen. L. XIII. p. 606. Aelian. H. A. L. VI. c. 15. Solin. l. c. etc. Vide N. et Em. N. VII. (hic adi.) *In Iaſſo)* Habent quidam codd., *Iaſo.* Aelianus quoque ἐν Ἰάσῳ, ſed mendoſe. Rectius Athenaeus, ἐν Ἰασῷ· Ἰασὸς enim, ſiue Ἰασσὸς oxytonum, inſula Cariae eſt, oppidumque, de quo L. V. ſ. 29. Ἴασος proparoxytonum, Peloponneſi ciuitas, ex Stephano. H.

p. Puerum Alexander Magnus, etc.) Lege: *Puerum Alexander Magnus Babylonem nomine, Neptuni ſacerdotio praefecit.* Solin. *Puerum Alexander Magnus, etc.)* Athenaeus Dionyſium vocat lib. XIII. vbi eiuſdem argumenti pleraque alia leguntur ſcitu digniſſima. Vide locum, non procul a fine. *Dalec.*

q. Babylone) Vide N. et Em. N. VIII. (hic poſ.) *Puerum)* Delicias facit Solinus, qui hunc Plinii locum ſic intellexit, vt puerum Babylonem nomine vocitatum ſcribat. Salmaſium miror magis eo Solini teſtimonio Plinium velle ſic emendare, p. 185. in Solin. neglecta omnium librorum fide, *Puerum Alexander Magnus, Babylonem nomine, Neptuni ſacerdotio,* etc. Non venit in mentem ſcilicet nomen ei puero Dionyſium fuiſſe, vt auctor eſt Athenaeus, L. XIII. p. 606. Haud abſimilem errorem iam

pitii fuiſſe interpretatus. In eadem vrbe *r.* [1] Iaſſo [2] Hegeſidemus ſcribit et alium puerum [3] Hermiam nomine, ſimiliter maria perequitantem, quum repentinae procellae fluctibus exanimatus eſſet, relatum: delphinumque cauſam leti fatentem non reverſum in maria, atque in ſicco exſpiraſſe. Hoc idem *s.* et Naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit. [4] Nec modus exemplorum. Eadem Amphilochi *t.* et Tarentini de pueris delphiniſque narrant. Quae faciunt, vt credatur Arionem quoque *u.* citharoedicae

1. *Ialiſo. Parm.* 2. *Egeſidemus Gr.* 3. *Hermam. M.* 4. *Nec. Ch. forte, Ne hic.*

iam alias in Solino deprehendimus, L. VIII. ſ. 64. Is enim quum Plinium transſcriberet, Opuntemque in eo legeret, quae Locrorum ciuitas eſt, equi nomen id eſſe credidit. H.

r. In eadem vrbe) Solin. l. c. et Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 984. H.

s. Hoc idem) Totidem verbis, laudato etiam Theophraſto, Gellius L. VII. c. 8. p. 418. Ex Theophraſti ἐρωτικῷ, quod ab Athenaeo laudatur, loco proxime appellato, nobis id acceptum videtur. H.

t. Amphilochi) Vel Amphilochii: Gentis enim id, vt apparet, non oppidi, nomen eſt, ſcribente Caeſare, de B. G. L. III. p. 181. *Aetolia, Acarnania, Amphilochis, per Caſſium Longinum, et Caluiſium Sabinum, receptis.* De Argo nihilominus Amphilochico in Acarnaniae ora Plinius, L. IV. ſ. 2. quod A r c h o s Amphilochum a Liuio appellari diximus. H.

u. Arionem quoque) Τὸν Ἀρίονα. Rem narrant multo prolixius Herod. L. I. Clio, n. 24. p. 9. Oppian. Hal. L. V. v. 450. Tzetzes Chil. I. v. 393. et e Latinis Gellius, L. XVI. c. 19. p. 914. Hygin. fab. 194. Denique Solin. c. 7. p. 22. *Eſt et Taenaron promontorium aduerſum Africae,* inquit, *in quo fanum eſt Methymnaei Arionis, quem delphine eo aduectum imago teſtis eſt, ad effigiem caſus et veri operis expreſſa aere: Praeterea tempus ſignatum: Olympiade enim vndetrigeſima, qua in certamine Siculo idem Arion victor ſcribitur, id ipſum geſtum probatur.* At non citharoedum modo, ſed et martyrem laude inſignem a delphino depoſitum apud vrbem

cae artis *x.* interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quaeſtus *y.*, eblanditum, vt prius caneret cithara *z.*, congregatis cantu delphinis, quum ſe [1] ieciſſet in mare, exceptum ab vno [2] Taenarium *a.* in littus peruectum.

IX. Eſt prouinciae Narbonenſis *b.* et in Nemauſien-

1. *Ieciſſet, in mari exceptum. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. Taenarum Gr. et Al.*

vrbem Nicomediae Helenopolim Philoſtorgio proditum eſt, Hiſt. Eccl. L. I. H.

x. Citharoedicae artis) De hac forma loquendi dicemus, in Not. ad Lib. XXV. N. I. H.

y. Ad intercipiendos eius quaeſtus) Vt pecuniam auferrent, quam is arte ſua quaeſiuerat. *Dal.*

z. Vt prius caneret cithara) Magnam vim Muſices non ſolum in ea quae ratione carent, ſed etiam in animos corporaque hominum, vide apud Magium cap. 13. lib. IV. et Carpentar. ſuper lib. VI. Ariſtot. de diuina ſap. Aegypt. et Martian. Capell. Philolog. lib. 9. pag. 369. Apollon. hiſt. mirabil. pag. 48. Boëth. muſic. in princip. Ceterum id quod de vi eius in morbis quibuſdam curandis ſcribitur, dubitationem habere, ait Muret. Var. 6. XIV. *Dal.*

a. Taenarium) A Taenaro promontorio Peloponneſi. Hactenus editi, *Taenarum*, male. H.

b. Eſt prouinciae Narbonenſis et in Nemauſienſi agro, etc.) Lege: *Eſt prouinciae Narbonenſis et in Nemauſienſi agro ſtagnum Latera appellatum, vbi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum ſtato tempore anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſeruata aeſtus reciprocatione. Qua de cauſa praetendi non q u e u n t retia aquae, molem ponderis nullo modo toleratura. Iam ſi non ſolertia inſidietur tempori, ſimili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite adfligitur, locumque ſ o l u m pandendis retibus habilem effugere feſtinant. Quod vbi animaduertere piſcantes, concurrit autem multitudo, temporis gnara, et magis etiam voluptatis huius auida, totuſque populus e litore, quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi euentum. Celeriter Delphini exaudiunt deſideria, Aquilonum flatu vocem proſequente, Auſtro vero tardius ex aduerſo referente aeſtum, tum quoque improuiſo in auxilium*

ſienſi agro ſtagnum [1] Latera appellatum *c.*, vbi cum homine delphini *d.* ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum *e.* [2] ſtato tempore anguſtis faucibus *f.* ſtagni in mare erumpit, obſeruata aeſtus reciprocatione. Qua de cauſa praetendi non queunt retia, [3] aeque molem *g.* ponderis nullo modo toleratura, etiamſi

1. *Latena. M. Laterna. V. Lutera. Ch.* 2. *ſtatuto. M.* 3. *aeque moles ponderis nullo modo toleratura. M. lego, aquae molis pondera vllo modo toleratura. quae molem ponderis nullo modo tolerent. Alii quae m. p. vllo m. t. Gr. et Al.*

lium aduolant. Properare apparet; acieſque protinus diſponitur in loco, vbi conſpectus eſt pugnae: opponunt ſeſe ab alto, trepidoſque in vada vrgent, etc. Vide Iſac. Voſſ. in Melam, pag. 179.

c. Stagnum Latera appellatum) Vide quod adnotatum eſt ſupra l. III. c. 4. *Dal.*

Latera) A caſtello adiacente nomen habet. Mela, L. II. c. 5. p. 39. *Ledus flumen, caſtellum Latera:* hodie, *le château de Latte*, et *la Tour de Latte.* Nemo porro miretur id a Plinio in agro Nemauſienſi poni, quum ſit iam in Magalonenſi pago: quippe Plin. ipſe, L. III. ſ. 5. oppida XXIV. Arecomicorum Nemauſienſibus attributa prodidit. Stagnum id porro in mare anguſto ore deuoluitur, infra montem Peſſulanum. H.

d. Delphini) Similem ſocietatem piſcandi delphinorum cum homine, in Euboea deſcribit Oppian. Hal. L. V. v. 425. H.

e. Mugilum) *Des Mulets:* cuius generis piſces ſtagnum id hodieque optimos, plurimoſque alit. H.

f. Anguſtis faucibus ſtagni, etc.) Eas fauces Monpeſſulani vocant, *la Crau pres de Mangueil.* Dal.

g. Aeque molem) Etſi, inquit, in egreſſu, eruptioneque ſua mugiles non obſervarent naturali quadam ſolertia comitantis aeſtus reciprocationem, qua non parum eorum impetus adiuuatur: nihilominus tantam molem ponderis retia non tolerarent. Vim mugilum, vel ſi aeſtus abſit conuellendis perrumpendiſque retibus per ſe ſufficere, ita omnino ſignificat. Vide N. et Em. N. IX. (hic adn.) *Aeque*) Interpolatam librorum editorum lectionem, quae erat huiuſcemodi, *quae molem ponderis vllo modo tolerent,*

iamſi *h.* non ſolertia inſidietur tempori. [1] Simili ratione *i.* in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite [2] efficitur, locumque ſolum pandendis retibus habilem effugere feſtinant. Quod vbi animaduertere piſcantes *k.*, (concurrit autem multitudo temporis gnara, et magis etiam voluptatis huius auida,) totuſque populus e littore quanto poteſt clamore conciet Simonem *l.* ad ſpectaculi *m.* euentum. Celeriter

1. *Simul ergo omnes. Quid? Simul itaque omnes. Alii. Subtili ratione omnes. Alii.* 2. *affigitur. M. lego, affunditur. effecere. V.*

rent, noſtrorum codicum fide, R. 1. Colb. 1. 2. Par. etc. reſtituimus, eo plane modo, quo dudum ante nos reſtituendam ſcripſit Rondeletius, L. XVI. c. 8. admonitus a V. Cl. Guil. Pelliceriо Monſpelienſi Epiſcopo. H.

h. Etiamſi) Etiamſi non ingenti ſolertia tempus captarent, *quo maris* aeſtus reciprocat. Simili aſtu in quamdam profunditatem aquarum confeſtim *mugiles* tendunt, quam vicinus *ſtagno* gurges efficit, etc. H.

i. Simili ratione) Vide N. et Em. N. X. (hic conſp.) *Simili*) Ex interpretatione huius loci quam attulimus, apparet nihili eſſe Voſſii coniecturam, in Obſſ. ad Melam, p. 179. legentis: *In alium protinus tendunt, quod vicino gurgite adſligitur.* H.

k. Quod vbi animaduertere piſcantes, concurrit autem multitudo temporis gnara et magis etiam voluptatis huius auida, totuſque populus e littore quanto poteſt clamore conciet Simonem, ad ſpectaculi euentum) Luxatus eſt, ni fallor, dictionum ſenſuumque ordo, et permiſta ac confuſa omnia. Tolerabilior autem lectio et rationi magis conſentiens ad hunc modum: *Quod vbi animaduertere piſcantes totuſque populus (concurrit autem multitudo temporis gnara, et magis etiam voluptatis huius auida ad ſpectaculi euentum) e littore quanto poteſt clamore conciet, etc.* Pintianus.

l. Simonem) Vocem eam, *Simon*, quantum contendere clamore poſſunt, ingeminando, delphinos euocant. H.

m. Ad ſpectaculi) Vide N. et Em. N. XI. (hic adi.) *Totuſque*) Libri omnes manu exarati, ſine praepoſitione *ad*, *ſpectacula euentum* prae ſe ferunt. Quamobrem legendum

leriter delphini exaudiunt [1] deſideria, Aquilonum flatu vocem proſequente, Auſtro vero tardius ex aduerſo referente. [2] Sed tum quoque improuiſo in auxilium aduolant. [3] Properare apparet acies, quae protinus diſponitur in loco, vbi [4] coniectus eſt pugnae *n.*: opponunt ſeſe ab alto: trepidoſque in vada vrgent. Tum piſcatores circumdant retia, furciſque ſubleuant: mugilum nihilominus velocitas tranſilit. At illos excipiunt delphini, et occidiſſe ad praeſens contenti, cibos *o.* in victoriam differunt. Opere praelium feruet, includique retibus ſe fortiſſime vrgentes gaudent; ac ne idipſum fugam hoſtium ſtimulet, inter nauigia et retia, natan-

1. *Deſideria Aqu. flatu, voce proſequente: Auſtro vero t. ex adu. reflante. Alii, regerente.* 2. *Et tum. Ch. ſic et Rondel.* 3. *Propere Gr. et Al.* 4. *coniecta eſt pugna. M. in loco. Vbi conſerta eſt pugna, opponunt ſeſe. Pint. lego, vbi exitus eſt, vel, vbi traiectus eſt, pugnant opponentes; pugna. Opponunt, etc. V. et Ch. vbi coniectus eſt, pugna opponente ſeſe Gr. et Al.*

dum ita interpungendumque cenſemus: *Clamore conciet Simonem. Spectaculi euentum celeriter delphini exaudiunt deſiderari.* Vel, vt Pellicerio viſum eſt in Not. MSS. *Spectaculo conuenientium celeriter delphini*, etc. H.

n. Coniectus eſt pugnae) Vbi pugnam futuram coniiciunt. Vide N. et Em. N. XII. (hic adi.) *Coniectus*) Sic Pellicerius reſtituebat hunc locum, atteſtante Rondeletio, l. c. quum prius eſſet interpolata lectio, *vbi coniectus eſt, pugnae opponente ſeſe*, etc. Voſſius in Melam, p. 179. legebat, *vbi conſpectus eſt pugnae: opponunt ſeſe*, etc. Pellicerio fauent noſtri codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2 Chiffl. Par. quorum ex fide paulo ante *Properare apparet*, reſcripſimus, vbi *propere* legebatur. Mox idem Pellicerius, vt auctor eſt Rondeletius, legi cenſebat oportere, *cibos in victoriam differunt operae. Praelium feruet*, etc. Sed codices aduerſantur ei cenſurae. H.

o. Cibos) *Veſci iis, quos interemere*, poſt victoriam differunt. Infra, *Peracta captura, quos interemere, diripiunt.* H.

tanteſue homines ita ſenſim elabuntur, [1] vt exitum *p.* non aperiant. Saltu, [2] quod eſt alias blandiſſimum his, nullus conatur euadere, ni ſummittantur ſibi retia. Egreſſus protinus ante vallum [3] praeliatur. Ita peracta captura, [4] quos interemere *q.*, diripiunt. [5] Sed enixioris *r.* operae, quam in vnius diei [6] praemium, conſcii ſibi, opperiuntur in poſterum: nec piſcibus tantum, ſed [7] intrita *s.* panis e vino ſatiantur.

X. Quae de eodem genere piſcandi in Iaſſio ſinu Mutianus tradit, hoc differunt, quod vltro, ne-

 que

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. vt exitus non appareat, Gr. et Al.* 2. *qui eſt alias validiſſimus.* 3. *malum. Parm.* 4. *aequo interim iure. Pint.* 5. *Sed vt enixioris. V.* 6. *praemii. Tol.* 7. *intritu. M. interiectu. V.*

p. Vt exitum) Solita vi, inquit, ac celeritate, dum extra retia ſe recipiunt, delphini vtuntur: ſed tam leniter ſenſimque inter piſcantium cymbas ac retia elabuntur ipſa, vt nullum eadem via inde exitum clauſis mugilibus patefaciant. H.

q. Quos interemere) Vide N. et Em. N. XIII. (hic poſ.) *Ita*) Pellicerio in Not. MSS. haud improbabilis viſa eſt Pintiani coniectura legentis, *aequo interim iure*, quoniam de Euboicis piſcatoribus non diuerſa admodum memoriae prodidit Aelian. H. A. L. II. c. 8. ex aequo cum delphinis ſolitos ſcilicet partiri piſces, quos conſimili eorumdem opera ceperint, teſtatus. Nobis receptam lectionem, codicum omnium auctoritate firmatam, convellere religio eſt, quum praeſertim manifeſtum ſit referri haec oportere ad ſuperiora: *Et occidiſſe ad praeſens contenti, cibos in victoriam differunt:* qua parta vtique, *peractaque captura, quos interemere, diripiunt.* H.

r. Sed enixioris) Sed probe ſibi conſcii, maiorem a ſe commodatam operam, quam vt vnius diei praemio contenti eſſe debeant, etc. H.

s. Sed intrita) Pane cum vino in mortario piſtillis contrito: inde *intritae* nomen, quod apud Columellam et Celſum frequens. H.

que [1] inclamati *t.* praeſto ſint, parteſque e manibus accipiant, et ſuum [2] quaeque [3] cymba e delphinis ſocium habeat, quamuis noctu, et ad faces. *u.* Ipſis quoque *x.* inter ſe publica eſt ſocietas. Capto a rege Cariae, alligatoque in portu, [4] ingens reliquorum conuenit multitudo, moeſtitia quadam, quae poſſet intelligi, miſerationem petens, donec dimitti rex eum iuſſit. Quin et paruos *y.* ſemper aliquis grandior comitatur, vt cuſtos. Conſpectique ſunt iam defunctum portantes, ne laceraretur a belluis.

XI. (IX.) Delphinorum *a.* ſimilitudinem habent, qui vocantur [5] turſiones. *b.* Diſtant et triſtitia quidem

1. *Inclamanti. V.* 2. *quemque. M.* 3. *cubantes (lego, excubantes,) cum delph. ſoc. habeant.* 4. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. in portu delphino ingens Gr. et Al.* 5. *turſicines. Ch.*

t. Neque inclamati) Contenta voce appellati. H.

u. Et ad faces) Aelian. H. A. L. II. c. 8. H.

x. Ipſis quoque) Sic etiam Ariſt. anim. L. IX. c. 74. p. 1163. Similem quoque hiſtoriam narrat Aelian. H. A. L. V. c. 6. H.

y. Quin et paruos) Ariſt. l. c. et Solin. c. 12. p. 32. H.

z. Conſpectique) Aelian. H. A. L. XII. c. 6. ex Ariſtotele: et Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 5. c. 2. p. 277. H.

a. Delphinorum) Ariſt. hiſt. L. VI. c. 10. p. 682. Ὁμοίως δὲ τῷ δελφῖνι καὶ ἡ φώκαινα. Turſionem φώκαιναν Gaza vertit: et ſane recte. Sic enim multo ante illum Albert. M. de anim. L. VI. tr. 2. c. 1. p. 200. *Phocaene*, inquit, (ſic enim legendum, non vti corrupte ſcribitur, *Cocaue*) *qui Latine tyrſio vocatur, et delphino paruo multum aſſimilatur, licet non ſit eiuſdem ſpeciei cum ipſo. Tyrſio autem dictus, praecipue in mari Boſphoros inuenitur*, etc. H.

b. Turſiones) Quos vulgus in Gallia *Marſoüins* vocat, ceu maris ſues. Vide N. et Em. N. XIV. (paulo poſt) De turſione condiendo praecepta tradit Apicius L. IV. c. 2. cuius lemma, *Patina piſcium* etc. *Turſiones)* Ex iis, quae de turſione diximus, apparet vanam eſſe coniecturam neſcio cuius Plinio-maſtigis, hallucinatum diligentem oppido ſcriptorem calu-

dem [1] aſpectus: abeſt enim illa laſciuia, maxime tamen roſtris *c.* canicularum [2] maleficentiae *d.* aſſimulati.

XII. (X.) Teſtudines tantae magnitudinis *dd.* Indicum mare emittit, vt ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant: [3] atque inſulas Rubri praecipue maris his nauigant cymbis. Capiuntur multis quidem modis, ſed maxime euectae in ſumma pelagi antemeridiano [4] tempore *e.* blandito, eminente toto dorſo per tranquilla fluitantes: quae voluptas

1. *Aſpectatus.* *Ch.* 2. *maleficentia adſimulati.* *Ch.* 3. *atque inter inſulas Gr.* 4. *Alii, tepore.*

calumniantis, quaſi piſcem nobis integrum, pro fruſto piſcis obtulerit. Quoniam videlicet ſit auctor Athen. L. VII. p. 310. Θυρσίωνα a Romanis vocari partem quamdam ſalitam caniculae piſcis, qui Graecis καρχαρίας dicitur. Τȣ̃το τȣ̃ ἰχθύος μέρος ἐςὶ, καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλȣμένος θυρσίων, ἥδιςος ὢν καὶ τρυφερώτατος. Pars caniculae piſcis thurſio eſt Romanis: inde, inquiebat conuitiator ineptus, ac peſſimus ratiocinator, Plinius piſcem integrum, caniculae ſimilem ſomniauit. Et coniecturae huic tamen Pellicerius ipſe fauere in Not. MSS. videtur. H.

c. Roſtris) Caniculae roſtra quum habeant turſiones, a veris delphinis vel hac parte ſaltem plurimum diſtant. H.

d. Maleficentiae) Atque idcirco inter beſtias Ponti maleficas, reponitur ab Ariſtotele Φώκαινα, vti dicemus, ſ. 20. *H.*

dd. Teſtudines tantae magnitudinis) Vide cap. 4. lib. XXXII. Pauſanias lib. I. marinas terreſtribus diſſimiles tantum eſſe ſcribit magnitudine, et pedum figura vitulo marino ſimili. *Dalec.*

Teſtudines) Ab hoc loco ad ea verba, *Ferunt et paſtum*, Agatharcides haec totidem verbis refert, cap. 19. apud Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1349. H.

e. Tempore) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. aliique omnes MSS. Quibuſdam tamen magis placet, *tepore*, legi. De teſtudinum porro captura, vide Rondel. L. XVI. c. 3. et Furner. hydrogr. L. I. c. 30. p. 187. H.

luptas *f.* libere ſpirandi, in tantum fallit oblitas ſui, vt Solis vapore *g.* ſiccato cortice *h.*, non queant mergi, inuitaeque fluitent, opportunae venantium praedae. Ferunt et paſtum *i.* egreſſas noctu, auideque ſaturatas [1] laſſari *k.*: atque vt [2] remeauerint matutino, ſumma in aqua obdormiſcere: id prodi ſtertentium [3] ſonitu. Tum adnatare *l.*, leuiterque, ſingulis ternos: a duobus in dorſum verti, a tertio laqueum iniici ſupinae, atque ita [4] e terra *m.* a pluribus trahi. In Phoenicio mari haud vlla difficultate capiuntur, vltroque veniunt [5] ſtato tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudente pyxidum modo.

1. *Laxari. V.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. remearint Gr. et Al.* 3. *ſonitu, tumque leuiter capi. Adnatare enim ſingulis Gr. et Al.* 4. *ad terram Gr. et Al.* 5. *ſtatuto. M.*

f. Quae voluptas) Haec pariter Ariſt. H. A. L. VIII. p. 868. H.

g. Solis vapore) Hoc eſt, calore, vt diximus L. II. ſ. 4. H.

h. Siccato cortice) Phaedrus quoque ſuperficiem teſtudinis corticem vocat, L. II. fab. 6. Sic Martialis, L. X. conchae corticem. H.

i. Ferunt et paſtum) Ariſt. l. c. H.

k. Laſſari) Defatigari, ob terreſtre iter ſcilicet, nimiamque cibi ſaginam, ſomno mox laſſitudinem hanc vtique ſubſequente. H.

l. Tum adnatare) Tum vero *teſtudinum venatores* adnatare leniter, pro ſingulis *teſtudinibus captandis ternos.* Leuiter autem idcirco adnatant, ne ſono aquarum expergefactae teſtudines, priuſquam vincula iis iniecerint, immergantur. Vide N. et Em. N. XV. (hic poſ.) *Tum etc.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. Interpolatae hactenus editiones omnes: *tumque leuiter capi: adnatare enim ſingulis ternos.* Quid quod *et leniter*, magis fortaſſis arrideat, quam *leuiter* legi? Mox eorumdem codicum admonitu, *e terra* reſcripſimus, etſi editi habent *ad terram.* H.

m. E terra) E litore. H.

do. In mari *n.* conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuant. [1] In terram egreſſae, herbis. Pariunt oua *o.*, auium ouis ſimilia, ad centena

1. In terram egreſſae, in herbis pariunt oua. Gr. et Al.

n. In mari) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 3. p. 867. Αἱ δὲ χελῶναι αἱ θαλάττιαι τά τε κογχύλια νέμονται, etc. Conchylium hoc loco Plinius, et alias non ſemel, pro quolibet conchae genere vniuerſe, nec pro eo ſolum quod purpureum ſuccum ex ſe fundit, accepit. Sic infra de polypis, ſ. 46. *Veſcuntur conchyliorum carne, quorum conchas*, etc. Sic apud Graecos κογχύλιον, pro omni teſtaceorum genere. Vnde apud Athen. L. III. p. 85. Epicharmus: ἄγε δὲ παντοδαπὰ κογχύλια, λεπάδας, etc. H.

o. In terram egreſſae in herbis pariunt oua) Verba illa *in herbis*, puto non eſſe Pliniana. Plutarchus in libro, Vtra animalium, etc. *Parit enim*, ait de teſtudine loquens, *egreſſa in littus prope ipſum mare, ſed quum ouis incubare nequeat, neque in terra diutius commorari, arenae gremio oua mandat, tenuiſſima molliſſimaque eius parte cooperta.* Quid ſi legas ſine praepoſitione, et adſcribas dictionem *herbis*, ſuperioribus? vt ſit ſenſus: teſtudines in mari viuere conchyliis, egreſſas in terram herbis. Quod autem ſequitur continuo, *Auium ouis ſimilia*, ex Ariſtotele ſumtum lib. V. cap. 33. Verum notandum, comparari ab Ariſtotele ouis auium, oua teſtudinis terreſtris, non teſtudinis marinae, vt hic comparat Plinius, tumultuaria fortaſſe lectione deceptus: gallinarum enim ouis comparat oua teſtudinum marinarum, Ariſtoteles praedict. lib. et capite. *Pintian.*

In terram) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *In terram)* Codicum eorumdem auctoritate, corruptae lectionis vitia hoc loco ſanauimus, quae erat huiuſcemodi: *In terram egreſſae, in herbis pariunt oua*, etc. Accedit Ariſtotelis locus in H. A. L. VIII. c. 3. p. 867. ad verbum nunc Plinii orationi ſimilis. Αἱ δὲ χελῶναι αἱ θαλάττιαι τά τε κογχύλια νέμονται· ἔχουσι γὰρ τὸ στόμα ἰσχυρότερον πάντων — — καὶ ἐξιοῦσα τὴν πόαν νέμεται. H.

tena numero: eaque [1] defoſſa *p.* extra aquas, et cooperta terra, ac pauita *q.* pectore et complanata, incubant noctibus. [2] Educunt fetus annuo ſpatio. *r.* Quidam oculis, [3] ſpectandoque oua foueri ab iis putant: [4] feminas *s.* coitum fugere, donec mas feſtucam aliquam imponat auerſae. [5] Troglodytae cornigeras habent, vt in lyra, annexis cornibus latis, ſed

1. *defodiunt e. a. et cooperiunt terra pauita p. et e. incubantes.* 2. *Educant Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. ſpectando quoque oua Gr. et Al.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. feminam Gr. et Al.* 5. *Troglo-ditae. Gr.*

p. Eaque defoſſa) Ariſt. pariter H. A. L. V. c. 28 p. 634. de marina pariter, ac terrena teſtudine. H.

q. Ac pauita) Terra pauita, vel *terra, eaque pauita,* libentius legerim: terra enim, non oua, pauitur teſtudinis pectore, ac complanatur. H.

r. Educant fetus annuo ſpacio) Scribo, *Educunt fetus*, hoc eſt, *excludunt*, non *educant.* Ariſtoteles loco antedicto: *Fetumque ſequente anno excludit.* Similis autem hic allucinatio priori. Nam de teſtudine terreſtri haec ſcribit Ariſtoteles, non marina. Oua enim teſtudinis marinae non indigere tam longa incubatione, docet Plutarchus libro illo toties allegato, his verbis, *Quod autem hoc admirabilius, diem quadrageſimum obſeruantes, tot enim diebus excoquuntur abrumpunturque oua, accedit ad locum, agnoſcenſque vnaquaeque depoſitum ſuum, vt ſolertius nequiret homo vllus auri depoſitum agnoſcere, auide prompteque aperit.* Pint.

Educunt fetus) Hoc eſt, excludunt. Editi hactenus libri perperam *educant*, contra codicum MSS. fidem: contra Philoſophum ipſum, qui tamen loco cit. hoc de terreſtri teſtudine, non de marina ſcribit: ἐκλέπεται δὲ τὰ ᾠὰ τῷ ὑστέρῳ ἔτει. *Sequenti anno oua excluduntur.* Quid quod nec marinae etiam teſtudinis oua tam diuturna excubatione egere, ſed dierum ſolum quadraginta, auctor eſt Plutarch. L. de ſolert. anim p. 982. Aelianus quoque V. H. L. I. c. 6. H.

s. Feminas) Oppian. Halieut. L. I. v. 522. Αἱ δὲ μέγα τρομέουσι, καὶ ἐχθαίρουσι χελῶναι Ὄγγαμον. H.

ſed mobilibus, quorum in natando remigio ſe adiuuant: [1]Chelyon id vocatur *t.*, eximiae [2]teſtudinis, [3]ſed rarae: namque ſcopuli *u.* praeacuti Chelonophagos terrent. Troglodytae autem, ad quos [4]adnatant, vt ſacras, adorant. Sunt et terreſtres, quae ob id in operibus Cherſinae *x.* vocantur; in Africae deſertis, qua parte maxime ſitientibus arenis ſqualent, roſcido, vt creditur, humore viuentes. Neque aliud *y.* ibi animal prouenit.

XIII. (XI.) Teſtudinum putamina *z.* ſecare in laminas *a.*, lectoſque *b.* et repoſitoria *c.* his veſtire, Carui-

1. *Celtium genus Gr. et Al.* 2. *magnitudinis.* 3. *Namque quaſi ſcop. V.* 4. *adnant. Ch.* 5. *repoſitorium M.*

t. Chelyon id vocatur) Quid χελύον ſit diximus L. VI. ſ. 34. Vide N. et Em. N. XVII. (hic adi.) *Chelyon*) Impreſſi libri exhibent, *Celtium genus id vocatur.* Sed vox *genus* gloſſema eſt, quod a R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. aliiſque optimis codicibus abeſt. Nos ſinceram lectionem ex iiſdem eruimus, *chelyon id vocatur*: qua de voce nos egimus, L. VI. ſ. 34. H.

u. Namque ſcopuli) Rarius viſuntur, inquit, etſi pretioſiora ſint harum teſtudinum, quam ceterarum operimenta; quoniam praeacutos inter ſcopulos cauteſque verſantur, vbi eas capere parum tutum ſit adnatantibus Chelonophagis. H.

x. Operibus Cherſinae vocantur) Laminis ſectilibus, quae ex eius cortice fiunt. *Dalec.*

Cherſinae) Hoc eſt τῶν χερσίνων, terreſtrium teſtudinum cortices, ſiue teſtae, in laminas ſectiles. H.

y. Neque aliud) Et idcirco creditur eas illic roſcido humore viuere. H.

z. Teſtudinum putamina) Vide cap. 4. lib. XXXII. *Dal.*

a. Secare in laminas) Seneca lib. VII. de Benefic. c. 9. *Video elaboratam ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, et foediſſimorum pigerrimorumque animalium teſtas, ingentibus pretiis emptas, in quibus illa ipſa quae placet varietas, ſubditis medicamentis in ſimilitudinem veri coloratur.* Dal.

b. Lectoſque) Hinc Martial. L. XII. epig. 67. *Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti.* H.

c. Repoſitoria) Repoſitoria quae dicuntur, docebimus L. XXXIII. ſ. 49. H.

[1]Caruilius *d.* Pollio inſtituit, prodigi et ſagacis ad luxuriae inſtrumenta ingenii.

XIV. (XII.) Aquatilium tegumenta plura ſunt. Alia corio et [2]pilo integuntur, vt vituli, et hippopotami. Alia corio tantum, vt delphini: cortice, vt teſtudines: ſilicum duritia, vt oſtreae *e.* et conchae: cruſtis, vt locuſtae: cruſtis et ſpinis, vt echini: ſquamis, [3]vt piſces *f.*: aſpera cute, vt ſquatina, qua lignum et ebora poliuntur: [4]molli, vt muraenae: alia nulla, vt polypi.

XV. (XIII.) Quae pilo *h.* veſtiuntur [5]animal pariunt, vt priſtis *i.*, balaena, vitulus. [6]Hic parit in

1. *Sic et lib. XXXIII. c. 11. Carbilius Gr. et Al.* 2. *pilis, M.* 3. *vt alii fere piſces.* 4. *laeui. Maſcarius, vt opponatur aſperae carne molli et polypi ex Ariſt. lib. IV. Hiſt.* 5. *Animal pariunt priſtis et balaena, et quae pilo veſtiuntur, vt vitulus. Rond.* 6. *Hic parit in terra pecudum more: ſecundo partus reddit initu: canum modo cohaeret: Gr. et Al.*

d. Caruilius) Ita MSS. omnes, et inſcriptiones vetuſtae apud Gruter. non *Carbilius*, vt in editis. De eo rurſum L. XXXIII. ſ. 51. vbi vixiſſe is dicitur ante Syllana tempora: non ipſo Neronis principatu, vti ex ſ. 84. L. XVI. huius operis Pliniani perperam intellecta, Bochartus colligit, de anim. L. IV. c. 8. p. 1094. H.

e. Silicum duritia, vt oſtreae.) Inde facetus iocus Plauti in Poenul. *Itaque iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtito:* Id eſt, durum, aſperum, tuberoſum. *Dal.*

f. Vt piſces) Neque enim aquatilia omnia, piſcium nomine cenſenda ſunt: latiuſque illud nomen, quam iſtud poſterius patet. H.

g. Vt ſquatina) *Squatum* Iſidorus vocat, hunc Plinii locum tranſſcribens. Verba referemus, L. XXXII. ſ. 53. H.

h. Quae pilo) Ariſt. H. A. L. I. c. 7. p. 56. Ὅσα μέντοι ἔχει τρίχας, ἅπαντα ζωοτοκεῖ. *Quae pilos habent, omnia pariunt animal.* Hoc vero ſignum eſt, non cauſa. H.

i. Vt priſtis) Vide quae notata ſunt paulo ante cap. 5. huius libri. *Dal.*

Vt priſtis) Ariſt. H. A. L. VI. c. 10. p. 681. Ζωοτοκοῦσιν

in terra *k.*: pecudum more [1] ſecundas *l.* partus reddit. In initu canum modo cohaeret: [2] parit *m.* nonnum-

1. *Secundos partus reddit: initu canum. M. lego, ſecundas partu reddit, etc. Secundas cum partu reddit. Canum modo. V.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. et parit numquam, Gr. et Al.*

κῦσιν ἔτι δὲ πρίςις καὶ βῦς, καὶ Φάλαινα, καὶ δελφίς. H.

k. Hic parit in terra pecudum more, ſecundo partus reddit initu. Canum modo cohaeret) Longolius ſeu Longoliani diſcipuli, locum hunc ſic legunt, *Hic parit in terra pecudum more. Secundas cum partu reddit. Canum modo cohaeret.* Verbum *initu*, quod omnis ſcripta lectio agnoſcit, ſine cauſa detrahentes, et adiicientes a ſe praepoſitionem, *cum*, minime neceſſariam et perperam pungentes poſt illa verba, *Pecudum more* nos ſic ſcribendum et diſtinguendum cenſemus: *Hic parit in terra Pecudum more, ſecundas partu reddit. Initu canum modo cohaeret.* Haec eſt vera genuinaque Plinii lectio. Ariſtoteles lib. ſexto cap. 11. *Ergo hic animal concipit ſtatim intra ſe, et parit, Secundas quoque emittit et lac reddit more pecudum.* Rurſus lib. quinto cap. ſecundo: *Vituli marini, modo animalium retro mingentium coeunt, et diu ligati in coitu cohaerent, vt canis.* Pintian.

Hic parit) Ariſt. H. A. L. VI. c. 11. p. 685. Aelian. H. A. L. IX. c. 9. Oppian. Hal. L. I. v. 688. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Hic p.*) Male interpunctus hic locus in editis ad hunc diem libris. *Hic parit in terra pecudum more: ſecundo partus reddit initu. Canum modo*, etc. Noſtram emendationem defendunt Ariſtotelis verba, de marino vitulo, ex L. VI. H. A. c. 11. p. 685. Καὶ τίκτει ζῶα, καὶ χορίον, καὶ τὸ γάλα προΐεται. Et L. V. c. 2. p. 525. Καὶ συνέχονται ἐν τῇ ὀχείᾳ πολὺν χρόνον, ὥσπερ καὶ αἱ κύνες. Defendunt praeterea et libri MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. H.

l. Secundas) Dum parit, ſecundas emittit, *quibus fetus obuoluitur.* Albertus M. de anim. L. VI. tr. 2. c. 1. p. 200. de vitulo marino: *Generat animal ex vtero ſuo, et fetus eius exit cum ſecundina ex ipſo, ſicut in animalibus generantibus ſibi ſimilia etc.* H.

m. Et parit numquam geminis plures) Scribo, *Parit nonnumquam geminis plures.* Nam coniunctio, *et*, in exempla-

numquam geminis plures: educat mammis *n.* fetum. Non ante *o.* duodecimum diem deducit in mare, ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur *p.* difficulter niſi capite eliſo. Ipſis in [1] ſono mugitus *q.*: vnde

1. *Somno Gr. et Al.*

emplari Salmanticenſi redundat: et geminis plures numquam parere vitulum marinum, falſum eſt. Ariſtoteles libro ſexto, cap. 12. *Parit ſingulos aut geminos, et cum plurimum, tres.* Pint.

Parit nonnumquam) Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Parit nonn.*) Pintianum ſequuti, vel ipſum potius Ariſtotelem, mendum e vulgata lectione ſuſtulimus, *Parit numquam.* Philoſophi verba, H. A. L. VI. c. 11. p. 685. Τίκτει δ' ἓν ἢ δύο. Τὰ δὲ πλεῖστα, τρία. *Parit ſingulos, aut binos: cum plurimum ternos.* H.

n. Educat mammis) Ariſt. et Oppian. ll. cc. H.

o. Non ante) Ariſt. Oppian. et Aelianus totidem verbis, ll. cc. H.

p. Interficiuntur) Ariſt. p. 686. Oppian. Halieut. L. V. v. 391. H.

q. Ipſis in ſomno mugitus) Apographon Toletanum, item Salmanticenſe, Romana quoque exemplaria et omnes ante Hermolaum impreſſi codices, *ſono*, habent. Hermolaus deraſa ea dictione, *ſomno* ſubſtituit. Et ad confirmationem erroris ſui, teſtimonium petit ab Ariſtotele libro ſexto. Qua in re Hermolai ingenuitatem requiro. Nam ſi vnquam ab Ariſtotele tale quidpiam tradi inuentum fuerit, quale aſſerit Hermolaus, fiam ego, vt Theocriti vtar verbis, Melantius pro Comata. Imo e contrario patrocinatur Plinianae lectioni Ariſtoteles libro ſexto, cap. 12. his verbis: quae ad faciendam fidem repetere altiuſcule neceſſarium fuit: *Vitulus marinus generis ambigui eſt: nam et mari degit, quamquam humorem non recipit, ſed ſpirat ac dormit, et egreſſus in terram, parit in littore, vt terreſtre.* Et poſt multos verſus, nulla iam dormitionis mentione, *Emittit*, inquit, *vocem ſimilem boui.* Quae verba Theodorus, maximus Plinianarum vocum, vt dixi, affectator, ſic vertit: *Mugitus ei in ſono.* Allucinatus eſt cum ſuo Hermolao Franciſcus Maſſarius, vir alioqui perdoctus et de Plinio optime meritus. *Pint.*

Ipſis in ſono) Vide N. et Em. N. XX. (hic coll.) *Ipſis*) Vetuſti omnes ante Hermolaum codices, tum editi,

vnde nomen *r.* [1]vituli. Accipiunt tamen diſciplinam *s.*, voceque pariter et viſu populum ſalutant: [2]incondito fremitu *t.*, nomine vocati, reſpondent. Nullum animal *u.* grauiore ſomno premitur. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. Pelles eorum *x.* etiam detractas corpori,

 ſen-

1. *Vituli accipiunt. Tamen diſciplinae. M.* 2. *condito. M.*

editi, tum manu ſcripti, ita praeferunt, vt edidimus; ipſe *in ſomno* repoſuit, contra Ariſtotelem, L. VI. c. 11. p. 687. Ἀφίησι δὲ ὁμοίαν φωνὴν βοΐ, quae verba ſic Albertus verius quam eleganius tranſtulit, de animal. L. VI. p. 200. vbi de vitulo marino: *Vox autem ſua eſt ſicut tauri.* H.

r. Vnde nomen) Cuius nominis rationem ſequuntur adhuc gentes plurimae. Nam Gallis quoque dicitur, *Veau de mer.* H.

s. Accipiunt tamen diſciplinam) Τὴν ἀναγωγὴν δέχονται. *Dalec.*

Accipiunt) Aelianus H. A. L. XII. c. 56. ex Eudemo. Diodorus Bibl. L. III. p. 155. Refert etiam Franc. Lopez de Gomara e recentioribus auctoribus rerum Mexicanarum, vitulum marinum Indicum, quem *Manati* maris accolae nuncupant, cicurem factum, ad nomen vocatum reſpondere: ac denos dorſo homines geſtitare, quum ſit molis eximiae. Viſum a ſe alterum Bononiae Aldrouandus ait, qui vocem pro Chriſtianis Principibus rogatus ederet: pro Turcis, negaret: tomo de piſcibus, L. I. de cetis, p. 725. quo nempe modo, et allatrare canes, et ſimias arridere ac ſubſultare ad nomina quaedam cogimus. H.

t. Voceque pariter et viſu populum ſalutant, incondito fremitu) Legendum arbitror, *Vocique parent, et iuſſi populum ſalutant.* Vel ſic, *Vocati parent et iuſſi, etc.* Nam Toletanum Apographon *iuſſu* habet, non *viſu.* Pint.

u. Nullum animal) Oppian. Hal. L. I. v. 408. Hinc illud Iuuenalis, Sat. 3. v. 238. *Eripiunt ſomnum Druſo, vituliſque marinis.* H.

x. Pelles eorum) Obſeruaſſe ſe Rondeletius profitetur, L. XVI. c. 6. idque ſaepenumero, corio vitulorum, aeris ac ventorum mutationes praeſignificari: auſtrinis vero pilos inhorreſcere, ac ſurrigi: borealibus ita deſidere, vt nullos eſſe omnino credas. H.

ſenſum aequorum retinere tradunt, ſemperque aeſtu maris recedente inhorreſcere: praeterea dextrae pinnae vim ſoporiferam ineſſe, ſomnoſque allicere ſubditam capiti. (XIV.) Pilo carentium duo omnino [1] animal pariunt *y.*, delphinus ac vipera. *z.*

XVI. Piſcium ſunt ſpecies [2] ſeptuaginta *a.* quatuor, praeter cruſtis inteƈta, quae ſunt triginta. De

1. *Et anim. M.* 2. *centum ſeptuaginta ſex. Long. e. c. vlt. l. XXXII. Ac. ſequenti ad libri finem numerantur 84.*

y. Pilo carentium duo omnino animal pariunt, delphinus ac vipera) Scribo, *Pilo carentium non omnia animal pariunt, vt delphinus ac vipera.* vel ſic, *Pilo carentium non omnia. Animal pariunt delphinus ac vipera.* Pendet enim ſenſus ab initio capitis prioris. Illic dixerat, *Quae pilo veſtiuntur animal pariunt vt Piſtris, etc.* hic ſubdit, *Pilo carentium non omnia animal pariunt, etc.* Pint. *Pilo carentium duo omnino, etc.*) Falſum hoc eſſe monſtrat Rondelet. cap. 11. lib. XVI. Hiſt. piſcium. *Dalec.*

Pilo carentium) Aquatilium, inquit, quae pilo carent, duo omnino animal pariunt. Aquatilia, vt ante monuimus, quadam ratione piſcibus opponit. Inter aquatilia recenſet ea, quae vel fiſtulis in aqua, vel etiam in aquis verſantur, et in terra pariter ſpirant, quibus branchiae non ſunt: cuiuſmodi ea ſunt, de quibus egit haƈtenus, delphinus, balaena, priſtis, vitulus, ac teſtudo, vti ſ. 7. Plinius ipſe praemonuit. De piſcibus proprie appellatis, quibus branchiae ſunt, mox deinde ſermonem inſtituit, quem ſic auſpicatur: *Piſcium ſpecies, etc.* Hunc orationis Plinianae duƈtum ac ſeriem, ſi curioſius obſeruaſſent Pintianus, Rondeletius L. XVI. c. 11. Aldrou. L. I. de cetis, p. 672. aliique, nec temere erroris notam Plinio inuſſiſſent: nec ſibi in emendando contextu, qui maculae eſt omnis expers, crucem ipſi fixiſſent. H.

z Ac vipera) Viperam accenſet aquatilibus, vel quod in litore coire cum muraena vulgo exiſtimata eſt, vel quod vuluam habet cartilagineorum piſcium vuluae plane ſimilem. H.

a. Septuaginta) Vide N. et Em. N. XXI. (hic conſp.) *Piſcium*) Sic libri prorſum omnes. Forte legendum,

CXLIV.

De ſingulis alias dicemus. *b.* Nunc enim naturae tractantur inſignium. *c*

XVII. (XV.) Praecipua magnitudine [1] thynni *d.*: inuenimus talenta quindecim *e.* pependiſſe. Eiuſdem caudae latitudinem [2] quinque cubita *f.* et palmum.

1. *Thumni. Rond. ex Ariſt. thynnum inuenimus. Maſſarius, et M.* 2. *II cubita etc. Gr. et Al.*

CXLIV. ſiquidem Plinius ipſe diſertis verbis aſſeuerat ſpecies piſcium eſſe CLXXIV. L. XXXII. ſ. 51. quo loco ſingula nominatim appellaturum ſe nunc pollicetur, qui numerus plane colligitur ex CXLIV. piſcibus, et XXX. cruſtaceis. H.

b. Alias dicemus) L. XXXII. ſ. 53. H.

c. Nunc enim naturae tractantur inſignium, etc.) Cap. 14. et 15. coniungenda: lege, *Nunc enim naturae tractantur inſignium, praecipua magnitudine Thynnum inuenimus talenta quindecim pependiſſe: eiuſdem caudae latitudinem duo cubita et palmum. Fiunt et in quibuſdam amnibus haud minores. Silurus in Nilo, Eſox in Rheno, Attilus in Pado inertia pingueſcens ad mille aliquando libras.* Vide *Salmaſ.* pag. 1314. a.

Inſignium) Non ſola magnitudine, vt Salmaſius putat, p. 1134. in Solin. vbi haec connecti iubet cum prioribus ſubſequentis proxime capitis verbis, in hunc modum: *Nunc enim naturae tractantur inſignium praecipua magnitudine. Thynnum,* etc. Tractantur enim hoc libro, virtute magis, indole, ac dote aliqua inſignes, quam mole. H.

d. Thynni) Thynnus Gallis *un thon:* genus quoddam ſturionum eſt. H.

e. Talenta quindecim) Talentum, centum et viginti pondo Romana continet, ex Vitruuio: qua de re Budaeum conſule, L. II. de aſſe, p. 57. Igitur talenta quindena librae ſunt omnino mille et octingentae. Malim ego tamen talentum Atticum et commune, 60 librarum, nunc ſignari: qua aeſtimatione talenta quindecim libras nongentas obtinebunt. H.

f. Quinque cubita) Vide N. et Em. N. XXII. (paulo poſt) Latitudinem porro caudae, διάϛημα Philoſophus appellauit: quaſi caudae furcam. Palmus hoc loco σπιθαμὴ eſt, ſeu palmus maior, menſura videlicet digitorum nouenûm: quam Latini alio nomine dodrantem vocant, quod

mum. Sunt et in quibuſdam amnibus haud minores: ſilurus in Nilo *g.*, eſox *h.* in Rheno, attilus *i.* in

quod a pedis longitudine pars quarta deſideratur. Haec palmi maioris menſura bis repetita, cubitum Romanum conſtituit, qui ex viginti quatuor huiuſmodi digitis conficitur. *Quinque etc.*) Librariorum culpa factum putamus in Pliniano contextu, id quod ſaepe accidiſſe multis exemplis docuimus, vt quinarii nota V. perperam diuiſa, in binarium hoc loco tranſierit: Exhibent enim libri fere omnes, *duo cubita.* Verum Ariſtoteles refragatur: Ἤδη δὲ, inquit ille, H. A. L. VIII. p. 991. εἰλήφθη γέρων θύννος, ὃ σταθμὸς μὲν ἦν τάλαντα πεντεκαίδεκα: τῆς δὲ οὐραίας τὸ διάστημα πέντε πηχέων ἦν καὶ σπιθαμῆς. *Iam captus fuit vetulus thynnus, cuius pondus erat talentûm quindecim: caudae diſtantia quinque cubitorum, et palmi.* H.

g. *Silurus in Nilo*) Silurus Plinii a Geſnero luculenter deſcriptus eſt, malefica et vorax beſtia. Silurus Auſonii ab eo diuerſus, Sturio noſter. Probatur id verſibus poëtae coaetanei Auſonio de Aegirtio fluuio Aquitaniae ſcribentis: *Obtinet expulſus ſtabulum campeſtre ſilurus, Plus rapitur terris, quam modo piſcis aquis.* Scalig. in Auſon. Silurus Vngaris, *Harcha:* Illyricis, *Sum:* Bernenſibus, *Salui:* Sueuis, *Waller*, quaſi Balaena: Danubii accolis, *ein Schaid.* Dalec.

Silurus) Pannonii Danubii accolae nunc *Arciam* vocant. Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Silurus*) Silurum hunc Plinii, ſturionem noſtrum eſſe, *l'Etourgeon*, Iouius credidit, et Hippolytus Saluianus, L. de hiſt. aquat. f. 244. aliique, haud tolerabili errore. Hic enim ſilurus Plinianus, e fluuiatilium piſcium numero haud dubie eſt: ſturio, mari in flumina ſubiens, inter marinos nulla controuerſia accenſetur. Accedit, quod ſilurus graſſatur vbicumque eſt, omne animal appetens, equos natantes ſaepe demergens: Sturio contra dentibus caret: eſtque os ei ſub roſtro; eo ſitu, vix vt piſciculos corripere ipſos valeat, rapinis maioribus multo ineptior. Quin inter viliores vulgi epulas ab Ambroſio, in Hexaem. L. V. hom. 5. a Iuuenale, Sat. IV. et XIV. aliiſque ſiluri habentur: Sturiones contra locum in delicatiore ganea haud poſtremum obtinent. Equidem Silurum piſcem, ſi in Europa

in Pado, inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras,

pa quidem, extraque Nilum reperitur, eum eſſe exiſtimo, quem *Arciam*, vel *Hacchia* dixi a Pannoniis nominari. Forma eius, his referentibus, ingentis cuiuſpiam gobionis eſſe videtur: cauda fere anguillae. Et quod opinionem hanc noſtram ſummopere adiuuat, ore tam lato eſt, vt totum hominem perfacile capere poſſit: vnde etiam vernacula voce iidem *Voratricem hominum*, belluam hanc cognominarunt. Non ſquamis, ſed molli cute, nigraque, anguillae inſtar obducitur, ſubalbidis tamen maculis diſtincta: quadringentas interdum libras pondere excedit: lautioribus menſis non admittitur, vile plebis pabulum. Quae ſiluro veterum tam apte conueniunt, vt in piſcem alium cadere vix ea poſſint. Iconem illius, ſub glanidis nomine, exhibet Aldrouandus ex Geſnero, et Saluiano, L. V. de piſcibus, p. 569. H.

h. Eſox) Vide imaginem apud Geſnerum, Galei Rhodii figurae vtcumque ſimilem. *Dal.*

Eſox in Rheno) Ita MSS. omnes, non *exos*, vt quidam finxere. Heſychio, ἴσοξ, ἰχθὺς ποιὸς κητώδης. Iſocen Iſidorus pariter vocat, Origg. L. XX. c. 2. Offendimus et nos eam vocem apud Flodoardum, Hiſt. Rom. Eccl. L. II. c. 8. *Tum in Dei et in ipſius* Sanctae Helenae *nomine laxantes rete, gemino ditati gaudent eſoce.* Fiebat ea in Matrona Galliae amne piſcatio. Item apud Sulpic. Seuerum L. III. c. 13. de virtutib. B. Martini, *Ad primum iactum reti permodico immanem eſocem Diaconus extraxit.* Et Notae Tironis, apud Gruterum, p. 182. *Piſcina. Eſox. Eſocina.* Gloſſae Latinae Saxonicae, quas laudat Du Cangius in Gloſſ. eſocem Salmonem interpretantur. Verius multo, vt quidem remur, eum eſſe, quem modo Lucium Latini, *Brochet* Galli appellitant: cuius generis piſcium maxima eſt in Rheno copia, et praecipua bonitas; probat Aldrouandus, de piſcibus, L. V. c. 39. p. 630. De Salmone inferius, ceu nuſquam antea de eo delibata oratione agitur, ſ. 32. H.

i Attilus) Vulgo, *Adano*. Dal.

Attilus) Accolis Padi *Ladano*, et *Adello*, vulgo appellatus inquit Saluianus, in Catalogo piſcium: *Adilo*, Rondeletio, L. XIV. c. vlt. figura, ſapore, pretio, a ſturione diuerſus: nuſquam alibi, quam in Pado viſus. H.

libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus. Atqui hunc minimus piſcis appellatus clupea *k.*, venam quamdam eius in faucibus mira cupidine appetens, morſu exanimat. Silurus graſſatur, vbicumque eſt *l.*, omne animal appetens, equos

k. Minimus piſcis appellatus clupea) Minimum dicit, comparatione ad cetaceum piſcem, quem iugulat. *Dal.*

Clupea) Piſciculus obſcuri nominis, atque adeo longe diuerſiſſimus ab eo, qui μέγας ἰχθὺς, Κλεπτάδα καλέμενος, a Calliſthene laudatur, L. III. rerum Gallicarum, diciturque Araris Galliarum amnis incola; qui creſcente Luna albus ſit, decreſcente nigreſcat; cuique alia accidant, quae Stobaeus narrat, ſerm. 242. de morb. p. 739. Vide N. et Em. N. XXIIII. (hic adi.) *Minimus)* Bochartus in Geogr. P. II. L. I. c. 42. p. 751. clupeam eſſe credit, quam Galli *Aloſam*, Etruria vero parum diuerſo nomine *Chieppam*, diuitum menſis, etſi ſpinulis nimium abundat, maxime nunc expetitam, nominant: adductus praecipue illo Ennii apud Apuleium in apologia carmine: *Omnibus vt Clupea praeſtat muſtela marina.* Atqui *Clupeae* illic eſt ſcribendum, non *Clupea*: locumque, non piſcem, vox illa ſignificat. Clupeae, inquit Ennius, (id in ora Africae clarum olim oppidum fuit, Pomponio, Plinio, aliiſque auctoribus:) praefertur ceteris omnibus piſcium generibus muſtela marina. Quibus enim in locis, qui piſces excellant, tunc Ennium perſequi, ſequentes poſt illum deinde verſus apertiſſime indicant. Accedit quod ingloria prorſus a Plinio mentio clupeae habetur, quum minimus piſcis appellatur: ideoque, etſi recens Etruſcorum vox priſcae videatur alludere: (perſimilis enim eſt *clupeae* et *chieppae* nomenclatura) quum tamen nullis aliis fulciatur huiuſcemodi opinio rationibus, ad eam non protinus me accedere, non inficior: quum ſententiae meae in primis fautores habeam, Pellicerium in Not. MSS. et Hippol. Saluian. L. de hiſtor. aquat. f. 104. H.

l. Silurus graſſatur, vbicumque eſt, etc.) Lege: *Silurus graſſatur vbicumque eſt, omne animal appetens, equos innatantes demergens, praecipue in Moeno Germaniae amne. Protelis boum in Danubio extrahitur, porculo marino ſimillimus.* Salm. 1314. b. et 1318. b. *Silurus graſſatur, vbicum-*

equos [1] natantes [2] ſaepe demergens. Praecipue in Moeno *ll.* [3] Germaniae amne *m.* protelis boum *n.*,

Ss 5 et

1. *Innatantes.* 2. *ſaepe demergens, praecipue in Moeno Germaniae amne prope Liſboum. Et in Danubio mario extrabitur Gr. et Al.* 3. *Germania eadem ne protelis boum. Et in Danubio mari extr. Ch. amne. Protelis boum, et in Danubio Mario. M. in Aeno Ger. amne prope Viſbium. V. Rhenon Ger. amne prope Vbios. Alii.*

vbicumque eſt omne animal appetens, equos innatantes ſaepe demergens, praecipue in Moeno Germaniae amne prope Liſboum, et in Danubio. Mario extrahitur, porculo marino ſimillimus) Hoc loco nominatim recenſentur piſces magnitudine inſignes, non marini: ſed fluuiorum, Nili, Rheni, Padi, Danubii, Boryſthenis, Gangis. Horum medio catalogo non ſatis apte inſeritur marinus quidam piſcis innominatus. Sequenda igitur antiquorum codicum lectio, vt poſt, *Liſboum*, nouae orationis initium faciamus. *Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino ſimillimus.* Is vulgo Italorum etiam nunc ſemilatino nomine *Moro* appellatur, ob ſalſamenta illis notus, guſtu aſpectuque porcinam ſalitam nonnihil referentia: Germanis *Huſo* dictus, quaſi ὗς ſicut *Mario* ἀπὸ τῆς Μαρίδος. *Gelen.*

ll. Praecipue in Moeno) Plinii tempore nullus fuit in Germania Moenus fluuius: ſic poſteritas eum vocauit, quem tali nomine ſeculum noſtrum agnoſcit. Quapropter legendum Rond. putat: *praecipue in Rheno.* In Hermo et Maeandro Siluros eſſe Pauſanias in Meſſenicis, auctor eſt. *Dalec.*

Praecipue) Vide N. et Em. N. XXV. (hic adn.) *Praecipue in Moeno* etc.*)* Ab his vocibus, *praecipue in Moeno*, nouae orationis initium facimus: quamquam libri impreſſi ad ſuperiora, hoc eſt, ad ſilurum haec referant: ſed perperam: neque enim ſilurus in Moeno vllus, ſed in Nilo, Danubioue, vt diximus. Deinde ipſa orationis ſtructura declarat, recenſeri hoc loco piſces praecipua magnitudine inſignes, ac primum quidem nomine proprio maxime notos, Nili, Rheni, Padique incolas, tum deinde Moeni, Danubii, Boryſtheniſque, hoc eſt, extra fines Romani orbis poſitos innominatos quoſdam laudari: vocemque *extrahitur*, ad horum amni-

vm

et in Danubio marris extrahitur *o.*, porculo marino

vm piſcem pertinere: ac loci demum ſententiam eam eſſe, vt in Danubio marris ſic in Moeno protelis boum extrahi piſcem eum, qui porculo marino ſimillimus ſit. H.

m. Amne prope Liſboum. Et in Danubio mario extrahitur) Lege: *Protelis boum et in Danubio extrahitur.* Nec *protelum*, iugum eſt, ſed tenor in ducendo quidam, tractuſque longus et continuatus. Et *ducere, protelo*, idem eſt atque vno tenore et continuo tractu ducere. Hinc *protelare* verbum pro longe pellere vel inceſſanter perſequi. Vide *Salmaſium* pag. 1318. b. 1319. a. *Amne prope Liſboum)* Beatus Rhenanus lib. II. rerum Germ. legit: *amne prope Erliſbornim. Et in Danubio, etc.* Erliſbornimque, id eſt, fontem alnorum, vicum eſſe tradit ad Moeni ripam ſitum, vulgo *Erlenbrunnen* dictum, qua traiectus eſt, vadoſuſque locus, abluendis equis et potu reficiendis commodus. *Dalec.*

n. Protelis boum) Protelum eſt iugatorum boum, ſiue aratrum, ſiue quid aliud trahentium, continuus vno tenore ac ductu conatus. Vſi hac voce veteres apud Nonium, c. 4. p. 349. Lucilius, Cato, Lucretius: Plinius ipſe rurſum L. XVIII. ſ. 48. *Protelis binis terniſque arant.* Hinc verbum *protelare*, de quo Lexica conſulenda. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic adi) *Prot.)* Plurimum operae ac negotii Rhenano exhibuit vulgata lectio, *prope Liſboum*, ſedes Liſboi oppidi vbique inquirenti. Nos extremam huius loci curationi manum impoſuimus, ex codicibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Lugd. aliiſque, in quibus *protelis boum* diſerte ſcribitur, quemadmodum ante nos ſcribi oportere vidit Pellicerius, atteſtante Turnebo, in Comm. ad orat. Cic. in Rullum, vbi id ſe edoctum ab eo ſummo viro fatetur. Hos deinde ſequutus eſt Salmaſius, in Solin. p. 1314. et p. 1318. Habet autem aliquid ſimile Ael. Lampridius in Heliog. p. 109. *Piſces*, inquit, *ex viuariis ſuis bubus traxit.* H.

o. Marris extrahitur) Hoc eſt, inſtrumento ferreo. Vide N. et Em. N. XXVII. (hic adi.) *Marris)* Nihil occurrit aptius, quod hic afferri poſſet, ſiue ad ſtructuram orationis, locique ſententiam maxime ſpectarem, ſive auctoritatem ſequerer codicum, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Lugd. etc. et editionum omnium paulo vetu-

no ſimillimus *p.*: et in Boryſthene memoratur praecipua magnitudo, nullis oſſibus *q.* ſpiniſue interſitis,

vetuſtiorum, quae *mari* incredibili conſenſu exhibent. *Mario* primus excogitauit Gelenius, quod hoc loco reponeret, idque piſcis nomen eſſe voluit. Pellicerius in Notis MSS. hoc commentum approbat. Salmaſius vocem importunam plane expunxit, p. 1314. ſecurus codicum, et librorum vetuſtiorum. Alii *maior* legunt, quos inter idem Pellicerius, teſte Rondeletio, L. de piſc. fluu. c. 8. Nullus tamen, niſi interpolatus, codex a noſtris diſcedit. Quouis ego pignore contenderim, attente explorata totius orationis ſerie, inſtrumentum hic aliquod potius deſignari, quod, vt paulo ante diximus, protelis boum reſpondeat, quam piſcis nomen. Μάῤῥον ſcimus Heſychio eſſe ἐργαλεῖον σιδηροῦν: Marram, inſtrumentum ferreum ruſticum, Plinio, Columellae, Iuuenali, Papiae: de quo nos vberius dicturi ſumus, L. XVII. ſ. 35. H.

p. Porculo marino ſimillimus) Piſcis huiuſce nomen, Moeni, Danubii, Boryſtheniſque incolae, quod Plinius non addidit, expreſſit Albertus M. hunc Plinii, vt quidem videtur, locum tranſſcribens, de anim. L. III. tr. 1. c. 1. p. 119. *In animalibus quibuſdam*, inquit, *neque os, neque ſpinam habentibus, ſicut eſt piſcis Huſo vocatus, qui nullum omnino habet os aut ſpinam, niſi in capite: et hic piſcis abundat in Danubio, et eſt magnus, habens roſtrum magnum, ſicut ſturio* Quae Alberti oratio non modo illius piſcis nomen indicat, qui *Huſo* Germanis dicitur; ſed et marini porculi appellatione, ob roſtri ſuilli ſimilitudinem, ſturionem noſtrum olim ſignaſſe Latinos innuit: quod et Aldrouandus approbat, de piſcib. L. IV. c. 11. p. 533. Idem Albertus, L. XXIV. p. 654. *Huſo eſt piſcis non ſquamoſus, in figura ſturionis, etc. Hunc piſcem ſturio confricando ſe ad eum agitat, ita quod ſaepe ſimul capiuntur.* Vide quae dicturi ſumus L. XXXII. ſ. 19. Quem vero Huſonem illi vocant, is eſt fortaſſis, quem Anchoraginem Caſſiodorus appellat, L. XII. ep. 4. *Deſtinet carpam Danubius; a Rheno veniat anchorago exormis*, etc. H.

q. Nullis oſſibus) Sed cartilagine tantum. *Dalec.*

Nullis oſſibus) Solini paraphr. c. 15. p. 33. *Apud Neuros naſcitur Boryſthenes flumen,*

tis, carne praedulci. In Gange Indiae platanistas *r.* vocant, roſtro delphini et cauda, magnitudine autem [1] xv. cubitorum. In eodem *s.* eſſe Statius Seboſus haud modico miraculo affert, vermes branchiis binis *t.*, [2] VI. cubitorum, caeruleos, qui nomen

1. XVI. *Ch.* 2. LX. *Gr.* et *Al.*

flumen, in quo piſces egregii ſaporis, et quibus oſſa nulla ſunt, nec aliud quam cartilagines tenerrimae. Is eſt Huſo, quem modo diximus. Piſcis nomen non addidit hoc loco Plinius, nec Pompon. Mela L. II. c. 1. p. 26. *Alit Boryſthenes*, inquit, *laetiſſima pabula, magnoſque piſces, quibus et optimus ſapor, et nulla oſſa ſunt.* Quare nec illud Plinii tranſſcriptor Solinus expreſſit. Tamen a glutino quod praebet, ichtyocolla nominatur, L. XXXII. ſ. 24. H.

r. Plataniſtas) Πλατανιϛὰς. H.

s. In eodem) In Gange ſcilicet. Ita etiam Solin. c. 52. p. 81. At Phile, p. 118. et Aelian. H. A. L. V. c. 3. in amne Indo: ambo Cteſiam Gnidium ſequuti. H.

t. Vermes branchiis binis, etc.) Lege: *Vermes branchiis binis, ſenûm cubitorum, caeruleos, etc.* ipſi inquam vermes longi ſunt cubita ſena, non ipſorum branchia, multo minus verum de brachiis quibus carebant. Vide *Salmaſ.* p. 1012. a. *Vermes branchiis binis)* De vermibus Gangeticis Solinus ex Seboſo longe aliter quam Plinius refert, eſſe colore caeruleos et nomine, cubitos ſex longos, bina brachia habere: tam robuſtos, vt venientem ad potum Elephantem mordicus comprehenſum manu in profundum rapiant. *Dal.* *Branchiis binis)* Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic adi.) *Vermes)* Brachia Solinus dixit, c. 52. p. 81. *Hi bina habent brachia, longitudinis cubitorum non minus ſenûm:* quod ſane mirum: quis enim brachia vermibus affinxit vnquam? Atque ea etiam ait fuiſſe longitudinis cubitorum non minus ſenûm: Prodigioſum, et incredibile. Sed neque haec Plinius, neque qui Plinio, Statioque ſuffragatur, Cteſias hoc ſomniauit. Vermium longitudinem, non branchiarum, Cteſias ſeptem circiter cubitorum eſſe definit, in Excerptis ap. Phot. in Bibl. cod. 73. p. 153. Moderatius Plinius, *ſex cubitorum*: ſic enim reſtituendum cenſuimus, tum ex re ipſa, tum ex Solini veſtigiis: quam lectionem ſinceram depra-

men a facie *u.* traxerunt. His tantas *x.* eſſe vires, vt elephantos ad [1] potum venientes, mordicus comprehenſa manu eorum abſtrahant. *y.*

XVIII. Thynni mares ſub ventre *z.* non habent pinnam. Intrant e [2] magno mari Pontum *a.* verno tempo-

1. *Potus. Ch.* 2. *mediterraneo. Iſidor.*

deprauarunt librarii, in *ſexaginta cubitorum* id commutantes. H.

u. Nomen a facie) Piſces ſunt ipſi quidem: ſed a ſimilitudine vermium, vermes et ipſi appellati: non a colore caerulei, vt Solinus putauit, quum hunc Plinii locum ita reddidit: *caeruleos nomine et colore.* Auctor Cteſias in Exc. ap. Phot. p. 153. H.

x. His tantas) Solinus, et alii, ll. cc. H.

y. Comprehenſa manu eorum abſtrahant) Legendum forte, *Comprehenſa manu deorſum abſtrahant.* Videtur ita in Plinio legiſſe Solinus de his loquens: *Adeo*, ait, *robuſtis viribus, vt elephantes ad potum ventitantes mordicus comprehenſos ipſorum manu rapiant in profundum.* Pint.

Manu) Proboſcide *correptos elephantos in amnem* abſtrahant. H.

z. Thynni mares ſub ventre, etc.) Elegantes Lucilii verſus in Lupum, apud Varr. lib. VI. *Tunnos captato: cordylum exclude: minores Occidunt, Lupe, ſaperdae te: haec iura, ſilurum. Sumere te atque amiam.* Quidam legunt, *Thynno capto coruum excludendum foras:* quod videtur ſumtum ex his Amphidis comici: ὅςις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον χλαῦκϰ παρόντος ἔτος ἐκ ἔχει φρένας. *Dalec.*

a. Intrant e magno mari Pontum) Mare internum appellari magnum aut a Plinio alibi, aut ab alio auctore, non memini. Proinde caſtigatiorem hic lectionem exiſtimo, *Intrant ex Aegaeo mari Pontum.* Corrigamus in tranſitu locum in pulcerrimo hiſtoriographo Cornelio Tacito libro X. vbi de hac re agit, a nemine quod ſciam viſum: *Quippe,* inquit, *Byzantium fertili ſolo, fecundoque mari, quia vis piſcium in metapontum erumpens, etc.* Lege: *Quippe Byzantium fertili ſolo, fecundoque mari quia vis piſcium innumera Pontum irrumpens, etc.* Quid ſi in Plinio verbum illud, *magno* ab indocta adiectum ſit lectore? ſtolida enim nautarum multitudo mare noſtrum magnum appellitat: vt legendum videatur, *Intrant e mari pontum*

tempore *b.* gregatim, nec alibi *c.* fetificant. Cordyla *d.* appellantur partus, qui fetas *e.* redeuntes in mare autumno comitantur: Limoſae vere, [1] aut e luto pelamides [2] incipiunt vocari *f.*: et quum annuum exceſ-

1. *Sic quoque Ch. limoſae vero a luto Gr. et Al.* 2. *poſt incip. D.*

tum verno tempore. Quam lectionem videntur adſtruere verba mox paulo ſequentia: *Cordyla appellatur partus, qui fetas redeuntes in mare autumno comitatur.* Non dixit, *magnum mare,* ſed ſimpliciter *mare.* Pint. *Intrant e magno mari)* Nempe Mediterraneo: ſic Iſidorus exponit. Cicero e quodam vetuſto Poëta: *Iamque mari magno claſſis cita texitur* Turn. cap. 20. lib. XIX. Aduerſ. Dalec.

Intrant e magno mari) Magno mari Propontidem ipſam, ceteraque mediterranea maria nunc ſignari docet Ariſt. H. A. L. VIII. c. 16. p. 922. et Iſid. Orig. L. XIII. c. 16. *Mare magnum eſt, quod ab occaſu ex oceano influit, et in meridiem vergit, deinde ad ſeptemtrionem tendit. Quod inde magnum appellatur, quia cetera maria in comparatione eius minora ſunt. Iſtud eſt mediterraneum,* etc. Gregatim, ac veluti compoſita acie, modo octonos, modo etiam ſexdenos incedere a freto Gaditano ad Pontum vſque thynnos, obſeruant hodieque nautae, non ſine voluptate, vt auctor eſt Furnerius, Hydrogr. L. IV. p. 183. Vide et Baſil. in Hexaem. hom. 7. p. 92. H.

b. Verno tempore) Ariſtoteles cap. 17. lib. VI. hiſt. Dalec.

c. Nec alibi) Ariſt. H. A. L. V. citante Athenaeo, L. VII. p. 319. Solinus pariter, c. 12. p. 32. H.

d. Cordyla) In Indice huius libri, *Cordylae.* Metri forte cauſa *Cordyllae* Martiali, L. III. ep. 2. et L. XIII. ep. 1. At Heſychio, Σκόρδυλα, θαλάσσιος ἰχθὺς, ἔνιοι κορδύλη. Ariſt. H. A. L. VI. c. 16. p. 712. Σκορδύλας ait appellari, eaſdemque a Byzantinis Αὐξίδας, ex eo, quod diebus paucis augentur. H.

e. Fetas) Matres. H.

f. Limoſae vero a luto pelamides incipiunt vocari) Locum hunc audacter ſic reſtituendum contendo: *Reuerſae vere a luto Pelamides incipiunt vocari.* Ariſtoteles libro ſexto: *Eodem redeunt verno tempore iam adeptae eam magnitudinem, qua Pelamides nomen accipiant.* Pint. Limo-

exceſſere tempus, thynni. Hi membratim *g.* caeſi, ceruice et abdomine commendantur, atque [1] clidio *h.*, recenti dumtaxat, et tum *i.* quoque graui ructu:

1. Edulio. Parm.

Limoſae vere) Hoc eſt, verno tempore. Thynnulus, inquit, quum primum aeſtate naſcitur, vſque ad ver proximum, *cordyla* dicitur: inde *pelamis* vſque ad exactum annum: inſequenti vero anno, *thynnus.* Ita Soſtratus de anim. L. II. apud Athen. L. VII. p. 303. Vide N. et Em. N. XXIX. (paulo poſt) Dicitur porro πηλαμὶς vel πηλαμὺς ἀπὸ τȣ̃ πηλȣ̃, id eſt, a luto in quo naſcitur, vt ait Feſtus: vel παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν, quod in coeno ſe occultat. *Limoſae)* Ita reſcripſimus admonitu codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. ipſiuſque Ariſtotelis. Nam de cordylis in Ponto genitis, ſic ille H. A. L. VI. c. 16. p. 712. *E Ponto*, inquit, *vna cum fetis thynnis autumno exeunt, vere autem intrant, iam pelamides exiſtentes:* εἰσπλέȣσι δὲ τȣ̃ ἔαρος, ἤδη ȣ̃σαι πηλαμίδες. Editi hactenus libri: *Limoſae vero a luto.* H.

g. Hi membratim) Thynni ſcilicet, ſiue orcyni. *Gadibus*, inquit Athen. L. VII. p. 315. *Saliuntur orcynorum iuguli*, τὰ κλείδια. *Saliuntur et ex iis pulpamenta, quae Melandrya vocant:* οἱ λεγόμενοι μελάνδρυαι ἐξ αὐτῶν ταριχεύονται. *Hiceſius pinguia eorum abdomina*, τὰ ὑπογάστρια, *guſtus ſuauitate aliis partibus multum antecellere iudicat: magis tamen palato ſapere iugulos*, τὰ κλειδία. Eadem ferme repetit L. VIII. p. 357. ex Diphilo Siphnio Medico, libro de iis, quae offeruntur aegris et ſanis. H.

h. Clidio) Clidia Thyum Feſtus in voce, Petimen, ex Naeuio, Petimen piſcinum, quod eſt inter duos armos ad pectus. Clauiculas Medici vocant. Athenaeus lib. VI. orcynos Gadibus eſſe pinguiſſimos tradit, propterea que ſeorſum eorum cleidia ſale condiri. Vt Antacaeorum palatum, et maxillas, ex iiſdemque parari Melandryas dictos. Idem paulo ante laudatas fuiſſe Thynnorum κλεῖδας teſtatur citato Ariſtophane. In his verbis Athenaei obſeruandum, quod μελάνδρυα neutro genere Plinius ſcripſit, maſculino genere ab Athenaeo vſurpari. *Dalec.*

Clidio) Iugulo, vt diximus. Inepte Parmenſis editio, *edulio.* H.

i. Et tum) Vel ſic quoque gra-

ructu: cetera parte plenis pulpamentis ſale aſſervantur. Melandrya vocantur *k.*, caeſis [1] quercus aſſulis *l.* ſimillima. Viliſſima *m.* ex his, quae caudae proxima *n.*, quia pingui carent *o.*: probatiſſima, quae faucibus: at in alio piſce *p.* circa caudam [2] exerci-

1. *Sic et Ch. quernis Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. exercitiſſima Gr. et Al.*

grauem *edentibus* ructum cient. H.

k. Melandrya vocantur) Melandryon, quercus medulla nigra, Theophr. cap. 9 lib. I. hiſt. 15. cap. 4. lib. V. Vide infra cap. vlt. lib. XXXII. Melandryas magnos Thynnos Athenaeus vocat lib. III. et VII. ex Archeſtrato et Soſtro. *Dal.*

Melandrya) Graeci μέλαν δρυὸς appellant intimam quercus partem, et ipſam medullam: inde τόμοι μελανδρύαι, qui ex interiore pulpa orcyni, hoc eſt, thynni maioris fiebant, vt ex Athenaeo docuimus. Xenocrates, de alimento ex aquatil. ap. Orib. L. II c. 58. *Ceterae thynni partes Melandryae dicuntur, propter ſimilitudinem, quam cum nigricantibus quercus radicibus habent.* H. Fuſius de hac voce diſſeruimus in Gloſſario ad Xenocratem in voce μελανδρύαι et θύννος.

l. Quercus aſſulis) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. non vt editi, *quernis.* Sunt autem aſſulae, teſte Feſto, fruſta lignorum excuſſa ſecuribus. H.

m. Viliſſima) Quia minus pinguia, inquit Athen. L. III. p. 121. H.

n. Caudae proxima.) Ὠραῖα illa dicuntur, quaſi οὐραῖα. *Dal.*

Caudae proxima) Τῆς θυννίδος τὸ οὐραῖον vocat idem Athen. L. VII. p. 303. Deſcribit haec οὐραῖα ibidem Archeſtratus Gaſtronomiae peritiſſimus. Vraeon appellat Varro de L. L. L. IV. c. 21. Grammatici Graeci τὰ οὐραῖα μέρη τῶν ἰχθύων, ſed proprie e thynnorum cauda. Vnde Perſius, Sat. 5. v. 182. *Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni.* At vero ὡραῖον aliud eſt Athenaeo: quamquam ex thynno et illud concinnari ſolitum. H.

o. Quia pingui carent) Ideo ἀπίονα dicta. *Dal.*

p. At in alio piſce) Vt in xiphia ſeu gladio, de quo Archeſtratus apud Athen. L. IV. p. 314. Ἀλλὰ λαβὲ ξιφίου τέμαχος Βυζάντιον ἐλθὼν Οὐραῖον τ᾽ αὐτὸν σφόνδυλον. *Tu xiphiae, aduectus Byzan-*

ercitatiſſima. Pelamides in apolectos *q.* particulatimque conſectae, in genera [1] cybiorum diſpartiuntur. *r.*

XIX. Piſcium genus omne praecipua celeritate adoleſcit, maxime in Ponto. Cauſa *t.*; multitudo amnium dulces inferentium aquas. Amiam *u.* vocant,

1. *Ciborum. M.*

Byzantia litora, pulpam Acci[illegible]*, quae caudae ſit proxima vertebra.* H.

q. Apolectos) Quales ſint apolecti, pelamides, cordylae, orcyni, Tritones, Sardae, vide c. II. lib. XXXII. *Dal.*

In apolectos) Igitur ἀπόλεκτοι τόμοι grandiores erant pelamidum partes, quae in cybia deinde quadrata particulatim concidebantur. Apolectos L. XXXII. ſ. 53. pelamidum generis maxima Plinio eſt: nunc pro fruſtis illis, in quae dum ſale conditur, diuidi oportet, diſpari vocis illius acceptione vſurpatur. H.

r. Cybiorum diſpartiuntur) Κυβία ſalſamenti fruſta, in formam κυβοειδῆ diſſecta. Cybium conciſa pelamis cap. II. lib. XXXII. *Dal.*

In genera cybiorum) Cybia ſalſamenti fruſta ſunt, quae digiti craſſitudine fuiſſe Suidas ait. Ex magnis pelamidibus fieri cybia tradunt Hiceſius L. II. de alimentorum materia, apud Athen. L. III. p. 118. et Diocles Caryſtius, p. 120. H.

s. Piſcium genus) Ariſt. H. A. L. VI. c. 16 p. 713. H.

t. Cauſa) Ariſt. hiſt. L. VIII. c. 25. p. 949. Ambroſ. in Hexaem. L. V. c. 10. Piſces, qui maria quoque alia incolunt, non aqua ſalſa, ſed dulci, quae intra ſalſam contineatur, ali, ex Theophraſto atque Ariſtotele probat Aelianus, H. A. L. IX. c. 64. et Rondeletius, L. I. c. 13. H.

u. Amiam) Ariſt. hiſt. L. VI. c. 16. p. 713. Amiae Plinius ſolus Latinorum ſcriptorum meminit. Oppian. Halieut. L. II. v. 554. ait eſſe paulo thynno minorem, aduerſus delphinos facto impetu ſaepe dimicare, morſu victos lacerare, etc. Vide N. et Em. N. XXX. (paulo poſt) Amia porro nomine Latino caret: a popularibus ſuis *Byza* vocari, ſcribit Rondeletius, L. VIII. c. 9. *Amiam)* Huius piſcis nomen apud Albert. M. obiter reſtituendum eſt, de anim. L. VI. tr. 2. c. 3. p. 206. *Piſcis etiam qui amia (in vulgatis, demos) vocatur, in vno die creſcit*

vocant, cuius incrementum ſingulis diebus intelligitur. Cum thynnis *x.* [1] haec et [2] pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quaeque ducibus *y.*: et [3] primi omnium *z.* ſcombri *a.*, quibus eſt in [4] aqua ſulphureus color, extra qui ceteris. Hiſpaniae cetarias *b.* [5] hi replent, thynnis *c.* [6] non commeantibus.

XX.

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Parm. et V. hae Gr. et Al.* 2. *pelamidibus. D.* 3. *primis omnium ſcombris.* 4. *aquis. V.* 5. *his. V.* 6. *non raro. M.*

creſcit, ita quod apparet incrementum eius. H.

x. Cum thynnis) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 16. p. 922. H.

y. Gregatim cum ſuis quaeque ducibus.) Rectius forte, *Gregaleſque ſuis quique ducibus.* Ariſtoteles libro octauo, cap. 13. *Sed thunni, limariae, bamiae, ſubeunt Pontum vere, aeſtatemque ibi traducunt; et reliqui fere plurimi fuſanei et gregatilis generis eodem tranſeunt.* Et ſane plurima piſcium pars gregatilis, neque vllus grex caret duce. Petunt autem Pontum paſtus gratia. *Pintian.*

z. Et primi omnium) Ariſt. p. 925. Scomber piſcis notiſſimus, *Maquereau)* H.

a. Scombri) Salamentarii, Chaerephili ciuitate donati, quod Athenas magnam vim eorum piſcium conuexiſſet, quum filios equo inſidentes vidiſſet Timocles, facete dixit: Scombros eſſe ſuper Satyris. Alexis apud Athenaeum. Vide quod notatum eſt cap. 7. lib. XXXII. *Dal.*

b. Cetarias) Inde apud Nonium Cetarii, Varroni θυνοσκόποι. *Non animadvertes cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, adſcendere in malum alte, vt penitus per aquam perſpiciant piſces?* Vide cap. 8. lib. XXXI. *Dal.*

Cetarias) Cetariae, ſiue cetaria, vt Papias ait, loca ſunt iuxta mare, lacu ſtagnante, in quibus cete, thynni, aliique piſces tenentur, iuxtaque ſaliuntur. Viuaria ſiue piſcinas recte appellaveris. Nonius, c. 1. n. 244. *Cetarii, inquit, genus eſt piſcatorum, quod maiores piſces capit: dictum ab eo, quod cete in mari maiora ſunt piſcium genera, quod Virgilius, immania cete.* Horat. L. II. Sat. 5. v. 44. *Plures annabunt thynni, et cetaria creſcent.* Viuaria thynnorum, poſterior aetas *Tunnarias* appellauit: qua de voce Gloſſarium Du-Cangii conſule. H.

c. Thynnis) Quum thynnorum penuria eſt, ad Hiſpaniae

XX. Sed in Pontum nulla intrat beſtia piſcibus malefica, praeter vitulos *d.* et paruos delphinos. Thynni dextra *e.* ripa intrant, exeunt laeua. Id accidere exiſtimatur, quia dextro oculo plus cernant, vtroque natura hebete. *f.* Eſt in euripo Thracii Boſphori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipſis Europam Aſiamque ſeparantis freti anguſtiis, ſaxum miri candoris, a vado ad ſumma perlucens, iuxta Chalcedonem in [1] latere Aſiae. Huius aſpectu repente territi, ſemper [2] aduerſum Byzantii promontorium *g.*, ex ea cauſa appellatum [3] Aurei

Tt 2

1. *Litore. V.* 2. *aduerſus. M.* 3. *ſic et Ch. Chryſoceras. V. Aurei cornu Gr. et Al.*

ſpaniae litora non commeantium. H.

d. Praeter vitulos) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic adi.) *Sed in Pontum* etc.) Diſſentire Ariſtoteles videtur, cuius verba haec ſunt, H. A. L. VIII. c. 16. p. 922. Ἔξω γὰρ φωκαίνης (alii φαλαίνης legunt, ſed perperam) καὶ δελφῖνος, οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ὁ δελφὶς μικρός. *Nam praeter phocaenam* (quem turſionem eſſe diximus, ſ. 11.) *et delphinum, nullum maleficum animal eſt in Ponto: ſed et paruus eſt ibi delphinus.* Non Phocaenas Plinius, ſed φώκας ſeu vitulos marinos, ſcripſit: et recte quidem: Nam etiamnum hodie in Ponto eſſe vitulos marinos certiſſimum eſt: vt Ariſtotelicam idcirco potius, quam Plinianam lectionem immutandam eſſe merito Rondeletius pronuntiauerit, L. XVI. c. 9. p. 474. H.

e. Thynni dextra) Ariſt. l. c. p. 924. Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 979. Aelian. H. A. L. IX. c. 42. Solin. c. 12. p. 32. H.

f. Vtroque hebete natura) Secus Ariſtot. lib. VIII. cap. 13. ſiniſtro enim non clare cernere ait. Confirmat id quoque Plutarchus libro, Vtra animalium, etc. Quare aeſtimandum, an hic legendum ſit, *Altero vtique hebete natura*, vel *ſiniſtro oculo hebeta natura.* Pintian.

Vtroque) Sed magis tamen laeuo: εὐωνύμῳ ἀμβλυωπεῖν dixit Athen. L. VII. p. 301. ex Ariſt. Aeſchylus quoque apud Aelian. l. c. et Athen. L. VII. p. 303. H.

g. Byzantii promontorium ex ea cauſa appellatum auri cornu)

rei cornus *h.*, praecipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii eſt, magna [1] Chalcedonis *i.* penu-

1. *Chalcedoniis. V. Chalcedone. M.*

cornu) Quum libro IV. capite 11. in relatione Thraciae, promontorium hoc Plinius appellauerit, *Chryſoceras*, Graeco quidem nomine, ſed iure Latii iam pridem donato; cur illic Graeco et publico nomine, hic Latino et inuſitato vti maluerit, conſiderandum. Certe Plinius Graeca vrbium et aliorum locorum vocabula vertere nequaquam ſolet, quod vitioſiſſimum eſſe, niſi ſumma vrgente neceſſitate, in confeſſo apud doctiores eſt. Quam ob rem dictionem *auri cornu* pro vera Plinianaque non habeo, ſed opinor ab imperito lectore ſuffectum in prioris locum, Graecum nomen, tamquam rem magnam faceret, ita Latine reddente: vnde fit, vt Hermolai iudicium hac in parte non probem. *Pint. Byzantii promontorium, etc.)* Lege: *Byzantii promontorium ex ea cauſa appellatum aurei cornus.* id eſt, τȢ χρυσȢ κέρατος. Nam *cornum* pro *cornu* aliis locis vſurpauit Plin. *Salmaſ.* p. 165. b.

h. Aurei cornus) Huic promontorio, inquit, nomen erat, Promontorium aurei cornus, τȢ χρυσȢ κέρατος. Sinus enim, non promontorium, fuit ipſum aureum cornu, vt Strabo docet, L. VII. p. 320. haec eadem narrans, quoniam in plures minores ſinus quaſi ramos laciniatim ille diuideretur, a ceruini cornus ſpecie ita dictum teſtatus. Vide N. et Em. N. XXXII. (hic poſ.) *Aurei c.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. etc. Editi perperam, *Auricornu.* Aurei porro cornus ei loco appellationem inditam putamus, a quaeſtuoſa pelamidum captura: maximum enim earum prouentum et Byzantiis pariter et populo R. inde contigiſſe, auctor eſt Strabo, L. VII. p. 320. H.

i. Chalcedonis penuria) Idcirco Calchedonem coecorum vrbem appellatam eſſe Strabo refert, quod omiſſa in oppoſitum litus nauigatione, vbi tanta piſcationis opportunitas erat, deteriora loca occupaſſent. A Chalcedone tamen nomen Pelamis habet, Chalcedonia dicta, quam inter cibos exquiſitiſſimos laudat inprimis Gellius, L. VII. c. 16. p. 434. H. Vide Xenocrat. de alim. ex aquat. c. 8. et. 35.

penuria, [1] mille paſſuum *k.* [2] medii interfluentis euripi. Opperiuntur *l.* autem Aquilonis flatum, vt ſecundo fluctu exeant e Ponto, nec niſi [3] intrantes *m.*

Tt 3 [1] por-

1. M. p. M. et Ch. DC. V. D paſſ. Gr. et Al. 2. *medio interfluente euripo. V.* 3. *linquentes. Alii, exeuntes ponto.*

k. Mille paſſuum) Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic poſ.) *M. p.)* Barbarus *D. paſſ.* reſcripſerat, contra omnium codicum fidem, editionumque vetuſtarum. Nos ex iiſdem, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. etc. *mille* repoſuimus: neque enim hic arctiſſimae freti illius ſignantur anguſtiae, vt L. V. ſ. 42. ſed quod inter Chalcedonem et Byzantium, paulo laxius eiuſdem Euripi ſpatium interfluit. H.

l. Opperiuntur) Non ad thynnos priuatim Ariſtoteles haec contraxit, ſed de gregalibus in vniuerſum tradidit, H. A. L. VIII. c. 16. p. 923. vbi et ea, quae mox ſubiungit, *Bruma non vagantur, — — Multi in Propontide aeſtiuant*, etc. H.

m. Nec niſi intrantes Pontum Byzantii capiuntur) Quidam hunc locum reſtituere volentes pro verbo illo, *Pontum Propontidem* ſubſtituerunt, deprauatiorem quam antea erat, reddentes. Nos alio modo curandum putantes ſic legimus, *Nec niſi infantes tunc Byzantii capiuntur.* Planiſſime id ex Ariſtotele colligitur, libro octauo capite 13. *Sed quum pepererit,* inquit, *et proles iam adoleuerit, exeunt poſt Vergilias ſtatim. Et ſi hiems auſtrina ſi, tardius, ſi aquilonia ſit, citius, propter ſecundi flatus commoditatem; proleſque adhuc parua apud Byzantium capitur, vtpote quum longior mora in Ponto non fuerit. Sed de ceteris et quum adeunt et quum exeunt, conſtat.* Haec Ariſtoteles. Vſurpare autem Plinium hoc nomen, *infantes*, etiam in animantibus ratione carentibus, et ſupra curioſus lector obſeruare potuit, et infra etiam leget, libro X. cap. 41. de veſpertilionibus: *Geminos volitat amplexa infantes.* De hac Pelamidum captura in Thraciae ſinu, cui nomen eſt Melas, quum e Ponto exeunt, Oppianus Halieuticωn IV. copioſe. *Pint.*

Portum Byzantium) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic ſubi.) *Nec niſi)* In editis hactenus libris legitur, *Nec niſi intrantes Pontum, Byzantii capiuntur*, quae lectio mire torſit ſummorum virorum ingenia. Nam ſi exierunt

[1] portum Byzantium capiuntur. Bruma *n.* non vagantur: [2] vbicumque deprehenſi, vſque ad aequinoctium, ibi hibernant. Iidem ſaepe nauigia velis euntia comitantes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum ſpatia et paſſuum millia a gubernaculis [3] ſpectantur, ne tridente quidem in eos ſaepius iacto territi. Quidam eos, qui hoc e thynnis faciant, pompilos *o.* vocant. Multi in Propontide [4] aeſtiuant: Pontum non [5] intrant. Item ſoleae, quum rhombi intrent: [6] nec ſepia eſt, quum loligo reperiatur. Saxatilium *p.*, turdus et merula deſunt:

1. *Pontum Byzantii Gr. et Al.* 2. *vbi enim. Ch.* 3. *non ſeparantur. V.* 4. *aeſtuant. Ch.* 5. *intrant item ſoleae. V. lego, Pontum item non intrant ſoleae.* 6. *non. M.*

runt ex Ponto, vt proxime ante dictum eſt, quomodo intrantes Pontum, Byzantii, quod a Ponto abeſt, capiuntur? Itaque alii *Propontidem* reſcripſerunt. Pintianus vocem *Pontum*, ceu nimis moleſtam, expungit, legitque, *nec niſi infantes tunc Byzantii capiuntur.* Nos ope codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. ceterorumque, in quibus ſcribitur, *nec niſi intrantes pontum Byzantium capiuntur*, leuiſſima literulae vnius immutatione, *portum Byzantium*, reſtituimus: quam eſſe ſinceram lectionem praeſtamus: fit enim in Byzantii portu captura: vt proxime antea Plinius cum Ariſtotele prodidit, *Omnis captura Byzantii eſt.* H.

n. Bruma etc.) Ariſt. l. c. p. 924. Plutarch. L. de ſol. anim. p. 979. Aelian. H. A. L. IX. p. 42. H.

o. Pompilos) Πομφύλας vocat Aelianus, H. A. L. II. c. 15. H.

p. Saxatilium) Columella, L. VIII. c. 16. *Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, vt merulae, turdique, nec minus melanuri:* Vtrumque piſcem Romae eſſe notiſſimum, atque hunc *tordo*, illum *merlo* vocari etiamnum tradit Hippolytus Saluianus, L. de hiſt. aquatil. fol 222. Apud Latinos Galloſque, vti apud Graecos κόσσυφος, idem auis piſciſque nomen eſt, merula, *merle.* Turdum appellant Galli

ſunt: ſicut conchylia, quum oſtreae abundent. Omnia autem hibernant in Aegaeo. Intrantium *q.* Pontum ſoli non remeant [1] trichiae. Graecis enim in plerisque nominibus vti par erit, quando aliis atque aliis eoſdem diuerſi appellauere tractus. Sed hi ſoli [2] Iſtrum amnem ſubeunt *r.*: ex eo ſubterraneis *s.* eius venis in Adriaticum mare defluunt: itaque [3] et illic *t.* deſcendentes, nec vmquam *u.* ſubeuntes [4] e mari viſuntur. Thynnorum *x.* captura

Tt 4 eſt

1. *Thriſſae. Rond.* 2. *in Iſtrum a. ſ. et ex eo M. in Iſtrum mare ſ. et ex eo. Ch.* 3. *et illi ſubeuntes e mari, nec vmquam deſcendentes, Ariſt. c. 12. lib. VIII. hiſt.* 4. *in mari. V.*

Galli *vielle*, teſte Rondeletio, L. VI. c. 6. H.

q. Intrantium) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 16. p. 923. Οἱ δὲ τριχίαι μόνοι τῶν ἰχθύων, εἰσπλέοντες μὲν ἁλίσκονται, ἐκπλέοντες δὲ οὐκ ὁρῶνται. Trichiae, inquit, ſoli piſcium, abeuntes in Pontum, aut capiuntur, aut abſumuntur, a reliquis piſcibus: reuerti enim nulli videntur. Vide N. et Em. N. XXXV. (hic adn.) *Intrantium)* Ludunt operam Rondeletius, et Aldrouandus, quum trichias veterum eſſe *ſardinas* noſtras volunt: neque enim hae amnes ſubeunt, quemadmodum ſubire Iſtrum trichiae memorantur, ab Ariſtotele, Plinioque. H.

r. Sed hi ſoli Iſtrum amnem ſubeunt) Fabuloſum id eſſe putant multi, ac e vulgi ſermonibus potius Ariſtoteli proditum, quam veriſimile. Nec enim creditu facile Danubium, tam longo ſpatio ab Adria diſſitum, in id mare ſubterraneis cuniculis corriuari. *Dalec.*

Sed hi ſoli) Ariſt. l. c. H.

s. Subterraneis) Philoſophus temere l. c. Argonautarum fabulae ſubſcripſit, qui ex Iſtro in Adriaticum creduntur nauigaſſe. A quo flumine quum in Adriaticum mare nullum duci alveum ipſe Plinius agnouerit, L. III. c. 18. ad ſubterraneos meatus nunc confugit, haud ſane, credo, veriores. H.

t. Itaque et illic) Vbi Iſter in Adriaticum influere credebatur. H.

u. Nec vmquam) Nec vmquam aſcendentes e mari *Adriatico in Iſtrum* cernuntur. H.

x. Thynnorum captura) Qui Thynnos ſpeculantur

ſub

eſt a Vergiliarum exortu *y*. ad Arcturi occaſum *z*.: reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis, niſi tepore aliquo euocati, aut pleniluniis. Pingueſcunt *a*. et in tantum, vt dehiſcant. Vita *b*. longiſſima his biennio.

XXI Animal eſt *c*. paruum; ſcorpionis effigie *d*., aranei magnitudine. [1] Hoc ſe, et thynno *e*., et ei qui

1. *Hoc et. M.*

ſub aquis natantes et gregatim luſitantes, θυνοσκόποι Graecis dicuntur, rupes vero editior, in qua ſtantes obſeruant θυνοσκοπεῖον. Strab. lib. V. quamquam in Ponto, alta trabe in vado defixa, ex ſumma ſpeculatores intueantur; quae forte piſcario Vlpiano *l. Venditor D. Com.* tignaria dicitur, ſiue, vt alii legunt, thynnaria. Brod. cap. 8. VI. *Dal.*

Thynnorum) Ariſt H. A. L. VIII. c. 20. p. 931. H.

y. Vergiliarum exortu) Initio aeſtatis, die ab aequinoctio verno, XLVIII. Plinius, L. XVIII. ſ. 59. H.

z. Ad Arcturi occaſum) Scilicet veſpertinum, qui incidit in diem quartum Nonas Nouembris, vt auctor eſt Plinius ipſe, L. XVIII. ſ. 74. Ariſtot. μέχρι ἀρκτέρȣ δόσεως τὸ ἔσχατον, *ad extremum Arcturi occaſum.* H.

a. Pingueſcunt) Ariſt. H. A. L. VI. c. 16. p. 711. H.

b. Vita) Ariſt. p. 712. Thunnus ille tamen, quem nongentarum librarum, eumque vetulum fuiſſe Plinius dixit, ſ. 17. prouectiorem multo aetate fuiſſe neceſſe eſt. H.

c. Animal eſt paruum, ſcorpionis effigie, aranei magnitudine) Ex Ariſtotele hoc lib. VIII. cap. 19. meminit et Oppianus ſecundo. Illud tamen notandum, Athenaeum non legiſſe in Ariſt. *arachnes* magnitudine, hoc eſt, *aranei*, vt Plinius et Theodorus videntur legiſſe, ſed *drachmes*, hoc eſt, denarii. *Pint.*

Animal eſt) Totidem verbis Ariſt. H. A. L. VIII. c. 25. p. 953. Oppian. Halieut. L. II. v. 506. Athen. L. VII. p. 302. Aſilus id animal dicitur, Graecis οἶστρος, quem Rondeletius αὐτόπτης depingit, L. de inſectis, c. 8. H.

d. Scorpionis effigie) Aſylum et oeſtrum vocant, figura multum diſtat a ſcorpione. Depingit Rondelet. in orcyno. *Dalec.*

e. Hoc ſe et thynno, et ei qui gladius vocatur, crebro Delphi-

qui gladius *f.* vocatur, crebro delphini magnitudinem *g.* excedenti, ſub pinna affigit aculeo: tanto-

delphini magnitudinem excedenti, ſub pinna affigit aculeo) Particulam, *ſe*, vt ſuperuacaneam detraho, et *aculeum*, non *aculeo* lego. Ceterum Ariſtot. a quo cuncta haec haurire videtur Plinius, nequaquam ſcribit vinci magnitudinem delpini, ſed celeritatem aequari a Xiphia, hoc eſt, gladio. Eius verba lib. VIII. cap. 19. *Thunni et gladii agitantur aſilo canis exortu, habent enim vtrumque per id tempus ſub pinna ſeu vermiculum quem aſilum vocant, effigie ſcorpionis, magnitudine aranei. Infeſtat hoc tanto dolore, vt non minus interdum gladius quam delphinus exſiliat, vnde fit vt nauigia ſaepenumero incidant.* Pintian.

f. Et ei qui gladius) Graecis ξιφίας. A mucronato roſtro nomen accepit, vt tradit Aelian. H. A. L. XII. c. 64. Hippolytus Saluianus, L. de hiſt. aquat. fol. 127. eum eſſe piſcem ait qui a Liguribus *Emperador:* Romae *peſce ſpada*, vocatur: quamquam hoc poſtremum nomen et ad alios praeterea piſces tranſfertur. H.

g. Delphini magnitudinem) Etſi magnitudinem delphini, inquit, gladius interdum excedat, minimo tamen vermiculo infeſtatur ita, vt in naues ſaepe exſiliat, euictus doloris acerbitate. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic conſp.) *Et ei*, etc.) Litem hic Plinio mouent eruditi, Pellicerius in Not MSS. Pintianus in Obſſ. Plin., Hippolytus Saluianus, L. de aquat. hiſt. p. 128. quaſi foede lapſus ſit in Ariſtotelici loci interpretatione: neque enim Philoſophus delphini magnitudinem gladium excedere, ſed in exſiliendo imitari celeritatem dixit: τοῦτο δὲ ποιεῖ αὐτοὺς ἐξάλλεσθαι, οὐκ ἔλαττον τοῦ δελφῖνος. Scripſit ita ſane Philoſophus: quid tum? annon potuit illud ἔμβλημα Plinius, de magnitudine gladii piſcis, ab aliis accipere auctoribus? Certe ad cetorum potius ſimilitudinem, quam piſcium, crebro Xiphias accedere, ob vegrandem corporis molem, cecinit Oppian. Hal. L. III. v. 544. Ἀμφί τε Μασσαλίην ἱερὴν πόλιν, ἀμφί τε Κελτοὺς, Κεῖθι γὰρ ἐκπλαγοί τε, καὶ ἰχθύσιν οὐδὲν ὁμοῖοι Ἄπλατοι ξιφίαι μεγακήτεες ἐννεμέθονται. Hoc eſt, interprete Lippio: *Maſſiliam iuxta ſacram, Celtaſque potentes: Hic gladii immanes, et vaſto corpore degunt, Qui ſuperant reliquos ingenti mole natantes.* H.

que infeſtat dolore, vt in naues ſaepenumero exſiliant. Quod et alias faciunt aliorum [1] vim timentes, mugiles maxime, tam praecipuae velocitatis, vt tranſuerſa nauigia interim [2] ſuperiactent.

XXII. (XVI.) [3] Sunt et in hac *h.* parte naturae auguria, ſunt et piſcibus praeſcita. Siculo bello *i.* ambulante in litore Auguſto, piſcis e mari ad pedes eius exſiliit: quo argumento vates reſpondere *k.*, Neptu-

1. *Vim*, *in M. d.* 2. *ſupertraiiciant. Alii*, *ſupertraiectent.* 3. *Sunt et piſcibus praeſcita in hac parte naturae auguria. M. et Salm. Sunt et p. praeſcita. Tol. et Ch.*

h. Sunt in hac) Vide N. et Em. N. XXXVII. (hic adi.) *Sunt et)* Ea verba deſiderantur plane in codd. R. 1. 2. Chiffl. et Tol. In Colb. 1. 2. Par. et Salmant. Pintiani legitur, *Sunt et piſcibus praeſcita in hac parte naturae auguria.* H.

i. Siculo bello) Sueton. in Aug. c. 96. *Pridie quam Sicilienſem pugnam claſſe committeret, deambulanti in litore, piſcis e mari exſiluit, et ad pedes iacuit.* H.

k. Quo argumento vates reſpondere, Neptunum patrem adoptantem eum ſibi, Sex. Pompeio repudiato. Tanta erat naualis rei gloria, ſub pedibus Caeſaris futuros qui maria tempore illo tenerent) Apogr. Tolet. *tum* legit, non *cum*: et verbum illud, *repudiato*, in eodem non habetur: vt in vniuerſum legendum ſit, *Quo argumento vates reſpondere, Neptunum patrem adoptante tum ſibi Sex. Pompeio, tanta erat naualis rei gloria, ſub pedibus Caeſaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.* Pint.

Vates reſpondere) Sicuti piſcis, inquit, maris alumnus ac partus, ad Auguſti pedes exſilierat: ita et Sex. Pompeium, qui propter inſignem rei naualis gloriam Neptunum patrem ſibi tunc aſſerere videbatur, ſub pedibus eius mox futurum, vates reſponderunt. Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic adi.) *Vates)* Interpolatum hunc locum ab editoribus eo modo: *Vates ſpondere, Neptunum patrem, adoptato tum ſibi*, etc. fide codicum, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. vet. Dalecampii aliorumque, ſuo nitori reſtituimus, ſequuti etiam Pintianum. H.

Neptunum patrem [1] adoptante *l.* tum ſibi Sex. Pompeio, (tanta erat naualis rei [2] gloria) ſub pedibus Caeſaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.

XXIII. Piſcium feminae *m.* maiores quam mares. In quodam *n.* genere omnino non ſunt mares, [3] ſicvt in erythinis *o.* et chanis. *p.* Omnes enim ouis graui-

1. *Sic et M. et Ch. et V. vates: ſpondere Neptunum patrem, adoptato tum ſibi S. P. Gr. et Al.* 2. *gloria repudiato ſub. M.* 3. *ſicut arachinis. Omnes. Ch.*

l. Adoptante) Neptuni certe filium appellari ſe Sext. Pompeius ſuſtinuit, tamquam a Neptuno adoptatus ſcilicet, εἰσποιέμενος ἄρα τῷ Ποσειδῶνι, inquit Appian. de B. C. p. 729. Quum victus ſcilicet Octauius Caeſar nauali praelio, Siciliae potiundae ſpem abieciſſet, Neptuni filium S. Pompeius ſe eſſe credidit, Καὶ τῦ τε Ποσειδῶνος υἷος ὄντος ἐπίςευεν εἶναι. Teſtatur hoc etiam nummus antiquus, in quo caput S. Pompeii nudum pingitur, cum delphino et tridente: epigraphe, NEPTVNI. hoc eſt, *Neptunius*, ob peritiam rei naualis: quemadmodum poſtea Diocletianus a prudentia *Iovius*, a fortitudine bellica Maximianus *Herculius* eſt cognominatus. Eſt hic nummus ap. Patin. in Fam. p. 219. et in Muſeo noſtro. Porro, vt id obiter dicamus, in cladem hanc Auguſti, ludendique ſimul libidinem exſtat ſat elegans Epigramma, inter cetera a Pithoeo collecta, p. 78. *Poſtquam bis claſſe victus naues perdidit Aliquando vt vincat, ludit aſſidue aleam.* Ratum fuiſſe nihilominus illud vatum omen, ſed non in bello Siculo, teſtantur ipſius Augusti nummi: in quibus Neptuni expreſſa effigies, qui ſiniſtra tridentem teneat, dextra palmam porrigat, orbem pede dextro premat, cum epigraphe, CAESAR. DIVI. F. aliique cum trophaeo nauali. H.

m. Piſcium feminae) Ariſt. H. A. L. V. c. 5. p. 527. H.

n. In quodam) Ariſt. H. A. L. VI. c. 12. p. 688. iiſdem fere verbis. H.

o. Erythinis) Ariſtoteli, ἐρυθρινὸς, rubellio Plinio, L. XXXII. ſ. 49. a rubore. Item Apicio, L. X. c. 7. Oppiano, L. I. Halieut. v. 97. ἐρυθῖνος. Nobis rubellus, Pariſienſibus *Rouget*, communi aliis quoque piſcibus vocabulo. Italis, *Phragolino.* H.

p. Et chanis) Χάννη Ariſtoteli, quaſi hiatula, παρὰ τὸ

grauidae capiuntur. Vagantur gregatim [1] fere cuiuſque generis ſquamoſi. Capiuntur *q.* ante Solis ortum; [2] tum maxime piſcium fallitur viſus. [3] Noctibus, quies *r.*: et illuſtribus *s.* aeque, quam die, cernunt. Aiunt et [4] ſi *t.* teratur gurges *u.*, intereſſe

1. Fere. Cuiuſque generis ſquamoſi capiuntur. M. 2. Nam tum. Dal. 3. Noctibus quidem illuſtribus Gr. quidem et illuſtr. Al. 4. ſic et V. iteratur. Ch. iteretur Gr. et Al.

τὸ χαίνειν, quia ſemper ſit ore hiante. Maſilienſibus *Serran* vocari, ſcribit Saluianus, et poſt illum Aldrovandus, de piſc. L. I. c. 10. p. 52. De channe rurſum ex Ouidio, L. XXXII. ſ. 54. H.

q. Capiuntur) Sic etiam Ariſt. H. anim. L. VIII. c. 25. p. 954. H.

r. Noctibus, quies) Nocte quieſcunt: nox ſi illuſtris fuerit, aeque tum, atque interdiu cernunt. Opportunum, inquit, capturae piſcium tempus, ante Solis ortum eſt: quoniam obſcuris noctibus nuſquam vagi, quieſcant: illuſtribus, nihilominus quam interdiu cernant. Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic adi.) *Noctibus)* Totidem plane apicibus ac literis locum hunc repraeſentant codd. MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. Corruperant ſic editores, *Noctibus quidem illuſtribus* etc. Emendationi noſtrae Philoſophus adſtipulatur, hiſt. L. VIII. c. 25. p. 954. τῆς μὲν γὰρ νυκτὸς ἡσυχάζουσι. H.

s. Et illuſtribus) Hoc eſt, ſerenis, in quibus aliqua micat, vel a ſtellis, vel a Luna lux. Tegulas illuſtres dixit feſtiue Plautus in Rudente, act. 1. ſc. 1. quod iis vento deiectis lux ſeſe per rimas in intimas aedes inſereret: *Ita omnes de tecto deturbauit tegulas: Illuſtriores fecit, feneſtraſque indidit.* Aliunde haec porro Plinius, quam ex Ariſtotele: ne quis perperam a Plinio accepta verba Philoſophi calumnietur. H.

t. Aiunt et ſi iteretur gurges intereſſe capturae. Itaque plures ſecundo tractu trahi quam primo) Poteſt quidem haec lectio tolerari: ſed melius magiſque e mente Ariſtotelis legeres, *teratur*, quam *iteretur*, et *iactu*, quam *tractu*. Ariſtot. lib. VIII. cap. XV. *Aiunt etiam, ſi gurgitum ima ſaepius terantur, plures eadem ſagena capi ſecundo iactu quam primo.* Et verbum Graecum τρίβω, quo vtitur Ariſtot. proprie tero,

eſſe capturae: itaque plures ſecundo tractu capi quam primo. Guſtu olei maxime, dein modicis imbribus gaudent x., aluntur que. Quippe et arundines y., quamuis in palude prognatae, non tamen ſine imbre adoleſcunt: et alias vbicumque piſces in eadem aqua aſſidui, ſi non [1] affluat z., exanimantur.

XXIV.

1. *Sic et Ch. niſi affluat M. niſi appluat, Gr. et Al.*

tero, non *itero* ſignificat. *Pint.*

u. Iteretur gurges) Iterum et ſecundo retibus ambiatur. *Dalec.*

Si teratur) Si fundus verriculis excitetur, plures eodem verriculo, altero iactu, quam priore capientur, τριβομένȣ τȣ̃ βυθȣ̃, ἁλίσκεσθαι πλείȣς ἐν τῷ αὐτῷ βόλῳ τὸ δεύτερον, ἢ τὸ πρῶτον. Ariſt. hiſt. L. VIII. c. 21. p. 934. Vide N. et Em. N. XL. (hic adi.) *Si t.)* Aptius multo id verbum tum rei explicandae, tum menti Ariſtotelis interpretandae, qui τριβομένȣ βυθȣ̃ ſcripſit, quam quod erat in libris editis, *iteratur*. In MSS. *ſi iteretur*, literula vna, vt exploratum apertumque eſt, praepoſtere repetita. H.

x. Dein modicis imbribus gaudent) Legendum diuerſa diſtinctione, *De immodicis imbribus gaudent.* Vidit hoc Maſſarius, confirmatque Ariſtot. teſtimonio lib. VIII. cap. 19. *Pintian.*

Dein modicis) Vide N. et Em. N. XLI. (paulo poſt.) Eadem ac Plinius docet Albert. M. de anim. L. VII. tr. 2. c. 1. p. 229. *Dein)* Legunt Maſſarius et Dalecampius, *De immodicis imbribus gaudent:* ac patrocinari ſibi credunt Ariſtotelem, qui H. A. L. VIII. c. 24. p. 946. piſces ait iuuari imbribus, τοῖς δὲ ἰχθύσιν συμφέρȣσιν αἱ ἐπομβρίαι, annuiſque pluuiis c. 25. p. 948. ἐπομβρίοις ἔτεσιν. Sed praeterquam quod ipſa refragatur orationis ſtructura, in qua haec vocula *dein* appoſite ſignificat eam rem alteram qua piſces iuuantur: vt pluuia iis ſane proſit, tamen immodicam equidem iure perhorreſco: quum Philoſophus ipſe eo loci p. 951. nimiis imbribus magnum mugilum et capitonum multitudinem interire aſſeveret. H.

y. Quippe et arundines) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 25. p. 948. H.

z. Si non affluat) Hoc eſt, niſi nouae recenteſque ſubinde aquae euripis accedant. Vide

XXIV. Praegelidam *a.* hiemem omnes ſentiunt, ſed maxime qui lapidem in capite habere exiſtimantur, vt lupi, [1] chromes *b.*, [2] ſciaenae *c.*, pagri. *d.* Quum aſperae *e.* hiemes fuere, multi caeci capiuntur. Itaque his *f.* menſibus iacent ſpeluncis conditi, ſicut in terreſtrium genere retulimus. *g.* Maxime

1. *Choramis*, *ſchiena. Ch.* 2. *ſcienae Gr.*

Vide N. et Em. N. XLII. (hic adi.) *In eadem) Niſi appluat*, ſcribere Hermolaus maluit, quam, *ſi non affluat*, quomodo ſcribendum eſſe nos defendimus, ex omnium exemplarium vetuſtiorum fide, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. vet. Dalec. Parm. edit. etc. Quid quod Ariſtot. ipſe, aquam piſcibus poſtulat fluentem ſemper ac refluentem, H. A. L. VIII. c. 7. p. 878. ὕδωρ ἀποῤῥέον ἀεὶ καὶ ἐπιῤῥέον. H.

a. Praegelidam) Ariſtot. iiſdem verbis, hiſt. L. VIII. c. 25. p. 950. Aelian. H. A. L. IX. c. 7. Inter eos, qui lapidem in capite habent aſellum Plinius adnumerat, L. XXXII. ſ. 38. H.

b. Chromes) Χρωμὶς Latinum nomen non habet: piſcatoribus noſtris pariter ignota. Suſpicatur tamen Rondeletius L. V. c. 21. eum eſſe piſcem, qui in ora Liguriae. *Caſtagno*, a caſtaneae colore vocetur. H.

c. Sciaenae) Σκίαινα Graecorum a noſtris eamdem vim vocis ſequutis, praeſertim vero a Columella L. VIII. c. 16. Vmbra eſt appellata: Vmbrinam Romanam vulgus appellat: Galli, *Maigre.* De ea Rondeletium conſule, L. V. c. 9. Hippol. Saluian. fol. 115. Vmbella eſt Xenocr. ap. Orib. L. II. c. 58. H. Σκιαδῆς a Xenocrate appellatur, c. 1. et 14. a Gal. de alim. fac. III. 30. σπινῖς Conf. Gloſſar. noſtrum in Xenocr. in hac voce.

d. Pagri) Πάγρος vel Φάγρος, Latinis, pagrus et phager: in toto Galliae Narbonenſis litore *Pagre*, teſte Rondeletio, eius orae incola, L. V. c. 15. H.

e. Quum aſperae) Ariſt. l. c. non multos piſcium, ſed multos ex capitonibus hac caecitate affici a frigore ſcripſit. H.

f. Itaque his) Haec ſunt apud Ariſt. H. anim. L. VIII. c. 20. p. 930. vſque ad ea verba, *Fluuiatilium ſilurus* etc. H.

g. Retulimus) Libro ſuperiore, ſ. 54. et 55. vbi de vrſis, Ponticiſque muribus. H.

xime hippurus *h.* et [1] coracinus *i.* hieme non capti, praeterquam ſtatis diebus paucis, et iiſdem ſemper: muraena et orphus *k.*, conger *l.*, percae *m.*, et ſaxatiles omnes. Terra quidem *n.*, hoc eſt, vado maris excauato condi per hiemes torpedinem, [2] pſettam *o.*, ſoleamque tradunt.

XXV. Quidam *p.* rurſus aeſtus impatientia, mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, vt glaucus *q.*, aſelli,

1. *Corac. hieme, non capti praeterquam. V.* 2. *Pſittam. Gr.*

h. Hippurus) Ἵππουρος Graecis, Hiſpanis *Lampugo*, inquit Rondeletius, L. VIII. c. 19. noſtris vndis piſcis incognitus. H.

i. Coracinus) A nigro colore, quem cum coruo communem habet, nomen ſortitum eſſe auctor eſt Oppian. Halieut. L. I. v. 133. Κορακῖνον ἐπώνυμον Αἴθοπι χροιῇ. Romae, *Peſce Coruo*, vocari ſcribit Hippol. Saluianus p. 118. In Gallia Narbonenſi, *Corp* et *Corbeau*, Rondelet. L. V. c. 8. Vide inferius ſ. 32. H.

k. Et Orphus) Kirano, p. 50. *Orphus, piſcis marinus comeſtibilis.* Ὀρφὼς Athenaeo, L. VII. p. 315. H.

l. Conger) Congre Maſſilienſibus ex Rondeletio, L. XIV. c. 1. et Aremoricis. Graecis γόγγρος. H.

m. Percae) Perche de mer. Alia enim fluuiatilis eſt. H.

n. Terra quidem) Ariſt. l. c. et Theophr. L. *de iis, quae ob frigora latent*, apud Athen. L. VII. p. 314. Aelian. item H. A. L. XII. c. 6. H.

o. Pſettam) ψῆττα Ariſtoteli, quem Rhombum a Romanis dici Athenaeus teſtatur, L. VII. p. 33. Gallis, *Turbot*, in oceano maximus. H. Vide quae de pſetta diximus in Gloſſario ad Xenocr. in hac voce.

p. Quidam) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 20. p. 933. Communem tamen tribus illis, glauco, aſello, auratae, feciſſe aeſtatis latebram: numerum vero ſexaginta dierum priuatim glauco adſignaſſe videtur. H.

q. Vt glaucus) Γλαῦκος a colore dictus. Romani *Lechiam* vocant. De eo multa Athenaeus, L. VII. p. 295. Rondeletius, L. VIII. c. 16. 17. et 18. ſed ex coniectura ingenii tantum, haud ſatis tuta. Lupo omnino ſimilis eſſe dicitur a Xenocrate, ap. Orib. L. II. c. 58. H.

aſelli *r.*, auratae. *s.* Fluuiatilium ſilurus *t.* Caniculae exortu ſideratur *u.*, [1] et alias ſemper *x.* [2] fulgure ſopitur. *y.* Hoc *z.* et in mari accidere *zz.* [3] cyprino

1. *Sic et Ch. vocem ſemper omittunt Gr. et Al.* 2. *fulgore. M.* 3. *Cyprio. M.*

r. Aſelli) De hac aſelli latebra per aeſtatem, Caniculae metu, multa Oppian. Halieut. L. I. v. 151. Aelian. H. A. L. IX. c. 38. Athen. L. VII. p. 315. H.

s. Auratae) Aelian. H. A. L. XIII. c. 28. ceterique Graeci a ſuperciliis aureis χρύσοφρυν nuncuparunt. Rondeletius, L. V. c. 2. putat eſſe eum, quem Prouinciales et Hiſpani *Dorada* vocant. Negant Bellonius aut Gallicae orae veterum auratam eſſe cognitam, aut cum Dorada quidquam habere commune. H.

t. Fluuiatilium ſilurus etc. Lege: *Fluuiatilium Silurus caniculae exortu ſideratur, et alias ſemper per fulgura ſopitur:* id eſt, fulgurante et tonante caelo. Vide *Salmaſ.* p. 1314. b

Fluuiatilium ſilurus) Philoſophi verba haec ſunt, L. VIII. c. 25. p. 956. Γλάνις ὑπὸ κύνα μάλιϛα ἀϛροβλὴς τε γίνεται, καὶ ὑπὸ βροντῆς νεανικῆς καρȣ̃ται. *Glanis ſideratur ſub Canicula potiſſimum, et a forti tonitru conſopitur.* Sic Plinius Glanim Ariſtotelis Silurum vocat, non ſemel. Glanim Albertus quoque a nobis inferius laudandus interpretatur ſilurum, et piſcem fluuialem vocat. Ipſeque alias Ariſtoteles et Strabo, glanis habita mentione, nuſquam vero nominato ſiluro, eoſdem exiſtimaſſe videri poſſunt. Gloſſa denique: *Silurus*, γλάνις. H.

u. Sideratur) De glanide hoc Ariſtoteles capite vigeſimo lib. octaui hiſtor. *Dalec.*

x. Et alias ſemper) Ita MSS. omnes. Vexatur ſideratione, inquit, in exortu Caniculae: validis vero tonitruis, fulgure, anno toto Ariſtot. ὑπὸ βροντῆς νεανικῆς καρȣ̃ται. Deſiderata hactenus in editis vox ea *ſemper.* Salmaſ. in Solin. p. 1314. *ſemper per fulgura ſopitur.* H.

y. Fulgure ſopitur) Tonitruo, Ariſtot. Siluri nuſquam meminit Ariſt. *Dal.*

z. Hoc et in mari) Vide N. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *Hoc)* Plinium Dalecampius arguit, quod *in mari* de ſuo adiecerit: quum id tantum ab Ariſtotele proditum ſit, H. A. L. VIII. c. 25. p. 956. poſtquam de ſiluro fluuiatili egit, Πάσχει δὲ ποτε τȣ̃το καὶ κυπρῖνος, ἧττον

no putant. Et [1] alioqui *a.* totum mare ſentit exortum eius ſideris: quod maxime in Boſphoro apparet. [2] Alga *b.* enim et piſces ſuperferuntur, [3] omniaque ab imo verſa.

XXVI. (XVII.) Mugilum *c.* natura ridetur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium. Iiſdem tamen *d.* tanta [4] ſalacitas, vt in Phoenice,

1. *Alioquin. Gr.* 2. *algae Gr.* 3. *ſic et Ch. ab imo verſa omnia Gr. et Al.* 4. *facilitas. M. et Ch.*

ἧττον δέ. *Patitur hoc etiam cyprinus, ſed minus.* Et certe Dorion apud Athenaeum, L. VIII. p. 309. inter lacuſtres et fluuiales cyprinum recenſet: quem a Gallis *Carpam* vocari agnoſcimus: quo genere et fluvii, et ſtagna praeſertim noſtra referriſſima ſunt. Sed marinum enim cyprinum agnoſcit et Oppian. Halieut. L. I. v. 101. et 592. Athenaeus quoque Ariſtotelis cyprinum marinum eſſe ſignificat, l. c. lingua eumdem carere, etc. H.

zz. *In mari accidere)* Nihil de mari Ariſt. ſed ex profeſſo de fluuiatilibus haec tradit. *Dal.*

a. *Et alioqui)* Ariſt. H. A. L. VIII. c. 20. p. 934. De ea re dictum L. II. ſ. 40. Dicetur et L. XVIII. ſ. 68. H.

b. *Alga)* Vide N. et Em. N. XLIV. (hic adi.) *Alga) Alga* reſcripſi pro *algae*, ex Ariſt. H. A. L. VIII. c. 20. p. 634 vbi de maris ſubuerſione ab exoriente Canicula: ἡ γὰρ ἰλὺς ἐπάνω γίνεται, καὶ ἐπιφέρονται οἱ ἰχθύες. Paulo poſt ex MSS. fide, *omniaque ab imo verſa,* quum editi minus ſincere, *ab imo verſa omnia,* exhiberent. H.

c. *Mugilum)* Ariſt. H. A. L. VIII. c. 5. p. 874. quem citat et Athen. L. VII. p. 308. Galli *Mulets* vocant. Itali, *cephali:* Narbonenſes, *cabots* quaſi capitatos: Κέφαλος enim mugilum omnium commune nomen eſt Galeno, de alim. fac. L. III. aliiſque: Ariſtoteli, ſpecies quaedam ſingularis eſt, quae communi κεστρέως nomine cum ceteris continetur. Auſonius mugilem *Capitonem* vocat. H.

d. *Iiſdem tamen)* Sic Ariſt. H. A. L. V. c. 4. p. 531. vbi cur coitus tempore feminae mares ſequantur, contraque rurſus mares partus tempore feminas, explicatur. Habent eadem Aelian. H. A. L. XI. c. 36. et Oppian. Halieut. L. IV. H.

nice, et Narbonenſi prouincia, coitus tempore e viuariis marem linea longinqua per os ad branchias [1]religata emiſſum in mare, eademque linea retractum, feminae ſequantur ad litus, rurſuſque feminam mares partus tempore.

XXVII. Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus *e.* acipenſer *f.*, vnus omnium ſquamis ad os *g.* verſis,

1. *Relegata Gr.*

e. Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus Acipenſer, vnus omnium ſquamis ad os verſis contra quam in nando meat) Piſces omnes ſecunda ſquama natant. Solus Acipenſer in nando meat contra quam habet ſquamam. Nam ad os verſa eſt *Salmaſ.* 1315. a.

f. Acipenſer) Plautus in Bacch. *Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus vmquam Quam ego nunc ſum? cuius haec ventri portatur pompa, Vel nunc qui mihi in mari acipenſer latuit antehac, Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus et manibus.* Varro: ἐπὶ τῇ ταφῇ μυρόν. *Nec multinumus piſcis ex ſalo captus helops neque oſtrea vlla magna capta quiuit palatum ſuſcitare. Ab aquis vero qui penſera dictum vult.* Rhodig. c. 5. XIII. abſurde, vt exiſtimo: ἔλοπα vero vel ἀπὸ τοῦ ἰλλέσθαι τῆς ὀπὸς, quod voce priuatus ſit, vel παρὰ τὸ ἐν λεπίσιν εἶναι: quae duplex interpretatio partim omnibus piſcibus conuenit, partim plurimis. *Dalec.*

Acipenſer) Vide N. et Em. N. XLV. (hic adi.) *Acipenſer)* Ita ſcribi id nomen oportet, non vt quidam, *accipenſer.* Martialis, L. XIII. epig. 91. *Ad Pallatinas acipenſera mittito menſas.* Sturionem noſtrum hunc eſſe arbitratur Rondeletius, L. XIV. c. vlt. quem laudant deinde ac ſequuntur Scaliger in Ariſt. L. II. p. 223. et Aldrou. de piſc. L. IV. c. 9. p. 524. Verum acipenſer, et rarus inuentu et marinus tantum, et ſquamis ad os obuerſis: quae in ſturionem cadere nullo modo poſſunt, vt vel aduerſarii ipſi confitentur. Sturionem a veteribus porculum marinum appellatum eſſe ſupra indicauimus: et cur ita ſuſpicaremur, ſatis argumenti fuit. H.

g. Squamis ad os) Quaerit Nigidius Figulus apud Macrobium Sat. L. II. c. 12. p. 364. *Cur alii piſces ſquama ſecunda, acipenſer aduerſa ſit.* H.

verſis, [1] contra quam *h.* in [2] nando meant, nullo in honore *i.* eſt: quod quidem miror, quum ſit rarus inuentu. *k.* Quidam eum *l.* elopem vocant.

1. *Sic et Ch. contra aquam nando meat Gr. et Al* 2. *natando. M.*

h. Contra quam) Contra quam in natando ceteri piſces omnes meant. Vide N. et Em. N. XLVI. (hic coll.) *Contra)* Hunc locum ſumma fide reſtituimus, ex auctoritate probatiſſimorum codicum, R. 1. Colb. 1. 2. Par. ac Chiffletiani ipſius, referente Dalecampio. Interpolarunt editores, qui ſcripſere, *contra aquam nando meat.* Salmaſius ex MSS. p. 1315. in Solin. *contra quam in nando meat*, quamquam *meant* in omnibus MSS. legitur: ac dum illud explicare nititur, miris inuoluit ambagibus. Noſtram emendationem atque interpretationem egregie Plut. adiuvat L. de ſol. anim. p. 979. vbi ſemper aduerſum vndas et fluctus natare piſces admonet: cauere ne vento ſecundum caudam incidente, ſquamae elatae corpus nudum exhibeant, ac ſenſu aliquo doloris afficiant: itaque proram ſuorum corporum ſemper aduerſam vndis ſtatuere: ſic enim ſciſſum a fronte mare branchias conſtringere, molliterque per ſummam dorſi ſuperficiem defluere, ſquamas deprimere leniter, neque cum horrore erigere. Hoc vero, inquit, toti commune eſt piſcium generi, praeter elopem: is enim ſuapte natura ſecundo vento et fluxu natat, neque ſibi a flatu metuit, ne ſquamas arrigat, quum earum commiſſurae non ſint, vt ceteris, verſus caudam conſertae. Τȣ̃το μὲν ȣ̃ν, ὥσπερ ἔφην, κοινόν ἐςι τῶν ἰχθύων, πλὴν τȣ̃ ἔλλοπος. Τȣ̃τον δέ φασι κατ᾽ ἄνεμον καὶ ῥȣ̃ν νήχεσθαι, μὴ φοβȣ́μενον τὴν ἀναχάραξιν, τῆς λεπίδος, ἅ τε δὴ πρὸς ȣ̓ρὰν τὰς ἐπιπτυχὰς ἐχȣ́σης. Ex quibus apparet vitioſam eſſe ſaltem receptam hactenus in contextu Plinianо lectionem, qua contra aquam meare acipenſer dicebatur. H.

i. Nullo in honore) Refert hunc Plinii locum Samonicus apud Macrob. Saturn. L. II. c. 12. p. 364. H.

k. Rarus inuentu) Cicero, L. de Fato, Macrobio referente: *Allatus eſt forte Scipioni acipenſer, qui admodum raro capitur, etc.* H.

l. Quidam eum) Apionem Grammaticum videſis, qui in L. de Apicii luxu, Athe-

naeo

XXVIII. Poſtea praecipuam auctoritatem fuiſſe lupo *m.*, et aſellis *n.*, Cornelius Nepos, et Laberius Poeta mimorum, tradidere. Luporum laudatiſſimi, qui appellantur lanati *o.* a candore mollitiaque

naeo teſte, L. VII. p. 364. Elopem eumdem cum Acipenſere eſſe tradidit. In eadem haereſi videtur fuiſſe Lucilius ſcribens, *Surrenti Ellopa fac emas.* Contra Columella, L. VIII. c. 16. et Ouidius Pamphylio mari tantum Elopa tribuentes, certiſſime illum ab acipenſere, noſtri quoque maris incola, diſtinxerunt. Ouidio et Columellae ſubſcribit Archeſtratus apud Athenaeum, qui acipenſerem noſtrum γαλεόνα Graecis, non ἔλλοπα vocari exiſtimant: ipſe denique Plinius, L. XXXII. ſ. 54. H.

m. Lupo) Gallis *Lubin*, inquit, Hippolytus Saluianus, fol. 108. Bellonius, *un Bar.* Ambroſius in Hexaem. L. V. c. 2. luporum teneritudinem mire commendat. H.

n. Et aſellis) Aſellus in Gallia, *Merlu*, quaſi maris Lucius, vt plerisque placere intelligo. Vide N. et Emend. N. XLVII. (hic app.) *Et aſellis)* Quum Merlucium noſtrum Aſellum interpretor, id eruditorum magis conſenſui tribuo, quam exploratae ſatis apertaeque veritati. Aſellos enim ſ. 25. dixit Plinius aeſtate latere: latebraeque argumentum eſſe, quod non niſi longo poſt tempore capiantur: Sic enim Ariſtoteles: Σημεῖον δὲ δοκεῖ εἶναι τοῦτον ὄνον φωλεῖν πλεῖστον χρόνον, τὸ διὰ πλείστου ἁλίσκεσθαι χρόνου. At a noſtris piſcatoribus toto ferme anno merlucii capiuntur. Neque cetera merlucio conueniunt, quae de Aſello ſcribit Ariſtoteles, citante Athenaeo, L. VII. p. 315. Nam neque os habet apertum, neque hians, neque ſolitarius eſt, ſed gregalis: neque alias denique notas habet, quos ὄνῳ tribuit idem Philoſophus, H. A. L. IX. c. 48. p. 1084. Et Merlucium tamen interpretantur Hippolytus Saluianus, Rondeletius, Scaliger, aliique. Aldrouandus id nomen eſſe vult callariae, hoc eſt, aſelli minoris: maioris, *Capellan:* alterumque agnoſcit idem aſelli minoris genus in Oceano Britannico, qua Normanniam Galliae prouinciam alluit, frequens, ac vile, *le Merlan.* H.

o. Lanati) Martialis, L. XIII. ep. 89. *Laneus Euganei lupus excipit ora | Timaui,*

Aequo-

que carnis. Aſellorum duo genera *p.*: [1] callariae *q.*, minores: et [2] bachi *r.*, qui non niſi in alto capiuntur, [3] ideo praelati prioribus. [4] At in lupis *s.*, in amne capti praeferuntur.

XXIX. Nunc ſcaro datur principatus *t.*, qui ſolus piſcium dicitur ruminare, herbiſque veſci *u.*, [1] non

Vv 3

1. *Colliri. Ch.* 2. *brachi. Ch.* 3. *ideoque. V.* 4. *At e. V.*

Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas. H.

p. Aſellorum duo genera) Τῶν ὄνων, ſiue ὀνίσκων, Muretus in Varr. cap. 15. VIII. ſic dictum putat, vel a colore aſinis ſimili, vel quod in capite lapides habeat lapidi molari ſimiles. Ὄνον Heſychius exponit ſuperiorem in piſtrino lapidem, et Euſtathius: τὸ κινέμενον τȣ̃ μύλȣ. *Dal.*

q. Callariae) Γαλλαρίαν vocat Dorion, L. de piſcibus apud Athen. L. VII. p. 312. Archeſtratus, p. 316. Καλλαρίαν. Ὀνίσκον ſiue aſellum minorem, idem Dorion, p. 315. Κλαρίας per ſyncopen, Oppiano, Halieut. L. I. v. 106. H.

r. Et Bacchi) Βάκχος, inquit Athenaeus, L. VIII. p. 356. εὔχυλος, πολύχυλος, εὔτροφος: *multi bonique ſucci bacchus eſt, et copioſi alimenti.* H.

s. At in lupis) Ita MSS. omnes: ſenſuſque eſt, e lupis optimos eſſe, qui fluuiis capiuntur. Sic Archeſtratus apud Athen. L. VII. p. 311. inter exquiſitos piſces, lupos recenſet, qui in Gaeſone amne enatarent. Vide quae dicturi ſumus, ſ. 79. H.

t. Nunc ſcaro datur principatus) Ennius: *Quid Scarum praeterii, cerebrum paene Iouis ſupremi.* Petronius: *Ingenioſa gula eſt, Siculo ſcarus aequore merſus Ad menſam viuus perducitur.* Dalec.

Nunc ſcaro) Quid ſcarus ſit, adhuc ambigitur, quamuis alii aliter coniiciant: ſed neque in vllius adhuc Latini nominis poſſeſſionem venit: nedum vulgare noſſe in promtu eſt. H.

u. Qui ſolus piſcium dicitur ruminare, herbiſque veſci) Videtur ſcribendum *algis*, non *herbis*. Ariſtoteles libro octauo, capite ſecundo: *Muli vero et carne veſcuntur et alga et concha et coeno: Capitones coeno: Daſquilli coeno et ſtercore: Scarus et Oculata alga.* Pint.

Qui ſolus) Oppian. Hal. L. I. v. 134. Tzetzes, Chil. 6. v. 140. Aelian. H. A. L. II. c. 54. poſt Ariſt. H. A. L. II.

[1]non aliis piſcibus, mari Carpathio *x.* maxime frequens. Promontorium Troadis *y.* Lecton ſponte numquam tranſit. Inde aduectos Tiberio Claudio principe, Optatus *z.* [2] Elipertius praefectus claſſis, inter Oſtienſem et Campaniae oram ſparſos diſſeminauit. Quinquennio fere cura eſt adhibita, vt capti redderentur mari. Poſtea frequentes inveniuntur Italiae in litore, non [3] antea ibi *a.* capti. Admouitque ſibi gula ſapores piſcibus ſatis *b.*, et nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romae parere miretur. Proxima [4] eſt menſa *c.* iecori

1. Atque non. Ch. 2. ſic et M. V. et Ch. Optatus e libertis Gr. et Al. 3. ſic et Ch. ante Gr. et Al. 4. Eſt his menſa. Alii. his in menſa pecoris. V. menſa generis Gr. et Al.

L. II. c. 21. p. 279. et L. VIII. c. 5. p. 877. Ouidius quoque breuiter in Halieut. *Vt ſcarus, egeſtas ſolus qui ruminat herbas.* H

x. Mari Carpathio) Sic Columella, mox laudandus. Archeſtratus in Gaſtronomia, ex Epheſo peti iubet. H.

y. Troadis) Ibi ſcaros frequentes capi docet Ennius, ex cuius Phageſiis haec citat Apuleius, Apol. I. *Scarum praeterii, cerebrum Ioui paene ſupremi: Hectoris ad patriam hic capitur, magnuſque, bonuſque.* H.

z. Optatus) Macrob. cap. 16. lib. III. Saturn. *Octauium* vocat. Is fortaſſis eſt, quem Seneca Epiſt. 96. appellat *Publium Octauium.* Chifflet.

Optatus Elipertius) Vide N. et Em. N. XLVIII. (hic adi.) *Opt.*) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. vetuſtaeque editiones omnes ante Gelenium, qui ingenioſius, vt puto, quam verius, ex voce *Elipertius*, excogitauit *e libertis eius.* Octauium porro mendoſe, vt videtur, Macrobius hunc appellat. Sat. L. II. c. 12. p. 365. vbi hunc Plinii locum tranſſcribit. H.

a. Non antea ibi) Aequo certe Columellae nulli ibi fuerunt: *Scarus*, inquit, L. VIII. c. 16. *qui totius Aſiae Graeciaeque litoribus, Sicilia tenus frequentiſſimus exit, numquam in Liguſticum, nec per Gallias enauit ad Ibericum mare.* H.

b. Piſcibus ſatis) Piſcibus in mare ſparſis ac diſſeminatis. H.

c. Proxima eſt his menſa generis dumtaxat muſtelarum) Ambo

iecori dumtaxat *d.* muſtelarum, quas (mirum dictu)

Ambo exemplaria *pecoris* legunt, non *generis:* quae lectio non magno opere diſplicet. Nam et armentum et pecus de piſcibus etiam dicitur: illud de maioribus, hoc de minoribus: vt Georgicorum IV. de Proteo ſummus poëta: *Quippe ita Neptuno viſum eſt, immania cuius Armenta et turpes paſcit ſub gurgite phocas.* Et Horatius primo Odarum: *Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes.* De fucis quoque Virgilius: *Ignavum fucos pecus a praeſepibus arcent.* Pintian.

d. Iecori dumtaxat) Vide N. et Em. N. XLIX. (hic poſ.) *Proxima*) Extremam huic loco medicinam nos denique primi fecimus, quum varie tentatus eſſet ab eruditis, irrito omnium conatu. Plinii editores ſcripſerunt: *Proxima eſt his menſis generis muſtelarum*, contra omnium exemplarium ſcilicet fidem: nam in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. Salmant. vet. Dalec. aliiſque, conſtanter legitur, *Proxima eſt menſa pecori dumtaxat muſtelarum.* Nec ſibi magnopere diſplicere hanc lectionem Pintianus fatetur: quod ea vox *pecus* marinis etiam animalibus tribuatur ab Horat. L. I. Od. 2. v. 7. *Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes.* Suſpicatur Pellicerius in Not. MSS. pro *pecori*, permutatis tantum literis, *pretio*, agnoſcendum: eſſetque ſententia, ſcaris proximum ſibi in menſa locum vindicare muſtelas, vulgari emtorum aeſtimatione potius, quam ipſa dignitate ſaporis. Nos ad vetuſtos codices accedente proxime indubitata coniectura, literulae vnius immutatione ſuum orationi Plinianae lumen reddidimus: vt ſit ſententia: e muſtelis non quamlibet partem, ſed iecur maxime palato ſapere, atque in menſis probari: vt abdomine ſuperius thunnos, moxque mullos iecore, torpedinemque, ſ. 97. ita iecinore pariter muſtelas ait nunc placere. Et ſane in hoc ipſo Brigantino ſeu Conſtantienſi lacu, frequens eſt hodieque copia piſcium, quos Germani *Trueſch* vocant, genus haud multum Truttis abſimile: quorum iecinora a cauponibus, ceu praecipuas menſarum delicias, eximi adhuc viuentium: rurſumque ipſas viuario reddi ad dies quatuordecim, vulnere nempe conſuto, Geſnerus ſcribit, de aquat. L. IV. p. 710. Et ſunt eae haud dubie Plinii muſtelae lacuſtres aemulae marinis, iecore gratae in cibis. Ex dictis por-

inter Alpes quoque lacus Rhaetiae Brigantinus *e.* aemulas [1] marinis *f.* generat.

XXX. Ex reliqua nobilitate et gratia maxima eſt et copia mullis *g.*, ſicut magnitudo modica: binaſque

1. *Muraenis.* M.

ro labaſcit eruditorum complurium coniectura, ex hoc loco colligentium, Plinianam muſtelam plane eſſe Lampetram noſtram, quoniam ſecundos in menſis honores muſtelis adiudicet. Nam praeterquam quod in Brigantino lacu lampetra eſt omnino nulla, iecore tantum lampetras palato ſapere, nemo vel paulum modo eruditus, vel admodum delicatus dixerit. Suffragatur autem noſtrae emendationi vox *dumtaxat*, vt non tota muſtela, vel alia ſui parte, praeterquam iecore lauta ſit: idque res, vt diximus, ipſa poſcit: ſiquidem muſtela illa quam diximus Germanorum *Trueſch* eſſe, quam Itali *Botetriſſam*, Lugdunenſes et Lucernini, *Lotam*, iecoris bonitate, ſuauitate, magnitudine eximia, et coloris gratia praecellit. Priori parro huius ſententiae parti, *proxima eſt menſa*, ſimilis illa eſt e L. XIV. ſ. 3. *Ante eum Rhaeticis* vuis *prior menſa erat.* H.

e. Lacus Rhaetiae Brigantinus) Hodie *Hydrus*, vnde oritur in finibus Tridentinorum Cliſius fluuius. Muſtela haec Plinii, vt et Auſonii, Lampetra eſt: Dorioni apud Athenaeum fluuiatilis muraena: Archeſtrato apud eumdem, ἔγχελυς ἀπύρηνος: Caſſiodoro in deſcriptione Regini litoris, Exormiſtos. Reperiuntur et in Sebino lacu, qui Brigantino proximus eſt, hodie *Hiſcio*, vnde exit Ollius amnis, tales muſtelae, et in multis Galliae fontibus, ac riuulis, marinis prorſus ſimiles, ſed minores vulgus eas vocat *Lamproyons.* Dalec.

Brigantinus) Hodie Conſtantienſis, ab vrbe Conſtantia. Olim Brigantinus a Brigantiis populis, quos Vindelicis proximos facit Strabo. H.

f. Aemulas marinis) Vide N. et Em. N. L. (hic conſp.) *Aem.)* Ita MSS. omnes, libríque impreſſi. Muſtelam marinam Ennius agnoſcit illo verſiculo, quem paulo ante retulimus in his ipſis N. et Em. N. XXIV. p. 648. Fruſtra ſunt, qui *muraenis* hoc loco reponunt. H.

g. Mullis) Gallis plerumque mullus *Surmulet* appellatur. Quibuſdam etiam *Rouget*, *Barbet*, *Mulet de mer.*

que libras *h.* ponderis raro admodum exſuperant, nec in viuariis piſcinisque creſcunt. Septemtrionalis tantum hos, et proxima occidentis parte [1] gignit oceanus. *i.* [2] Cetero eorum genera [3] plura. *k.* Nam et alga *l.* veſcuntur, et oſtreis, et limo, et aliorum piſcium carne: [4] barba gemina *m.* inſigniuntur

Vv 5

1. Non gignit oceanus Gr. et Al. 2. *Cetera. M.* 3. *plura. Alga. M.* 4. *et barba. M.*

mer. Burdegalenſibus, *Barbeau.* H.

h. Binaſque libras) Martial L. XI. ep. 50. *Nunc vt emam grandemue lupum, mullumue bilibrem.* Trilibrem agnoſcit Horat. L. II. Sat. 2. *Laudas inſane, trilibrem Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt: Ducit te ſpecies, video.* Quadrilibrem etiam idem Martialis, L. X. ep. 31. *Mullus tibi quatuor emtus Librarum, coena pompa caputque fuit.* Seneca, ep. 95. p. 426. mullum ingentis formae narrat oblatum Tiberio Caeſari, quem quatuor pondo, et ad ſelibram fuiſſe aiebant. Denique Macrob. Sat. L. II. c. 12. p. 364. *Plinius Secundus temporibus ſuis negat facile mullum repertum, qui duas pondo libras excederet: at nunc et maioris ponderis videmus, et pretia haec inſana neſcimus.* H.

i. Gignit oceanus) Vide N. et Em. N. LI. (hic poſ.) *Septemtr.)* Haec ſincera codicum omnium lectio, R. 1. 2. etc. vetuſtarumque editionum, Parm. Ven. Brix. aliarumque ante Gelenium, cui miror cur in mentem venerit negationem adiicere, *non gignit oceanus*, quum res ipſa coniecturam coarguat: ſunt enim mulli frequentes tum in Hollandia, tum toto Gallico oceano, qua Brittanniam, quaque occidentem ſpectat. H.

k. Genera plura) Quemadmodum purpurarum genera plura Plinius ſ. 61. pabulo et ſolo diſcreta facit: ex eodem capite nunc mullorum pariter genera diſcernit: vt aliud ſit lutenſe, quod putri limo: aliud algenſe, alga enutritum: aliud quod piſcium carne veſcatur. H.

l. Nam et alga) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 5. p. 872. Aelianus, H. A. L. II. c. 41. Oppian. Hal. L. III. v. 435. H.

m. Barba gemina) Hinc *barbatuli* Ciceroni in Paradoxis, *barbati* Varroni, de R. R. L. III. cognominantur. H.

tur inferiori labro. Lutarium *n.* ex iis viliſſimi generis appellant. Hunc ſemper *o.* comitatur ſargus nomine *p.* alius piſcis, et coenum fodiente *q.* eo, excitatum deuorat pabulum. Nec [1] litoralibus *r.* gratia. Laudatiſſimi *s.* conchylium ſapiunt. Nomen his Feneſtella a colore [2] mulleorum *t.* calciamentorum datum

1. *Litoralis his.* Ch. 2. *molliorum.* M. V. *praue. molleorum.* Ch.

n. Lutarium) Qui in marinis ſtagnis, coenoſiſque litoribus lutum olet, quod luto viuat. Maiores ii ſunt marinis, ſed deterioris notae. H.

o. Hunc ſemper) Ariſt. l. c. p. 876. H.

p. Sargus nomine) *Sparalon*, Rondeletio, L. V. c. 3. Deceptum interim Feſtum puto, qui Lucilii verſu perperam intellecto, ſargum Aegypti maris dumtaxat incolam facit: quum ſit aſſiduus mulli comes, qui in noſtro mari, vt diximus, frequens inuenitur. H.

q. Fodiente) Mullo videlicet. H.

r. Nec litoralibus) Sed ſaxatilibus potior gratia, et in alto degentibus, vt ex Seneca diſcimus Natt. Quu. L. III. c. 18. p. 871. Vide N. et Em. N. LII. (hic adi.) *Nec*) Chiffl. cod. *Nec litoralis his gratia:* quae lectio, vt minus nobis arrideat, defendi tamen vtcumque poteſt Archeſtrati teſtimonio, apud Athen. L. VII. p. 325. ſcribentis mullos optimos Erythris litorales capi, Εἰς Ἐρυθραῖς ἀγαθὴ θηρεύεται αἰγιαλῖτης. *Gratus, Erythraeo capitur qui litore, mullus.* Et de piſcibus in vniuerſum pronunciat Ariſt. H. A. L. VIII. c. 16. p. 920. praeſtantiores eſſe litorales, quam qui in alto degunt. Sed mullorum fortaſſis peculiaris habita olim ratio eſt. H.

s. Laudatiſſimi) Non qui conchyliorum carne veſcantur: fieri enim iſtud non poteſt, vt teſta conchyliorum diffracta carnem vorent: ſed qui inter edendum, eamdem odoris ſaporiſque gratiam, quam conchylia, referant. H.

t. A colore mulleorum) Rectius, opinor, Iſidorus, quam Feneſtella, mulleis nomen a piſce inditum, cuius rubentes ſquamae ſunt. Vnde Oppian. Hal. L. I. v. 130. roſei coloris facit: Τρίγλης τε ῥοδόχροα φῦλα νέμονται. Purpureos igitur fuiſſe mulleos oportet, genus

datum putat. Pariunt ter anno. *u.* His certe toties fetura apparet. Mullum exſpirantem *x.* verſicolori quadam et numeroſa varietate ſpectari, proceres gulae narrant, rubentium ſquamarum multiplici mutatione [1] palleſcentem, vtique ſi vitro ſpectetur incluſus. M. Apicius *y.* [2] ad omne luxus ingenium

1. *Alias, pallentem.* 2. *ad omnem luxum ingenio mirus: ad omnem luxum ingenio magnus. V. cod.*

genus ſcilicet illud calceorum, vt ait Feſtus, quibus reges Albanorum primi, deinde Patricii vſi ſunt, quos putant a mullando, id eſt, ſuendo dictos. Effigiem mulleorum exhibet Sirmondus noſter, ex nummo Anthemii Auguſti, in notis ad Sidonium, in paneg. Anthemii, v. 13. H.

u. Pariunt ter anno) Hac de cauſa Hecatae ſacer eſt, quoniam τριοδίτης Τρίγλης τ' ἐςὶν καὶ ταῖς κατὰ νυμηνίαν αὐτῇ δεῖπνον Φέρεται ὑπὸ τῶν πλουσίων, quam coenam pauperes ac Cynici eſurientes rapiebant ac diripiebant, ab *Hecate* conſumtam eſſe iactantes. Athenaeus Moenidas inter cibos Hecates recenſet. Plutarchus et Tzetzes canes ei ſacrificari tradunt, vnde verſus Theocriti: τὰ χθονίᾳ δ' ἑκάτᾳ τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι. Brodaeus cap. 24. I. *Dalec.*

Ter anno) Et a tergemino partu Graecum nomen τρίγλη, vt docet Oppian. Hal. L. I. v. 590. Τρίγλαι δὲ τριγόνοισιν ἐπώνυμοί εἰσι γονῆσι. Aelianus, item H. A. L. X. c. 2. H.

x. Mullum exſpirantem) Seneca, Natt. Quu. L. III. c. 17. p. 871. *Parum videtur recens mullus, niſi qui in conviuae manu moritur. Vitreis ollis incluſi offeruntur, et obſeruatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante ſpiritu vertit.* Et c. 18. *Nihil eſt, inquis, mullo exſpirante formoſius: Ipſa colluctatione animam agenti, rubor primum, deinde pallor ſuffunditur: quam aeque variatur, et incerti inter vitam et mortem coloris eſt, etc.* H. Hunc locum Dalecampius quoque laudat.

y. Apicius) Prodigam eius luxuriam Seneca refert epiſtola 15. et lib. de conſolatione ad Albinam, Dion. in Tiberio, Rhod. cap. 11. IX. Apicios duos fuiſſe luxuria gulaque infames, vide apud Victor c. 6. lib. XVII. *Dal.*

genium [1] mirus *z*; in ſociorum garo *a.* (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari *b.* eos praecellens putauit, atque e iecore *c.* eorum alecem *d.* [2] excogitare prouocauit: id enim eſt facilius dixiſſe, quam quis vicerit.

XXXI. Aſinius Celer e Conſularibus *e.*, hoc piſce prodigus, [3] Caio principe vnum [4] mercatus octo millibus

1. *Maius. M. lege, magiſter.* 2. *prouocare excogitauit, etc. quam quod vicerit.* 3. *Claudio. V. M.* 4. *mercatus R. VIII. multum. Ch. mercatus Romae etc. vt vulgo. M.*

z. *Ad omne luxus ingenium mirus)* In R. 1. *maius.* In R. 2. *ingeniorum maius.* Forte, *ad omne luxus ingenium natus:* Vel, *ad omnem luxum ingeniorum maius.* H.

a. Sociorum garo) De eo dicemus opportunius, L. XXXI. ſ. 44. H.

b. Necari) Vide N. et Em. N. LIII. (hic poſ.) *Necari)* Hippolytus Saluianus, L. de hiſt. aquatil. f. 238. ex ingenii coniectura ſuſpicatur legi oportere, *ſiccari eos praecelenter:* Verum receptam lectionem non codices modo confirmant, ſed quod certius eſt, etiam Seneca, de mullis agens, Natt. Quu. L. III. c. 17. p. 871. *Alios*, inquit, *necant in garo et condiunt viuos. Et ſunt qui fabulas putent: piſcem viuere poſſe ſub terra — Quam incredibile illis videretur, ſi audirent natare in garo piſcem: et coenae cauſa occiſum eſſe ſuper coenam, quum multum in deliciis fuit, et oculos ante, quam gulam pauit?* H.

c. E iecore) Mulli iecur quantopere a guloſis ob voluptatem expeteretur, refert Galen. de fac. alim. L. III. c. 27. p. 371. T. VI. H.

d. Alecem) Quod γαρέλαιον appellabant. Deſcribitur id a Galeno, l. c. De alece plura, L. XXXI. ſ. 44. H.

e. Aſinius Celer e Conſularibus, etc.) Lege: *Aſinius Celer e Conſularibus, hoc piſce prodigus, Caio principe vnum mercatus R. VIII. mullum* cur *R.* inſertum declarat Salmaſ. illo loco. At tempore Tertulliani recte legebatur: *vnum mercatus* VIIS. *mullum.* hoc eſt, ſex ſeſtertiis. ex VII S. procliue fuit facere VIII. Macrobius non ſex ſed ſeptem millibus hunc mullum emtum ſcribit. Vide *Salmaſ.* in Tertull. pall. p. 453. 454.

Aſi-

millibus nummûm *f.*: quae reputatio aufert tranſverſum animum ad contemplationem eorum, qui in conqueſtione [1] luxus coquos emi ſingulos pluris quam equos, [2] quiritabant. *g.* At nunc coci triumphorum *h.* pretiis parantur, et [3] coquorum piſces. Nul-

1. *Iuribus. M.* 2. *queritabant. M.* 3. *equorum. V.*

Aſinius Celer) Extraordinarium geſſiſſe Conſulatum oportet: quo anno, incompertum. H.

f. Octo millibus nummûm) Aureis noſtris 80. *Dalec.*

Octo millibus) Macrob. Sat. L. III. c. 12. p. 364. *Septem millibus nummûm.* Tertullianus, L. de pallio, ſub finem, p. 119. ſex tantum ſeſtertia, ſeu ſex nummûm ſeſtertiorumque millia numerat. Monetae Gallicae ſex millia nummûm efficiunt libras, vt aiunt, ſexcentas: ſeptem, ſeptingentas: octingentas, octo. Tertulliani lectio forte potior ac ſincerior cuipiam videri poſſet: quod eo alludere Iuuenalis videtur, Sat. 4. v. 15. *Mullum ſex millibus emit, Aequantem paribus totidem ſeſtertia libris.* Sed et Tiberio Principe tres mulli XXX millibus nummûm veniere, auctore Suetonio, in Tiberio, c. 34. vt iam merito cum eodem vate indignari liceat, v. 25. *Hoc pretio ſquamae? potuit fortaſſe minoris Piſcator, quam piſcis emi.* H.

g. Qui in conqueſtione luxus coquos emi ſingulos pluris quam equos quiritabant. At nunc coci, etc.) Poterat fortaſſis minoris piſcator quam piſcis emi. Et Cato, carius emi piſcem quam bouem. *At nunc coci, etc.)* Paranomaſia in *coquorum* et *equorum* vocabulis, vulgari verbo veterum olim elegantiam addit: eam etiam retinet Plin. expreſſo ſimul numero; vt quum priores illi ſingulos coquos pluris emi, quam equos ſingulos queſti fuiſſent: poſteriores quod coqui ſinguli trium equorum, vel trium horum pretiis compararentur conqueri ſoleant, etc. Vide *Reineſ.* lib. II. Varr. lect. cap. 7. p. 170.

h. Triumphorum) Vide N. et Em. N. LIV. (hic adi.) *At nunc)* Ita quidem MSS. omnes. At quid ſi *trium horum* legas, ſeu *trium equorum?* vt eleganti παρονομασίᾳ Plinius vtatur in hanc ſententiam: conqueſtos eſſe prioris aeui homines, ſingulos coquos pluris quam ſingulos equos emi: nunc trium

Nulluſque prope iam mortalis aeſtimatur pluris, quam qui peritiſſime cenſum domini mergit. (XVIII.*) Mullum LXXX. librarum, in mari Rubro captum Licinius Mutianus prodidit. Quanti *i.* mercatura eum luxuria, ſuburbanis litoribus inventum?

XXXII. Eſt et haec natura, vt alii alibi piſces principatum obtineant: coracinus *k.* in Aegypto: zeus *l.*, idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebuſum

trium equorum pretio coquos, trium coquorum pretio piſces comparari? H.

* *Ad inſcriptionem Gruter. De mullo) Mullei, calcei, Regum, ac patritiorum deinde, a mullando, id eſt, ſuendo vocati. Ab eorum colore dicti Mulli piſces.* Feſtus. *Dal.*

i. Quanti) Quanti emtura mullum hunc fuiſſet noſtrorum hominum luxuria, ſi in litoribus Vrbi proximis inventus eſſet? Quanta, inquit, emturis eum nepotibus et guloſis, ſi litoribus ſuburbanis inuentus fuiſſet? H.

k. Coracinus) Salſamentum ex eo paratum *Saperdam* vocabant, auctore Polluce. Perſius Satyr. 5. — — *en ſaperdam aduebo ponto, Caſtoreum, ſtuppas, hebenum, thus lubrica coa.* Feſto, piſcis viliſſimus. Varroni inſipiens, inelegans, in Modio: *Omnes nobis videmur belli et feſtiui, quum ſaperdae ſimus σαπρoί.* Sic enim legendum apud Nonium. *Dal.*

Coracinus) De Niloticis coracinis, Athen. L. VII. p. 309. et 312. His nomen ait inditum eſſe, quod pupillas aſſidue mouent, nec ceſſant vmquam, παρὰ τὸ κόρας κινεῖν. Martial. L. XIII. ep. 85. *Princeps Niliacis raperis, coracine, macellis: Pellaeae prior eſt gloria nulla gulae.* Coruum marinum vocat Marcellus Empiricus c. 8. p. 69. Vide L. XXXII. ſ. 24. H.

l. Zeus) Columella, L. XVIII. c. 16. p. 310. *Non enim omni mari omnis poteſt eſſe: vt elops, qui Pamphylio profundo, nec alio paſcitur: vt Atlantico faber, qui et in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus annumeratur, eumque priſca conſuetudine Zeum appellamus.* Athenaei χαλκεὺς, L. VII. p. 318. qui περιφερὴς et κυκλοειδὴς rotundus et orbiculatus eſt, ab hoc Atlantico Columellae fabro longe diſcrepat. Rondeletius, L. XI. c. 19. Gallis *Dorée* ab aureo

ſum ſalpa, obſcenus alibi *m.*, et qui nuſquam *n.* percoqui poſſit, niſi ferula *o.* verberatus: in Aquitania ſalmo *p.* fluuiatilis marinis omnibus *q.* praefertur. *r.*

XXXIII. Piſcium alii *s.* branchias multiplices habent, alii ſimplices, alii duplices. His aquam *t.* emit-

aureo laterum colore: Maſſilienſibus, *Truie*, a ſuum grunnitu, quem edit, dum capitur, ait appellari. H.

m. Salpa obſcenus alibi) Σάλπας πδελυρὰς obſcenas appellat Epicharmus apud Athen. L. VII. p. 321 Archeſtratus ibidem, malum piſcem: Σάλπην δὲ κακὸν μὲν ἔγωγε Ἰχθὺν εἰς αἰεὶ κρίνω, etc. Et Ouid. in Halieut., *Merito viliſſima ſalpa.* Pingitur a Rondeletio, L. V. c. 23. H.

n. Qui nuſquam) Neque in Ebuſo, neque alibi: nam et Mitylene capi auctor eſt Archeſtratus, l. c. Pellicerius in Not. MSS. emendat, *numquam*: male. H.

o. Niſi ferula) Eſt enim inſigni duritia, vt teſtatur Diphilus Siphnius ap. Athen. L. VIII. p. 356. H.

p. Salmo) Gallis, *Saumon.* Huius piſcis Latinorum ſoli, Plinius, et Auſonius meminere: Graecorum, nemo: neque enim mediterraneum mare ex oceano ſubit. H.

q. Marinis omnibus) Salmonibus nimirum, vt recte Hipp. Saluianus, de hiſt. aquat. L. I. fol. 101. non piſcibus in vniuerſum omnibus, vt Dalecampius cenſuit. Vulgatum eſt e mari ſalmones ſubire amnes: viſosque proxime fontes ipſos Rheni a viris non ſubleſtae fidei accepimus. H.

r. Omnibus praefertur) *Piſcibus*, non *ſalmonibus*, vt quidam. *Dal.*

s. Piſcium alii) Ariſt. H. A. L. II. c. 16. p. 222. Καὶ πάλιν τὰ μὲν, ὀλίγα βραγχία ἔχει· τὰ δὲ, πλῆθος βραγχίων, etc. Alii, inquit Plinius, multas habent branchias: alii vtrimque vnicam: alii duas. *Multiplices* pro *multis* dixit, ſeſe, vt ita loquar, ſuperequitantibus: *duplices* pro *geminis*, non pro compoſitis, vt Scaliger exiſtimauit, in Comm. ad Ariſt. p. 223. Minimus porro branchiarum numerus, ſingularum: maximus, octonarum eſt. H.

t. His aquam emittunt acceptam ore) Fallitur hic Plinius. Branchiis enim piſces aërem accipiunt, et reddunt, ore, aquam. *Dal.*

His aquam) Ariſt. l. c. p. 216.

emittunt acceptam [1] ore. Senectutis *u.* indicium ſquamarum duritia, quae non ſunt omnibus ſimiles. Duo lacus Italiae in radicibus Alpium, Larius *x.* et Verbanus *y.* appellantur, in quibus piſces omnibus annis Vergiliarum ortu *z.* exſiſtunt, ſquamis conſpicui *a.* crebris atque praeacutis, clauorum caligarium *b.* effigie: nec amplius, quam circa eum menſem *c.*, viſuntur.

XXXIV.

1. *In ore. M.*

216. de branchiis: ἢ τὸ ὕδωρ ἀφίασι, δεξάμενοι κατὰ τὸ ςόμα. H.

u.) Senectutis) Ariſt. H. A. L. III. c. 10. p. 350. H.

x. Larius) Lac maior. Dal.

y. Verbanus) Lac de Como. Dal.

z. Vergiliarum ortu) Die 7 Maii. *Dal.*

z. Vergiliarum) De harum exortu dixi, ſ. 20. Hos vero piſces Rondeletius, L. de piſcib. lacuſt. c. 5. incolis ait *Pigo* vocari: ſquamis tegi maximis, quarum e medio exſiſtant, acuti ac veluti cryſtallini aculei: ſucco et ſapore cyprinis noſtris aſſimiles, quos *Carpes* appellamus. Et Latinis Graeciſque ſcriptoribus, vni Plinio cogniti, ac ne nominati quidem. H.

a. Squamis conſpicui) Cypriani clauati Rondel. lacuum vero accolis Pigo. *Dal.*

b. Clauorum caligarium) Caliga militaris, ſolea fuit ſine obſtragulo, (Sutores Galli *empégne* hodie obſtragulum vocant:) habenis alligati pedi, multis minutiſque clauis inferne ſuffixa. Si clauos demas, ſimiles ſunt caligae calceis PP. Capucinorum. Clauos ſoleis ſuffigendis mos tranſiit ad ruſticos. Huc pertinet illud Iuuenalis Sat. 3. v. 247. conquerentis ſe in magna populi frequentia premi: *Planta mox vndique magna Calcor, et in digito clauus mihi militis haeret.* Effigiem caligae clauatae exhibet Nigronius noſter in calce operis ſingularis de Caliga veterum. Gruteri inſcriptio p. 279. DECVRIONES ET NVMERVS MILITVM CALIGATORVM. H.

c. Quam circa eum menſem) Sic in lacu Allobrogum, quem *Puladru* vocant, Gratianopoli vicino, Vmblae piſces delicatiſſimi Nouembri et Decembri menſe capiuntur, anno toto reliquo, numquam. *Dal.* Alauſae vero circa Argentinam menſe

Maio

XXXIV. (XIX.) Miratur et Arcadia ſuum exocoetum *d.*, appellatum ab eo, quod in ſiccum ſomni cauſa exeat. *e.* Circa Clitorium *f.* vocalis hic traditur, et ſine branchiis *g.*: idem aliquibus adonis dictus. *h.*

XXXV.

Maio tantum, in Rheno. Qua de re Geſnerus lib. IV. de animal. Paralipom.

d. Exocoetum) Ἀπὸ τοῦ ἔξω κοιτῶν, quod extra aquas et in ſicco dormiat, vt ait Theophr. in fragm. de piſcibus in ſicco degentibus, p. 282. Habet, inquit, Plinius, quemadmodum mare, ita et vndique a mari remota Arcadia, ſuum quoque exocoetum marino parem. Eſt enim Exocoetus marinis piſcibus annumerandus, teſte Clearcho Peripatetico libro, quem de aquatilibus inſcripſit, apud Athen. L. VIII. p. 332. Oppiano, Hal. L. I. v. 158. et Aelian. H. A. L. IX. c. 36. Quem vero Plinius hic laudat, non is natura, ſed ſimilitudine indolis, exocoetus eſt: proprio nomine Ποικιλίας a colorum varietate dictus: a morum affinitate, Arcadicus exocoetus, quod pariter ac marinus in ſicco dormiat, vti ex Pauſania diſcimus, L. VIII. ſiue in Arcad. p. 487. atque ex Philoſtephano a nobis mox laudando. H.

e. In ſiccum ſomni cauſa exeat) Non de exocoeto, ſed de Paecilia, id ſcripſit Pauſanias in Arcadicis. Idem non in Clitore, ſed in Aroanio, qui in Clitorem fluit, eos ait piſces reperiri. *Dal.*

f. Circa Clitorium) Nempe in Aroanio amne, obſcurioris nominis, qui in Clitorium influit, vt auctor eſt Pauſanias l. c. et Philoſtephanus Cyrenaeus, Callimachi familiaris, in libro quem inſcripſit, περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν. Sonum horum piſcium negat ſe Pauſanias audiuiſſe vllum, quamvis experiundi cauſa eo ſaepius ſe contuliſſet. Vocales tamen Clitorii amnis piſces laudat Mnaſeas Patrenſis, apud Athen. L. VIII. p. 331. H.

g. Et ſine branchiis) Clearchus Peripateticus apud Athenaeum lib. VIII. ſub ipſum principium ſcribit, ἰχθύων τινὰς οὐκ ἔχοντας βρόγχον φθέγγεσθαι: quoſdam piſces vocem edere, quibus guttur non ſit. Pro βρόγχον, Plinius legit βράγχια. *Dal.*

Et ſine branchiis) Vide N. et Em. N. LV. (hic poſ.)

Circa Clit.) Hallucinatum Plinium Dalecampius ſuſpicatur, raptimque et curſim apud

XXXV. Exeunt in terram, et qui marini [1] mures vocantur *i.*, et polypi, et muraenae. Quin et in Indiae fluminibus *k.* certum genus piſcium *l.*, ac deinde reſilit: [2] nam in ſtagna et amnes [3] tranſeundi pleriſque euidens ratio eſt, vt [4] tutos fetus edant, quia non ſint [5] ibi qui deuorent partus, fluctuſque minus ſaeuiant. Has intelligi ab [6] iis cauſas, ſeruarique temporum vices, [7] magis miretur, ſi quis

1. *Myri vocantur et polypi.* Pal. *Polypi, legitur in Ch.* 2. *Nam ſtagna et am. tranſeunt plerique. Euidens.* Pint. *Nam ſtagna et am. tranſeunt. In pleriſque.* Ch. 3. *tranſeunt. Pleriſque.* M. 4. *tuto.* Gr. 5. *Sic* M. *et* Ch. *quae* Gr. 6. *ſic ex* MSS. *em.* Hard. *conſ.* Ch. *his* Gr. *et* Al. 7. *magis quis miretur, ſi reputet.* V.

apud ſcriptorem Graecum, qui βρόγχον ſcripſiſſet, βραγχία legiſſe. Clearchus enim Peripateticus, apud Athenaevm L. VIII. p. 332. auctor eſt in Arcadia piſces vocem edere, etſi gutture careant. οὐκ ἔχοντας βρόγχον. Verum aequior multo ſuſpicio eſt, ſcripſiſſe Clearchum, οὐκ ἔχοντας βραγχία. Etenim non habere βρόγχον ſeu guttur, vniuerſo prope piſcium generi commune eſt: branchiis carere, ac ſonum nihilo minus edere, plane ſingulare: Namque vt cetera animalia vocem gutture, ſic piſces ſtridorem illum branchiis emittunt, quem Philoſophus τρισμὸν vocat. H.

h. Adonis dictus) Quemadmodum marinus Exocoetus, Oppiano et Aeliano, ll. cc. H.

i. Et qui marini mures vocantur) Teſtudines Theophr. lib. de piſcibus. *Dal.*

Marini mures) De his quoque Theophraſtus, loco proxime citato. Deſcribuntur ab Oppiano Halieut. L. I. v. 174. H.

k. In Indiae fluminibus) Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dal.*

In Indiae) Theophr. l. c. H.

l. Piſcium) Quaſi vero quidquam in eam rem valeat ſimilitudo nominis ſideri attributi. Confert hanc piſcium capturam in menſem Paiphi, ſiue Octobrem is, qui menſes Aegyptios carmine Graeco deſcripſit, quod integrum retulimus in Not. et Em. ad L. VI. N. LXXXVII. H. Vide Vol. II. p. 672. not. *r.*

quis reputet quoto cuique hominum noſci, vberrimam eſſe capturam Sole tranſeunte Piſcium ſignum.

XXXVI. (XX.) Marinorum alii ſunt plani, vt rhombi, ſoleae *m.*, ac paſſeres, qui a rhombis *n.* ſitu tantum corporum differunt. Dexter reſupinatus eſt illis *o.*, paſſeri *p.* laeuus. Alii longi, vt muraena, conger.

XXXVII. Ideo pinnarum *q.* quoque fiunt diſcrimina, quae pedum vice ſunt datae piſcibus: nullis ſupra quaternas: [1] quibuſdam *r.* binae, aliquibus nullae.

1. *Nonnullis. M. quibuſdam binae, quibuſdam trinae, aliquibus nullae. Gr. et Al.*

m. Soleae) Lingulacam a Feſto eum piſcem dictum volunt, quamquam et ſic argutatricem mulierem vocarent. Canterius cap. 28. IV. Vide infra cap. 10. XXXII. *Dal.*

Soleae) Dorion apud Athen. L. VII. p. 330. Τῶν δὲ πλατέων βούγλωττος, ψῆττα etc. *Planorum piſcium ſunt ſolea, paſſer,* etc. Graecis βούγλωττος, Varroni Lingulaca, a linguae ſimilitudine: Latinis ceteris Solea, a figura ſoleae, quae ſolo pedis ſubiicitur. Tota Gallia, *Sole.* Romae, *Linguata.* H.

n. Rhombis) Gallis, *Turbots*, vt diximus, ſ. 24. H.

o. Dexter reſupinatus eſt illis, paſſeri laeuus) Paſſerem et Rhombum ſi ita ſtatuas, vt mentum terram ſpectet, oculi caelum, Rhombi pars ſupina dextra eſt, Paſſeris laeua. *Dalec.*

Dexter) Si paſſerem, inquit, ita erigas in latus, vt maxilla inferior humum ſpectet, ſupina pars laeua erit: prona vero, dextra: contra in rhombis, ſoleiſque, quibus eodem modo in latus erectis ſupina pars dextra erit: prona, ſiniſtra. H.

p. Paſſeri) Στροῦθοι Ariſtoteli: Dorioni, libro de piſcibus, apud Athen. ceteriſque Graecis ψῆτται. Paſſerum nomine Rondeletius et Bellonius tria quatuorue piſcium genera ac nomina comprehendi aiunt, *la Limande, le Flez, la Plie, le Carlet,* H.

q. Ideo pinnarum) Tradidit haec et Ariſt. H. A. L. I. c. 6. p. 44. H.

r. Quibuſdam) Vide N. et Em. N. LVI. (hic adi.) *Quibuſd.*) In libris omnibus editis, additur quoque, *quibuſdam trinae*: ſed quum hae voces neque in MSS. R. 1. 2. aliiſ-

nullae. In Fucino tantum lacu piſcis eſt, qui octonis pinnis natat. Binae omnino *s.*, longis et lubricis, vt anguillis et congris. Nullae, vt muraenis *t.*, quibus nec branchiae. *u.* Haec omnia *x.* flexuoſo corporum impulſu ita mari vtuntur, vt ſerpentes terra. In ſicco quoque repunt, ideo etiam viuaciora talia. Et e planis *y.* aliqua non habent pinnas, vt paſtinacae: ipſa enim latitudine natant. Et quae mollia appellantur, vt polypi *z.*, quoniam pedes illis *a.* pinnarum vicem praeſtant.

XXXVIII. (XXI.) Anguillae *b.* octonis viuunt annis.

2. aliiſque, neque apud Ariſtotelem exſtent, neque paulo poſt a Plinio repetantur, quum ſingula huius diviſionis membra explanat, addititias eſſe cenſuimus, et gloſſema ſapere: quamobrem intrepide expunximus. H.

s. Binae omnino) Ariſt. l. l. H.

t. Nullae vt muraenis) Nullas pinnas intellige, quibus natare poſſint. *Dal.*

u. Branchiae) Ariſt. lib. II. cap. 13. hiſt. Muraenis branchias nullas eſſe minime ait, ſed non integras. Rondel. cap. 12. lib. III. primi tomi. *Dal.*

Quibus nec branchiae) Non omnino branchiis carere muraenas, ſed non ita expreſſas, abſolutaſque eas, et articulatas habere, vt cetera his praedita, Ariſtoteles tradidit, H. A. L. II. c. 16. p. 216. ἐδὲ τὰ βραγχία διηρθρωμένα ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἰχθύσιν. H.

x. Haec omnia) Ariſt. de part. animal. L. IV. c. 13. et L. I. hiſtor. c. 6. p. 44. H.

y. Et e planis) Ariſt. ll. cc. H.

z. Vt polypi) Ariſtoteles tamen et pinnis et pedibus natare polypos ſcripſit. *Dal.*

a. Pedes illis) Ariſt. L. I. hiſt. c. 6. p. 46. et pedibus mollia ſcribit, et pinnis natare: pedes, quum nant, vice pinnarum fungi in aqua: in terra quoque pedum vice pinnas ad ingrediendum. H.

b. Anguillae) Lepide Plautus in Pſeudolo, de verſuto et veteratore homine. Pſeud. *Quid cum manifeſto tenetur?* CHAR. *Anguilla eſt, elabitur.* Dal.

Anguillae) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 5. p. 880. et ex Ariſtotele Athenaeus, L. VII. p. 298. H.

nis. Durant *c.* et ſine [1] aqua ſenis diebus Aquilone ſpirante: auſtro, paucioribus. At hiemem *d.* eaedem

1- *Aquis. M.*

c. Durant) Ariſt. p. 879. Aquis extractae, inquit, et quinque et ſex dies viuunt: pluresque etiam Aquilone ſpirante: Auſtro, pauciores. H.

d. At hiemem eaedem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida) Audere aliquid par eſt, vt vitioſiſſimus locus reſtituatur. Primum ergo expungendam arbitror hanc dictionem, *hiemem*, quae totam interturbat ſententiam. Deinde non *tolerat* legendum, ſed *durat.* Sic omnia. ad vnguem cum Ariſtotele quadrabunt. Scribendum ergo: *Durant et ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirante, auſtro paucioribus Eaedem in exigua aqua non durant, nec in turbida.* Ariſtoteles VIII. volumine, capite ſecundo: *Viuere exemptae aquis vel ad diem quintum ſextumue poſſunt: Et aquilone plures durant, auſtro pauciores.* Et paulo poſt: *Quin et ſi exigua in aqua ſtabulentur, pereunt.* Rurſus eodem loco: *Nam niſi aqua ſit clara, breui ſtrangulatae intereunt: branchias enim habent exiguas. Hinc turbare aquam ſoliti ſunt, qui eas piſcantur.* Praeterea ſi, vt Plinius afferit non tolerant hiemem anguillae in exigua aqua, nec in turbida, ſequitur, vt aliquid aliud ex ceteris tribus anni temporibus tolerent. Nam ſi nullum tolerant, quid oportuit hiemem ſignaſſe? atqui anguillas tolerare ver, aut aeſtatem, aut autumnum, in exigua aqua aut turbida, falſum eſſe tum cotidiano experimento patet, tum confirmatur ab Ariſtotele, et Athenaeo ſeptimo. *Pint.*

At hiemem) Videntur, vt diximus, calore interire citius, ab Auſtro, et ab aeſtate: etiam et a frigore, inquit: quoniam impatientes ſunt vehementium mutationum, praeſertim vero ſi in exigua aqua alantur. Sic Ariſt. p. 880. Vide N. et Em. N. LVII. (hic adi.) *At hiem.)* Ita MSS. omnes, quos fruſtra Pintianus ſollicitat, ac Pellicerius in Not. MSS. quum ille vocem hanc *hiemem* expungendam cenſet, nec *tolerant,* ſed *durant* legi opertere: iſte, *aeſtatem aut hiemem,* Plinium ſcripſiſſe exiſtimat. Receptam hactenus lectionem non exemplaria modo vetuſta, non ipſa interpretatio noſtra confirmat, ſed et Ariſtoteles loco ibi appellato, ita ſcribens: Καὶ τὰς μεταβολὰς δ' οὐχ ὑπομένουσι τὰς ἰσχυ-

dem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida *e.*: ideo circa Vergilias *f.* maxime capiuntur, fluminibus tum praecipue turbidis. Paſcuntur *g.* noctibus. [1] Exanimes *h.* piſcium ſolae non fluitant. (XXII.) Lacus eſt Italiae Benacus in Veronenſi agro Mincium amnem tranſmittens, ad cuius emerſus annuo tempore *i.* Octobri fere menſe, autumnali ſidere *k.* vt palam eſt, [2] hiemato lacu *l.*, fluctibus glomeratae voluuntur, in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis *m.* eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiantur.

XXXIX.

1. *Haec vltima clauſula in M. non legitur.* 2. *hiemante lacu. Pint.*

ἰσχυρὰς — — ἀπόλλυνται γὰρ ἀθρόαι πολλάκις· ἀποπνίγονται δὲ, ἐὰν καὶ ὀλίγῳ ὕδατι τρέφωνται. H.

e. Nec in turbida) Ariſt. p. 878. et ex Ariſt. Athenaeus l. c. H.

f. Circa Vergilias) Περὶ Πλειάδα, circa exortum Vergiliarum: verum in Strymone priuatim amne anguillas tum capi, Philoſophus ait, quoniam eo tempore conturbatur aqua, ventis aduerſis excitato coeno. H.

g. Paſcuntur) Ariſt. p. 881 *Plus*, inquit, *nocte paſcuntur: interdiu in profunda ſecedunt:* Νέμονται καὶ μᾶλλον τῆς νυκτός· τὴν δ' ἡμέραν εἰς τὰ βαθέα ὑποχωροῦσι. H.

h. Exanimes) Ariſt p. 879. negat eas quoque fluitare, cauſamque ſubiicit, quia ventre exiguo ſunt: neque enim aqua implentur, vt fluitent: et quia carent pinguedine: pinguia enim fluitant. Vide Rondel. L. de piſc. fluuiat. c. 23. H.

i. Annuo tempore) Hoc eſt, ſtato anni tempore. H.

k. Autumnali ſidere) Arcturo oriente. *Dalec.*

Autumnali ſidere) Vergiliarum ſcilicet, quarum occaſus, qui circiter initium Nouembris incidit, hiemem inchoat: vt dictum eſt. L. II. c. 47. H.

l. Hiemato lacu) Velut tempeſtate procellaque agitato. *Dal.*

m. Excipulis) Gloſſae Philoxeni: *Excipulum*, ἐκδοχεῖον. Vt decipula, ſiue decipulum, ad decipiendas aues aut feras, comparatum eſt: ita excipulae excipiendis piſcibus fabricantur. H.

XXXIX. (XXIII.) Muraena quocumque [1] menſe *n.* parit, quum ceteri piſces [2] ſtato pariant. Oua eius *o.* citiſſime creſcunt. In ſicco litore lapſas *p.* vulgus *q.* coitu ſerpentium impleri putat. Ariſtoteles myrum *r.* vocat marem, qui generat. Diſcri-

 men

1. *Sic et M. et Ch. tempore Gr. et Al.* 2. *ſtatuto tempore par. M.*

n Quocumque menſe) Vide N. et Em. N. LVIII. (paulo poſt). Muraena, nomen priſcum retinet, *Mourene.* Non eſſe Lampetram, erudite probat Hipp. Saluianus, p. 60. *Muraena)* Sic reſtituimus ſequuti fidem omnium MSS. quum prius editi haberent; *quocumque tempore:* quoniam fortaſſis πᾶσαν ὥραν Philoſophus dixerat, vt refert Athenaeus, L. VII. p. 312. H.

o. Oua eius) Neque oua modo muraenae celerius, quam ceterorum piſcium creſcunt: quod veriſſime dictum a Plinio iterum repetitur, ſ. 74. ſed et ipſas muraenulas excluſas celeriter ex paruo adoleſcere ſcribit Philoſophus H. A. L. V. c. 11. p. 544. et apud Athen. L. VII. p. 312. H.

p. In ſicco littore lapſas vulgus, etc.) Verbum, *littore*, falſo additum putamus, contento alias ſemper auctore *ſiccum*, tantum dixiſſe, ad Graecorum imitationem, qui ξηρὰν vocant, hoc eſt, aridam, ſeu ſiccam. Sic paulo ante, capite XX. *In ſicco quoque repunt.* et capite octavo: *Delphinumque cauſam leti fatentem non reuerſum in maria, atque in ſicco exſpiraſſe.* De hac vulgata opinione, coire ſerpentes cum muraenis, Oppianus primo, Athenaeus ſeptimo, Aelianus XXII. et Nicander in Theriacis. *Pintian.*

In ſicco litore) Rectius forte, *in ſicca litora.* H.

q. Vulgus) Vulgique opinionem ſequuti, Soſtratus in libris de animal. ap. Athen. L. VII. p. 312. Oppian. Halieut. L. I. v. 555. Aelianus H. A. L. I. c. 50. et L. IX. c. 66. Baſil. in Hexaem. hom. 7. p. 94. Ambroſius, hom. 5. c. 7. Cautius Nicander, in Theriac. p. 59. hoc ipſum referens, adiunxit, εἰ δ' ἔτυμον, *ſi vera eſt fama.* Negat autem eſſe veram Andreas Medicus, libro de iis, quae falſo creduntur, apud Athen. l. c. Vide Plin. L. XXXII. ſ. 5. H.

r. Ariſtoteles Myrum vocat marem, et mox paulo, *Myrus*

men eſſe, quod muraena varia et infirma ſit, myrus vnicolor et robuſtus, denteſque extra os habeat. *s.* In Gallia ſeptemtrionali muraenis omnibus dextra in maxilla ſeptenae maculae*t.*, ad formam

rus vnicolor et robuſtus) Lego priore loco *Smyrum*, poſteriore, *Smyrus*, tum ex vetere vtroque exemplari, in quibus quod notandum eſt, per Z, in principio ſcriptum inuenies *Zmyrus*, vt *Zmyrna, Zmaragdus, Zagunthus*, antiqua conſuetudine, de qua Priſcianus et alii, tum ex Ariſtotele libro v. cap. 10. *Differunt*, inquit, *Smyrus et Smyraena*, hoc eſt muraena. *Nam Smyraena varia eſt et imbecillior*, *Smyrus vnicolor et firmus*, *colore pini arboris*, *denteſque intus et foris habet.* Theodorus Smyrum, *murum* tranſtulit, quia videlicet *Smyraena* muraena vertitur, Athenaeus *myrum* enunciat et *myraenam.* Vtroque igitur modo profertur, Smyrus, Myrus, Smyraena, Myraena. *Pint.*

Ariſtoteles myrum) Vel *ſmyrum*, vt in MSS. legitur. Heſychio autem μῦρος. Neque tamen huius ſententiae auctor Ariſtoteles, H. A. L. V. c. 11. p. 544. ſed narrator tantum. Recitat, non iudicat. Nec ſmyrum in muraenarum genere marem eſſe, ſuo teſtimonio ipſe confirmat: verum ſic dici, circumferrique prodidit: *Differt*, inquit, *a muraena ſmyrus* — *Aiunt autem*, *hanc eſſe feminam*, *illum marem:* φασὶ δὲ, τὸν μὲν ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν εἶναι. Dorio ap. Athen. l. c. diuerſi inter ſe generis ea feciſſe videtur: ſmyrum teſtatus percurrentibus carnem ſpinis carere: ſed totum edulem, ac vltra modum tenerum eſſe. Diuidi autem in duo genera: meliores eſſe, qui nigreſcant. H.

s. Denteſque extra os habet) Liquet ex Ariſtotelis verbis paulo ante allatis, verba haec imperfecta eſſe, vnius defectu dictionis. Nam quum locus ſit ad verbum, vt aiunt ab Ariſtotele ſumtus, planum eſt ſcribendum eſſe, *Denteſque extra os habet.* Pint.

Extra os) Non intus tantum, vt muraena, Ariſt. l. c. H.

t. Dextra in maxilla ſeptenae maculae) Matron apud Athenaeum lib. IV. ſcribit, Muraenam dum ad magnanimi draconis thorum pergit, ἀγαλλαμένην περὶ δείρην ζώνην φέρειν, laetabundam cingulum circa collum geſtare. *Dalec.*

mam Septemtrionis *u.*, aureo colore fulgent, dumtaxat viuentibus, pariterque cum anima exſtinguuntur. Inuenit in hoc animali documenta ſaeuitiae Vedius Pollio *x.* eques Romanus ex amicis Diui Augusti, viuariis earum immergens damnata mancipia, non tamquam ad hoc feris terrarum non ſufficientibus, ſed quia in alio genere totum pariter hominem diſtrahi, [1] ſpectari non poterat. Ferunt aceti guſtu praecipue eas in rabiem *y.* agi. [2] Tenuiſſimum his tergus *z.*: contra anguillis craſſius: eo-

 que

1. *Spectare. M.* 2. *laeuiſſimum. Maſſar. nihil mutandum cenſeo.*

u. Septemtrionis) Sidus intelligit, quod a figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Graecorum ἅμαξαν, id eſt, *plauſtrum*, dixerunt: noſtri a bobus iunctis ſeptemtriones appellarunt: ait enim Varro triones ruſticorum vocabulo boues vocari. H.

x. Vedius Pollio) Seneca libro de clementia, et libro de Ira. *Dal.*

Vedius Pollio) De eo referunt eadem Dio, L. LIV. p. 536. Tacit. Annal. L. I. p. 10. Tertull. L. de pallio, ſub finem p. 119. Quibus omnibus conſentit Seneca, de ira, L. III. c. 40. p. 599. *Quemadmodum*, inquit, *fecit Diuus Auguſtus, quum coenaret apud Vedium Pollionem. Fregerat vnus ex ſeruis eius cryſtallinum. Rapi eum Vedius iuſſit, nec vulgari quidem periturum morte. Muraenis obiici iubebatur, quas ingens piſcina continebat . . . Euaſit e manibus puer, et confugit ad Caeſaris pedes: nihil aliud petiturus, quam vt aliter periret, nec eſca fieret. Motus eſt nouitate crudelitatis Caeſar: et illum quidem mitti, cryſtallina autem omnia coram ſe frangi iuſſit, compleri que piſcinam. Fuit Caeſari ſic caſtigandus amicus*, etc. Vide eumdem, de Clem. L. I. c. 18. p. 626. H.

y. In rabiem) Muraenarum generi accidere, vt rabie vexentur, ſaeuiſſimeque tum perſequantur ſquamoſos piſces, plurimoſque mandendo conſumant, auctor eſt Columella, L. VIII. c. 17. H.

z. Tergus) Hoc eſt, vt alibi diximus, corium: tergus, a tegendo dictum, vt ait Varro de L. L. L. IV. Tergora et terga diſtinguuntur: quod tergora coria ſunt: terga

que verberari ſolitos tradit Verrius praetextatos *a.* et ob id multam his [1] dici *b.* non [2] inſtitutam.

XL. (XXIV.) Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt [3] raïae *c.*, paſtinacae *d.*, ſquatinae *e.*, torpedo: et quos bouis, lamiae, aquilae *f.*, ranae nominibus Graeci appel-

1. *Dicit Gr. et Al.* 2. *forte, rectius inſtitutum. Hard.* 3. *rapae. Ch.*

ga vero dorſa: quamquam neque hoc diſcrimen perpetuum eſt. H.

a. Praetextatos) Praetextatis mulcta non eſt inſtituta, quod verberibus, non pecunia facinoris admiſſi poenas luerent, nec alio ſupplicio caſtigarentur. Vt adoleſcentes ferula, flagris, puerili verbere. Alex. ab Alex. lib. II. cap. 25. *Dal.*

b. Multam his dici) Vide N. et Em. N. LIX. (paulo poſt) Non dicebatur multa, inquit, vetere inſtituto praetextatis: quoniam, quum delinquebant, anguillarum coriis, loco multae, verberabantur: itaque non in aere, ſed in cute ſoluebant. Iſidorus in Gloſſis: *Anguilla eſt, qua coercentur in ſcholis pueri, quae vulgo ſcutica dicitur.* *Multam)* In editis, *dicit*, mendoſe. Nos *dici* tum ex re ipſa, tum ex codd. MSS. R. 1. 2. Col. 2. Par. ſcribimus. Priuatim certe *dicendi* verbum, mulctis eſſe dicatum, Gellius edocuit, L. XI. c. 1. p. 578. H.

c. Raïae) Gallis, *la Raïe.* Harum plura genera affert Rondeletius, L. XII. c. 13. Nos plura de iis dicemus opportunius, L. XXXII. ſ. 53. vbi quid ſit Batis aperiemus. Ariſt. H. A. L. V. c. 5. p. 527. et 528. cum Plinio facit. H.

d. Paſtinacae) Hanc quoque Galli Raïam vocant, propter ſimilitudinem. Deſcribitur a Rondeletio, L. XII. c. 1. H.

e. Squatinae) Gallis, *Angelot*, et *Ange de mer.* De eo Rondeletius, L. XII. c. 21. H.

f. Bouis, lamiae, aquilae) Bouem et aquilam, inter raïarum genera cenſent Hipp. Saluianus, p. 147. et Rondeletius, L. XII. c. 8. et 13. Bouem deſcribit egregie Oppianus, Halieut. L. II. v. 141. Galen. Tom. II. in Explic. voc. Hipp. p. 89. Βȣ̃ς θαλάσσιος σελαχώδης ἐςὶν ὁ ἰχθὺς ȣ̃τος. Aquilam, idem Oppian. L. I. v. 642. Quod vero lamiam in galeorum cenſu ponit Rondeletius, L. XIII.

appellant. Quo in numero ſunt [1] ſquali quoque *g.*, quamuis non plani. [2] Haec Graece in vniuerſum σελάχη *h.* appellauit Ariſtoteles primus, hoc nomine eis impoſito: nos diſtinguere non poſſumus, [3] niſi cartilaginea appellare libeat. Omnia autem [4] carniuora ſunt talia *i.*, et ſupina veſcuntur, vt in delphinis

1. Galei. Maſſar. et Turn. Squalorum meminit et infra c. 51. et Columel. c. 17. lib. VIII. quare nihil mutandum videtur. 2. Haec Graecia in vniuerſum ſelache appellat. Ariſt. primus hoc nomen eis impoſuit. V. ſelache Gr. 3. niſi ſi cartil. Ch. et M. 4. carnoſiora. M.

XIII. c. 12. haud facile quidem ei aſſentior: tum quia ſunt galei longi, non plani, cuiuſmodi lamiam eſſe Plinius apertiſſime docet: tum quia cartilagineis poſtea ſqualos accenſens, quamuis non plani ſint, lamiam his adiungere tum debuit, quum ſit cauſa par. Ergo raïarum potius aliquo genere eſſe cenſuerim. H.

g. Squali quoque) Siue Galei, *Chiens de mer.* Vide N. et Em. N. LX. (paulo poſt.) De ſqualis ſeu galeis, Rondeletius, L. XIII. c. 2. *Squali*) Non *ſquali*, ſed *galei* legendum hic eſſe admonent Maſſarius, Turnebus et Hipp. Saluianus, f. 84. quod Philoſophi verba id poſcere videantur: Sic enim ille, L. V. p. 528. Σελάχη δέ ἐστι τά τε εἰρημένα, καὶ βοῦς, καὶ λάμια, καὶ αἰετός, καὶ νάρκη, καὶ βάτραχος· καὶ πάντα τὰ γαλεώδη. Sed fruſtra monent: Nam repugnant codices vniuerſi, et galei ipſi ſunt qui nunc ſquali vocantur, quaſi ſqualidi, id eſt, horridi, aſperique: ſunt enim omnes aſpera cute. H.

h. Σελάχη) Σελάχη quare appellentur nuſquam nos Ariſtoteles docuit, quamuis primus auctor ac fabricator nominis Galenus, de alim. fac. L. III. c. 36. p. 398. ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, nomen accepiſſe ait, quod noctu cutis eorum ſplendeat. H.

i. Omnia autem carniuora ſunt talia) Alii *carnoſiora*: ſed legendum *carniuora*, ex Ariſtotele libro octauo, capite ſecundo, ſuffragante etiam apographo Toletano. Vidit hoc etiam Maſſarius. *Pint.*

Carniuora) Carniuora, inquit, ſunt cartilaginea omnia. Vide N. et Em. N. LXI. (hic poſ.) *Omnia autem*) Sunt qui *carnoſiora* hoc loco reſcribant: Perperam, ſuffra-

phinis diximus. *k.* Et quum ceteri *l.* piſces oua pariant, hoc genus ſolum, vt ea quae cete appellant, animal parit, excepta quam ranam *m.* vocant.

XLI. (XXV.) Eſt paruus admodum piſcis aſſuetus petris, echeneis appellatus *n.*: hoc carinis adhaeren-

ſuffragatur enim huic lectioni Ariſt. L. VIII. c. 5. p. 872. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσι σαρκοφάγοι μόνον· οἷον ἴατε σελάχη, etc. Maxime vero L. IV. de part. anim. c. 13 p. 1045. Τὰ μὲν γὰρ κατ' ἀντικρὺ ἔχει τὸ ςόμα, καὶ εἰς τὸ πρόσθεν· τὰ δ' ἐν τοῖς ὑπτίοις, οἷον δελφῖνες, καὶ τὰ σελαχώδη· καὶ ὕπτια ςρεφόμενα λαμβάνει τὴν τροφήν . . . πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ζωοφάγα ἐςιν. *Aliis enim os ante, et pronum eſt: aliis infra parte ſupina, vt delphinis, et cartilagineo generi: Quamobrem haec, niſi conuerſa reſupinentur, cibum corripere nequeunt, — nam omnia id genus carniuora ſunt.* H.

k. Diximus) Sect. 7. H.

l. Et quum ceteri) Ariſtoteles totidem verbis, H. A. L. VI. c. 8. p. 672. H.

m. Quam ranam) Marinam ſcilicet, πλὴν βατράχȣ, inquit Philoſophus, tum l. c. tum L. II. c. 16. p. 230. vt male ſcripſiſſe Gazam, βάτȣ, hoc eſt, *raia*, inde conſtet: et ex L. III. de generat. anim. c. 3. vbi Philoſophus huiuſce rei cauſam explanat. H.

n. Echeneis appellatus) Remoram Latini vocant. Inde *remoram facere* Plauto in Trinummo: *Ita vincunt illud conducibile gratiae Quae in rebus multis obſtant, odioſaque ſunt, Remoramque faciunt rei priuatae et publicae. Remeliginem* apud Feſtum vocant Afranius et Plautus in Patina. Lucanus: *Non puppim retinens Euro tendente rudentes In mediis echeneis aquis.* Vide cap. 1. lib. XXXII. *Dalec.*

Echeneis) Ariſt. H. A. L. II. c. 17. p. 237. Ἔςι δὲ ἰχθύδιόν τε τῶν πετραίων, ὃ καλȣ̃σί τινες ἐχενηΐδα, etc. Remoram Latini vocant. Oppianus Halieut. L. I. v. 223. inter ſquamoſos piſciculos reponit, oblonga porrectaque ſpecie, cubitali longitudine, colore autem ferrugineo, formaque anguillis aſſimili. Quibus ſignis Lampetram noſtram graphice omnino deſcripſit, cui et eam vim ineſſe, vt naues remoretur, clauo adhaerens, experientia ſua Card. Turnonius, et Pellicerius Ep. Monſpelienſis comprobarunt, Rondeletio αὐτόπτῃ referente, L. XIV. c. 4.

haerente naues tardius ire creduntur, inde nomine *o.* impoſito: quam ob cauſam amatoriis quoque veneficiis *p.* infamis eſt, et iudiciorum ac litium mora: quae crimina vna laude penſat, fluxus grauidarum [1] vtero ſiſtens, partuſque continens ad puerperium. In cibos *q.* tamen non admittitur. Pedes eum [2] habere [3] arbitratur Ariſtoteles *r.*, ita poſita pinnarum [4] ſimilitudine. Mutianus muricem eſſe *s.*, latiorem purpu-

1. *Vtique. D.* 2. *non habere. V.* 3. *arbitrantur, inquit Ariſt. ita diſpoſita pin. Locus Ariſt. eſt c. 14. lib. II. hiſt.* 4. *ſic et M. multitudine Gr. et Al.*

c. 4. Aelian. H. A. L. XII. c. 45. eamdem quam Oppianus, remoram deſcribit. H.

o. Inde nomine) Ἀπὸ τοῦ ἔχειν νῆας, Lucanus, L. VI. v. 675. *Non puppim retinens, Euro tendente rudentes, In mediis Echeneis aquis.* H.

p. Amatoriis quoque veneficiis) Vel ad amatorum caſtiganda et coërcenda deſideria, ne amicarum damno et odio alias captent, vel ad cohibendam puellarum et amicarum facilem leuitatem ne aliis obſequantur. *Dal.*

Amatoriis) Ariſt. Καὶ χρῶνταί τινες αὐτῷ πρὸς δίκας καὶ φίλτρα. Plinius, L. XXXII. ſ. 50. *Venerem inhibet echeneis.* H.

q. In cibos) Ariſt. l. c. H.

r. Ariſtoteles) Vide N. et Em. N. LXII. (hic adi.) *Pedes*) Scripſerit ita ſane in aliquo opere, ex iis quinquaginta quae De animalibus edidit, quod incuria temporum interciderit. Verum idem ſe ipſe retexuit, H. A. L. II. c. 17. p. 237. ſcribens ſe huius ſententiae non auctorem, ſed narratorem eſſe, hoc familiari Atticiſmo vſus: Τοῦτο δ᾽ ἔνιοί φασιν ἔχειν πόδας, οὐκ ἔχον· ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ τὰς πτέρυγας ὁμοίας ἔχειν ποσίν. *Non defuere*, inquit, *qui falſo ei pedes adſcripſerint, decepti pinnis, quae pedum prae ſe ferunt ſpeciem.* Quibus ex verbis pariter paulo poſt, *pinnarum ſimilitudine* apud Plinium ſcripſimus, vt eſt in editione Parmenſi, ceteriſque omnibus, tum editis voluminibus, tum MSS. ante Dalecampium, qui *multitudine* repoſuit, nimium ſane confidenter. H.

s. Muricem eſſe) Alterum illud echeneidos genus eſt, e teſtaceorum, ſeu concharum genere. Caſſiod. Varr. L. I. ep. 35. *Forte incumbente*

purpura, neque aſpero *t.*, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte, [1] ſed ſimplice *u.* concha *x.*, vtroque latere ſeſe colligente: quibus inhaerentibus *y.*, plenam ventis ſtetiſſe nauem *z.*, [1] por-

1. *Sed ſimplice concha.* *V.*

te auſtro, remigiiſque iuuantibus meatus nauium, echeneis morſus inter vndas liquidas alligauit: aut Indici maris conchae ſimili potentia labiis ſuis nauium dorſa fixerunt: quarum quietus tactus plus dicitur retinere, quam exagitata poſſint elementa compellere. Stat pigra ratis tumentibus alata velis, et curſum non habet cui ventus arridet: ſine ancoris figitur, ſine ancoris alligatur: et tam parua animalia plus reſiſtunt, quam tot auxilia proſperitatis impellunt. H.

t. Neque aſpero) Neque rugoſo, neque rotundo ore, neque anguloſo aut *clauato* roſtro, *vt in purpuris*, ſed ſimplice *ac laeui* concha, vtroque latere molliter *introrſus* ſeſe replicante, *hiatu modico interiecto*: quae latera duo quum nauim admomordiſſent, ſtetit illa, quamvis pleniſſimis vento velis, etc. H.

u. Sed ſimplice concha) Qualem deſcribit Rondeletius, de teſtaceis, L. II. c. 34. p. 101. accuratiuſque aliquanto Fabius Columna, L. de purpura, c. 20. p. 44. Vide N. et Em. N. LXIII. (hic adi.) *Sed)* Ita Colb. 1. 2. et Par. At R. 1. et 2. *ſed ſic concha:* minus quidem ſincere, vt remur. Nam ſimplicem concham appoſite vocat, quae nec aſpero ore ſit, neque anguloſo, ſiue muricato, more purpurarum. H.

x. Concha) Hic deſcribitur Veneria concha Rondeletii, qua et chartas laeuigari ait, cap. 12. lib. XIII. *Dal.*

y. Inhaerentibus) Conchae lateribus, ſiue labris, naui adnexis. H.

z. Plenam ventis ſtetiſſe nauem portantem nuncios a Periandro, vt caſtrarentur nobiles pueri) Verbum *nuncios* redundat ex vtroque exemplari. Et ſane apud Herodotum, qui libro tertio eius hiſtoriae meminit, non invenitur ea vox, ſed dumtaxat miſiſſe Periandrum Sardis ad Haliatten, etc. Itaque expoſitionem puto fuiſſe lectoris ſupra verbum *portantem*, explicare volentis quid nauis Periandri portaret. *Pint.*

[1] portantem *a.* a Periandro *b.*, vt caſtrarentur nobiles [2] pueri *c.*, conchaſque quae id praeſtiterint, apud Gnidiorum Venerem *d.* coli. Trebius Niger pedalem eſſe, et craſſitudine *e.* quinque digitorum naves morari: praeterea hanc eſſe vim eius aſſeruati in ſale, vt aurum, quod deciderit in altiſſimos puteos, admotus extrahat.

XLII. (XXVI.) Mutant colorem [3] candidum maenae *f.*, [4] et fiunt aeſtate nigriores. Mutat et phy-

1. *Portantem nuncios a Periandro Gr. et Al.* 2. *pueri; conchas quae id. M.* 3. *ſic et Ch. colorem candidae hieme maenae Gr. et Al.* 4. *eaedem fiunt. Pint.*

a. Portantem) Vide N. et Em. N. LXIV. (hic poſ.) *Port.)* Libri hactenus editi, *portantem nuncios a Periandro*: Sed abeſt vox ea *nuncios* a codicibus omnibus MSS. et adiectitium gloſſema ſapit: eam idcirco merito induximus. H.

b. A Periandro) Cypſeli F. Corinthiorum tyranno. H.

c. Nobiles pueri) Trecenti primorum Corcyraeorum liberi, quos ad Alyattem Sardium regem Periander mittebat, vt narrat Herod. L. III. Thalia, n. 48. p. 180. et poſt eum Laertius in Periandro, p. 25. aliique multi. H.

d. Apud Gnidiorum Venerem) Plaut. in Rudente: *Te ex concha natam autumant: caue tu harum conchas ſpernas.* Seruus his Venerem alloquitur. *Dalec.*

e. Craſſitudine) Craſſitudo haec quinque digitorum, nauium, non piſcis ipſius craſſitudo eſt. Eiuſmodi eſt Iuuenalis illud, Sat. 12. v. 59. *Digitis a monte remotus Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima teda.* H.

f. Candidum maenae) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 34. p. 990. vbi cauſam eius rei aperit. Aelian. item H. A. L. XII. c. 48. De maena recte ſenſit Rondeletius, L. V. c. 13. eſſe piſcem eum, qui ſeruatis priſci nominis veſtigiis, *Menola* hodie Liguribus et Romanis vocetur. Vide N. et Em. N. LXV. (hic adi.) *Mutant)* Libri impreſſi, *candidae hieme maenae:* Sed vox illa *hieme* optimorum codicum fide delenda, ſcribendumque *candidum:* Et quod certius adhuc eſt, ex Ariſtotele, ſic ſcribente de maenis: ἐκ λευκοτέρων, πάλιν ἐν τῷ θέρει καθίϛανται, καὶ γίνονται μέλανες. Ex

phycis *g.* reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piſcium ſola *h.* nidificat ex alga, atque in nido parit.

XLIII. Volat hirundo *i.*, ſane perquam ſimilis volu-

Ex albidioribus fiunt aeſtate nigriores, H. A. L. VIII. c. 34. p. 991. H.

g. Et phycis) Ariſt. p. 990. Φυκὶς, et Aelian. l. c. Vide N. et Em. N. LXVI. (paulo poſt) Ἀπὸ τῦ φυκίε, ab alga, non qua veſcitur, ſed ex qua nidificat, nomen habet. Piſcis eſt percis ſimillimus: vnde et a venditoribus perperam *Perche* nominatur. *Phycis)* Piſcem, qui Romae *Tenca marina*, et *Peſce Fico* vocatur, veterum Φυκίδα eſſe vult Rondeletius, L. VI. c. 10. Negat Hipp. Saluianus, fol. 232. aitque hunc piſcem eſſe callariam veterum, non phycidem. Neutri nos ſubſcribimus: non Rondeletio, cuius coniecturam egregie conuellit Saluianus, et eum ſequutus Aldrou. de piſc. L. I. c. 8. p. 42. Non Saluiano ipſi, qui nullo idoneo ductus argumento Plinium reprehendit, quod callariam aſellorum generis eſſe voluerit, ſ. 28. quum ſit auctores ea in re Graecos ſequutus, vt vidimus. H.

h. Piſcium ſola) Ita Plutarchus, L. de ſol. anim. p. 981. Nihilominus Guil. Pellicerius, Rondeletio ita referente, L. VI. c. 10. etiam gobiones et hippocampos oua in alga ponere et parere animaduertit. Neque vero hanc eſſe dotem vnius phycidis propriam Ariſtoteles affirmauit, ſed credi ita vulgo teſtatus eſt, ὥς φασιν, inquit. Vide N. et Em. N. LXVII. (hic ſubn.) *Eadem)* Id etiam expreſſit Ouid. in Hal. ſcribens, v. 121. *Atque immunda chromis, merito viliſſima ſalpa, Atque auium dulces nidos imitata ſub vndas.* Vel, vt magis placet, *Atque auium Phycis nidos imitata ſub vndas.* Hic enim poſtremus verſiculus, artificioſo verborum ambitu, phycidem depingit: adeo vt Plinium, Hippolytumque Salvianum hallucinatos eſſe vel inde appareat: illum, quod Ouidii verba L. XXXII. ſ. 54. referens, nidificationem hanc chromidi adſcribit, niſi locus in mendo cubet: hunc, quod Plinium oſcitationis arguens, L. de H. A. p. 228. Ouidium dicat affirmare, non chromin, ſed ſalpam nidulari ſub vndis. H.

i. Volat hirundo) Gallis, *Arondelle de mer.* Rondel. L. X. c. 1. Ariſt. l. c. p. 990. Aelian. item H. A. L. IX. c. 52. Volatus cauſam modumque

volucri [1] hirundini: item [2] miluus. *k.* (XXVII.) Subit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus *l.* lucerna *m.*, linguaque ignea per os exſerta *n.*, tranquillis

1. *Hirundini, piſcis ex argum. appell. lucerna ling. ign. per os exſer. tr. no. relucet. Item miluus ſubit in ſumma maria. Attollit, etc. Rondel.* 2. *miluus ſ. i. ſ. m. p. e. a. a. luc. linguaque per os exſer. tranquillat. Ch.*

que deſcribit Oppian. Hal. L. I. v. 428. H.

k. Item miluus) Miluago dicitur ab ipſo Plinio, L. XXXII. ſ. 6. Graecis ἴρηξ et ἱέραξ ſiue accipiter, quoniam accipitris genus eſt miluus inter aues. Vide N. et Em. N. LXVIII. (hic coll.) *Volat)* Has voces, *ſubit in ſumma maria*, ad miluum pertinere Rondeletius perperam arbitratus eſt, repugnante ipſa orationis ſerie, miluique natura, quem ita extra aquam exſilire auctores produnt, vt aeque volare, atque hirundo, iure exiſtimetur. Aelianus, H. A. L. IX. c. 52. Οἵ γε μὴν ἱέρακες ὑπὲρ τὴν ἅλμην φέρονται ὀλίγον, ὡς μόλις ἔτι μὴ νήχονται, ἀλλὰ πέτονται, καταγνῶναι. *Accipitres ſupra ſummam aquam maris tollere ſe ſolent, vt ſtatuere difficile ſit, natentne, an volitent.* Oppian. Hal. L. I. v. 435. Ἴρηκες δ' αὐτῆς ἅλμης σχεδὸν ἠερέθονται Ἄκρον ἐπιψαύοντες ἁλὸς πόρον, ὅσσον ἰδέσθαι Ἀμφω νηχομένοισι καὶ ἱπταμένοισιν ὁμοῖοι. Vbi Lippius Interpres: *At milui radunt ſummam lati aequoris vndam: Hos nanti ſimiles dices, ſimileſque volanti.* H.

l. Subit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus lucerna) Verbum *ſubit* cum tribus ſequentibus verbis, annecte praecedentibus. Mox cum maiore, lege, *Piſcis eſt argumento appellatus lucerna:* de alio enim piſce loquitur. *Pintian.*

m. Lucerna) De hoc piſce nihil adhuc compertum. Nec Saluiano enim Rondeletioque aſſentimur, qui hunc ipſum miluum eſſe volunt, de quo proxime dictum eſt: quum hos ipſa Plinianae orationis ſtructura coarguat. H.

n. Per os exſerta) Miror, quum immobilem, palatoque inhaerentem piſcibus linguam non ſemel Ariſtoteles tribuerit, ſolam lucernam tam facile eam exſerere poſſe. Forte, quod hiante ſit, apertoque ore, eo habitu a cernentibus noctu videtur, perinde ac ſi linguam reapſe exſerat. H.

quillis noctibus relucet. [1] Attollit e mari [2] ſeſquipedanea fere cornua *o.*, quae ab his nomen traxit. *p.* Rurſus *q.* draco marinus *r.* captus, atque immiſſus in arenam, cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat.

XLIV. (XXVIII.) Piſcium quidam ſanguine carent, de quibus dicemus. Sunt autem tria genera *s.*: In

1. *Attollit Cornuta e mari. Maſſar.* 2. *ſeſquipedalia. M. ſemipedalia. Rondel.*

o. Attollit e mari ſeſquipedanea fere cornua) Cornutam Plinii, cetaceam beluam eſſe, non Lyram Rondeletii, putant attentiores. *Dal.*

p. Nomen traxit) Cornuta enim dicitur, ab ipſis cornibus: *Peſce Forca* Romanis appellatus, vt ſcribit Rondeletius, L. X. c. 10. A cetacea, c o r n u t a, de qua L. XXXII. ſ. 53. longe diuerſa. Ius in cornutam qua a r t e concinnari oporteat, docet Apicius, L. X. c. 3. H.

q. Rurſus draco marinus captus immiſſus in arenam, cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat) Lego: *captus atque miſſus, in arena cauernam, etc.* Et Romana exemplaria, *miſſus* habent, n o n *immiſſus.* Ariſtoteles libro nono, cap. 37. VII. *Serpens maxima colore et corpore congro proxima eſt, ſed obſcurior atque acrior. Haec ſi capta dimittatur foris in arenam, roſtro quam primum adacto terebrat, ſubitque tota.* Pintian.

r. Draco marinus) Northmannis *Equille* a lubrico ſub arena lapſu. Ii namque ſua lingua *Equiller* dicunt in humido loco labi. *Dalec.*

Draco marinus) Draconem marinum magis proprie appellat, quam ſerpentem marinum, vt alii, cum Ariſtotele, malunt dicere. Diuerſi namque piſces ſunt, ὁ δράκων, de quo L. XXXII. ſ. 53. et ὁ θαλάσσιος ὄφις. De ſerpente marino narrat haec ipſa Albertus M. de animal. L. VI. tr. 3. p. 261. Ariſtotele ſcilicet praeeunte, H. A. L. IX. c. 50. p. 1085. Ὁ δὲ ὄφις ὁ θαλάσσιος — ἐὰν φοβηθῇ καὶ ἀφεθῇ εἰς τὴν ἄμμον καταδύεται ταχὺ, τῷ ῥύγχει διατρυπήσας. De ſerpente marino Rondel. L. XIV. c. 7. H.

s. Sunt autem tria genera) Piſcium videlicet ſanguine carentium. Habet hoc caput totidem verbis Ariſt. H. A. L. IV. c. 1. p. 400. et c. 2. p. 402. Mollia μαλάκια ſunt: contecta cruſtis tenuibus,

In primis quae mollia appellantur: deinde conteſta cruſtis tenuibus: poſtremo teſtis concluſa duris. Mollia ſunt, loligo *t.*, ſepia, polypus, et cetera eius generis. His caput inter pedes et ventrem: pediculi octoni omnibus. Sepiae et loligini pedes duo ex his *u.* longiſſimi et aſperi, quibus ad ora admouent cibos, et in [1] fluctibus ſe, velut ancoris, ſtabiliunt: [2] cetera, cirri *x.*, quibus venantur.

XLV. (XXIX.) Loligo *y.* etiam volitat, extra aquam ſe efferens, quod et pectunculi faciunt ſagittae modo. Sepiarum *z.* [3] generis mares varii et nigriores, conſtan-

 tiae-

1. *Fluctu.* *Cb.* 2. *ſic et Cb. ceteri cirri Gr. et Al.* 3. *generi.* *Cb.*

bus, μαλακόδερμα: ὀςρακόδερμα denique teſtis concluſa duris. H.

t. Loligo) Τευθὸς vel τευθὶς Graecorum. Themiſtocles Eretrienſes loliginibus ſimiles eſſe dicebat, ὅτι μάχαιραν μὲν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχοιεν: non abſimili dicto Leoſthenis ſiue Demadis, qui Alexandro mortuo exercitum illius Cyclopi excaecato ſimilem aiebat, quoniam Imperatore orbatus eſſet. Rhodig. cap. 29. lib. XXIV. *Dal.*

u. Pedes duo ex his) Pedes a pediculis diſtinguit. Pedum numero promuſcidas complectitur: praeter quas pediculi octoni loligini ſepiaeque ſunt. Hoc quum minime Hipp. Saluianus animaduerteret, immerito non ſimplicem, ſed geminum errorem errare hoc loco Plinium criminatus eſt. H.

x. Cetera, cirri) Ita MSS. omnes. Vide N. et Em. N. LXIX. (hic coll.) *Cet.)* An potius, *quibus natant?* Nam Ariſtoteles: τοῖς δὲ πτερυγίοις ἃ ἔχουσι περὶ τὸ κύτος, νέουσιν. *Pinnis aluum circumdantibus, natant.* Longiores ſane duos pedes Ariſtoteles proboſcidas appellauit, quibus, vt ait Plinius, ad ora admouent cibos: breuiores ceteros, modo πλεκτάνας, modo pedes. H.

y. Loligo) Varro, de L. L. L. IV. p. 21. *Loligo dicta, quod ſubuolat, litera commutata, primo voligo.* Maior loligo, ὁ τεῦθος, Gallis *Calmar.* Minor, ἡ τευθὶς, *Caſſeron.* Rondel. L. XVII. c. 4. et 5. De loligine volante pariter Aelianus, H. A. L. IX. c. 52. H.

z. Sepiarum) Sepiis, quum in cibum parabantur, oculos adimi

tiaeque maioris. Percuſſae *a* tridente feminae auxiliantur: at femina icto mare fugit. Ambo autem, vbi ſenſere *b.* ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine *c.* his eſt, infuſcata aqua abſconduntur.

XLVI. Polyporum multa genera: terreni maiores *d.*, quam [1] pelagii: omnes brachiis *e.*, vt pedibus ac manibus, vtuntur: cauda vero *f.*, quae eſt biſulca et acuta, in coitu. Eſt poly-

1. *Pelagici.* *M.*

adimi ſolitos, monſtrat hic verſus Plauti in Rudente: *Iube oculos elidere itidem vt ſepiis faciunt coqui.* Apud Athenaeum pag. 302. verſu 45. Antiphanes lepide vocat ſepiam κυφόνωτον, dorſogibbam. *Dal.*

Sepiarum) Ariſt. H. A. L. IV. c. 2. p. 413. Sepia, *une Seche.* H.

a. Percuſſae) In ſepiarum genere, inquit, mares opem ferunt feminae a tridente percuſſae. Haec etiam Ariſtoteles, Hiſt. L. IX. c. 1. p. 966. H.

b. Vbi ſenſere) Non ita plane Ariſtoteles, ſed vbi terrentur, ὅταν φοβηθῇ: hoc enim habent perfugium, vt intercepto conſpectu ſe ſubtrahant: L. IV. hiſt. c. 2. p. 410. Aelianus item H. A. L. I. c. 34. Oppianus, Hal. L. III. v. 156. Igitur quum *ſe apprehendi* dixit, intellexit, ſe peti a piſcatoribus, inſidias ſibi parari. H.

c. Pro ſanguine) Pro bile, potius, aut excremento, inquit Rondeletius, L. XVII. c. 2. natura enim ſanguinem, vel id quod pro ſanguine eſt, nutrimenti cauſa, ſeruat diligenter, nec in quolibet metu effundit. Haec ille multo copioſius. H.

d. Terreni maiores) Πρόσγειοι Ariſt. littorales; *terrenos* licenter Plin. vocat. *Dal.*

Terreni) Litoris accolae, qui ad terram propius, ſeu litus, accedunt. Ariſt. Hiſt. L. III. c. 2. p. 414. Εἰσὶ δὲ πολὺ μείζους οἱ πρόσγειοι τῶν πελαγίων. Neque id de polypis in vniuerſum, ſed illo priuatim genere, quod maxime ſupernatet, ceteriſque magnitudine antecellat, Philoſophus retulit. Polypus, Gallis *Poupe*, per ſyncopen, detorto a Latina voce nomine. Rondel. L. XVII. c. 6. H.

e. Omnes brachiis) Ariſt. H. A. L. IV. c. 2. p. 403. Brachia Ouidius Metam. L. IV. flagella vocat: alii, cirros, pedes, crura, crines. H.

f. Cauda vero) Τὴν ἐσχάτην

polypis *g.* fiſtula *h.* in dorſo, qua tranſmittunt mare: eamque modo in dextram partem, modo in ſiniſtram transferunt. Natant obliqui *i.* in caput, quod praedurum *k.*[1] eſt ſufflatione viuentibus. [2] Cetero per brachia *l.* velut acetabulis *m.* diſperſis, hauſtu

1. *Eſt ſuffocatione. V. inflatione Alii. Lego ex Ariſt. eſt, et tamquam inflatum, viuentibus.* 2. *Ceterum. M.*

τὴν τῶν πλεκτάνων, brachiorum ſeu crinium poſtremum Ariſtot. vocat l. c. Plinius nunc caudam: alibi, crinem: vt ſ. 74. *Polypi crine vno feminae maribus adnexo:* vbi de piſcium coitu agit. Nunc vero caudam, vt dixi, quemadmodum Ariſtoteles ipſe paulo poſt ὀῤῥοπύγιον, vbi cauda eſſet, ſi a natura haberet. H.

g. Eſt polypis) Ariſt. l. c. H.

h. Fiſtula) Αὐλὸς φυσητὴρ Ariſtot. *Dal.*

i. Natant obliqui) Ariſt. p. 404. vbi neceſſitatem explicat huius obliqui natatus, a ſitu oculorum petitam. H.

k. Quod praedurum) Quod praedurum eſt, et quaſi flatu diſtentum, dum viuunt. Ita MSS. omnes: quamquam rectius fortaſſis, *quod praedurum, vt ſufflatione viuentibus.* Firmum, inquit, ac ſolidum polypis eſt, dum viuunt, caput, diſtentu, flatu quodam, tumefactuque. Ariſtotelis verba, e loco citato, haec ſunt: Τὴν δὲ κεφαλὴν, ἕως ἂν ζῇ, σκληρὰν ἔχειν, καθάπερ ἐμπεφυσημένην. *Caput polypus habet, quoad vixerit, durum, tamquam flatu diſtentum.* Vſus ea voce ſuperius quoque Plinius L. VIII. ſ. 58. in melium natura explicanda: *Sufflatae cutis diſtentu*, inquit, *ictus hominum et morſus canum arcent.* H.

l. Cetero per brachia velut acetabulis diſperſis, eo hauſto quodam modo cui adhaereſcunt, tenent ſupini) Vetuſta exemplaria, *Ceterum per brachia velut acetabulis diſparſis hauſtu quodam adhaereſcunt. Tenent ſupini.* Sunt autem acetabula Latine, ſeu cotyledones Graece, mammae illae ſeu caliculi in brachiis polypi, dicti a ſimilitudine vaſis acetabuli, quod alio nomine hemina dicitur. Cuius rei admonendos lectores duxi, ne Hermolai traditioni fidem habentes in errorem trahantur. Ait enim brachia polypi modo cirros, modo acetabula a Latinis vocari, a Graecis plectanas, plocamos: Cotyledonas, tri-chas

ſtu *n.* [1] quadam adhaereſcunt: [2] tenent ſupini *o.*, vt auelli non queant. Vada *p.* non apprehendunt: et grandibus minor tenacitas. Soli mollium *q.* in ſiccum exeunt, dumtaxat aſperum *r.*: laeuitatem odere.

1. *Cui adhaereſcunt. M. eo hauſto quodammodo adhaereſcunt. V. eo hauſtu quodam, cui adh. Alii.* 2. *tenentque ſupini. V. tenentque dum non ſupini. Dal.*

chas, duas res diuerſas in vnam confundens. Brachia enim polypi Latini cirros, barbas, pedes, crura, crines, brachia, vocant, Graeci plocamos, plectanas, trichas. At quae a Graecis cotyledones dicuntur, Latini a ſimilitudine, vt dixi, vaſculorum acetabula appellant. *Pintian.*

Cetero) Ceterum per tota brachia habent polypi caliculos ſparſos, qui ſunt inſtar acetabulorum, quibus veluti hauriunt, ſuguntque ea, quibus adhaeſerint. H.

m. Acetabulis diſperſis) Plautus in Aſin. *Ego iſtos noui polypos, qui vbi quid tetigerint tenent.* Ouidius, *Vtque ſub aequoreis deprenſam polypus hoſtem Continet, ex omni demiſſis parte flagellis.* Dalecamp.

Acetabulis) Sunt acetabula, vaſcula ea, quae oxybapha Graeci dixerunt. Forma eorum rotunda, nulla marginis latitudine, paulatim ſe vndique contrahens, calicis inſtar, deſcendebat in imum. Eadem forma, ſed maiori capacitate, cotyla fuiſſe deprehenditur: vnde κοτυληδόνας Graeci denominarunt ea, quae cauam illam decreſcentis ſubinde rotunditatis ſpeciem aemulantur: cuiuſmodi ſunt caui orbes, ſeu orbiculares illae, per polyporum brachia ſparſae, quibus adhaerent, exhauriunt, ſorbentque, lacunulae. H.

n. Hauſtu) ſ. 48. *ſuctu.* H.

o. Tenent ſupini) Philoſophi verba haec ſunt, p. 404. Ἅπτεται δὲ καὶ κατέχει ταῖς πλεκτάναις ὑπτίαις. *Prehendit autem polypus, retinetque, bracchiis ſupinis incuruatiſque.* H.

p. Vada) Si quid lubrici offenderint, non poſſunt haerere, ſed retinere: neque ſi quid cedentis, ac ſoluti, qualis arena eſt. Ἐὰν δὲ εἰς τὴς ἄμμον ἐμπέσῃ, οὐκ ἔτι δύναται κατέχειν. Ariſt. l. c. H.

q. Soli mollium) Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 59. p. 1097. et 1098. H.

r. Dumtaxat aſperum) Ariſt. μάλιστα praecipue. *Dal.*

re. Veſcuntur *s.* conchyliorum carne, quorum conchas complexu [1] crinium *t.* frangunt: itaque praeiacentibus teſtis cubile eorum deprehenditur. Et quum alioqui *u.* brutum habeatur animal, vt quod ad manum hominis [2] adnatat, in re quodammodo familiari callet. Omnia in domum comportat: dein putamina [3] eroſa carne egerit, adnatanteſque piſciculos ad ea venatur. Colorem mutat *x.* ad ſimilitudinem loci, et maxime in metu. Ipſum brachia ſua rodere *y.* falſa opinio eſt. Id enim a [4] congris

1. *Crurum. M.* 2. *adnatet. M.* 3. *roſa. M.* 4. *Cancris. Paguris. Ariſt.*

s. Veſcuntur) Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 4. p. 871. Οἱ δὲ πολύποδες μάλιϛα κογχύλια συλλέγοντες, καὶ ἐξαιρȣ̃ντες τὰ σαρκία, τρέφονται τȣ́τοις· διὸ καὶ τοῖς ὀϛράκοις οἱ θηρεύοντες γνωρίζȣσι τὰς θαλάμας αὐτῶν. H.

t. Crinium) Siue brachiorum. H.

u. Et quum alioqui) Ariſt. Hiſt. L. IX. p. 1094. et 1095. Alb. de anim. L. VIII. tr. 3. p. 263. H.

x. Colorem mutat) Phocyll. Μείδ' ὡς πετροφυὴς πολύπȣς κατὰ χῶρον ἀμείβȣ, Πᾶσιν δ' ἅπλοος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε. Ion apud Athenaeum, καὶ τὸν πέτραιον πλεκτάναις, ἀναίμοσι συγῷ μεταλλακτῆρα πολύπȣν χροός. Plutarchus, περὶ πολυφιλίας. Πολύπȣ νοὸν ἴσχε πολυπλόκȣ ὃς ποτὶ πέτρῃ Τῇ προσομιλίσει τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη, ex Theognide. Vide Theophraſt. fragm. περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χροάς. Inde Graecis dicitur τρεψίχρως et πολύχροος. *Dal.*

Colorem) Ariſtot. et Albertus laudati. Baſil. in Hexaem. hom. 7. p. 94. Vide Plut. in Quu. Natt. p. 916. *Cur colorem mutet polypus.* H.

y. Ipſum brachia ſua rodere, etc.) Athenaeus, Horus, Pherecrates ipſum rodere ſcripſerunt: item Alcaeus, ἔδωδα ἐμαυτὸν ὡς πολύπȣς. Heſiodus, ὅτι ἀνέϛιος ὃν πόδα τένδει, quo loco polypum Eledanem ab edendo dictum interpres ait ſignificari. Oppian. in Halieut. id ſcripſit: Ἀλλ' οἱ γε γλαφυρῆσι ἐνεξόμενος θαλαμῆσι Πτίξαντες δαίνυνται ἑȣ̃ς πόδας, ἠύτε σάρκας Ἀλλοτρίας. Hinc Iohanni Grammatico

gris z. euenit ei: ſed renaſci, ſicut [1] colotis *a.* et lacertis *b.*, [2] caudas, haud falſum.

XLVII.

1. *Colcitis. Ch. colubris. V. adſtipul. Ariſt.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. caudam Gr.*

matico polypi dicuntur κακολβόποδες. Aelianus mutuo ſe vorare polypos tradit. Rhod. c. 32. XIII. polypum ſuos cirrhos fame coactum abſumere tradit, et Aelianus. Inde Graeci αὐτοφάγον vocant. *Dal.*

Ipſum brachia) Inde paroemia apud Heſych. p. 777. Πολύποδος δίκην, αὐτὸς ἑαυτὸν καταφαγών. In ea fuere haereſi, Aelianus, H. A. L. I. c. 27. Oppian. Hal. L. II. v. 250. vt exiſtimarent, quemadmodum vrſi, dum hibernis menſibus latent, ac pedum ſuctu viuunt, vt Plinius ait L. VIII. ſ. 54. ita etiam polypos hiberno tempore, dum in ſpecubus maris conduntur, pedum arroſione ali. Refellit hoc Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 4. p. 871. et Plut. L. de ſolert. anim. p. 978. H.

z. *A congris)* Ariſt. p. 871. ὑπὸ τῶν γόγγρων. Vt fruſtra ſint, qui legi *a cancris*, aut aliter, malint. H.

a. Sed renaſci ſicut colotis et lacertis caudam, haud dubium eſt) Colchotis ante Hermolaum legebatur. Ipſe *colotis* emendauit, genus lacertulae apud Ariſtotelem ita appellari aſſerens. Ariſtotelis autem verba ſunt, lib. IX. cap. 1. *Colotae hoſtis aſinus; dormit enim Colota in praeſepibus, et marem ſubiens aſini, ne comedat, impedit.* Haec Ariſtotelis verba magis innuunt auiculae genus eſſe *Colotam*, quam lacertam: et ita Aldus ſenſit, vir impenſe doctus diligenſque, ac de omni literarum genere quam optime meritus. Verum hoc loco, neque *Colchotis*, nec *colotis* legendum cenſeo, ſed *colubris* ex Ariſtotele lib. II. c. vlt. *Caudae*, inquit, *etiam ſerpentibus atque lacertis amputatae renaſcuntur.* Dictio rara quidem eſt *coluber* apud Plinium, aliquando tamen ea vtitur, vt lib. XXXII. c. 6. Nec ſum oblitus prodi a Plinio, lib. XXIX. cap. 3. Colotum eumdem eſſe cum galeote et aſcalabote, quem Nicandri interpres in Theriacis ſimilem eſſe lacertae ſcribit, quod fortaſſe materiam errandi Hermolao praeſtitit. Sed ille colotus, haec colota, ille idem qui et galeotes et aſcalobotes: vnde fieri nequit, vt ſit genus lacertae. Nam quod eſt ſimile lacertae, non continuo et lacerta eſt. *Pintian.*

Sicut

XLVII. Inter praecipua autem miracula eſt, qui vocatur nautilos *c.*, ab aliis [1] pompilos. *d.* Supi-

 nus

1. Polypi ouum. ex Ariſt. Rond.

Sicut colotis) Colotes, ſiue galeotes, ſtellio Graecorum eſt, vt dicetur L. XXIX. ſ. 28. Sicut colotis, inquit, et lacertis caudas abſciſſas renaſci, ſic brachia polypis corroſa, certum eſt. H.

b. Et lacertis) Ariſt. H. A. L. II. c. 20. p. 278. Κέρκοι δὲ ἀποτεμνόμεναι τῶν τε σαύρων καὶ τῶν ὄφεων φύονται. *Tum lacertorum, tum ſerpentium caudae abſciſſae redintegrantur.* H.

c. Qui vocatur nautilos, etc.) Polypi ouum, Ariſtot. καλȣ́μενος ἀπὸ τίνων ναύτιλος, καὶ ναύτικος, ὑπὸ ἐνίων δὲ ᾧον πολύποδος. Rondelet. *Dalec.*

d. Ab aliis Pompilos) Recte, an ſecus ſentiéntibus, non decernit. Interim vide N. et Em. N. LXX. (paulo poſt) auctor Indicis huius libri, Nauigatorem Polypum vocat. Philoſophus hiſt. L. IX. c. 61. p. 1099. hunc polypum ait, tum natura, tum actionibus ſuis, a ceteris eius generis differre: ita vt polypus non ſit, quia concham habet: neque concha ſit, quia polypus eſt: nauigat autem, id quod neque concha, neque polypus facit. Iconem exhibet Rondel. L. XVII. c. 9. p. 517. Ex argumento Galli Triremem piſcem eum vocant, *la Galere. Ab al.)* Pellicerius in Not. MSS. Rondelet. L. XVII. c. 9. et Scaliger in L. IV. Ariſt. de H. A. p. 415. legendum putant, *ab aliis polypi ouum.* Ariſtotelis verba ſic hodie exſtant in libris editis L. IV. c. 2. Ἔτι δ' ἄλλοι δύο ἐν ὀστρείοις, ὅ, τε καλȣ́μενος ὑπό τινος ναυτιλός, καὶ ὁ ναυτικός, ὑπ' ἐνίων δὲ ᾧον πολύποδος. Verum in Ariſtotelis caſtigatiſſimo codice veriorem huius loci lectionem reperit Hipp. Saluianus, L. de hiſt. aqu. f. 162. Ὅ τε καλȣ́μενος ὑπὸ τίνων ναυτίλος, καὶ ὁ πόντιλος ὑπ' ἐνίων; ἔστι δὲ οἷον πολύπȣς. *Hic quidem vocatus ab aliquibus nautilus, pontilos ab aliis: eſt autem velut polypus.* Polypodi igitur ſimilis eſt, ſed non polypi ouum. Et ſane in Plinii contextu *pontilos* lubens reſcripſiſſem, ſi exemplaria fauerent vlla: nec ſubeſſe mendum in Graeca voce, vlla ſuſpicio foret. Hanc Ariſtotelici loci caſtigationem, qua parte οἷον πολύπȣς, pro ᾧον πολύποδος ſcribitur, confirmat Athen. L. VII. p. 317. ſcribens: Ὁ δὲ ναυτίλος καλȣ́μενος, φησὶν

nus *e.* in ſumma aequorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facile [1]nauiget. Poſtea prima duo brachia retorquens *f.*, membranam inter illa mirae tenuitatis extendit. Qua *g.* velificante [2]in aura *h.* ceteris ſubremigans brachiis *i.*, [3]media

1. *Enauiget. D.* 2. *in auras M.* 3. *media ſe cauda vt g. regit. Ch. media ſecando. M. Lego, maria ſulcando. Nulla enim polypo cauda eſt.*

Φησὶν Ἀριςοτέλης, πολύπȣς μὲν ȣ̓κ ἔςιν· ἐμφερὴς δὲ κατὰ πλεκτάνας, etc. *Qui vero nautilos dicitur, inquit Ariſtoteles, polypus quidem non eſt: ſed brachiis tamen polypi ſimilis eſt.* Oppianus item Hal. L. I. v. 338. Ἔςι δέ τις γλαφυρῷ κεκαλυμμένος ὀςρακῷ ἰχθὺς, Μορφὴν πολυπόδεσσιν ἀλίγκιος, ὃν καλȣ̃σι Ναυτίλον, etc. Vbi expreſſiſſe ex Plinio narratiunculam de nautilo Oppianum putes, adeo ſimilis ac plane gemina vtraque deſcriptio eſt. Locum tu conſule. Deſcribitur et a Callimacho, apud Athen. L. VII. p. 318. H.

e. Supinus) Imo pronus. *Dal.*

Supinus) Vide N. et Em. N. LXXI. (hic poſ.) *Supinus)* Immo pronus, inquit Dalecampius. Quod ille ſane non pronunciaſſet, ſi Aelianum audiiſſet, de polypi huius nauigatione diſputantem, H. A. L. IX. c. 34. et Oppian. l. c. Nam quum ex vado maris ſeſe ille polypus nauigator paulatim ſubrigit, omnino ſane, *Summas defertur in vndas Pronus neu pontum capiat, plenuſque grauetur.* Ἀνὰ δ᾽ ἔρχεται ἄκρον ἐς ὕδωρ Πρηνὴς, ὄφρα μή μιν ἐνιπλήσειε θάλασσα. Atque vt Ariſtoteles ait apud Athen. ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἔχων τὸ ὄςρακον, pronam habens ac ſibi impoſitam ceu pro tegumento teſtam, vt facilius emergat, et ea inani nauiget. Vbi vero in ſummo aequore eſt, ςρέφει τὴν κόγχην ὑπτίαν, concham tum inuertit ſupinam, qua tamquam ſcapha nauigando fertur. H.

f. Retorquens) Ἄνω ποιῶν, attollens, Athenaeus. *Dalec.*

g. Qua) Qua membrana in veli morem extenta, dum aura ſpirat. H.

h. Velificante in aura) Infra ſ. 52. *Per ſumma aequorum velificant:* hoc eſt, ceu velis paſſis, nauigant. H.

i. Brachiis) Brachio vltimo,

dia cauda *k.*, vt gubernaculo *l.*, ſe [1] regit. Ita vadit alto, Liburnicarum *m.* ludens imagine: [2] et, ſi quid pauoris interueniat, hauſta *n.* ſe mergens aqua.

XLVIII. (XXX.) Polyporum generis eſt ozaena *o.*, dicta a graui capitis odore *p.*, ob hoc maxime muraenis *q.* eam [3] conſectantibus. Polypi binis menſibus conduntur. *r.* Vltra bimatum *s.* non viuunt. Pereunt autem tabe ſemper *t.*, feminae *u.* cele-

1. *Dirigit. Parm.* 2. *et in Ch. del.* 3. *coniactantib. Ch.*

mo, quod ſolum albicat, acutius eſt, et in extremo bifidum adnexumque dorſo in coitu polypum, vti ſcribit Ariſt. brachium id Plinius caudam vocat. *Dal.*

k. Media cauda) Medio cirro. H.

l. Vt gubernaculo) Alia duo brachia in mare demittit loco gubernaculi. *Dal.*

m. Liburnicarum) Nauium liburnicarum ſimilitudinem quamdam exhibet. Liburnica eſt genus nauis velociſſimae, a Liburnis inuentoribus cognominata, vt alibi diximus. H.

n. Hauſta) Mari teſtam implens. Καταδύνει τῆς θαλάσσης, μεϛώσας τὸ ὄϛρακον. Ariſt. H. A. L. VI. c. 61. p. 1100. H.

o. Ozaena) Eſt puſillus polypus olens: ὄζολις, ὀσμυλία, et ὄζαινα ex odoris argumento cognominatus. Iul. Poll. L. II. c. 4. Ὀσμυλία ἰχθύων τι γένος, ἢ ἀπὸ πολλῶν ὄζαινα καλεμένη· πολύποδος δ' ἐϛὶν εἶδος, etc. H.

p. Dicta a graui capitis odore) Imo vero potius quod ſuaue quidpiam oleat. Graeci ideo vocant μοχίτιν, hoc ſeculo Neapolitani Muſchardinum. Idem eſt Ozolis, Oſmylus, Eledole, Bolitaena. *Rondelet.*

q. Muraenis) Harum pugnam cum polypis deſcribit egregie Oppian. Hal. L. II. v. 260. Obiectis polyporum carnibus attrahi muraenas olfactu, et facile capi, idem prodidit, L. III. v. 198. H.

r. Conduntur) Φωλεύεσι, latent. *Dalec.*

Conduntur) Latent in profundis pelagi receſſibus, tempeſtatum metu. Oppian. Hal. L. II. v. 241. Athen. L. VII. p. 317. ex Ariſtotele. H.

s. Vltra bimatum) Ariſt. H. A. L. IX. c. 59. p. 1095. H.

t. Pereunt autem tabe ſemper)

celerius, et fere a partu. Non ſunt praetereunda et L. Lucullo Proconſule Baeticae comperta de polypis, quae Trebius Niger e comitibus eius prodidit: Auidiſſimos eſſe concharum: illas ad tactum comprimi, praecidentes brachia eorum, vltroque eſcam ex praedante capere. Carent conchae viſu, omnique ſenſu alio, quam cibi et periculi. Inſidiantur *x.* ergo polypi [1] apertis: impoſitoque lapillo extra corpus, ne palpitatu *y.* eiiciatur: [2] ita ſecuri graſſantur, extrahuntque carnes: illae ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatae. *z.* Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt. Praeterea negat vllum eſſe atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, et ſorbet [3] acetabulis, ac numeroſo [4] ſuctu, dum trahit *a.*, quum in naufragos vrinanteſue impetum cepit. [1] Sed

1. *Apertis impoſito lapillo intra. V.* 2. *et ita. M.* 3. *acceptabulis. Parm.* 4. *ſic et. M.*

per) A coitu mares, a partu feminae. *Dal.*

Pereunt) Ariſt. l. c. et Athenaeus. H.

u. Feminae) Ariſt. Oppianus expreſſius vix annuum illas ſpatium excedere conteſtatur, Hal. L. I. v. 551. et Aelian. H. A. L. VI. c. 28. H.

x. Inſidiantur) Similem aſtum, quem polypis Plinius, cancris Baſilius attribuit, hom. 7. in Hexaem. p. 90. H.

y. Ne palpitatu) Senſus eſt: ſolertiſſime polypos, non concharum corpori, ſed extra corpus, hoc eſt, qua parte carne vacat ſenſuque concha, lapillum imponere: ſic enim fieri, ne tactu lapilli illius excita, motu palpitatuque ſuo illum eiiciat. H.

z. Diſcuneatae) Apertae ac patentes, quaſi immiſſo cuneo, vt ligna diducta fiunt et hiantia adactis cuneis. H.

a. Dum trahit) Dum naufragos vrinanteſue in altum trahit, acetabulis numeroſoque ſuctu exſorbet, hauſto ſanguine. Vide N. et Em. N. LXXII. (hic adi.) *Dum t.)* In editis, *detrahit*: haud ita recte. Sequuti nos ſumus R. 1. et Par. ac vetuſtum Dalecampii codicem. H.

[1] Sed ſi inuertatur, elangueſcit vis *b.*: [illegible]porrigunt enim ſe [2] reſupinati. Cetera, quae idem retulit, monſtro propiora poſſunt videri. Carteiae in cetariis aſſuetus *c.* exire e mari in [3] lacus [4] eorum apertos, atque ibi [5] ſalſamento populari, (mire omnibus *d.* marinis expetentibus odorem quoque eorum: qua

1. Sed ſi inuertatur, elangueſcit. Vix enim exporrigunt ſe reſupinati. 2. reſupinati. Cetera quae idem, etc. populari, mire omnibus marinis, etc. illinuntur, conuertit in ſe. Pint. reſupinati, mire omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum: qua de cauſa et naſſis illinuntur. Cetera etc. Gr. et Al. 3. cupas, labra. Maſſar. 4. mercatorum, V. 5. ſalſamenta populari conuertit in ſe Gr. et Al.

b. Sed ſi inuertatur elangueſcit vis) Plinius a ſeipſo diſſentire hic videtur quum ſuperiori cap. ſcripſerit polypos ea, quibus adhaereſcunt, ita ſupinos tenere, vt auelli nequeant, quod expono, ſi iam altius dentes infixerint, alioqui facile reſupinatos elangueſcere. *Dal.*

c. Carteiae in Cetariis aſſuetus) Eamdem hiſtoriam de polypo Puteolano refert Aelianus 13. VI. *Dal.*

Carteiae) In Baetica. Vide L. III. ſ. 3. Puteolis idem accidiſſe narrat Aelianus, H. A. L. XIII. c. 6. De cetariis egimus ſ. 19. Lacus dolia ſunt, quibus ſalſamenta continentur: *des cuves.* H.

d. Mire omnibus) Vide N. et Em. N. LXXIII. (hic poſ.) *Carteiae* etc.) Luxatum horum verborum ordinem ſenſit ante nos Pintianus, quum paulo ante extra ordinem tranſpoſita ſic legerentur: *Exporrigunt enim ſe reſupinati: mire omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum: qua de cauſa et naſſis illinuntur.* Nos vero ea ſuae ſedi reddidimus, ſequuti codices R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. Salm. etc. Atque id ſane res ipſa exigit: ſic enim apertiſſime cupediae ratio interpoſita eſt; cur tam difficili aditu ad ſalſamenta illa in cetariis, polypus ille ingens adreperet. Nam Ariſtoteles quoque, H. A. L. IV. c. 8. p. 841 retulit piſcatores, quum e cauernis latebriſque educere piſces volunt, earum ora illinere ταριχηρᾶις ὀσμαῖς, hoc eſt, ſalſamentariis odoribus, ſiue nidore ſalſamentorum. H.

qua de cauſa et naſſis illinuntur:) conuertit in ſe cuſtodum indignationem [1]aſſiduitate furti. Immodicae his *e.* ſepes erant obiectae: ſed has tranſſcendebat per arborem *f.*: nec deprehendi potuit, niſi canum ſagacitate. Hi redeuntem circumuaſere noctu, concitique cuſtodes expauere nouitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat: [2] deinde color [3]muria obliti, [4]odore diri. Quis ibi polypum exſpectaſſet, aut ita cognoſceret? cum monſtro dimicare ſibi videbantur. Namque et afflatu terribili *g.* canes [5]agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robuſtioribus brachiis clauarum modo [6]incuſſos, aegreque multis tridentibus confici potuit. Oſtendere Lucullo caput eius, dolii magnitudine, amphorarum quindecim capax, atque (vt ipſius Trebii verbis vtar) barbas *h.*, quas vix vtroque brachio complecti eſſet, clauarum modo toroſas: longas pedum [7].tricenûm: acetabulis, ſiue caliculis vrnalibus *i.*, peluium modo: dentes magnitudini

1. *Aſſiduitate furti immodici. Sepes Gr. et Al.* 2. *dein colos. M.* 3. *muriae oblitu: odor dirus, muria oblitus. V.* 4. *odore viri. Pint.* 5. *abigebat. Alii.* 6. *percuſſos. D.* 7. *XXX. Gr. et Al.*

e. Immodicae his) Vide N. et Em. N. LXXIV. (hic adi.) *Aſſiduitate*) Ita reſcripſimus admonitu codicum omnium, R. 1. 2. etc. In editis antea, *aſſiduitate furti immodici. Sepes etc.* H.

f. Per arborem) Oppian. Hal. I. I. v. 310. polypum ozaenam ſcribit circum arbores reptare ſolitum, easdemque ſcandere, et fructus edere. H.

g. Et afflatu terribili) Odore: non enim flat, aut ſpirat. *Dalec.*

Et afflatu) Odore: vel aqua olente, per fiſtulam emiſſa. H.

h. Barbas) Crines, cirros, brachia, flagella. *Dal.*

Barbas) Eodem modo quo Dalec: H.

i. Vrnalibus) Qui vrnam capacitate adaequarent. Vrna, dimidia amphora eſt. De amphora porro dicemus, L. XIV. ſ. 5. Vrceos pariter vrna-

tudini reſpondentes. Reliquiae [1] aſſeruatae miraculo, pependere pondo DCC. *k.* Sepias quoque et loligines eiuſdem magnitudinis expulſas in litus illud, idem auctor eſt. In noſtro mari *l.* loligines quinûm cubitorum capiuntur, ſepiae binûm. Neque his bimatu longior vita.

XLIX. Nauigeram ſimilitudinem *m.* et aliam in Propontide viſam ſibi prodidit Mutianus: concham eſſe *n.* acatii modo *o.* carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata: in hac condi nauplium *p.*, animal ſepiae ſimile, ludendi *q.* ſocietate ſola. Duobus hoc fieri generibus: tranquillo *r.* enim vectorem demiſſis palmulis *s.* ferire, [2] vt remis. Si vero flatu [3] inuitet,

1. *Aſſeruato Gr.* 2. *vt remiſſi vero flatus inuitant. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. flatus inuitent Gr.*

vrnales dixit Cato, de R. R. c. 13. H.

k. Pondo DCC) Strabo circa Carteiam polypos talenti pondo reperiri auctor eſt. *Dalec.*

l. In noſtro mari) Ariſt. Hiſt. L. IV. c. 2. p. 405. Igitur de Ionio mari id ſimiliter accipiendum. H.

m. Nauigeram ſimilitudinem) Nautili in mari ludentis et nauigantis. Nauplium ἀπὸ τȣ͂ ἐν νηὶ πλέειν, Mutianus ſolus vocauit. *Dal.*

n. Concham eſſe) Concham eſſe dixit, non cochleam, vt multi falſo retulerunt. H.

o. Acatii modo) Acatium genus eſt actuarii nauigii, hoc eſt, quod remis, nec tantum velis agitur. H.

p. Nauplium) De Nauplio Mutiani nihil adhuc compertum. Hallucinatur Aldrou. de teſtac. L. III. c. 3. p. 259. et alii, qui nautilum eſſe putant, de quo ſ. 47. dictum eſt. Habet enim nautilus concham adhaerentem ſibi: nauplio nulla eſt, niſi adſcititia et quaſi ex commodato: ille polypi, hic ſimilis ſepiae eſt: Solus ille, iſte cum comite, per ſumma aequorum nauigat. Denique *aliam* a ſuperioribus *nauigeram* hanc *ſimilitudinem* eſſe, Plinius diſerte admonet. H.

q. Ludendi) Idcirco ſolum, vt cum ſocio ludat. H.

r. Tranquillo) Nam tranquillo mari nauplius qui vehit, demiſſis brachiis, ceu remis, ferire: etc. H.

s. Palmulis) Palmula pars eſt remi extrema in palmae modum

tet, eaſdem in [1] vſu *t.* gubernaculi porrigi, pandique [2] buccarum ſinus *u.* aurae. Huius *x.* voluptatem eſſe, vt ferat: illius, vt regat: ſimulque eam deſcendere [3] in duo ſenſu carentia *y.*: niſi forte triſti

1. *Vſum, fort.* 2. *ſic et Ch. conchae ſinum. D. concharum ſinus G.* 3. *incluſo ſinu, fluctu hauſto, territam viſu. Id n. vbi conſtat rumore nauigantium, etc. Haec vet. lectio Maſſario. Vetuſtum meum, ſic habet: territam viſu, forte triſti. Id enim vbi conſtat. Parmenſe vero, territam viſu. Id n. vt conſtat rumore, etc.*

modum protenta. Huius vicem praeſtare nauplii brachia, vſus ea voce tranſlata, ſignificat. H.

t. In vſu) Ita MSS. Forte, *in vſum.* H.

u. Buccarum ſinus) Conchae *nauplium deferentis* ſinum. Hoc eſt, os conchae ipſius vento, ſeu aurae, obvertitur. Vide N. et Em. N. LXXV. (hic coll.) *Bucc.*) Ita MSS. plane omnes: quamquam editi, *concharum ſinus.* H.

x. Huius) Conchae. H.

y. Simulque eam deſcendere in duo ſenſu carentia, niſi forte triſti (id enim conſtat) omine nauigantium, humana calamitas in cauſa eſt.) Scripta Exemplaria, *Simulque eamdem deſcendere.* Cetera verba nihili ſunt, apinae, tricaeque, falſo Plinio adſcriptae: mirorque Hermolaum agnoſcere ea, exponereque vt legitima. Nec enim Plinius *deſcendere mergive*, naupliis tribuit, vt Hermolaus accepit, ſed conchae. Hae quum viſu careant, ſenſuque omni alio, niſi cibi et periculi, vt hoc ipſo capite oſtenſum eſt, duo illa verba, quae in ſuis Codd. haberi ait, neque ſimul accipi poſſunt, neque conchae tribui. *Pintian.*

Simulque eam) Simulque hanc voluptatem percipi a duobus ſenſu carentibus animalibus. Aut quaedam voluptas, inquit, duo haec bruta animalia ſimul pertingens, huiuſcemodi ſpectaculi cauſa eſt: aut humana forte miſeria: quandoquidem obſeruatum eſt, qui hoc viderint nauigantium, ſaeuiſſimis mox tempeſtatibus conflictari. Vide N. et Em. N. LXXVI. (hic poſ.) *Simulque*) Eam voluptatem ſcilicet, vt diximus in prioribus notis. Hunc Plinii locum nec Barbarus intellexit, nec Pintianus: quum voculam hanc, *eam*, ad nauplium ille: iſte, ad concham retulit. H.

ſti (id enim conſtat) omine nauigantium *z.*, humana calamitas in cauſa eſt.

L. Locuſtae cruſta fragili *a.* muniuntur, in eo genere, quod caret ſanguine. Latent *b.* menſibus quinis. Similiter cancri *c.*, qui eodem tempore occultantur, et ambo veris *d.* principio ſenectutem anguium more [1] exuunt renouatione tergorum. Cetera in undis natant: locuſtae reptantium modo fluitant *e.*: ſi nullus *f.* ingruat metus, recto meatu: cornibus, quae ſunt [2] propria rotunditate praepilata *g.*, ad latera porrectis: iiſdem erectis in pauore obli-

1. *Exigunt. Ch.* 2. *propria*, *in Parm. deeſt.*

z. Omine nauigantium) Putant enim qui nauigant, velificantem Nautilum grande aliquod malum et infortunium portendere, et maxime ſinu clauſo repente occultum et demerſum. *Dalec.*

a. Locuſtae cruſta fragili) Plautus in Menaech. iocoſe. Medicus: *Dic mihi etiam, ſolent tibi vmquam oculis duri fieri?* Menaech. *Tu me locuſtam cenſes eſſe, homo ignauiſſime?* Dal.

Locuſtae) Alterum nunc tractare incipit piſcium genus ſanguine carentium, ex iis tribus, quae propoſuerat. f. 44. eorum nempe, quae cruſtis intecta tenuibus appellauit, Graeci μαλακόστρακα: vulgus, cruſtacea. In his locuſta Ariſt. H. A. L. VIII. c. 23. p. 944. κάραβος. Narbonenſibus, *Langoûte.* De ea Rondeletius, L. XVIII. c. 2. H.

b. Latent) Ariſt. l. c. H.

c. Similiter cancri) Καρκῖνοι, qui ſtrictiore vocis vſu cancri nominantur: *Cancres.* H.

d. Et ambo veris) Ariſt. iiſdem verbis l. c. et hiſt. L. V. c. 16. p. 568. Theophr. item L. de animalibus quae latent, ap. Athen. L. III. p. 105. H.

e. Fluitant) Per ſumma aequorum natant. H.

f. Si nullus, etc.) Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 4. p. 870. Βαδίζει δὲ κατὰ φύσιν μὲν εἰς τὸ πρόσθεν, ὅταν ἄφοβος ᾖ, καταβάλλων τὰ κέρατα πλάγια, etc. Et Aelian. H. A. L. IX. c. 25. H.

g. Praepilata) Pilorum inſtar, ſiue haſtilium, in mucronem acuta. H.

obliqve in latera procedunt. Cornibus *h.* inter ſe dimicant. Vnum hoc animalium, niſi viuum ferventi aqua incoquatur, fluida carne *i.* non habet callum. (XXX.) Viuunt *k.* petroſis locis: cancri, mollibus. *l.* Hieme *m.* aprica [1] litora ſectantur: aeſtate in opaca gurgitum recedunt. Omnia eius generis hieme laeduntur, autumno et vere pingueſcunt, et plenilunio *n.* magis, quia nocte *o.* ſidus tepido fulgore [2] mitificat.

LI. Cancrorum genera *p.*, carabi *q.*, aſtaci *r.*, maiae,

1. *Loca. V. M.* 2. *mitificatur.*

h. Cornibus) Ita Ariſt. et Aelian. ll. cc. H.

i. Fluida carne) Laxa, molli, vda carne, non habet ſolidam duramque pulpam. *Dal.*

Fluida carne) Laxa, molli, vt recte Dalecampius, atque vda carne: quae non habet ſolidam, duramque pulpam. H.

k. Viuunt) Locuſtae nimirum. Ariſt. Hiſt. L. V. c. 16. p. 585. Γίνονται δὲ οἱ μὲν κάραβοι ἐν τοῖς τραχώδεσι καὶ πετρώδεσιν. H.

l. Cancri, mollibus) Ariſt. οἱ ἀστακοὶ, ἐν τοῖς λείοις. Non igitur de vniuerſo genere ea vox *cancri* accipienda eſſe videtur: ſed priuatim, de aſtacis. H.

m. Hieme, etc.) Ariſt. p. 586. H.

n. Et plenilunio) Vt de teſtaceis, oſtreis nimirum, conchyliiſque, lunari poteſtate ea augeri minuique dixit, L. II ſ. 41. ita nunc cruſtaceis quoque euenire admonet. Alias huius incrementi cauſas affert Ioh. Picus Mirandola contra Aſtrol. L. III. c. 6. et 14. H.

o. Quia nocte) Vide N. et Em. N. LXXVII. (hic adi.) *Quia n.) Noctem* ego quidem libentius legerim. Magis enim congruere rei videtur, tepido fulgore plenilunii noctem, quam locuſtas, mitificari. H.

p. Cancrorum genera, carabi, aſtaci, maiae, paguri, heracleotici, leones) Riſum, ſcio, mouebit caſtigatio haec mea lectoribus, quibus fortaſſe videbitur, quod Horatius ait, *vltra legem tendere opus:* ſed ſi diligentius animo verſent portenta, quae cotidie in ſcribendis imprimundiſue libris committuntur, poſtrema excuſorum imperitia, quibus interdum, imo ſaepenumero contingit, vt

maiae *s.*, paguri *t.*, heracleotici, leones *u.*, et alia igno-

vt prima elementa Latinae linguae ignorent: vt correctores praeteream non multo illis aliquando peritiores, remittent, puto, multum ex opinione ſua, bonique conſulent meam hanc audaciam in reſtituendis aliquot iam obliteratis ex doctorum memoria locis, modo id fiat idonei ſcriptoris auctoritate, et potiſſimum ex eorum numero, quos ſequutus eſt Plinius. Lego igitur non *leones* ſed *fluuiales.* Ariſtoteles lib. IV. c. 2. *Cancrorum genus multiplex eſt, nec facile enumerandum. Maximum quas Maias appellant. Secundum paguri, et quos Heracleoticos vocant. Tertium fluuiales. Ceteri minutiores et nullis paene nominibus annotati.* Haec Ariſtoteles: quae ad verbum mutuatus videtur Plinius. Sunt quidem in mari Leones, Oppiano, Hippocrati, Plinio, Claudiano etiam alibi; ſed nemo eos ex genere cancrorum eſſe prodit, nihilque ad praeſens inſtitutum illi. *Pintian.*

Cancrorum genera) Nunc cancrorum nomen latiore paulo ſignificatu accipit: vt locuſtas etiam, ſiue καράβες, aſtacos, ſquillaſque complectitur. De cancris tamen marinis dumtaxat hic ſermo eſt. H.

q. Carabi) Locuſtae ſunt, de quibus ſup. ſect. H.

r. Aſtaci) Noſtris, *Ecreviſſes de mer.* Rondel. L. XVIII. c. 3. H.

s. Maiae) Μαίας Ariſt. vocat, H. A. L. IV. c. 3. p. 417. cancrorum genus maximum, καρκίνων μέγιςον γένος. Et arridet ſane magnitudini nomen. *Graceolas* Veneti vocant: Ligures *Araneas*, inquit. Scaliger ad eum Philoſophi locum: Galli, ob ſimilitudinem aranei, *Araignées de mer.* H.

t. Paguri) Proxima magnitudine poſt maias, ſunt πάγεροι et Ἡρακλεωτικοί, inquit Ariſt. l. c. qui paulum oppido inter ſe differunt. Hos Veneti, quorum in mari cancrorum ingens copia, *Cancros poros* vocant, corrupta voce pro paguris. H.

u. Leones) Maximus ſcilicet aſtacus marinus, leo appellatur, vt probat Gyllius, L. de Maſſil. Piſc. c. 73. et 74. Vide N. et Em. N. LXXVIII. (hic adi.) *Heracleotici)* Confidenter nimium hac voce, *leones*, eraſa, *fluuiales* ex Ariſtotele Pintianus reſcribit: haud animadvertens a Philoſopho Plinium ita diſcedere, vt in ſolo cancrorum marinorum genere dicendo habitet: a fluuiatilibus volumine hoc toto ſuperſedeat. H.

ignobiliora. *r.* Carabi *s.* cauda a ceteris cancris diſtant. In Phoenice [1] *ἱππεῖς t.* vocantur, tantae velocitatis, vt conſequi [2] non ſit. Cancris *u.* vita longa, pedes octoni *x.*, omnes in [3] obliquum *y.* flexi. Feminae *z.* primus pes duplex, mari ſimplex. Praeterea *a.* bina brachia denticulatis [4] forficibus. Superior

1. *Scribendum videtur non Hippoe, ſed Hippees, ſiue Hippeis, ex Ariſt. hiſt. animal. l. IV. c. 2. Theodoro quoque Equites, vertente, non Equos.* 2. *non poſſint. Cb.* 3. *obliquo flexu. M.* 4. *forcipibus. Gr.*

r. Et alia ignobiliora) Qualis qui vrſus cognominatus eſt, aliique, de quibus Rondel. L. XVIII. c. 17. H.

s. Carabi) Locuſtae, Ariſt. Hiſt. L. IV. c. 3. p. 421. Ἔχει δὲ ὁ κάραβος καὶ κέρκον. *Caudam etiam locuſta habet.* Pauloque poſt: ὁ δὲ καρκίνος μόνος τῶν τοιούτων ἀνόρροπύγιον, *ſolus ex his cancer ſine cauda eſt.* H.

t. In Phoenice ἱππεῖς) Cancros equites Gaza vertit, quum locum Ariſtotelis redderet, plane huic Pliniano ſimilem Hiſt. L. IV. p. 418. Meminit horum Nierembergius, L. de Mirac. terrae promiſſae, c. 92. p. 487. negatque puſillam caſtaneam mole excedere. H.

u. Cancris) De locuſtis id priuatim Ariſt. Hiſt. L. V. c. 16. p. 587. Sed, vti monuimus, ampliore ſignificatu cancrorum nomen Plinius accipit. H.

x. Pedes octoni) Quod de octonis pedibus, biniſque praeterea brachiis denticulatiſque forficibus traditur, cancris pariter, locuſtiſque congruit, τοῖς καρκίνοις, καὶ τοῖς καράβοις. Ariſt. Hiſt. L. IV. p. 419. Scholiaſt. Nicandri in Ther. p. 28. Ὀκτὼ γὰρ πόδας ἔχουσιν οἱ καρκίνοι. H.

y. Omnes in obliquum) Nec cancrorum modo, ſed cruſtaceorum omnium vniverſe, commune id vitium eſt. H.

z. Feminae) Haec nota, Ariſtotele teſte, p. 442. τῶν καράβων, locuſtarum ſexum diſtinguit, non item cancrorum. Nulla enim re differre cancros mares a feminis, praeterquam operculo, tum loco proxime citato, p. 435. tum L. V. c. 7. p. 535. ipſe teſtatur. Quin etiam aduerſatur, praeter Ariſtotelem, res ipſa, quum nihil diſcrepet inter cancros mares ac feminas primi pedis, vt obſeruatum eſt, a pleriſque, forma. H.

a. Praeterea) Ariſt. Hiſt. L. IV. p. 420. H.

perior pars in primoribus his mouetur: inferiore immobili. Dextrum brachium omnibus maius. *b.* Vniuerſi *c.* [1] aliquando congregantur: os Ponti euincere non valent: quamobrem regreſſi circumeunt, apparetque tritum iter. Pinnotheres *d.* autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriae. Huic ſolertia eſt inanium oſtrearum teſtis ſe condere *e.*: et quum accreuerit, migrare in capaciores. Cancri in pauore *f.* [2] etiam retrorſum *g.* pari velocitate redeunt. Dimicant inter ſe, vt arietes, aduerſis cornibus incurſantes. Contra ſerpentium

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. vniuerſi vbi aliquando Gr. et Al.* 2. *et retrorſi. Ch.*

b. Omnibus maius) Locuſtis et cancris, καράβοις καὶ καρκίνοις. Ariſt. l. c. p. 432. et L. IV. de part. anim. c. 8. p. 1030. H.

c. Vniuerſi) Curſores, δρομίας, quoniam longius errant ac vagantur, cancros huiuſmodi vocat Aelian. H. A. L. VII. c. 24. in ſinu quodam Thracii Boſphori narrans ſingulatim congregari eos, aduenientes ceteros interim opperiri: quandoquidem vehementes fluctus e Ponto prorumpant, qui illiſi anguſtiis contrario occurſu ſubeuntes cancros ſubuerterent: demumque ſemel conferto agmine aquis relictis, terreno itinere anguſtias eas ſuperare. H.

d. Pinnotheres) Πιννοθήρης. Ariſt. H. A. L. IV. c. 4. p. 448. et L. V. c. 14. p. 576. Καρκίνιον dicitur. Oppiano, Hal. L. I. v. 320. Aeliano, H. A. L. VII. c. 31. καρκινάς. Noſtri *Bernard d'hermite* cognominant. Iconem Rondeletius exhibet, L. XVIII. c. 12. H.

e. Oſtrearum teſtis ſe condere) Lucilius: *Oſtrea nulla fuit, non purpura, nulla Peloris.* Afranius: *Conchas, echinos, oſtreas marinas.* Dal.

f. Cancri in pauore) Haec iiſdem verbis Ariſt. L. VIII. Hiſt. 4. p. 870. de polypodum fuga in metu, eorumdemque inter ſe certamine: quibus mores cancrorum hac parte ſimiles eſſe pronunciat. H.

g. Etiam retrorſum) Plaut. in Pſeud. *Vt tranſuerſus cedit, quaſi cancer ſolet, non prouerſus.* Dal.

tium *h.* ictus [1] medentur. Sole Cancri *i.* ſignum tranſeunte, et ipſorum, quum exanimati ſint, corpus transfigurari in ſcorpiones narratur in ſicco. Ex eodem genere *k.* ſunt echini *l.*, quibus ſpinae pro pedibus. Ingredi ex his, in orbem volui: itaque detritis ſaepe aculeis inueniuntur. Ex his echinometrae *m.* appellantur, quorum longiſſimae ſpinae,

1. *Medentur ſole. C. ſ. tranſeunte et ipſ. V.*

h. Contra ſerpentium) De ea medicina vberius, L. XXXII. ſ. 19. H.

i. Sole Cancri) In locis, opinor, calidioribus, feruentiore tum Sole. Florentinus in Geopon. auctor eſt, ocimum manſum, et in ſole poſitum, ſcorpiones generare. Adſtipulatur et Plinius ipſe, L. XX. ſ. 48. vbi vide quae dicturi ſumus. At quanto citius ex animali corrupto, animalculum id ſumat ortus ſui initia? Cautio tamen adhibita a Plinio eſt, vt id ad communem vulgi opinionem referret, nec ſe publicae famae vadem praeſtaret. Huic ſententiae ſubſcribit Ouid. Metam. L. XV. et ante eum Nicander in Theriac. v. 926. H.

k. Ex eodem genere) Eorum nempe, quae cruſta tenui obducta dicuntur: egit enim hactenus de cruſtatis: etſi echini inter teſtacea, hoc eſt, duris munita teſtis, ab Ariſtotele reponuntur, H. A. L. IV. Verum, vt Rondeletius animaduertit, L. XVIII. c. 29. p. 577. ad vtrumlibet genus referri perinde poteſt. Et ſane ſi horum integumentum propius inſpicias, non durum illud, neque ſiliceum, ſed fragile potius, cruſtae tenuioris modo, fateare. H.

l. Echini) De iis Plautus in paraſito pigro: *Addite lepades, echinos, oſtrea.* Idem in Rudente: *Echinos, lepadas, oſtreas, balanos, captanos, conchas, Marinam vrticam, muſculos, plaguſias ſtriatas.* Dal.

Echini quibus) Ariſt. hiſt. L. IV. c. 4. p. 458. Echini hi noſtris, *Heriſſons de mer.* Iconem apud Rondel. vide, l. c. H.

m. Echinometrae) Ariſtoteles, p. 455. ſpinas longiſſimas, non echinometris, ſed alteri echinorum generi attribuit, quod paruum appellat, hoc eſt, cui minimus calyx, γένος μικρὸν, ἀκάνθας ἔχον μεγάλας καὶ σκληράς. Maximos autem calyces, ſeu ampliora corpora, echinometrae, quaſi echinorum matres;

nae, [1] calyces *n.* minimi. Nec omnibus idem vitreus color. Circa Toronem *o.* candidi naſcuntur, ſpina parua. Oua omnium *p.* amara, quina numero. Ora in medio *q.* corpore in terram verſa. Tradunt *r.* ſaeuitiam maris praeſagire eos, [2] correptiſque opperiri lapillis *s.*, mobilitatem pondere ſtabilientes, nolunt volutatione *t.* ſpinas atterere. Quod vbi

1. *Calices. Gr.* 2. *correptis ore lapillis mobilitatem pondere ſtabilientes, quia nolunt, etc. D. correptiſque operari lapillis Gr. et Al.*

tres, tum ex ipſo nomine, tum ex Ariſtotele videntur ſibi vindicare, p. 454. αἱ ἐχινομῆτραι καλέμεναι, μεγέθει πάντων μέγιςαι. H.

n. Calyces) Corpora minima. H.

o. Circa Toronem) Τορώνην Macedoniae. Ariſt. p. 455. H.

p. Oua omnium) Ariſt. p. 456. et 457. Ouorum porro nomine, non ea nunc ſignificari videntur, vnde fetus excluditur: ſed annexae corpori reſtaeue intus, velvt carunculae quaedam ouorum ſpecie: ideoque non ſimpliciter oua Ariſtoteles, ſed τὰ ὠὰ καλέμενα, *quae oua appellantur*, non vno in loco nominauit. Flaua ea ſunt, orique grata, etiamſi ſalſa ea et ſubamara ſunt. H.

q. Ora in medio) Ariſt. p. 456. H.

r. Tradunt) Plutarch. L. de ſol. an. p. 979. Oppian. Hal. L. II. v. 225. Aelian. H. A. L. VII. c. 33. Caſſiodorus inprimis eleganter, L. III. Varr. ep 48. *Echini, qui ſunt mella carnalia, coſtatilis teneritudo, croceae deliciae diuitis maris, dum futuras tempeſtates agnouerint, loca mutare cupientes, (quia illis pro leuitate corporis nandi nulla fiducia eſt:) lapillos, quibus pares eſſe poſſint, complexi, quadam ancorarum ponderatione librati, ſcopulos petunt, quos fluctibus vexandos eſſe non credant.* H.

s. Correptiſque operari lapillis) Plutarchus in Dialogo, vtra prudentiora ſint, terreſtria an aquatica. *Dal.*

Opperiri) Vide N. et Em. N. LXXIX. (hic poſ.) *Tradunt etc.)* Ita libri omnes tum manu exarati, tum vero etiam impreſſi ante Dalecampium, qui *operari* reſcripſit: falſoque credidit, lapillos ab echinis ore corripi, non ſpinis. Ei ſententiae, praeter Aelianum, ipſa experientia aduerſatur. H.

t. Nolunt volutatione) Vehemen-

vbi videre nautici, ſtatim pluribus ancoris nauigia infrenant. (XXXII.) In eodem genere *u.* cochleae, aquatiles, terreſtreſque, exſerentes ſe domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahenteſque: oculis carent: [1]Itaque corniculis praetentant iter. (XXXIII.) Pectines *x.* in mari ex eodem genere *y.* habentur, reconditi et ipſi *z.* in magnis frigoribus, ac magnis [2]aeſtibus: vngueſque *a.* velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium.

LII. Firmioris iam *b.* teſtae murices, et concharum genera: in quibus magna ludentis naturae varietas:

1. *Ideoque. M.* 2. *aeſtatibus. Ch.*

hementiore ſcilicet, agitante eorum corpora, ac voluente fluctu, atque ad ſaxa violentius allidente. Alias enim, vt ſuperius dictum, ingredi eſt his in orbem volui: ideoque detritis ſaepe aculeis inueniuntur. H.

u. In eodem genere) Tenui cruſta ſeu operculo obductorum. Ariſt. Hiſt. A. L. IV. c. 4. p. 442. H.

x. Pectines) Κτένες Graecis dicuntur: noſtris vulgo, *Coquilles de Saint Iacques.* Duplici teſta ſtriata conſtant, vti ex Athenaeo liquet, L. III. p. 93. et ſunt ex vtraque parte auriti. H.

y. Ex eodem genere) Eorum ſcilicet, quae leuiorem teſtam gerunt, nec tam firmam quam murices. Iterum ſ. 74. a durioris teſtae conchis pectines ſeiungit: inter teſtacea tamen ab Ariſtotele cenſentur. H.

z. Et ipſi) Quemadmodum cancri ac locuſtae, de quibus ſ. 50. Haec habet etiam Ariſt. H. A. L. VIII. c. 17. p. 928. H.

a. Vngueſque) De his onychibus, ab vnguis ſimilitudine, vt Varroni aliiſque placuit, cognominatis, iterum Plinius tum ſ. 87. huius libri, tum L. XXXII. ſ. 53. quibus in locis dactylos quoque vocari tradit. Athen. L. III. p. 90. Solenas, aulos, donacas, onychaſque, diverſas eſſe voces eiuſdem conchylii cum Plinio credit. H.

b. Firmioris iam) Nunc illud deſcribit genus ſanguine carentium, quod fuit ex iis tertium, quae attigerat ſ. 44. eorum nempe quae ſunt teſtis concluſa duris. Muricum nomine purpurae in primis cenſentur, et buccina. H.

rietas: tot colorum differentiae, tot figurae, planis, concauis, longis, [1] lunatis *c.*, in orbem circumactis, dimidio orbe caeſis, in dorſum *d.* elatis, laeuibus, rugatis *e.*, denticulatis *f.*, ſtriatis *g.*: vertice muricatim *h.* intorto, margine *i.* in mucronem emiſſo, foris effuſo *k.*, intus replicato. *l.* Iam diſtinctione *m.* [2] virgulata, crinita *n.*, criſpa; [3] cunicu-

Zz 5 latim,

1. Limatis. M. 2. vngulata. M. 3. ſic et Ch. clauiculatim. V. canaliculatim reticulata in obliquum. M.

c. Lunatis) In Lunae cornuum ſimilitudinem curuatis. H.

d. In dorſum) Vtraque teſta, ſuperiore et inferiore, plurimum caua, vt concha tota ad rotundam proxime formam accedat. H.

e. Rugatis) Quae quibuſdam veluti verrucis aut rugis ſunt aſperae. H.

f. Denticulatis) In ambitu ſerratis: teſtae margine in dentium formam ſecto, ſeu ita laciniato, vt varios mucrones referat. Noſtris, *Dentelé.* H.

g. Striatis) Galli *Canelé*, ſtriatum vocant. Stria, eſt virgata in conuexa conchae parte eminentia illa, quae eſt inter canaliculos ſulcoſque, qualis in eo columnarum genere, quod inde ſtriatum dicitur. Striae porro aliae tenues, ſimileſque lineolis: aliae magis exſtantes. Aliae glabrae, ſeu leves: aſperiores aliae. Aliae coloris vnius: aliae multiplicis. Aliae denique ſimplices: aliae mixtae, ſibique reticulatim implexae. H.

h. Vertice muricatim) Turbinatim conuoluto conchae vertice, nec ſine aculeis. Iconem vide in Murice marmoreo Rondeletii, L. II. de teſtaceis, c. 7. p. 76. H.

i. Margine) Eiuſdem marmorei muricis, quem Rondeletius exhibet l. c. ceterorumque complurium, margo in acumen, ſeu mucronem deſinit. H.

k. Foris effuſo) Cum diducta et hiante concha, explicat ſeſe foris vterque margo, neque introrſus reuoluitur. H.

l. Intus replicato) Vtroque latere conchae ſeſe introrſus colligente, vt in Mutiani murice dictum eſt ſ. 41. H.

m. Iam diſtinctione) Etiam in variis, inquit, concharum generibus, diſcrimina quaedam concharum obſeruanda ſunt. Nam quaedam ſunt virgatae, ſiue ſcutulatae, qua de voce egimus L. VIII.

latim *o.*, [1] pectinatim diuiſa *p.*: imbricatim *q.* vndata, cancellatim *r.* reticulata: in obliquum, in rectum expanſa: [2] denſata, porrecta, ſinuata: breui nodo *s.* ligatis, toto latere connexis, ad plauſum *t.* apertis,

1. *Sic et Ch. Canaliculatim, pectinatim, imbricatim vndata, Gr. et Al.* 2. *praedenſata. V.*

VIII. ſ. 73. Virga enim in veſtibus, ſimilibuſque, ſunt viae tranſuerſim decuſſatimque ductae: Quare virgata veſtis et ſcutulata eadem. H.

n. Crinita) Aliis ſegmenta ſiue lineolae, modo crinium inſtar, porrectae: modo cincinnorum more, criſpae. H.

o. Cuniculatim) Subintellige, diuiſa: Aliae ſunt, inquit, e ſtriatis, partim intorto meatu, ſubterranei cuniculi inſtar: partim recto, vt in pectinibus, in quibus lirae paulatim ſe deuoluunt in mucronem. H.

p. Pectinatim diuiſa) Vide N. et Em. N. LXXX. (hic adi.) *Pect. diu.)* Vocem hanc poſtremam, quae oſcitantia librariorum exciderat, admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. Tol. ac Salmant. reſtituimus, ac paulo ante, *cuniculatim*, ex eorumdem fide, pro *canaliculatim.* H.

q. Imbricatim) Quum teſta ad vndarum ſeſe attollentium ſimilitudinem diſtincta eſt: quae diſtinctiones, ceu quaedam piſcium ſquamae, quum aliae aliis inſideant imbricum modo, imbricata inde concha nominatur. Iconem imbricatae conchae exhibet Rondeletius, de teſtac. L. I. c. 18. p. 28. H.

r. Cancellatim) Secta lineolis teſta, in tranſuerſum compactis, ad retis ſimilitudinem, vel cancellorum: cancellis ipſis modo oblique ductis, a conchae capite ad marginis latus: modo rectis, a ſummo vertice ad marginem imum: iiſdem modo denſioribus, ſiue preſſioribus, et quadratis: modo porrectioribus, et oblongis: modo in arcum toto conchae corpore ſinuatis. H.

s. Breui nodo) Aliarum, inquit, teſtae breui admodum nodo colligantur: aliae latere toto, ac latiore margine cohaerent. Prioris generis ſunt conchae vulgares: Poſterioris pectines, ſoleneſque multi: cuiuſmodi is eſt, cuius iconem exhibet Fabius Columna, L. de purpura, c. 11. p. 38. H.

t. Ad plauſum) Sic apertis hiantibuſque labris, vt ad plauſum edendum natae factaeque, ſi inter ſe illidantur, videri poſſint: aliae recur-

apertis, ad [1]buccinum recuruis. Nauigant ex his *u.* [2]Veneriae *x.*, praebenteſque concauam [3]ſui partem [4]et aurae opponentes, per ſumma aequorum velificant. Saliunt *y.* pectines, et extra volitant, ſeque et ipſi *z.* carinant.

LIII.

1. *Sic et Ch. buccinam Gr. et Al.* 2. *Neritae. V.* 3. *ſibi partem. V. et Ch.* 4. *et alteram aurae. V.*

recuruae, vt ad buccini ſonum ore ciendum, aptae videantur. Infra idem Plinius, ſ. 61. buccinum ait eſſe minorem concham, ad ſimilitudinem eius conchae, qua buccini ſonus editur. H.

u. Nauigant ex his Veneriae) Sic legendum: Sunt enim conchae non gratae modo Veneri, ſed etiam cognatae, ob communem e mari originem: celebriſque eſt eius deae effigies, concham, atque haud ſcio an ex hoc ipſo genere, pede premens. *Gelen.*

Nauigant ex his) Ex omnibus concharum generibus, quae ſunt appellata hactenus, ſolae Veneriae appellatae nauigant: ſunt enim eae bifores, et partem ſui concauam aurae opponunt, etc. H.

x. Veneriae) Hunc eſſe Mutiani muricem, de quo Plinius ſ. 41. cenſet Rondelet. de teſtac. L. II. c. 34. p. 101. Alii ὠτάρια potius, ſiue οὖς Ἀφροδίτης, ſiue *Aurem Veneris*, de qua Heſychius, p. 714. οἱ ἁλιεῖς ὄστρεόν τι οὕτω καλοῦσιν. Nos genus eſſe buccinorum aliquod, ſeu muricum, ne ſuſpicemur, in Plinii verbis proxime a nobis antea explicatis, ſatis eſſe argumenti credimus. Vide N. et Em. N. LXXXI. (hic adi.) *Veneriae)* Ita MSS. omnes: et ipſe Plinius in nomenclatura ac recenſione omnium piſcium, L. XXXII. ſ. 53. Sed interpolatores *Neritae* maluerunt. Νηρίτης buccino ſimilis eſt, auctore Ariſt. Hiſt. L. IV. c. 4. p. 452. Teſtam ei latam eſſe ac leuem, εὐρεῖαν καὶ κοῦφην, docet Oppian. Halieut. L. I. v. 331. Quare quum Nerites Ariſtotelicus ille non e biforibus conchis, ſed de turbinatorum genere ſit, qui poſſit concauitatem habere nauigationi idoneam, quae opponatur aurae, partemque alteram minime concauam, viderint qui *Neritas* hoc loco nobis obtrudunt. H.

y. Saliunt) Ariſt. Hiſt. L. IV. c. 4. p. 439. H.

z. Seque et ipſi) Id eſt, ex ſuis teſtis carinam ſibi parant, ſicuti ea Mutiani concha, de qua ſ. 49. et Veneriae,

LIII. (XXXIV.) Sed quid haec tam parua commemoro, quum populatio morum atque luxuria non aliunde maior, quam e concharum genere proveniat? Iam quidem ex tota rerum natura damnoſiſſimum ventri [1] mare eſt, tot modis, tot menſis, tot piſcium ſaporibus, quibus pretia capientium periculo fiunt: (XXXV.) Sed quota haec portio eſt reputantibus purpuras *a.*, conchylia *b.*, margaritas? Parum ſcilicet fuerat in gulas condi maria *c.*, niſi manibus, auribus, capite, totoque corpore a feminis iuxta viriſque geſtarentur. Quid mari cum ve-

1. *Sic et V. Ch. et M. damnoſiſſimum mare eſt, Gr. et Al.*

riae, de quibus proxime: Pectines enim pariter concauam ſui partem aurae opponentes, per ſumma aequorum velificant. H.

a. Purpuras, conchylia) Colorum haec eſſe ſcito, non diſſimilium concharum nomina: nam ex iiſdem conchis, nullo diſcrimine, purpureos colores, conchyliatoſque fieri, dicetur ſ. 60. Porro purpuram rubere certum eſt: conchyliis glaucum colorem Plinius attribuit eadem ſectione. Et L. XXI. ſ. 22. in conchylio tres colorum ſpecies enumerat: Primum cum malua, quae quidem purpurea non eſt, ſed ὑποπόρφυρος, ad purpureum inclinans. Secundum, cum iantho. Tertium cum viola, ſed ſerotina: in quo ab ianthino differt, qui tempeſtiuae violae ſimilis eſt. Atque hic ſubſtitit conchylium. Nam in purpura laus fuit ſumma, vt nigricans eſt adſpectu: rubeus color nigrante deterior fuit. Aliter alii purpurarum genera deſcribunt. Purpuram illi ſtatuunt aliam eſſe rubram, alii violaceam, ſiue caeruleam, quae et conchylium appelletur. Alia deinde eſſe generis vtriuſque diſcrimina, dilutiore ſcilicet, aut ſaturo magis colore. Quin et ſaturi coloris non ſimplicem modum eſſe: alium excelſum, floridum, ac vegetum: profundum alterum, obſcurum, ac nigricantem. Sed haec omnis purpura in vſu demum eſſe deſiit: neque quiſquam eſt hominum, qui parandae, vt olim, modum ſciat. H.

b. Conchylia) Buccinae, quorum ſanguine et purpurarum, ad tingendas lanas vtebantur. *Dalec.*

c. In gulas condi maria) A natura fieri. *Dal.*

veſtibus *d.*? Quid vndis fluctibuſque cum vellere? Non recte recipit haec nos rerum natura, niſi nudos. *e.* Eſto, ſit tanta ventri cum eo ſocietas *f.*, quid tergori? Parum eſt, niſi [1]qui veſcimur periculis *ff.*, etiam veſtiamur: Adeo per totum corpus, [2]anima hominis quaeſita *g.* maxime placent.

LIV.

1. *Queis. Pint.* 2. *animae hominis quaeſita. M. animae hominis periculo quaeſita. V.*

d. Quid mari cum veſtibus) Prouerbium vetus, *Qui natare vult, ſe exuit.* Dal.

e. Non recipit haec nos rerum natura, niſi nudos) Scribo non *haec*, ſed *hic:* vt ſit antipophora. Dicat, inquit, aliquis, haud clementer naturam facere, quae nos hic protinus ex vtero nudos et inopes excipiat. tunc adhibetur ſolutio: Fateamur, inquit, ita eſſe, caret vita cibis, petantur e mari: at veſtes inde tingi, et ſe (non redimendae nuditatis gratia, ſed luxuriae) periculis obiicere, quis recte factum tueri poſſit? *Barbarus.* Multa Hermolaus in expoſitione huius loci: quem tamen, niſi opinione fallor, neque emendate legit, neque ſenſum percepit. Mea igitur ſententia locus hic cum interrogatione legendus eſt: *Num rite recipit nos haec rerum natura, niſi nudos?* Neque enim de terra loquitur, ſed de mari et elemento aquae, quam ingreſſuri veſtes ponimus. *Pint.*

Non recte) A veſtibus, inquit, velleribuſque tingendis, quantopere abhorreant maria ipſa et vndae, vel ex eo intelligi poteſt, quod nos haud aliter quam ob omni veſte nudos, recte ac commode in natatu recipit, admittitque pars haec naturae, hoc eſt, aquarum elementum ipſum. H.

f. Eſto, ſit tanta ventri cum eo ſocietas) Scribo contra omnia exemplaria, *Eſto, ſit tanti ventri cum eo ſocietas,* hoc eſt, conſtet tot laboribus periculiſque, haec quam venter cum mari iniit ſocietas. *Pint.*

Eſto, ſit tanta) Ita MSS. omnes. Mauult tamen Pintianus *tanti*, eodem fere intellectu: vt ſit ſententia: conſtet ſane tot laboribus, periculiſque, haec, quam venter init cum mari ſocietas: tantine dorſi quoque veſtitus emendus? H.

ff. Veſcimur periculis) Sic legit Turn. c. 9. l. X. Ad. *Dal.*

g. Quaeſita) Acquiſita vitae ſalutiſque diſpendio. H.

LIV. Principium ergo [1] culmenque *h.* [2] omnium rerum pretii, margaritae tenent. Indicus maxime has [3] mittit oceanus, inter illas belluas tales tantaſque, quas diximus *i.*, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, e tantis Solis [4] ardoribus: atque Indis quoque in inſulas petuntur, et admodum [5] paucas. Fertiliſſima *k* eſt Taprobane et [6] Stoidis, vt diximus *l.* in circuitu mundi: item Perimula promontorium Indiae. *m.* Praecipue autem laudatur circa Arabiam *n.* in Perſico ſinu maris Rubri. *o.* Origo atque *p.* genitura conchae *q.*, eſt haud multum

1. *Columenque. M. et Ch.* 2. *omnium operum pretium. M.* 3. *mittit. Oceanus Gr.* 4. *ardoribus. Eae quoque ab Indicis inſulis. V.* 5. *paucis. V.* 6. *ſic et V. et ſupra lib. VI. c. 25. Torois. Parm. Toidis Gr. et Al.*

h. Culmenque) In quibuſdam MSS. *columen*, quod idem cum culmine. Principium autem pro principatu dici, dignum animaduerſione eſt. H.

i. Quas diximus) Sect. 2. H.

k. Fertiliſſima) Solinus, c. 53. p. 84. H.

l. Vt diximus) L. VI. ſ. 24. et 28. H.

m. Perimula promontorium Indiae) Aeliano lib XV. c. 8. hiſtor. Animal. Περιμοῦδα vrbs Indiae. *Dalec.*

n. Circa Arabiam) Aelian. H. A. L. X. c. 13. H.

o. In Perſico ſinu maris rubri) Vlpianus leg. 10. ff. de auro et arg. legat. margaritas vult nec gemmis contineri nec lapillis, quia apud Rubrum mare creſcit et coaleſcit concha. Tertullianus lib. de habitu muliebri, puſtulam conchae, ſiue duram et rotundam verrucam eſſe ait. Hieronymus rubri maris grana vocat. Martialis, *Erythraeos lapillos*, et *gemmas Erythraeis erutas vadis.* Cuiacius cap. 18. lib. X. Obſeru. Multa quoque de iis Iacob. Raeuard. cap. 4. lib. I. Varior. *Dal.*

p. Origo atque) Vide N. et Em. N. LXXXII. (hic adi.) *Origo*) Oriri gignique margaritam e concha oſtrearum conchis perſimili, huius loci ſententia eſſe videtur. Quare legendum opinor, *haud multum oſtrearum conchis differentis.* Vel, *origo atque genitura*, (margaritae ſcilicet,) *concha eſt haud multum oſtrearum conchis differens.* Quod

tum oſtrearum conchis differens. Has vbi *r.* [1] genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione, impleri roſcido conceptu tradunt, grauidas poſtea niti, partumque concharum *s.* eſſe margaritas, pro qualitate roris accepti *t.*: ſi purus influxerit, [2] candorem conſpici: ſi vero turbidus, et fetum ſordeſcere: eumdem [3] pallere, caelo minante [4] conceptum: ex eo quippe conſtare *u.*, [5] caelique

1. Genitalis annis (leg. annus) cumulauerit, ora pandentes ſe (leg. ſeu) quadam. M. 2. candore. Pint. 3. palleſcere. Pint. 4. conceptam. Gr. 5. caeli quietis. Ch.

Quod ad rem ipſam attinet, oſtreo quoque ſimilem hanc concham facit Chares Mitylenaeus, L. VII. hiſt. ap. Athen. L. III. p. 93. Pectini ſimilem Procopius, L. I. de Bello Perſico, c. 4. p. 13. H.

q. Conchae) Conchas eas nunc Perſae *Cheripo* vocant. *Dalec.*

Conchae) Noſtris vulgo dicitur, *Nacre de Perle*, ceu perlarum, hoc eſt, margaritarum mater. H.

r. Has vbi) Has vbi excitauerit anni tempeſtas ea, qua cuncta gignuntur. Haec iiſdem verbis Solin. l. c. Hora porro genitalis, verna ipſa tempeſtas eſt. Nam vt ille cecinit: *Vere tument terrae, et genitalia ſemina poſcunt, etc.* H.

s. Partumque concharum) De hac re vide Rondeletium Androſthenes apud Athenaeum lib. III. in oſtrei carne gigni putat, non aliter quam grandinem in ſuibus. *Dalec.*

t. Pro qualitate roris accepti, etc.) Lege, *Pro qualitate roris accepti: ſi purus influxerit, candore conſpici.* Pro candore conſpicuas eſſe. *Salmaſ.* p. 1133. b.

u. Ex eo quippe conſtare, etc.) Legend. *Ex eo quippe conſtare caeli quieti his maiorem eſſe ſocietatem quam maris; inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum.* Dicit caeli quieti ac pacati maiorem eſſe conchis ſocietatem quam maris *claritatem matutinam* vocat, qualis eſſe ſolet matutino tempore, aurora commodum exoriente. Vide *Salmaſ.* p. 1134. b. 1135. a. Et paulo poſt, *Si fulguret.* Aliud eſt *fulgerare*, aliud *fulgurare*. Illud ἀςράπτειν, hoc κεραυνῶσαι. *Fulgurare* tamen apud eumdem Plinium eſt ἀςράπτειν. In praefatio-

lique eis *x.* maiorem ſocietatem eſſe, quam maris: inde nubilum *y.* trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum. Si tempeſtiue *z.* ſatientur, grandeſcere et partus. Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunii modo minui. Si vero [1] etiam tonuerit *a.*, pauidas ac repente compreſſas, quae vocant phyſe-

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. M. et tonuerit. Gr. et Al.*

ſatione: *Fulgurat in nullo vmquam verius vis dicta eloquentiae;* et lib. XI. cap. 50. et alibi paſſim. Et quomodo differant fulmina et fulgura, vide *Salmaſ.* pag. 1135. b. et 1136. a.

x. Caelique eis) Solini paraphraſis: *Magis de caelo, quam de mari partus habent.* Vide N. et Em. N. LXXXIII. (hic adi.) *Caelique*) Libentius agnouerim *caeli quoque eis:* vt ſit ſententia, vel ex eo probe intelligi, caelo etiam ipſi plus debere eas, quam mari. Ex hoc Plinii loco hauſiſſe Ammianus videtur, L. XXIII. p. 261. *Idque indicium eſt*, inquit, *aetherea potius deriuatione, quam ſaginis pelagi hos oriri fetus, et veſci, quod guttae matutini roris iiſdem infuſae claros efficiunt lapillos, et teretes, etc.* H.

y. Inde nubilum) Nubilum ex nubilo caelo, ex ſereno candidum trahi colorem. Marbodaeus, L. de lapid. pret. c. 61. f. 53. *De matutino fit clarior vnio rore. Ros veſpertinus fetus ſolet edere fuſcos.* Haec omnia Solinus, vt intelligeret, corrupit. H.

z. Si tempeſtiue) Solinus paraphraſtes: *Quanto magis de rore hauſerint, tanto magis proficit lapidum magnitudo.* H.

a. Si vero etiam tonuerit) Haec Solinus, vt cetera ex Plinio. Vide N. et Em. N. LXXXIV. (hic adi.) *Si vero*) Diſſentit quidem a Plinio Iſidorus Characenus in deſcriptione Parthiae, laudatus ab Athenaeo, L. III. p. 93. frequentia ſcilicet tonitruum imbriumque vi adiuuari concharum partus aſſeuerans. Sed Plinio Ammianus adſtipulatur, l. c. *Concuſſae vero*, inquit, *ſaepiſſime metu fulgurum inaneſcunt aut debilia pariunt, aut certe vitiis defluunt abortiuis.* Et Marbodaeus, L. de lapid. pretioſis, c. 61. *Quod ſi celſa micent tonitru conuexa coruſco, Conchae diffugiunt ſubita formidine clauſae: Sic intercepto conceptio deperit hauſtu, Et fit*

phyſemata *b.* efficere, [1] ſpeciem modo *c.* inani *d.* inflatam ſine corpore: hos eſſe concharum abortus. Sani quidem partus multiplici conſtant cute, non improprie callum vt exiſtimari corporis poſſit: itaque et purgantur a peritis. Miror ipſo tantum [2] eas caelo gaudere *e.*, Sole rubeſcere, candoremque perdere, vt corpus humanum. Quare praecipuum *f.* cuſto-

1. *Specie modo inani inflata. Quidam ſpeciem modo inanem et inflatam. V. ſpeciem earum inanem et inflatam. Parm. ſpecie modo inani inflatas. Ch.* 2. *ſic et M. eos Gr. et Al.*

ſit abortiuum, quod ceperat inde creari. H.

b. Phyſemata) Flatus, ſiue bullas, φυσήματα. H.

c. Speciem modo) Similitudinem tantum margaritae aliquam, ſolo aere plenam ac bullantem. H.

d. Inani) Aere *inſtar bullae* plenam, non ſolido *compactam* corpore. H.

e. Miror ipſo tantum eos caelo gaudere, etc.) Sic legendum: *Mirum ipſo tantum eos candere coelos, ſole rufeſcere, candoremque perdere vt corpus humanum. Quare praecipue eum cuſtodiunt, pelago altius merſae quam vt penetrent radii.* Mirum, inquit, quum candorem a caelo tantum habeant, e rore ſcilicet qui de caelo liquitur, eum tamen ſole perdere ac rufeſcere. Plinii ergo mens eſt, margaritas in conchis e caeleſtis roris infuſione concipi ac formari, et condorem illum acquirere. Poſtquam rorem eum hauſerint conchae, atque ex eo conceperint, gnaras partum ſuum Sole maculari, et candorem perdere, pelago altius mergi, quam vt eo penetrent radii. Vide *Salmaſ.* p. 1133. b.

Eas caelo gaudere) Scilicet, margaritas. Sic MSS. omnes: non *eos*, vt editi. Vnde et mox *pelagiae*, *et altius merſae*, *et flaueſcunt illae*. H.

f. Quare praecipuum) Candorem ſubintellige. Solini paraphraſis, c. 53. p. 85. *Conchis ipſis ineſt ſenſus: partus ſuos maculari timent: quumque flagrantioribus radiis excanduit dies, ne fucentur lapides Solis calore, ſubſidunt in profundum, et ſe gurgitibus ab aeſtu vindicant.* Sic Athen. L. III. p. 94. Ἡ μὲν ἐν ἐμβύθιος πίννα etc. *Pinnarum*, inquit, *quae in alto degunt, clariſſimi ſunt vniones, puriores, grandiores:* (Hae ſunt quas Plinius pelagias vocat:) *contra illarum, quae per ſumma*

cuſtodiunt, [1] pelagiae, altius merſae, quam vt penetrent radii. Flaueſcunt *g.* tamen et illae ſenecta, rugiſque torpeſcunt *h.*: nec niſi in [2] iuuenta conſtat ille, qui quaeritur, vigor. Craſſeſcunt etiam in ſenecta, conchiſque adhaereſcunt: nec his [3] auelli queunt, niſi lima. *i.* Quibus vna *k.* tantum eſt facies, et ab ea rotunditas, auerſis planities, ob id tympania nominantur. *l.* Cohaerentes *m.* [4] vidimus in conchis, hac dote [5] vnguenta circumferentibus. [6] Cetero in aqua *n.* mollis vnio, exemtus protinus dureſcit.

LV. Concha ipſa *o.* quum manum [7] videt, comprimit ſeſe, operitque opes ſuas, gnara propter illas

1. *Pelago altius merſae. V.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Cb ſic mox, in ſenecta. niſi iuuenta conſtat ille Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. euelli M. iis auelli Gr. et Al.* 4. *videmus Gr.* 5. *inuenta. Dal. Id eſt, hac laude excogitata ab iis, qui circumferunt et vendunt; quaſi natura gemellae ſint.* 6. *Ceterum. M.* 7. *vidit. Cb. ſentit. Dal. nam viſu caret.*

ma aequora fluitant, et surſum euehuntur, minores, coloriſque nubili, quia Solis radiis percutiantur. H.

g. Flaueſcunt) Solinus, l. c. H.

h. Rugiſque torpeſcunt) An potius, *turpeſcunt?* H.

i. Niſi lima) Apud Perſ. Sat. 2. *Haec baccam conchae raſiſſe.* Dalec.

k. Quibus vna) Quibus vna tantum eſt facies, eaque rotunda, et ab altera parte ſunt planae, etc. Sunt eae veluti dimidio orbe ſectae: atque idcirco τυμπάνια ex ſimilitudine appellantur. Tympanorum enim formam referunt, quae a noſtris dicuntur *des Tymbales.* H.

l. Auerſis planities ob id tympana nominantur) τὰ τυμπάνια, exigua tympana. *Dalec.*

m. Cohaerentes) Videmus *tympanias huiuſcemodi margaritas* cohaerentes in conchis, *quae conchae* ob eam laudem circumferendis vnguentis *deſtinantur.* H.

n. Cetero in aqua) Solinus, c. 53. p. 85. H.

o. Concha ipſa) Haec omnia totidem ferme verbis Iſidorus Characenus refert apud

las ſe peti: manumque ſi praeueniat, acie ſua abſcindit *p.*, nulla iuſtiore poena: et aliis munita ſuppliciis: quippe inter *q.* ſcopulos maior pars inuenitur: ſed in alto *r.* quoque comitantur [1] marinis canibus: nec tamen aures feminarum arcentur. Quidam tradunt *s.*, ſicut apibus, ita concharum examinibus ſingulas magnitudine et vetuſtate *t.* praecipuas,

Aaa 2 eſſe

1. *Marini canes. D.*

apud Athen. L. III. p. 94. Aelianus item, H. A. L. X. c. 20. Id vero fabulis accenſet Rondel. L. I. de teſtac. c. vlt. quod viſu carent conchae. Sed nimirum videndi vocabulo vſus eſt Plinius paulo licentius, pro verbo ſentiendi. H.

p. Manumque ſi praeueniat, acie ſua abſcindit) Iſidorus Characenus: κινδυνεύουσι δὲ θηρῶντες τοὺς μαργαρίτας ὅταν εἰς κεχηνότα κόγχον καθ' εὐθὺ ἐκτείνωσι τὴν χεῖρα. Μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτῶν ἀποκρίονται, ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα ἀποθνήσκουσι. *Scalig. in Manil. ex Athenaeo lib. III.*

q. Quippe inter) Solin. l. c. H.

r. Sed in alto) Procopius quoque, L. I. de bello Perſ. c. 4. p. 13. refert canes marinos aſſiduos eſſe concharum aſſectatores: quum fame vrgentur, circumſpicere, num quid edule ſe prope offerat, quidquid eſt obuium deglutire, mox ad concham reuerti, contemplandi ſola voluptate: Piſcatorem quemdam, tempus aucupatum, quo vnionem amaſii ſui praeſidio deſtitutum videret ad eum captandum recta contendiſſe, dum conſumenda interim praeda canis diſtineretur: hunc vero furto mox agnito, ad piſcatorem celeri commeaſſe curſu: qui ſe iam teneri ſentiens, in litus quanta vi maxima potuit, praedam eiaculatus eſt: ipſe a cane captus interiit. Κύνα θαλάσσιον, peculiarem, vt credo, marium illorum piſcem, appellat. H.

s. Quidam tradunt) Megaſthenes apud Arrian. in Indic. p. 525. Aelian. H. A. L. XV. c. 8. Solin. c. 53. p. 85. H.

t. Et vetuſtate) Vide N. et Em. N. LXXXV. (hic adi.) *Et magn.)* Quid ſi *venuſtate* legas? Id enim in his aeque regium eſt. Et Aelianus, qui haec quoque ex iiſdem hauſit Graecorum fontibus, H. A. L. XV. c. 8. concharum ducem ait eſſe tum

eſſe veluti duces, mirae ad cauendum ſolertiae: has vrinantium cura peti: illis captis, facile ceteras palantes retibus includi. Multo deinde [1] obrutis ſale *u.* in vaſis fictilibus, [2] eroſa carne omni, nucleos quoſdam *x.* corporum, hoc eſt, vniones decidere in ima.

LVI. Vſu atteri non dubium eſt, coloremque indiligentia [3] mutare. Dos omnis in candore *y.*, magni-

1. *Sic et D. obrutas Gr. et Al.* 2. *roſa. Ch.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. mutari Gr. et Al.*

tum coloris pulcritudine, tum magnitudine praeſtantem: διαπρεπῆ καὶ τὴν χρόαν, καὶ τὸ μέγεθος. H.

u. Obrutis ſale) Aelian. l. c. Vide N. et Em. N. LXXXVI. (hic poſ.) *Multo*) MSS. *obrutas.* Verum *obrutis* ſcribi oportere vel ipſa per ſe ſtructura orationis admonet. Quod porro ad rem ipſam attinet, inanis eſt coniectura Salmaſii, p. 1172. in Solin. exiſtimantis properantem in legendo Plinium hallucinatum eſſe: quumque a Graeco ſcriptore acciperet, quod apud Arrianum legitur, τοὺς ἁλόντας περιορᾶν κατασαπῆναί σφισι τὴν σάρκα, τῷ δὲ ὀστέῳ εἰς κόσμον χρῆσθαι, captis conchis Indos carnes earum ſinere putreſcere: oſſe, ad ornatum vti: aliud agentem, pro τοὺς ἁλόντας ſomniaſſe τοὺς ἁλισθέντας: nihilque verius eſſe pronunciat: quoniam nihil de ſale Megaſthenes apud Arrianum. Perinde quaſi omnia ex Megaſthene Plinium neceſſe ſit accepiſſe: ac non id quod Arrianus praetermiſit, ex eo potuerit fonte haurire, ex quo Aelianus, qui loco cit. totidem verbis eadem narrat. Τοὺς δὲ ληφθέντας, ἐν πιθάκναις λέγονται ταριχεύειν· ὅταν δὲ ἡ σάρξ μυδήσῃ, καὶ περιῤῥύῃ, καταλείπεται ἡ ψῆφος. *Captas in paruis doliis ſale condiunt: vbi quum caro contabuerit, defluxeritque, vnio ſolus relinquitur.* H.

x. Nucleos quoſdam) Graeci λίθους et ὀστᾶ vocant. Chares Mitylenaeus L. VII. hiſt. Alex. ap. Athen. L. III. p. 93. ὀστᾶ λευκά. Tertullianus, L. I. de cultu fem. c. 5. p. 152. *concharum vitia, et verrucas.* H.

y. Dos omnis in candore) Hinc ab albedine et candore margaritae ipſae apud veтuſtos ſcriptores *Albae* appellatae. Suidas: ἄλβα, οἱ μάργαροι. Lampridius in Elaga-

magnitudine, orbe, laeuore, pondere, haud promtis rebus *z.*; in tantum vt nulli duo *a.* reperiantur indiſcreti: vnde nomen vnionum Romanae ſcilicet impoſuere deliciae. Nam id apud Graecos non eſt, ne apud Barbaros quidem inuentores eius aliud *b.*, quam margaritae. *c.* Et in candore ipſo magna differentia: [1] Clarior *d.* in Rubro mari [2] repertis: Indicos

1. *Clarior in Rubro mari repertus Indicus ſpecularium lapidum ſquamas aſſimilat* Gr. et Al. 2. *repertis. Indico.* Tol.

lagabalo: *Albas in vicem piperis piſcibus et tuberibus conſperſis.* Caſſiodorus: L. IX. ep. 6. *Aſſurgit Indici maris de albarum candore fama locupletior.* H.

z. *Haud promtis rebus*) Haud inuentu facilibus, eximiis illis praeſtantiae notis omnibus in vnico vnione. *Dalec.*

Haud promtis) Quum tot dotes in vnione vno haud ita ſint inuentu faciles. H.

a. Nulli duo) Non eſt, inquit, reperire duos, ita inter ſe pares ac ſimiles, nullum vt in iis diſcrimen agnoſcas. Vide N. et Em. N. LXXXVII. (hic poſ.) *Vt nulli d.*) Male Solin. c. 33. p. 85. *Numquam duo ſimul*, inquit, *reperiuntur: vnde vnionibus nomen datum.* Quod pariter Solino credidit Iſidorus, Origg. L. XVI. c. 61. et Marbodaeus, L. de lap. pret. c. 61. *Vnio dictus ob hoc, quod ab vna naſcitur vnus, Nec duo, vel plures vmquam inueniuntur.* Male, inquam, iſti. Supra enim Plinius: *Cohaerentes videmus in conchis.* Infraque rurſus: *Vidimuſque iam in extremis etiam marginibus, velut concha exeuntes, et in quibuſdam quaternos, quinoſque.* Etiam ad vicenos in vnica concha procreatos eſſe ſcribit Aelianus, H. A. L. XIII. c. 26. H.

b. Ne apud Barbaros quidem inuentores eius aliud) Perſae vocant hodie *Lutu*, Indi vero *Moti* vel *Motu*. Dal.

c. Quam margaritae) Chares Mitylenaeus, l. c. Προσαγορεύουσι μαργαρίτην, appellant, inquit, margariten, ii apud quos haec concha naſcitur. Barbarum ergo vocabulum eſt, non Graecum. H.

d. Clarior) Vide N. et Em. N. LXXXVIII. (hic poſ.) *Et in cand.*) Vitioſa interpunctione, aliiſque mendis laborabat hic locus in libris impreſſis: *Clarior in Rubro mari repertus Indicus ſpecularium*

cos ſpecularium *e.* lapidum ſquama aſſimulat, alias magnitudine [1] praecellentes. Summa laus coloris eſt *f.* exaluminatos vocari. *g.* Et procerioribus ſua gratia eſt: elenchos *h.* appellant [2] faſtigata longitudine *i.*, [3] alabaſtrorum *k.* figura in pleniorem orbem deſi-

1. *Sic et Ch. praecellentibus. D. praecellens Gr.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. faſtigiata Gr. et Al.* 3. *vel alabaſtrorum figura, vel in pleniorem orbem deſinente. D.*

rium lapidum ſquama aſſimilat. Nos ex fide codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tolet. atque ex re ipſa reſtituimus; eſt enim ab Indico vnione ſecundus, is qui in Rubro mari gignitur: Ἄριστος δὲ ἄρα ὁ Ἰνδικὸς γίνεται, καὶ ὁ τῆς θαλάττης τῆς ἐρυθρᾶς, inquit Aelianus, H. A. L. XV. c. 8. H.

e. Specularium) De iis dicemus, L. XXXVI. ſ. 45. H.

f. Summa laus coloris eſt exaluminatos vocari) Exaluminati dicebantur, quaſi alumine infecti. Summa candoris claritas ea voce intelligitur, ab aluminis claro colore. *Salmaſ.* p. 1166. a, b.

g. Exaluminatos vocari) Quaquauerſum ſine fuſco nitentes et pellucidos. *Dalec.*

Exaluminatos) Qui ſumma candoris claritate alumen aemulantur. Alumen optimum cenſetur, quum candidiſſimum eſt, auctore Dioſc. L. V. c. 5. p. 123. Sic Plinius, L. XXXVI. ſ. 31. amiantum quoque laudat alumini ſimile. H.

h. Elenchos) Hac voce vſus pariter Iuuenalis Satyra 6. v. 457. *Cum virides gemmas collo circumdedit, et cum Auribus extenſis magnos commiſit elenchos*, Gallis, Elenchus, *Perle en pointe.* H.

i. Faſtigiata longitudine) In pyri modum turbinata. *Dalec.*

Faſtigata) In cacumen deſinente. Hoc verborum ambitu figuram ἀπιοειδῆ, vel στρομβοειδῆ, hoc eſt, piri formam, vel turbinis, conique deſcribit. Faſtigare porro vox eſt non Plinio modo, ſed et Melae Pomponio, Solino, Capellae, Sidonio, aliiſque familiaris. H.

k. Alabaſtrorum) Ἀλάβαστρα Graecis proprie vaſcula ſunt, qua forma nunc deſcribuntur, ex laeui lubricoque lapide, quem onychem proprio vocari nomine, (vnguis enim laeuorum refert.) Plinius idem L. XXXVI. ſ. 12. teſtatur, ſeruandis vnguentis potiſſimum deſtinata. Quae quoniam aegre capi, retinerique manibus poſſent, ſua lubricitate perfacile

deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria eſt. *l.* [1] Subeunt luxuriae eius nomina, [2] et taedia *m.*, exquiſita perdito

1. *Subeuntque. Ch.* 2. *et faſtidia exquiſito perditi nepotatu. V. perditione potatu. Ch. perditione nepotatu. Turn. perditiore portatu, Gr. et Al.*

facile elabentia, gens illa ſic appellauit: priuandi enim vim apud eos α particula habet: verbo autem λαβέσθαι, accipi ſumiue ſignificatur: Recte igitur apud Matthaeum, Magdalena obtulit alabaſtrum vnguenti: vaſculum ſcilicet ex laeui illo lubricoque lapide. Hinc alabaſtrites quoque lapis idem dictus eſt, quod ex eo praecipue huiuſcemodi vaſcula fierent. H.

l. Binos ac ternos auribus feminarum gloria eſt) Petronius tribaccam margaritam vocat: *Quo margarita cara, tribacca, Indica, An vt matrona ornata faleris pelagiis, Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?* Had. Iun. cap. 15. VI. Iuuenalis Satyra 6. (v. Not. h.) Seneca cap. 9. lib. VII. De benefic. *Dal.*

Et binos) Seneca, de benef. L. VII. c. 9. *Video vniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: iam enim exercitatae aures oneri ferendo ſunt. Iunguntur inter ſe: et inſuper alii binis ſuperponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent.* H.

m. Subeunt luxuriae eius nomine et taedia exquiſita perditiore portatu: ſiquidem quum id fecere, crotalia appellant) Hic locus et Hermolaum et multos poſt illum fruſtra torſit, diu me quoque ſuſpenſum tenuit. Tandem puto, aut reſtitutum omnino eſſe, aut parum ei deeſſe, quo minus in integrum reſtitutus ſit. Scribo igitur ſic: *Subeunt luxuriae nomina, et taedia exquiſita perditi nepotatus: ſiquidem quum illiſere, crotalia appellant.* Primum vtrumque exemplar, *potatu* praefert, non *portatu*. Deinde verbum hoc *nepotatus* familiare eſt Plinio, quoties vult in luxum ſui temporis inuehi, vt ex ſequentibus libris patebit. Item *illiſere* ſcripſi, pro duobus illis verbis, *id fecere;* quia ſequitur paulo poſt, *Seu ſono quoque gaudeant, et colliſu ipſo margaritarum.* Pint. Turneb. c. 9. lib. X. Aduerſ.

Subeunt) Succedunt et alia eius luxuriae nomina, quae nos

dito nepotatu: ſiquidem quum id fecere *o.*, crotalia appellant, [1] ceu ſono quoque gaudeant, et colliſu ipſo margaritarum. [2] Affectantque iam et pauperes, lictorem feminae *p.* in publico vnionem eſſe dictitantes. Quin et pedibus, nec crepidarum *q.* tantum

1. *Seu Gr.* 2. *Cupiuntque iam et pauperes lectorem, dictitantes vnionem eſſe in publico. M. Affectantque iam et pau. lectiores fem. Alii.*

nos taedet audire, perditiſſimis excogitata moribus. H.

n. Perdito nepotatu) Vide Not. et Em. N. LXXXIX. (hic adi.) *Perd.*) Ita reſcripſimus ex codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. quomodo fere legendum Turnebus et Pintianus viderunt, quum in editis vulgo legatur, *perditiore portatu.* Vox *nepotatus*, pro luxurie, veteribus familiaris. Tranquillus in Caligula, c. 37. *Nepotatus ſumtibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit.* H.

o. Quum id fecere) Quum binos, ternoſque auribus appendere. H.

p. Affectantque iam et pauperes lictorum feminae) Senſus eſt, pauperes feminas vnionibus gaudere, quod, in publico quum ſint, ipſis de via decedatur, videanturque diuites, vt margarita pro lictore ſit, et turbam ſummoueat. Id enim fuit lictorum officium. Horat. — — *neque conſularis Summouet lictor miſeros tumultus Mentis.* — — Quidam docti *licitatorem* legunt, quaſi emtorem pudicitiae matronalis, verbis vim afferentes et pro arguta eleganti que ſententia turpem comminiſcentes. Turneb. cap. 10. lib. XV. Aduerſ. Carol. Sigon. de ant. Iur. ciu. Rom. cap. 15 II. *Dalec.*

Lictorem) Appetunt, inquit, tenuioris quoque fortunae mulieres vnionem: vulgo iactitantes, feminis in publico id illum praeſtare, quod Magiſtratibus, quod Conſuli ac Praetori lictores. Vt enim ex lictore digniores viros adeſſe obuius quiſque intelligit, e viaque decedit: ita ex vnione dignoſci nobiles feminas: tum ſalutari, decedi, aſſurgi: quum vnio nimirum fulgore et ſplendore ſuo turbam quaſi ſummoueret. H.

q. Nec crepidarum tantum obſtrigillis, ſed totis ſocculis addunt) Vulgo *obſtragulis.* ſunt anſulae vel corrigiae quibus adſtringuntur crepidae, Graeci ὑσκλὰς vocant. vnde ὑσκλωτὰ ὑποδήματα, apud Dicaearchum. *Salmaſ.* 56.

tantum obſtragulis *r.*, ſed totis ſocculis addunt. *s.* Neque enim geſtare iam margaritas, niſi calcent, ac per vniones etiam ambulent, ſatis eſt. In noſtro mari reperiri ſolebant, crebrius circa *t.* Boſphorum Thracium, rufi ac parui in conchis, quas myas appellant. *u.* [1] At in Acarnania quae vocatur pin-

1. *At Arcadia quae vocantur.*

r. Obſtragulis) Obſtragula ſunt corrigiae, ſiue habenae, quae decuſſatae ſupra pedem, atque inter digitos ductae, ſoleam continebant, obſtabantque, ne decideret. Ea enim forma caligae fuit, vt diximus ſ. 33. Harum corrigiarum loco nunc aliud perpetuum ex corio ſucceſſit obſtragulum, ſutoribus Gallis, *Empégne.* Vide Not. et Em. N. XC. (hic poſ.) *Nec crepidarum*) Sic Par. cod. aliique, et libri impreſſi omnes. Salmaſii in Solin. c. 56. coniectura eſt, legi *obſtrigillis* oportere. Sed nullius ea momenti. Aliae enim caligae fuerunt, alii obſtrigilli calcei. Caligarum forma fuit ea quam diximus: ſolea nimirum, habenis ſimplicibus pedi alligata. Obſtrigilli calcei, teſte Iſidoro, L. XIX. c. 34. de variis calceamentorum generibus, ſimiles fuere noſtris, *per plantas conſuti, quorum ex ſuperiore parte corrigia trahitur, vt conſtringantur.* H.

s. Socculis addunt) Tertullian. lib. de habitu virginis. *Latent in cingulis ſmaragdi: Cylindras vaginae ſuae ſolus gladius ſub ſinu nouit: et in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.* Manilius lib. V. de margaritis et aliis gemmis: *Perque caput ducti lapides, per colla, manuſque, Et pedibus niueis fulſerunt aurea vincla.* Chares Mitylenaeus apud Athenaeum ſcribit ex margaritis σκευάζεσθαι ὁρμίσκους τε καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας. *Dalec.*

Totis ſocculis) *Socci*, inquit, Papias, *non ligantur, ſed intromittuntur.* A Plinio caligis ſocculi opponuntur. Non ſolae, inquit, corrigiae caligarum vnionibus interſtinctae ſunt: ſed totum iam calceorum integumentum iis oneratur, ac tegitur. H.

t. Circa Boſphorum) Hoc pariter Aelianus ex Iuba, H. A. L. XV. c. 8. H.

u. Myas appellant) Tales hodie reperiuntr in gelidiſſimis quibuſdam Aruernorum riuis et torrentibus. *Dal.*

Myas) Μύες Athenaeo dicuntur, L. III. p 86. Dioſcoridi L. II. c. 7. μύακες. H.

nax. gignit. Quo apparet non vno conchae genere naſci. Namque et Iuba tradit, Arabicis concham eſſe ſimilem pectini inſecto *y.*, hirſutam *z.* echinorum modo, ipſum vnionem in carne, grandini ſimilem. *a.* Conchae non tales ad nos afferuntur. Nec in Acarnania autem laudati reperiuntur, enormes *b.* et [1] feri *c.*, colorifque marmorei. Meliores circa

1. *Sic et M. et Ch et feri, marmoreique coloris enormes fere Gr. et Al.*

x. Pinna) Graecorum appellationem Latinitas ſeruavit: ab iis enim πίννη et πίννα dicitur. Duabus grandibus patula eſt conchis. Iconem Rondeletius exhibet, L. I. de teſtac. c. 48. Gallis communi vocabulo, *Nacre.* H.

y. Similem pectini inſecto) Inſectam, οὐ διαγεγλυμμένην Athenaeus, minime ſtriatam aut caelatam. *Dal.*

Pectini inſecto) Hoc eſt, ſecto et inciſo margine extremo, vt in pectinibus. Androſthenes dum ſcribit apud Athen. L. III. p. 93. Οὐ διέγλυπται δέ· ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ. *Concha, non ſtriata, ſed laevis et ſpiſſa:* tum ille non Arabicas conchas deſcribit, ſed Indicas, vt prius ipſe praefatus. Quod inſectum pectinum modo Plinius vocat L. XVI. ſ. 38. id Theophraſtus εὔσχιστον appellat. H.

z. Hirſutam) Δασεῖαν Athenaeus, ſpiſſam, vt recte vertit Rondeletius, non hirſutam. *Dal.*

a. Grandini ſimilem) Qui magnitudine grandinem non excedat; vel potius, grandini porcorum ſimilem. Sic enim Androſthenes l. c. Ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς ὑείοις ἡ χάλαζα. Nempe vt in carne ſuum grando, id eſt, grana compacta, et ſatis dura per carnem ſparſa, (lepram Galli vocant:) Ita in conchis quibuſdam vniones efficiuntur ex humore craſſo et viſcoſo, puro tamen illo neque infecto ſordibus, qui alimenti redundantia quaedam ſit. H.

b. Enormes fere) Minime aut rotundi aut laeues. *Dal.*

Enormes) Non qui minime rotundi ſint, et laeues, vt vult Dalecampius, ſed qui laudatiſſimorum vnionum magnitudinem excedant. Sequitur enim, *Meliores circa Actium, ſed et hi parui.* H.

c. Et feri) Ita reſcripſimus ex omnium MSS. fide, quum

circa Actium, ſed et hi parui: et in Mauritaniae maritimis. Alexander Polyhiſtor et Sudines ſeneſcere eos putant, coloremque exſpirare.

LVII. Eorum corpus ſolidum eſſe manifeſtum eſt, quod nullo lapſu franguntur. Non autem ſemper in media carne reperiuntur, ſed aliis atque aliis locis. Vidimuſque iam in extremis etiam marginibus velut [1] concha exeuntes: et in quibuſdam quaternos quinoſque. Pondus ad hoc *d.* aeui ſemunciae pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. In Britannia *e.* paruos atque decolores naſci certum eſt: quo-

1. *E concha. M.*

quum prius legeretur, *enormes fere.* H.

d. Pondus ad hoc aeui ſemunciae, etc.) Lege: *Pondus ad hoc aeui ſemunciae paucis ſingulis ſcripulis exceſſere.* Aliud *ſcrupulum*, aliud *ſcripulum.* Tria ſcripula in drachma, ſex drachmae in vncia. Sic decem et octo ſcriptulorum vncia eſt: ſemuncia, nouem. Margarita igitur quae ſemunciae pondus vno ſcripulo ſuperaret, decem ſcriptulorum eſſet. Paucas ad aetatis ſuae tempus inuentas Plinius affirmat, quae penderet decem ſcripula. Vide *Salmaſ.* pag. 1170. b. 1172. a. *Pondus ad hoc aeui, etc.)* In India nunc ponderoſiſſimae pendunt centum ſexaginta grana hordei. *Dalecamp.*

Pondus ad hoc) Solinus c. 53. p. 85. In vnica ſunt ſcrupula vel ſcriptula quatuor et viginti: ex Voluſio Maeciano, p. 875. Semuncia in ſcriptula duodecim diuiſa eſt. Igitur quae ſcrupulo vno ſemunciae pondus ſuperant margaritae, eae non decem pondo fuerunt, vt Salmaſius putat, p. 1170. et 1172. ſed tredecim ſcrupulorum. Haec de pondere Plinius: de magnitudine Marbodaeus, L. de lap. pret. c. 61. *Quanto rorantis fuerit plus aeris hauſtum, Tanto maiorem ſentit roratio baccam: Vltra ſemiuncem ſed creſcere nulla putatur.* Perperam legiſſe in Plinio *ſemiunce* videtur. H.

e. In Britannia) Solinus, l. c. Aelianus item, H. A. L. XV. c. 8. Marbodaeus, l. c. horum vnionum laudem amplificat: *Gignit et inſignes antiqua Britannia baccas.* H.

quoniam Diuus Iulius *f.* thoracem, quem Veneri Genitrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi. *g.*

LVIII. Lolliam *h.* Paulinam, quae fuit Caii principis *i.* matrona, ne ſerio quidem, [1] aut ſolemni caerimoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium coena, vidi ſmaragdis margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus *k.*, toto capite, crinibus, [2] ſpira *l.*, auribus, collo, [3] monilibus, digitiſque: quae ſumma quadringenties *m.* HS. colligebat:

1. *Sic et M. et Ch. ac ſolenni Gr. et Al.* 2. *ſic et M. et Ch. ſpiris Gr. et Al.* 3. *ſic et M. Salm. Tol. et Ch. manibus Gr. et Al.*

f. Diuus Iulius) Quem Tranquillus ait, c. 4. *Britanniam petiiſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinem conferens, interdum ſua manu pondus exigeret.* H.

g. Voluerit intelligi) Subiecta, inquit Solinus, inſcriptione, quae id teſtaretur. H.

h. Lolliam) De qua Tacitus Annal. L. XII. p. 172. H.

i. Caii Principis) Germanici F. ſcilicet: qui perductam a marito coniunxit ſibi, breuique miſſam fecit, inquit Suetonius, in eius vita, c. 25. Dio quoque, L. LIX. p. 648. H.

k. Alterno textu fulgentibus, etc.) Lege: *Altero textu fulgentibus, toto capite, crinium ſpira, auribus, colli monilibus, digitis: quae ſumma quadringenties ſeſtertium colligebat, ipſa confeſtim parata mancupationem tabulis probare.* Vide *Sal.* p. 1172.

l. Spira) Vittarum circumductus ſic vocat. Vittis enim ſtola, ſellis, ac lecticis, primariae locupleteſque matronae a tenuioribus et impudicis diſtinguebantur. Ouidius, *Scripſimus haec illis, quarum nec vitta ligatos Attingit crines, nec ſtola longa pedes.* Briſſonius cap. 4. lib. I. *Dalec.*

Spira) Hoc eſt, euolutorum crinium orbe. Vide N. et Em. N. XCI. (hic poſ.)

Spira) Codd. MSS. ſic legunt, non *ſpiris*, vt editi. Ac paulo poſt, *monilibus*, tum libri manu exarati, tum vetuſti omnes ante Hermolaum, quem huius vocabuli vice, *manibus* repoſuiſſe miror, quum ſequatur proxime, *digitiſque*. H.

m. Quadringenties) Hoc eſt, quadringenties centena millia ſeſtertium. Monetae noſtrae, libræ ſunt Gallicae 4000000

gebat: [1]ipſa confeſtim parata [2]mancupationem *n.* tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, ſed auitae opes, prouinciarum ſcilicet ſpoliis partae. Hic eſt rapinarum exitus: hoc fuit quare *o.* M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia a Caio Caeſare

1. *Sic quoque Alii. ipſa conf. parati. Ch. ipſam confeſtim paratam nuncupationem Gr. et Al.* 2. *ſic Turn. et Ch. id eſt, pretium.*

4000000 aeſtimato, vt ſuo loco oſtenſuri ſumus, ſeſtertio aſſibus duobus: denario, octonis. Si tot onuſta gemmis fuit, minima fuit pars ipſa ſui. H.

n. Mancupationem) Hoc eſt, legitimam, ſolemnemque earum gemmarum emtionem: aut venditionem: qua de mancipatione plura dicemus opportunius, L. XXXIII. ſ. 13. Vide N. et Em. N. XCII. (hic adi.) *Ipſa*) Hunc locum emendauimus ſequuti veſtigia codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. in quibus legitur. *Ipſa confeſtim paratam aucupationem tabulis probare.* In editis perperam, *ipſam confeſtim paratam nuncupationem* etc. Budaeus, fol. 37. h. l. *aucupationem* agnoſcit: lucrum ea voce, quod nullus, opinor, paulum modo probatus Latinitatis auctor agnoverit, ſignari teſtatus. H.

o. Hoc fuit quare) Solinus, c. 53. p. 85. haec totidem verbis. Fuit hic Lollius C. Caeſaris Auguſti F. rector. Gubernatorem in Gallia conſuetudo loquendi facit. Tacitus Annal. L. III. p. 85. Suetonius in Tib. c. 12. Velleius Pat. L. II. vbi de congreſſu C. Caeſaris cum Rege Parthorum: *Prior Parthus apud Caium in noſtra ripa, poſterior hic apud regem in hoſtili epulatus eſt. Quo tempore M. Lollii, quem velvti moderatorem iuuentae filii ſui Auguſtus eſſe voluerit, perfida et plena ſubdoli ac verſuti animi conſilia per Parthum indicata, Caeſaris ira euulgauit: cuius mors intra paucos dies fortuita an voluntaria fuerit, ignoro.* Ingenti nempe ille pretio Caii gratiam Aſiae regibus venditabat. Hoc Lollio Conſule, A. V. DCCXXXIII. (vt quidem Faſti habent;) Lepido collega, annum aetatis quartum et quadrageſimum egiſſe ſe Horatius admonet, in fine libri epiſtolarum primi. *Me quater vndenos ſciat impleuiſſe Decembres, Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.* H.

ſare Auguſti filio venenum biberet, vt neptis eius quadringenties HS. operta ſpectaretur ad lucernas. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint: imaginetur illorum fercula *p.*, et ex altera parte Lolliam, vnam [1] imperii mulierculam accubantem: [2] non illos *q.* curru detractos, quam in hoc viciſſe malit? Nec haec ſumma luxuriae exempla ſunt: Duo fuere maximi vniones per omne aeuum: vtrumque poſſedit Cleopatra, Aegypti reginarum nouiſſima, per manus Orientis regum ſibi traditos. Haec, quum exquiſitis quotidie *r.* Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix, lautitiam eius omnem apparatumque obtrectans, quae-

1. *Imperatori.* D. 2. *non illos currus defractos, quam huius* CCCC *HS. malit?* Pint. *non illis currus detr.* V.

p. Fercula) Pompae triumphalis fercula: quo nomine continentur ſimulacra deorum, ſpolia hoſtium, coronae, machinae, et id genus alia, quae geſtari tum ſolent. H.

q. Non illos) Senſus eſt, ſatius fuiſſe Curium et Fabricium non triumphaſſe, quam locupletatam eorum victoriis poſteritatem ad tam immanem luxum peruenire. Turn. cap. 9. lib. X. Aduerſ. *Dal.*

Non illos) Satius, inquit, fuerat, Fabricium, Curiumque, triumphales currus deuictis hoſtibus non aſcendiſſe: quam victoriis illis tam inſigni luxuriae fores aperuiſſe. Vide N. et Em. N. XCIII. (hic adi.) *Non)* Hunc locum vt intelligeret Pintianus, neglecta codicum omnium auctoritate, corrupit, ſic ſcribens: *Non illos currus defractos, quam huius* CCCC HS. *malit.* Sed illum refellit egregie Turnebus, Adu. L. X. c. 9. p. 294. Neque vero aliud quid ea loquendi formula, *in hoc viciſſe* ſignificat, quam in hunc luxum, morumque corruptionem, ſummorum Imperatorum ac ducum victorias demum recidiſſe, perinde ac ſi ob hoc viciſſent. H.

r. Quum exquiſitis quotidie) Antonii et Cleopatrae ſumtuoſa conuiuia deſcribit luculenter Sopater Rhodius, L. III. belli Ciu. ap. Athen. L. IV. p. 147. H.

quaerente eo *s.* quid adſtrui magnificentiae [1] poſſet, reſpondit, vna ſe coena centies HS. *t.* abſumturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die quo iudicium agebatur, magnificam alias coenam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemque expoſtulanti. At illa corollarium *u.* [2] id eſſe, [3] et conſumturam *x.* eam coenam taxationem confirmans, ſolamque [4] ſe centies HS. coenaturam, inferri menſam ſecundam iuſſit. Ex praecepto miniſtri vnum tan-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. poſſit Gr. et Al.* 2. *quidem. M.* 3. *Sic et Ch. et M. et Fulu. Vrſin. app. ad Ciaccon. pag. 88. conſumturamque ſe ea coena Gr. et Al.* 4. *ſexcenties Gr. et Al.*

s. Quaerente eo) Haec totidem ferme verbis Macrobius, Sat. L. II. c. 13. p. 370. H.

t. Centies HS.) Hoc eſt, centies centena millia ſeſtertium: Gallicae monetae librae ſunt 1000000. Nos millionem vnum vocamus. H.

u. Corollarium) Corollarium apud Ciceronem non ſemel, et apud Tranquillum pro munuſculo ſumitur, vltra legitima praemia exhibito, et quodam quaſi additamento debitae mercedis. Vnde corollarium hic pro re leuiore et appendicula vſurpatur. H.

x. Et conſumturam) Hoc eſt, taxatam prius, aeſtimatamque pecuniae ſummam, ea coena abſumendam eſſe. Vide N. et Em. N. XCIV. (hic adi.) *Et c.*) Sic MSS. omnes, vt ante nos F. Vrſinus animaduertit, quum prius legeretur in editis, *conſumturamque ſe ea coena.* Mox item Budaeum ſequuti, L. I. f. 27. et eorumdem exemplarium auctoritatem, *ſolamque ſe centies*, reſcripſimus: vbi editi perperam, *ſolamque ſexcenties*, id etiam ipſa poſtulante orationis ſtructura. Et infra, *Quo magis regium fiat*, ex fide codd. R. 1. 2. etc. neglecta impreſſorum lectione, *quod id magis regium erat.* Deinde *conuiuis quoque*, voculam hanc *quoque* addidimus, ex iiſdem, et Chiffl. H.

tantum vas ante eam poſuere aceti *y.*, cuius aſperitas *z.* viſque in tabem margaritas reſoluit. Gerebat auribus cum maxime ſingulare illud, et vere vnicum naturae opus. Itaque exſpectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Iniecit *a.* alteri manum L. Plancus *b.*, iudex ſponſionis eius, eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumque Antonium pronuntiauit, [1] omine rato. *c.* [2] Comitatur fama *d.* vnionis eius parem,

1. *Sic et Turn. et Ch. omine ei rato. Fulu. Vrſin. app. ad Ciac. p. 88. nam paulo poſt ab Auguſto ſuperatus eſt, homine irato Gr. et Al.* 2. *Committatur. Ch. comitetur Gr.*

y. Aceti) Id nimirum eſt quod ſcribitur in leg. Seia ff. de auro et arg. *Seia vnionem cum hyacinthis legauit, poſtea vnionem ſoluit, nec vllum mortis tempore inter ornamenta ſua vnionem reliquit: quaeſitum eſt, an haeres aeſtimationem rei, quae in haereditate non eſt, praeſtare debeat?* Eam vim aceti eſſe tradit Vitruuius cap. 3. VIII. Macrobius cap. 7. III. Saturnaliorum. Idem de Aeſopi filio ſcribit Valer. cap. 1. lib. IX. De Caligula Suetonius. Briſſonius c. 10. lib. I. *Dalec.*

z. Cuius aſperitas) Hanc vim aceto Vitruuius quoque tribuit, L. VIII. c. 3. *Margaritae*, inquit, *nec minus ſaxa ſilicea, quae neque ferrum, neque ignis poteſt per ſe diſſoluere, quum ab igne ſunt percalefacta, aceto ſparſa diſſiliunt, et perſoluuntur.* Simile eſt, quod Horatius refert, L. II. Sat. 3. v. 239. *Filius Aeſopi detractum ex aure Metellae Scilicet vt decies ſolidûm exſorberet*, ACETO *Diluit inſignem baccam.* H.

a. Iniecit) Legendum videtur *Munacius Plancus*, ex Macrobio 3. Saturnaliorum. Fuit hic vnus ex amicis Octauii, cuius ſententia, *Auguſtus* appellatus eſt. Conſtruxit Romae templum Saturni, auctore Suetonio in Auguſto. Praeterea, opinor, verba haec partim permutata eſſe, partim etiam nonnihil corrupta, ſcribendaque hoc conceptu, *Iniecit alteri manum, eumque parante ſimili modo abſumere, Munacius Plancus iudex ſponſionis eius, victum Antonium pronuntiauit.* Pintian.

b. L. Plancus) Munatius Plancus, Macrobio l. c. De eo dicemus, L. XIII. ſ. 5. H.

c. Omine rato) Sic Turnebus et F. Vrſinus, legendum ante

rem, capta illa tantae quaeſtionis *e.* [1] victrice regina diſſectum, vt eſſet in [2] vtriſque Veneris auribus Romae in Pantheo dimidia eorum coena.

LIX. Non ferent tamen hanc palmam, ſpoliabunturque etiam luxuriae gloria. Prior id fecerat Romae in vnionibus magnae taxationis Clodius *f.* Tragoedi Aeſopi filius *g.*, relictus ab eo in amplis opibus haeres, ne [3] Triumuiratu *h.* ſuo nimis ſuperbiat Antonius, paene hiſtrioni comparatus, et quidem nulla ſponſione ad hoc producto, [4] quo magis *i.* regium fiat:

1. *Victa.* *V.* 2. *vtriuſque.* *Ch.* 3. *Sic et M. Tol. et Salm. in Triumuiratu Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. emend. Hard. quo magis refugium fiat. M. Turn. et Ch. quod id magis regium erat. Gr. et Al.*

ante nos viderunt, ex MSS. non vt vulgo, *homine irato.* Sententia loci eſt, firmum certumque exitii omen id Antonio factum eſſe: Actiaco enim bello paulo poſt ab Auguſto ſuperatus eſt. Supra, ſ. 49. *triſti nauigantium omine.* H.

d. Comitatur fama) Nec minor eſt, inquit, fama alterius eius vnionis, qui fuit ei par, quem Cleopatra diluit aceto: etc. Macrob. l. c. *Ipſe autem vnio, cuius fuerit magnitudinis, inde colligi poterit, quod qui ſuperfuit, poſtea victa regina, et capta Aegypto, Romam delatus, deſectuſque eſt: et factae ex vna margaritae duae, impoſitaeque ſimulacro Veneris, vt monſtroſae magnitudinis, in templo quod Pantheum dicitur.* H.

e Quaeſtionis) Sponſionis factae cum Antonio. H.

f. Clodius) Val. Max. L. IX. c. 1. n. 2. p. 418. Horat. L. II. Sat. 3. v. 239. Tertull. L. de pallio, ſub finem, p. 119. H.

g. Aeſopi filius) Horatius: *Filius Aeſopi detractam ex aure Metellae, Scilicet vt decies ſolidum abſorberet aceto, Diluit inſignem baccam.* Vide Valer. cap. 1. L. IX. *Dal.*

h. Ne Triumuiratu) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. aliique omnes. Editi mendoſe, *ne in Triumuiratu.* H.

i. Quo magis) Non ſponſione vlla inductus, inquit, vt Antonius et Cleopatra, exhibuit conuiuis vniones Clodius, ſed, quod magnificen-

fiat: ſed vt experiretur in gloria palati, quid ſaperent margaritae: atque vt mire placuere, ne ſolus hoc ſciret, ſingulos vniones [1] conuiuis quoque abſorbendos dedit. Romae in promiſcuum ac frequentem vſum veniſſe, Alexandria in [2] ditionem redacta: primum autem cepiſſe circa Syllana tempora minutas et viles, Feneſtella tradit, manifeſto errore, quum Aelius Stilo *k.* Iugurthino bello vnionum nomen impoſitum maxime grandibus margaritis prodat.

LX. Et hoc tamen *l.* aeternae prope poſſeſſionis eſt: ſequitur haeredem, in mancipatum *m.* venit, vt praedium aliquod: Conchylia *n.* et purpuras omnis hora

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. conuiuis abſorbendas dedit Gr. et Al.* 2. *deditionem Gr.*

ficentius, magiſque regium merito cenſeatur, in palati tantummodo gloriam. H.

k. Aelius Stilo) Varronis magiſter. Dicere is ſolebat, Muſas Plautino ſermone loquuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent. Eius meminerunt Grammatici, Soſipater lib. I. Priſcianus lib. VI. Pompeius in voce Sonticus. Varro IV. de lingua Lat. Hadrian. Iun. cap. 12. lib. VI. *Dal.*

Aelius Stilo) De eo in Auctorum ſyllabo diximus. H.

l. Et hoc tamen) Miratur eadem fere, quae margaritis, facta eſſe conchyliis purpuriſque pretia: quum tam diuerſa ſit harum rerum inter ſe conditio. Nam diu gemmae perdurant; fugax contra, et caducus purpurarum et conchyliorum color: veſtibus earum ſucco infectis, nullo non horae momento aliquid de nitore ſuo remittentibus. H.

m. In mancipatum) In alterius tranſit poteſtatem, venditur, et alienatur. De mancipatione rurſum dicemus, L. XXXIII. ſ. 13. H.

n. Conchylia) Purpuram a conchylio, hoc eſt, purpuream veſtem a conchyliata Plinius ſemper diſcernit, et lib. XXII. cap. 2. *Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omneſque alios colores.* et lib. XXI. cap. 8. tria genera praecipua ac principalia ſtatuit purpurei coloris, *Tyrium, amethyſtinum et conchylium.*

hora atterit, quibus eadem mater luxuria paria paene [1] etiam margaritis pretia fecit. (XXXVI.) Purpurae viuunt annis plurimum [2] ſeptenis. *o.* Latent, ſicut murices *p.*, [3] circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, [4] mutuoque attritu lentorem *q.* cuiuſdam cerae ſaliuant. Simili modo et murices. Sed purpurae *r.* florem illum tin-

Bbb 2 gen-

1. *et Ch.* 2. *Senis. ex Ariſt.* 3. *contra. M.* 4. *mutuumque Ch.*

lium. Vide Salmaſ. in Tertull. pall. p. 185.

Conchylia) Conchyliatas veſtes, et purpureas. H.

o. Septenis) Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 571. *circiter ſenis,* ζῇ γὰρ ἡ πορφύρα περὶ ἔτη ἕξ. Et ap. Athen. idem, L. III. p. 89. H.

p. Sicut murices) Apud Ariſtotelem κήρυκες. Buccina. Muricem hic de Buccino Plinius vſurpat, ſupra vero cap. 25. de concha Veneria. *Dalec.*

Sicut murices) Sicut buccina. Ariſt. H. A. L. VIII. c. 17. p. 928. Vide N. et Em. N. XCV. (hic conſp.) *Sicut)* Verba Ariſtotelis haec ſunt: Φωλεῦσι δὲ αἱ πορφύραι, καὶ οἱ κήρυκες, ὑπὸ κύνα περὶ ἡμέρας τριάκοντα. Vnde ſatis conſtat Graecorum κήρυκας, *buccina,* a Gaza et Scaligero redditos, recte quoque murices dici Plinium exiſtimaſſe. Nam mox quoque idem: *ſimili modo et murices.* Ariſtoteles vero L. V. c. 14. p. 567. Κηριάζουσι γὰρ καὶ οἱ κήρυκες, *fauificant quoque et ceryces.* H.

q. Lentorem) Lentore cuiuſdam cerii ſaliuant: ποιοῦσι μελίκηραν, id eſt, οἷον κηρίον κηριάζουσι. Ariſtot. Gaza vertit, *fauare* et *fauificare. Dal.*

Lentorem) Quiddam emittunt ex ſeſe, inſtar cerae lentum ac ductile. Haec explanatius Ariſtot. Hiſt. L. V. c. 14. p. 567. *Purpurae,* inquit, *verno tempore eumdem in locum congregatae, faciunt id quod fauaginem vocant,* ποιοῦσι τὴν καλουμένην μελίκηραν. *Quemadmodum e folliculis alborum cicerum multis, in vnum compactis.* Negat deinde ex eo fauo fieri purpuras: ſed id eſſe eis ceu purgamentum quoddam. H.

r. Sed purpurae) Ariſt. p. 569. Purpurae porro tres ſunt partes: quarum ſuperior τράχηλος, ceruix: media, μήκων, ſeu papauer: ima dicitur πυθμήν. Flos non toto ſparſus purpurae cor-

gendis expetitum veſtibus, in mediis *s.* habent faucibus. [1] Liquoris hic minimi eſt in candida vena, vnde pretioſus ille bibitur, [2] nigrantis roſae colore ſublucens. Reliquum corpus ſterile. Viuas *t.* capere contendunt, quia [3] cum vita ſuccum eum euomunt. Et maioribus quidem purpuris detracta concha *u.* auferunt: minores [4] cum teſta viuas *x.* frangunt, ita de-

1. *liquor is nimirum eſt. D.* 2. *nigricantis roſae color. D. Alii, violae.* 3. *cum vita ſua ſuc. M. in Tol. d.* 4. *cum terra vitis. Tol. et Ch. legendum, cum teſtis, ex Ariſt. lib. V. hiſt. anim. 4. minores trapetis frangunt Gr. et Al.*

corpore, ſed inter partem primam et mediam poſitus, in ipſis faucibus eſt. Florem hunc Plinius modo etiam rorem, modo ſuccum vocat. Vitruu. L. VII. c. 13. *Purpuream ſaniem*: Pliniuſque ipſe, ſ. 62. Lucanus, L. I. v. 123. *virus*: *Strata iacent: Tyrio quorum pars maxima ſucco Cocta diu, virus non vno duxit aheno.* H.

s. In mediis) Inter papauer et ceruicem. Ariſt. *Dal.*

t. Viuas) Forte ſcribend. *viuas captas contundunt.* Bochart. 726. II.

Viuas capere) Vide N. et Em. N. XCVI. (hic poſ.) *Viuas)* Animaduertere in tranſcurſu lubet, quam ſit futilis illa Sam. Bocharti coniectura, de anim. P. II. L. V. c. 9. p. 726. locum hunc ſic emendantis: *Viuas captas contundunt.* Eo nimirum illo argumento ducitur, quod Ariſt. loco proxime citato, p. 569. purpurarum infectores ait dare operam, vt viuentes frangant: nam, ſi priuſquam fregeris, exſpirarint, florem ſimul cum vita euomunt. Verum id Philoſophus non de quibuſlibet purpuris prodidit, ſed de minoribus dumtaxat, de quibus mox quoque Plinius, *Minores cum teſtis frangunt.* Nunc de omnibus in vniuerſum, viuas pronunciat capi oportere: nec de maioribus aeque, atque de minoribus ſtatuendum. H.

u. Detracta concha) Eam prius diffringebant, et vbi fracta eſſet, ceruicem a papauere ſeparabant. Nam inter haec ſupra ventrem flos ſitus eſt. *Dalec.*

x. Cum teſta viuas) Maioribus purpuris, inquit, ſuccum floremue illum auferunt, concha teſtaue prius detracta: vnde his iam necatis illum liceat colligere. Mi-

demum rorem eum [1] exſpuentes. Tyri *y*. praecipuus hic Aſiae: in Meninge, Africae, et Gaetulo litore

1. *Sic et Tol. et Ch. excipientes Tyrii. Praecipuus hic Aſiae Gr. et Al.*

Minores vero purpuras di-verſa ratione, viuas cum teſtis frangunt: ea enim vi ſuccum hae ſuum exſpuunt, euomuntque. Vide N. et Em. N. XCVII. (paulo poſt) Nunc omnis purpurarum vſus, tum propter operarum inſcientiam, tum propter impenſam, moleſtiamque laboris, penitus exoleuit: maxime vero ob fuci copiam, quo nunc infectores purpuram elegantem inficiunt, minore impenſa ac labore, lucro haud mediocri. *Minores etc.)* Locum hunc ſic editores interpolarant: „Minore trapetis frangunt, ita demum rorem eum excipientes Tyrii. Praecipuae hic Aſiae, etc.„ R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. *Minores cum terra vitis*, et mox *exſpuentes*: quibus ex veſtigiis, maxime vero ex Ariſtotele, atque ex re ipſa, locum integritati ſuae reddidimus; ſequentemque periodum ita ſcribi curauimus atque diſtinximus. *Tyri praecipuus*, etc. Philoſophi verba ſunt l. c. Τὰς μὲν ἐν μικρὰς κατὰ τῶν ὀστράκων κόπτουσιν· οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἀφελεῖν· τῶν δὲ μειζόνων περιελόντες τὸ ὄστρακον ἀφαιροῦσι τὸ ἄνθος. *Minores cum teſtis ſuis tundunt, neque enim facile flos aufertur; at maioribus teſta exutis detrahunt.* H.

y. Tyrii) Vide Pollucem lib. I. et Vitruu. cap. 13. lib. VII. *Dalec.*

Tyri) Florem hunc, inquit, ſuccumue Tyri praecipuum habet Aſia: in Meninge inſula, et Gaetulo Oceani litore, Africa: in Laconica, Europa. Lepidum eſt, et relatu iucundum, neque alienum hoc loco, quod de purpurae origine refert Caſſiodorus, Varr. L. I. ep. 2. *Quum fame canis auida*, inquit, *in Tyrio litore proiecta conchylia impreſſis mandibulis contudiſſet, illa naturaliter humorem ſanguinem defluentia, ora eius mirabili colore tinxerunt. Et vt eſt mos hominibus occaſiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditantes, fecerunt principibus decus nobile*, etc. Refert hoc ipſum Iul. Pollux, haud paulo vberius, L. I. c. 4. Baphia Phoeniciae praecipue laudantur in Cod. Theod. L. X. t. 20. de Muſilegulis, l. 18. H.

oceani: in Laconica z., Europae. [1] Huic a. faſces b. ſecureſque Romanae viam faciunt; idemque c. pro maieſtate pueritiae eſt. d. Diſtinguit e. ab Equite Cu-

1. *Hinc. Parm. et V.*

z. *In Laconica)* Laconicas purpuras mire praedicat Pauſanias in Lacon. p. 202. Horatius quoque, L. II. Ode 18. *Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtae purpuras clientae.* Caſſiodori aeuo Hydruntina purpura in maxima commendatione fuit. Vide L. I. Varr. p. 2. H.

a. *Huic)* Purpureae Conſulum praetextae. Simili ſententia Caſſiodorus, Varr. L. I. ep. 2. de purpura: *Color nimio lepore vernans, obſcuritas rubens, nigredo ſanguinea regnantem diſcernit, dominum conſpicuum facit: et praeſtat humano generi, ne de conſpectu Principis poſſit errari.* Vide quae dicenda ſunt libro ſq. ſ. 42. H.

b. *Faſces ſecureſque)* Conſulatus inſignia fuerunt duodecim faſces, totidem lictores, purpurea praetexta, curulis ſella. De comitiis conſularibus, imperioque et poteſtate ac dignitate conſulum ampliſſime differit Alex. ab Alex. cap. 3. III. et cap. 18. V. *Dal.*

c. *Idemque)* Idem ros ſucc cuſque purpureus. H.

d. *Pro maieſtate pueritiae eſt)* In praetextis. Qua de re Bayf. ad l. veſtis ff. de aur. et arg. leg. c. 10. *Dal.*

Pueritiae) Pertinent haec haud dubie ad nobilium puerorum veſtes, quibus purpura praetexebatur: vnde veſtes illae praetextae dictae, et qui his vtebantur, Praetextati. Vide N. et Em. N. XCVIII. (paulo poſt) Hanc veſtem Iuuenalis intellexit, Sat. 12. v. 39. *Veſtem Purpream teneris quoque Maecenatibus aptam. Pro m.)* Ita MSS. omnes, Miror adeo Hermolaum reponere voluiſſe, *ad maieſtatem imperii:* de qua iam Plinius abunde his verbis egit antea, *Huic faſces ſecureſque Romanae viam faciunt* H.

e. *Diſtinguit)* Vide quae ſupra notauimus ad lib. VIII. c. 48. *Dal.*

Diſtinguit) Non id in eam ſententiam accipiendum eſt, vt in Senatoria tunica purpuram eſſe voluerit, in equeſtri non fuiſſe: fuit enim in omni tunica purpura. Sed de lato clauo purpureo loquitur, qui Senatorem ab Equite, purpureum quidem clauum, ſed anguſtum geſtante, diſtingueret. Hunc latum clauum, purpuram

Curiam: Diis *f.* aduocatur placandis: omnemque *g* veſtem illuminat: in triumphali *h.*, miſcetur auro. Quapropter excuſata et purpurae ſit inſania: Sed *i.* vnde conchyliis *k.* pretia? [1] queis virus graue in fuco, color auſterus in glauco, et iraſcenti *l.* ſimilis mari *m.*? Lingua purpurae longitudine digitali, qua paſcitur

1. *quîs Gr.*

ram latiorem appellat. L. XXXIII. ſ. 7. Vide, quae diximus libro ſup. ſ. 73. H.

f. Diis) Conſules enim nonniſi purpurati ſacrificabant. *Dal.*

Diis aduocatur) Aſſumitur a Sacerdotibus, quum ſacra peragunt Diis placandis. Cic. ad Attic. L. II. ep. 9. p. 54. *Vatinii ſtrumam Sacerdotii* διβάφῳ *veſtiant*, hoc eſt, purpura bis tincta. H

g. Omnemque veſtem) Praetextam, latum clauum, chlamydem, paludamentum, trabeam. Excogitauere Tyrum deducti a Romanis coloni, inſcriptionem, quae legitur in nummis Antonini Soaemiadis filii, quem Elagabalum vocant; et Iuliae Aquiliae Seuerae, et Iuliae Maeſae: TYRIORVM: cuius ſententia haec eſt: TYRus *Imperatoriam* ORnat *Veſtem Murice.* Iactant ſe Tyrii, quod purpuram ex murice Tyrio Antoninus Imp. ceteris praetulerit. Sic laudat Horat. L. II. ep. 2. *Veſtes Gaetulo murice tinctas.* H.

h. In triumphali) Vide quae de toga picta et triumphali diximus, libro ſup. ſ. 74. Ea auro pingebatur, purpureo primum rore tincta. H.

i. Sed vnde) Πικρὸν χρῶμα ἐν τῷ κυαναυγεῖ, τὸ κυαναυγέστατον. et cap. 38. *nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem illam, etc. auſteritatem* vocat ſaturitatem et ſuperbiam nitoris. *Salmaſ.* in Tertullian. de pallio pag. 183.

Sed vnde) Sed vnde conchyliato colori pretium? cuius grauis eſt odor, dum lana eo colore tingitur: color auſterus vergens in glaucum, etc. H.

k. Conchyliis) Ex iis, vt buccinis et purpuris, ſuccus tingendis lanis colligitur. *Dalec.*

l. Iraſcenti) Conchylii triplex ſuccus eſt; vnus Heliotropii, paulo ſaturatior quam auctor hic ſignificat: alter floris maluae ad purpuram inclinans: tertius violae ſerotinae. c. 8. lib. XXI. *Dal.*

m. Lingua purpurae) Haec Ariſt.

ſcitur perforando reliqua conchylia *n.*: tanta duritia aculeo eſt. [1] Aqua dulci necantur, et ſicubi *o.* [2] flumen immergitur; alioqui captae, diebus quinquagenis viuunt ſaliua ſua. Conchae *p.* omnes celerrime creſcunt, praecipue purpurae: anno magnitudinem implent.

LXI. Quod ſi *q.* hactenus transſcurrat expoſitio, fraudatam profecto ſe luxuria credat, noſque indiligentiae damnet. Quamobrem perſequemur etiam officinas: vt tamquam [3] in vita frugum noſcitur ratio; ſic omnes, qui iſtis gaudent, [4] praemia vitae *r.* ſuae [5] calleant. Concharum *s.* ad [6] purpuras et con-

1. *Aquae dulcedine. M.* 2. *flumini immerguntur. V.* 3. *in victu. Ch. et M.* 4. *praemio. M. et Ch.* 5. *calleant. Ad purp. et c. temperamento. Concharum praecipua duo ſunt genera; Succinum, etc. Rondel.* 6. *purpurea et conchyliata. V.*

Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 571. et de part. anim. L. II. c. 17. p. 908. quae exſtant apud Athenaeum quoque, L. III. p. 89. Ea lingua aquam illae exſpuunt fiſtulae modo. Vide Fab. Columnam, L. de purpura, p. 17. H.

n. Reliqua conchylia) Hoc eſt, alias conchas, atque adeo teſtas ſui generis, καὶ τὸ αὐτῆς ὄςρακον, Ariſt. H.

o. Et ſicubi flumen) Hoc eſt, non in fluminibus modo, ſed in mari etiam, qua intrant, commiſcenturque ſalo flumina. Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 15. p. 959. H.

p. Conchae etc.) Ariſt. Hiſt. L. V. p. 573. H.

q. Quod ſi) Quod ſi hactenus, *de purpuris dicendi finem faciam, et ad alia* tranſcurrat oratio, etc. H.

r. Praemia vitae) Quae ſit natura praemiorum, quibus vita luxurioſa gaudet. Eadem fere ſententia *pretia vivendi* dixit alter Plinius, L. I. ep. 12. H.

s. Concharum) Purpurei, inquit, conchyliatique colores, duplici concharum genere, buccini videlicet, et purpurae, continentur. Eadem enim harum concharum materia eſt; ſed diuerſa tamen roris, ſiue ſucci, temperatura. Purpurae autem et conchylii vocibus, colores diſpares, non diſſimiles

conchylia *t*. ([1] eadem enim eſt materia, ſed diſtat temperamento:) duo ſunt genera: Buccinum [2] minor concha *u*., ad ſimilitudinem [3] eius *x*. qua buccini

Bbb 5 ſonus

1. Sic ex MSS. emend. Hard. eadem quidem eſt materia Gr. et Al. neque vncinis ibi incluſa haec ſunt. 2. maior. Rond. 3. Sic ex MSS. emend. Hard. Eius buccini, quo ſonus editur Gr. et Al.

miles conchas, nunc ſignari, ſaepe antea monuimus: Nouum genus purpurae ex conchis Oceani deprehendit aetas noſtra, de quo conſulenda Hiſtoria Regia Scientiarum, anni 1711. p. 168. H.

t. Purpuras et conchylia) Purpurei et conchyliati coloris infecturas. *Dal.*

u. Minor concha) Vide N. et Em. N. XCIX. (hic adi.) *Bucc.*) Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. ceterique omnes: quorum auctoritate poſthabita, Rondeletius *maior* reponit: quamquam idem fatetur inter buccinorum genera paruum reperiri, quod ſit fortaſſe Plinii buccinum. Archippi verſum, apud Athen. L. III. p. 80. qui patrocinari Plinio videtur, corruptum pariter exclamat. Sed vereor vt quantum eſt hominum eruditorum aſſenſum obtineat. H.

x. Ad ſimilitudinem eius) Eius ſcilicet conchae, hoc eſt, tubae qua buccini ſonus editur. Nam et concha pro tuba dicitur. Idem ſ. 52. alias dixit eſſe conchas ad plauſum apertas, alias ad buccinum recuruas, hoc eſt, ad buccini ſonum. Eſt enim buccinum non inſtrumentum modo, tubae ſimile, quo ſignum datur, ſed et ſonus ipſe, a quo id buccino nomen: nam *bou bou* reddit. Idem Plinius, L. XI. ſ. 10. de apibus: *Donec vna excitet gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo.* Siue buccinus porro maſculino genere, vt aiunt, ſeu neutro buccinum dicatur, nihil intereſt. Vide N. et Em. N. C. (hic adi.) *Ad ſ.*) Deſciuere a MSS. omnium fide libri impreſſi, qui hunc locum ſic repraeſentant: *ad ſimilitudinem eius buccini, quo ſonus editur.* Multo ſane rectius R. 1. 2. aliique omnes, quos ſequuti ſumus. Vt buccinum proprie huiuſcemodi concharum ſit ſonus, vti tubarum claſſicum. H.

ſonus editur: vnde et cauſa nomini, rotunditate *y.* oris in margine inciſa. Alterum purpura vocatur, [1] cuniculatim *z.* procurrente roſtro, et cuniculi [2] latere introrſus tubulato *a.*, qua proferatur lingua. Praeterea [3] clauatum *b.* eſt ad turbinem vſque, aculeis in orbem ſeptenis fere: qui non ſunt buccino: ſed *c.* vtriſque orbes totidem, quot habeant annos. Buccinum *d.* nonniſi petris adhaeret, circaque ſcopulos legi-

1. *Clauiculatim proc. ro. et canaliculi. M. caniculato pr. r. et canicula. Ch.* 2. *itinere. Dal.* 3. *clauata. ſubaudi, purpura. Dal.*

y. Rotuntidate) Iconem buccini ſiue muricis Rondeletius expreſſit ad vnguem, de teſtac. L. II. c. 12. p. 81. H.

z. Cuniculatim) Excauato, intortoque meatu, cuniculi ſeu tubuli inſtar. Ariſt. κοχλιοειδῶς. H.

a. Tubulato) Peruio, fiſtulatoque introrſus, in tubuli morem, ex quo exſerere ac proferre linguam purpurae valeant. Effigiem vide ap. Rondel. de teſtac. L. II. c. 2. p. 64. H.

b. Clauatum) Genus illud, inquit, cui peculiare purpurae nomen eſt, aculeis quibuſdam, ceu clauis ordine poſitis munitur; in orbem fere ſeptenis. H.

c. Sed vtriſque) Purpurarum, inquit, et buccinorum incrementum ſingulis annis per orbes patet: Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 571. Ἔςι δὲ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κήρυξ ἀμφοτέρα μακρόβια — — καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν Φανερά ἐςιν ἡ αὔξησις τοῖς διαςήμασι τοῖς ἐν τῷ ὀςράκῳ τῆς ἕλικος. Orbium appellatione Plinius, anfractus illos ſignificat, in purpura clauiculis aſperos, quibus teſta circumducitur. Ἕλικας Graeci appellant: vti et flexuras illas in capitibus columnarum, quas Vitruuius *volutas* vocat. Negat tamen Fab. Columna, opere ſingulari de purpura, p. 15. certum aetatis purpurarum aut buccini duci ex eorum orbium numero argumentum poſſe: totidem a ſe deprehenſos in exiguis eiuſdem generis teſtis, quot in maximis, orbes fuiſſe. H.

d. Buccinum) Verba Plinii ſic continuanda quae perperam capitibus ſecta diuelluntur: *Buccinum nonniſi petris adhaeret, circaque ſcopulos legitur; purpurae nomine alio pelagiae vocantur.* Plane innuit purpuras alio nomine pro-

legitur. (XXXVII.) Purpurae, nomine alio pelagiae *e.* vocantur. Earum genera *f.* plura, pabulo et ſolo diſcreta. Lutenſe *g.* putri limo, et algenſe enutritum alga, [1] viliſſimum vtrumque *h.*: melius taenienſe *i.*, in

1. *Sic optimae quaeque editt. in taeniis maris et ora aliae (Alii, maris et littore) collectum. M. et Ch. habent, in Taenii maris collectum. viliſſimum, vtriſque melius Tenienſe, in Tenei maris ora collectum Gr. et Al.*

propríe vocatas *Pelagias*, quod in alto mari caperentur: quum buccina circa ſcopulos et petras, quibus adfixa ſunt, legantur. Hinc alibi paſſim *Pelagium* pro purpurae medicamento ponit, cui buccinum opponit. Vide cap. 40. eiuſdem libri. Vide *Salmaſ.* p. 1132. b.

e. Pelagiae vocantur) Vniverſo generi, quod ſitus ac loci proprium eſt, Plinius oſcitanter tribuit. Nam purpurarum aliae ſunt pelagiae, aliae litorales. Qua de re Geſner. de animal. lib. IV. pag. 898. ex Rondelet. Idem tum diſcrimen auctor ſeruat et infra cap. 40. *Dal.*

f. Earum genera) Vti mulorum genera fecit partim pabulo, partim ſolo diſcreta, huius libri ſ. 30. H.

g. Lutenſe etc.) Lege: *Lutenſe e putri limo, et Algenſe nutritum Alga, viliſſimum vtrumque. Melius Taenienſe, in taeniis maris collectum. Hoc quoque etiamnum leuius atque dilutius Calculenſi. Id appellatur a calculo maris, mire aptum Conchyliis. At longe optimum purpuris Diſlocenſe, id eſt, vario ſoli genere paſtum. Diſlocenſe* ſic dictum, quod varietate locorum gauderet, et pabuli diuerſitate. Videatur Salmaſ. p. 1133. a.

h. Viliſſimum vtrumque) Et lutenſe, quod in luto ſemper haeret: et algenſe, quod in alga. H.

i. Taenienſe, quod in taeniis maris) Sunt porro taeniae candidae in mari cautes longo tractu faſciam imitantes. De quibus Plinius, L. III. ſ. 1. *Frequentes quippe taeniae candicantis vadi carinas territant.* Vide N. et Em. N. CI. (hic adi.) *Taenienſe*) Editi hactenus libri: *Tenienſe, in Tenei maris ora collectum*: ſed quum vox haec *ora* abſit a MSS. omnibus, nec Tenei maris apud alios ſcriptores mentio vlla ſit, Turnebi coniecturae fauemus, legentis Adu. L. IX. c. 5. p. 255. *in taeniis maris*: quod et Salmaſius deinde probauit, Turnebo tamen non

in taeniis maris collectum *k.*: hoc quoque tamen etiamnum leuius atque dilutius: [1]calculenſe *l.* appellatur a calculo maris, mire [2]aptum conchyliis *m.*: et longe [3]optimum purpuris Dialutenſe *n.*, id eſt, vario

1. *Calculoſae appellantur Gr. et Al.* 2. *apto Gr. et Al.* 3. *optime. D.*

non appellato, p. 1133. in Solinum. Sed Barbarum mirari ſubit, an a taeniis, hoc eſt, a diadematis, vocem traheret hoc genus purpurae, dubitaſſe; Plinio ipſo ſcribente, *Earum plura genera, pabulo tantum et ſolo diſcreta.* Hoc duplex purpurae genus, et quod in cautibus maris, ſiue taeniis, et quod in arenis habitat, ſiue calculis, quod Plinio Calculenſe idcirco vocatur, ſignaſſe Oppianus videtur, Hal. L. I. v. 314. Πολλὰ μὲν ἐν πέτρῃσι, τὰ δ' ἐν ψαμμώδοισι νέμονται. *Multa quidem in petris, quaedam paſcuntur arenis.* H.

k. In Tenei maris ora collectum) Monuimus *in taeniis maris* hic ab aliis legi. Sunt autem taeniae candidae in mari cautes longo tractu faſciam imitantes. *Dal.*

l. Calculenſe) Vide N. et Em. N. CII. *Calc.)* Corruptum haud dubie locum ſic exhibent impreſſi ad hunc diem libri: *Calculoſae appellantur a calculo maris, mire apto*, etc. quum in MSS. omnibus, R. 1. 2. etc. legatur *mire aptum*, etc. H.

m. Aptum conchyliis) Conchyliato colori. Conchylio et purpura colores ſignari, antea monuimus. H.

n. Dialutenſe) Quaſi διαλυτὸν, vagum, ſolutum, errabundum, eidem ſedi minime adhaerens. Lego, vt *Dialetae vario ſoli genere paſto.* Ἀλήτης, erro, vagus, ſedem mutans, ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, vnde ficta vox διαλήτης, niſi magis placeat διαλητεύουσαι ἀπὸ τοῦ ἀλητεύειν.

Concharum flos Ariſtoteli.	1 Niger ex	1 Pelagiis. 2 magnis. 3 Aquiloniis.
	2 flauus aut rubens ex	1 litoralibus. 2 paruis. 3 Auſtrinis.

Dalec.

Dialutenſe) A libero vagoque victu, vltimo huic generi factum nomen, haud male, opinor, Dalecampius conie-

vario ſoli genere *o.* ¹ paſtum. Capiuntur autem purpurae paruulis rariſque textu, veluti naſſis *p.* in alto iactis. Ineſt iis eſca, cluſiles *q.* mordaceſque conchae, ² ceu mitulos *r.* videmus: has ſemineces, ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcentes appetunt purpurae, porrectiſque linguis infeſtant: at illae aculeo exſtimulatae claudunt ſeſe, comprimuntque ³ mordentia: ita pendentes auiditate ſua *s.* purpurae tolluntur.

LXII. (XXXVIII.) Capi eas poſt Canis ortum, ⁴ aut ante *t.* vernum tempus, vtiliſſimum: quoniam quum

1. *Paſtu.* M. 2. *ſeu mutilos.* Gr. 3. *mordentes.* D. 4. *aut vernum* Gr. *et* Al.

coniecit: quandoquidem διαλυτὸν Graecis eſt diſſolutum. Quamquam Salmaſius, p. 1133. hanc coniecturam inter nugas et hariolationes ponit, mauultque ipſe *Diſlocenſe* ſcribere, quod non vni loco additum eſt et alligatum. Sed non impellet viri fides auctoritaſque in eam mentem, vt in Latino ſermone receptam hanc vocem putem fuiſſe, vel hanc vim eſſe illius. *Dialucenſe* legitur in MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. H.

o. Vario ſoli genere) Coenoſo, algoſo, calculoſo. Dal.

p. Veluti naſſis) Ariſt. Hiſt. L. V. c. 14. p. 569. κύρτυς vocat, hoc eſt, *vaſa piſcatoria.* Scaliger, et Gaza, naſſas. H.

q. Cluſiles) Apud Athenaeum lib. III. pag. 43. Concha ea μήλαινα κογχόθηρα. Dal.

Cluſiles) Quae vt hiatu facile diducunt ſeſe, ſic etiam facile claudunt, comprimuntque. H.

r. Ceu mitulos) Alii *mutilos* ſcribunt: Gallis, *des Moules.* Graecorum τελλίνας ea voce ſignari a Romanis, Athenaeus eſt auctor, L. III. p. 85. Τὴν τελλίναν λεγομένην ἴσως δηλοῖ, ἣν Ῥωμαῖοι μύτιλον ὀνομάζυσιν. Vnde *mutilos* ſcribi, vel *mytilos*, ſatius forſan fuerit. De his plura L. XXXII. ſ. 31. H.

s. Auiditate ſua) Hinc illa paroemia Apollodori Athenienſis, ap. Ath. L. III. p. 89. Λιχνότερα τῶν πορφυρῶν, *Edaciores purpuris!* cuius Eraſmus quoque meminit, Chil. II. cent. 3. ad 83. H.

t. Aut ante) Vide N. et Em. N. CIII. (hic conſp.)

Capi) Ita R. 1. 2. Par. etc. Editi

quum ¹cerificauere, fluxos habent ſuccos. *u.* Sed id tingentium officinae ignorant, quum ſumma vertatur in eo. Eximitur poſtea vena, quam diximus *x.*: cui *y.* addi ſalem neceſſarium, ſextarios *z.* ferme in libras

1. *Sic et M. et V. retificauere. M. fetificauere Gr. et Al.*

Editi perperam, *aut vernum tempus*, perinde ac ſi poſt vernum tempus, captura adhuc tempeſtiua foret. Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 569. Ἁλίσκονται δὲ τοῦ ἔαρος ὅταν κυριάζωσιν· ὑπὸ κύνα δὲ ἐκ ἁλίσκονται· ἀλλὰ κρύπτουσιν ἑαυτὰς, καὶ φωλεύουσιν. *Capiuntur vere, quo tempore fauos facere incipiunt: ſub canicula autem, non: ſeſe enim tunc condunt ac latent.* H.

u. Quoniam, quum fetificauere, fluxos habent ſuccos) Apographum Toletanum non *fetificauere* habet, ſed *cerificauere*, recte puto. Ariſtoteles lib. V. *Capiuntur purpurae tempore verno, quum fauos exſtruunt.* Et mox paulo: *quum fauificant purpurae, tum deterrimum habent florem.* Ipſe quoque Plinius in initio capitis 36. *Congregantur verno tempore mutuoque attritu lentorem cuiuſdam cerae ſaliuant:* ſiue *cuiuſdam cerii*, id eſt, faui, vt alii legunt: quod idem de verbo *cerificauere* dici poteſt, ſignificare videlicet, aut ceras aut fauos facere: quamuis verbum compoſitum ex Graeco et Latino raro reperiatur. *Pintian.*

Quum cerificauere) Hoc eſt, vt ſuperius dictum eſt, ſ. 60. *quum lentorem cuiuſdam cerae ſaliuarunt.* Vide N. et Em. N. CIV. (hic adi.) *Quum)* Editi *fetificauere*. Verum ex R. 1. 2. Chiffl. et aliis exemplaribus, atque adeo ex ipſo Ariſtotele, *cerificavere*, reponimus. Ὅταν δὲ κυριάζωσιν αἱ πορφύραι, τότε χείριστον ἔχουσι τὸ ἄνθος. *Quum fauos conſtruunt, deterrimus flos eſt.* Quamquam rectius forſan *fauificare* a Gaza, quam a Plinio *cerificare* poſitum videri poſſit: defendere tamen et hoc quoque licet, quum cera et melle conſtet fauus: vt ex vtroque perinde repeti ea tranſlatio commode poſſit. Supra quoque Plinius, *Lentorem cuiuſdam cerae ſaliuant.* H.

x. Quam diximus) ſ. 60. H.

y. Cui) Quoniam liquor ſalſus inciſa vena, ſaniem, quae velut purpurae ſanguis eſt, copioſiorem elicit. Sic medici cucurbitis admotis et cutis ſcarificata, vt ſanguis

libras centenas *a.*: macerari triduo iuſtum. Quippe [1]tanto maior vis, quanto recentior. Feruere in plumbo *b.*, [2]ſingulaſque *c.* amphoras *d.* centenas, ad quingentenas medicaminis libras *e.* aequari *f.*, ac modi-

1. Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. maior vis tanto Gr. et Al. 2. *ſinguliſque aquae amphoris centenas, atque quinquagenas Gr. et Al.*

guis fluat largius, nec coeat, vulnera aqua ſalſa madefaciunt. *Dalec.*

z. *Sextarios)* Vncias viginti ſalis in libras purpurei ſucci centenas. H.

a. Ferme in libras centenas) Libram vnam et beſſem, ſive vnicas viginti. *Dal.*

b. In plumbo) Cortina plumbea: nam ferrea et aenea ſuos colores illinunt. *Dal.*

In plumbo) In vaſe plumbeo, ſeu cortina plumbea: ne forte aenea, ferreaue, ſuos colores illinant. H.

c. Singulaſque) Singulae, inquit, centenae amphorae, eius ſucci ſale conditi, ita decoqui debent, vt ad quingentas medicaminis libras redigantur: ſiue ad amphoras ſex, et amphorae quadrantem. Vide N. et Em. N. CV. (hic coll.) *Singulaſque)* Omnino contra ſcriptoris mentem locus hic interpolatus eſt in libris impreſſis: *Singuliſque aquae amphoris centenas atque quingentenas medicaminis libras aequari.* MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. *ſingulaſque amphoras centenas atque quingentenas* etc. cuius e lectionis antiquae veſtigiis, ſinceram expreſſimus. Et certe amethyſtino colori tingendo, non itidem vt conchyliato, aqua miſcetur. H.

d. Aquae amphoris) Aquae libris octoginta. Ex hominis tamen lotio tincturam eam confici, capite ſequenti docet, non aqua. *Dal.*

Amphoras) Voluſius Maecianus: *Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, congios octo, ſextarios quadraginta octo.* Amphora igitur libras obtinet octoginta. H.

e. Medicaminis libras) Conchae tuſae, aut carnis exemtae. *Dalec.*

Medicaminis) Liquoris purpurei. H.

f. Aequari) Legendum, *aquari*, id eſt, dilui. Seneca Natur. Quaeſt. lib. I. cap. 3. *Sic enim et purpura eodem conchylio non in vnum modum exit. Intereſt quantum macerata ſit: craſſius medicamentum,*

modico vapore *g.* torreri, et ideo longinquae fornacis cuniculo. Ita deſpumatis *h.* ſubinde carnibus, quas [1] adhaeſiſſe venis neceſſe eſt, decimo ferme die [2] liquata cortina *i.*, vellus [3] elutriatum *k.* mergigitur in experimentum: et donec ſpei ſatis fiat, vritur liquor. [4] Rubens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis, rurſusque mergitur carminata *l.*, donec omnem ebibat ſaniem. *ll.* Buccinum *m.* per

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſent. Ch. hauſiſſe. V. haeſiſſe Gr. et Al.* 2. *liquatis in cortina. V.* 3. *elutum, Alii. elutatum, Alii.* 4. *Rubus. Parm.*

tum, an aquarius traxerit: ſaepius merſa ſit, an excocta, an ſemel tincta. Dalec.

g. *Vapore)* Calore. H.

h. Ita deſpumatis, etc) Vide *Salmaſ.* notas pag. 345. a.

i. Liquata cortina) Quod ſatis eſt cocta. *Dalec.*

Liquata cortina) Non modo vas ipſum, nunc cortina eſt, vt perſaepe alias Plinio, Catonique: ſed quod ipſo etiam vaſe continetur. Liquatae autem huic cortinae, hoſt eſt, igne d o m i t a e, emollitaeque adeo, ac reſolutae, vt nihil carnis, duriue, ſuperſit vſpiam, opponi videtur immatura viridiſque illa, cuius mentio mox habetur, cortina. Pertinebit huc forte etiam, quod alibi Plinius ait: *Haec omnia pariter decoquebant, decies deferueſcente cortina.* H.

k. Vellus elutriatum) μεταγγιζόμενον, tranſuaſatum, a lutra vaſe, vel, vt quidam cenſent, a lura, culei ore: vnde lurcones Feſto, gulae capacis homines. Laberio tamen *elutriare lintea*, lauare eſt, et *labandria*, ſordida quae lauari oportet. Rhod. cap. 40. XVIII. et auctor infra 17. XIV. *Dal.*

Vellus elutriatum) Elutriare lintea, dixit Decimus Laberius in Staminariis, hoc eſt, eluendo purgare. H.

l. Carminata) Varro de L. L. L. VI. p. 75. *Carminari dicitur tum lana, quum carét]eo quod in ea eſt nequam.* Noſtris, *de la laine cardée.* H.

ll. Ebibat ſaniem) Liquorem. Pulcerrima ebrietate rubeat, vt loquitur Caſſiodorus, Varr. L. I. ep. 2. vbi de purpura multa ille per eleganter. H.

m. Buccinum per ſe) Succus e buccino, inquit, ſolo, ſeu minore concha, improbatur, quia tincturam remiſſiorem, ſeu minus haerentem velleri facit, minuſque diuturnam. Si vero addatur et

per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. *n.* Pelagio *o.* [1] admodum alligatur, nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem illam nitoremque, qui quaeritur, cocci. *p.* Ita permixtis viribus alterum altero excitatur *q.*, aut adſtringitur. [2] Summa *r.* medicaminum in L. libras *s.* vellerum, [3] buccini ducenae: [1] pela-

1. *Ad modum. D.* 2. *ſumma medicaminum in libras vellerum Gr. et Al.* 3. *buccini ducenta Gr. et Al.*

et purpura, quae pelagia etiam dicitur, et magnitudine diſtat a buccino, tunc lanae color alligatur, vt elui deinde non poſſit. Id enim eſſe colorem alligari, Plinius ipſe docet, L. XXXII. ſ. 22. vbi de alga marina: *Tingendis etiam lanis ita colorem alligat, vt elui poſtea non poſſit.* H.

n. Fucum remittit) Tincturam dilutiorem monſtrat. *Dalec.*

o. Pelagio, etc.) Lege: *Pelagio admotum alligatur, nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem illam, etc.* Buccinum ſolum ac per ſe damnatur, quia fucum remittit. Pelagio admotum alligatur ac fucum ſuum tenet. Alligari dicuntur colores qui non facile eluuntur, nec fucum remittunt. Idem Plin. lib. XXXII. cap 7. de alga marina: *tingendis etiam lanis ita colorem alligans, vt elui poſtea non poſſit.* Ita alligatur buccinum, admotum Pelagio vel admixtum, quum alias per ſe colorem non teneat. *Salmaſ.* p. 1132. b.

p. Cocci) Hoc eſt, cocco ſimilem. De cocco dicetur, ſ. 65. H.

q. Excitatur) Viuidius fit aut obſcurius. *Dalec.*

Excitatur) Pelagio admixto buccinum excitatur, quia fit illuſtre, vegetum, viuidum, perenne: buccino pelagium adſtringitur, quoniam ea mixtura auſterius fit, minuſque floridum. H.

r. Summa) Menſura liquoris ad tingendas quinquaginta lanae libras, librae buccini ducentae: purpurae pelagiae, centum ac decem. H.

s. In L. libras) Vide N. et Em. N. CVI. (hic adi.) *In)* Librarum numerus velleribus lanae deeſt in omnibus exemplaribus: ſingulis enim vellerum libris, tot tribuere medicaminum, fide omni prorſus indignum eſt. Ideoque *in L. libras*, repetita priore ſequentis vocis litera, reſcripſimus: perfacile enim et procliui admodum lapſu ſimplices huiuſcemodi numerorum notae inter-

[1] pelagii, [2] cx. Ita ſit amethyſti color *t.* eximius ille. At Tyrius pelagio primum ſatiatur, immatura *u.* viridique cortina: mox permutatur in [3] buccino. Laus ei ſumma, [4] in colore ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu *x.* refulgens

1. *Pelagio. M.* 2. cxi. *Gr. et Al.* 3. *buccina. Parm.* 4. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Parm. et Ch. Color ſanguinis concreti Gr. et Al.*

intercidere potuerunt. Atque e contrario, quum in libris omnibus, *Pelagii CXI. Ita ſit* etc. ſcriptum reperiamus, CX. maluimus: ex voce enim ſequenti, iota illud accreuiſſe coniecimus, eraſimuſque. H.

t. Amethyſti color) Tria purpurae genera a varietate colorum ſumta memorant veteres, πορφυρίδα coloris violacei ſaturati, et ſubnigricantis, quo colore πορφύρεον κῦμα, θάνατον πορφύρεον, Homerus dixit. Talis fuit Amethyſtina, et quae e pelagiis purpuris ſolis fiebat atque buccinis: φοινικίδα, puniceam, rubentem, colore cocci, qualis fuit Tyria et Tarentina, a colore puniceo maturae palmulae dictam: ἀλεργίδα colore glauco, irato mari ſimili, auſtero, diluto, qualis fuit conchyliata, et quae fiebat e ſolis buccinis. Olim Odyſſea Homeri agebatur ἐν ἀλεργοῖς ἐσθήμασιν, ad ſignificandos per maria Vlyſſis errores: Ilias ἐρυθροβαφέσι, indicandis vulneribus cruentis, et caedibus. Sextus Pompeius, Magni filius ob hoſtium naufragia duo gloriabundus, imperatorium paludamentum phoenicium in caeruleum vertit, ad inſtar Neptuni, cuius ſe filium eſſe praedicabat, quoniam feliciſſima nauigatione vſus fuiſſet. Hadr. Iun. cap. 2. II. *Dalec.*

Amethyſti color) Qualis in amethyſto gemma, de qua L. XXXVII. ſ. 40. *Perlucent omnes violaceo colore . . . Indicae abſolutum felicis purpurae colorem habent: ad hancque tingentium officinae dirigunt vota.* Noſtri hunc colorem clarum violaceum vocant, *violet clair.* H.

u. Immatura) Nondum ſatis liquata et percocta. *Dal.*

Immatura) Non admodum percocto, domitoque igni medicamine: mox *idem Tyrius color* immutatur in ſucco buccini, *quo rurſum tingitur.* H.

x. Suſpectu) Si ſublimem paulum aſpexeris. Aſpicere eſt

gens. Vnde et Homero *y.* purpureus dicitur ſanguis. *z.*

LXIII. (XXXIX.) Purpurae vſum *a.* Romae ſemper fuiſſe video, ſed Romulo in trabea. Nam toga praetexta, et latiore clauo *b.* Tullum Hoſtilium

 e re-

eſt aduerſum ſpicere, hoc eſt tueri. Suſpicere, ſurſum poſitum contueri. Vide quae de hac voce dicturi ſumus, L. XXI. ſ. 22. H.

y. Vnde et Homero) Il. ρ. v. 360. αἵματι πορφυρέῳ. Quod et Maro ſequutus, in Aen. *Purpuream vomit ille animam.* H.

z. Purpureus dicitur ſanguis) A purpurae illuſtri colore, quidquid nitet ac ſplendidum eſt, ἅπαν τὸ ἀγλαὸν, *purpureum* Latini dixerunt: Catullus, *quercus purpureos ramos:* Albinouanus ad Liuiam, purpuream niuem, — — *purpurea ſub niue terra latet.* Horatius, — — *purpureis ales oloribus.* Ἀγλαοῖς, ἀγλαομόρφοις. Quinetiam Anacreon, πορφυρᾶν Ἀφροδίτην. Scaliger.

a. Purpurae vſum) De his abunde egimus, L. ſup. ſ. 74. H.

b. Et latiore clauo) Purpura latiore aſſuta mediae tunicae circa pectus: ea fere forma, qua ſunt Sacerdotalia pallia, quae a ſummo Pontifice Archiepiſcopi aliique accipiunt. Vide N. et Em. N. CVII. (hic adi.) *Latiore clauo)* Quid clauus ſit in re veſtiaria Romanorum, res eſt eruditorum hominum diſputationibus iactata pridem. Dirimere litem hic locus debuit: ex quo intelligitur latum clauum aeque ac praetextam purpura conſtitiſſe: clauatamque veſtem eſſe μεσοπόρφυρον, ſicut praetextam περιπόρφυρον. Vt Meſoleucos gemma Plinio dicitur L. XXXVII. ſ. 63. quam mediam diſtinguit candida linea: ſic μεσοπόρφυροι clauatae ſunt tunicae purpura in medio illuminatae. Archippus apud Pollucem, L. VII. c. 14. p. 340. laticlauias veſtes, πλατυπόρφυρα ἱμάτια vocat. Lexicon Graeco Latinum Πορφύρα ὑφασμένη, clauus. Soſipater, p. 19. *Hic clauus, id eſt, impurpurata veſtis:* id eſt, ἐμπόρφυρος ἐσθὴς, καὶ ὁ ἧλος. Hinc latam purpuram alii vocant, clauum latum in veſte. Plin. L. XXXIII. ſ. 6. *Vulgoque purpura latiore tunica vſos inuenimus etiam praecones.* Tertullianus, L. de pallio, c. 4. *Quum latioris purpurae ambitio*, etc. Iuuenalis, Sat. I. v. 106. *purpuram maiorem* appellat: *Quid confert purpura*

e regibus primum vſum Etruſcis deuictis ſatis conſtat. Nepos Cornelius, qui Diui Auguſti principatu obiit: Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum *bb.* vaenibat: nec multo poſt rubra Tarentina. *c.* Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille *d.* non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther Aedilis curulis *e.* primus in praetexta vſus [1]improbabatur: qua pur-

1. *Improbatur.* M.

pura maior? Optandum? Vbi recte vetus Scholiaſtes, laticlauium exponit. Gloſſae veteres in Perſium, Sat. I. laticlauiam tunicam, purpureum veſtimentum fuiſſe aiunt. Rectius purpuratum dixiſſent. Optime omnium Acro ad illud Horatii, L. I. Sat. 5. v. 36. *Praetextam, et latum clauum. Latum clauum*, inquit, *purpuram dicit, quae in pectore extenditur Senatorum: Graeci τὴν κολοβίωνα vocant.* Vſum eius retinent Principes, iniicientes veſti a ceruice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretioſis maris Pontici, vel aliis, dum regio habitu prodeunt in publicum. Latus autem clauus in tunica Senatoria non erat inſertus eodem loco, quo anguſti claui, nempe ad latus dextrum, vel ſiniſtrum, ſed in media tunicae parte. Hor. L. I. Sat. 6. v. 18. *Et latum demiſit pectore clauum.* Ad quem locum Acro: *Demiſit pectore, media parte corporis.* Tunica igitur Senatoria apud Romanos, purpuram palmi latitudine vt plurimum in medio habebat. In Dalmaticis Diaconorum noſtrorum, veterem anguſtorum clauorum morem remanſiſſe, Rubenius docet, L. de re veſtiaria, c. 8. vbi de eo argumento multa erudite diſputat. H.

bb. Denariis centum) Aureis decem. *Dalecamp.*

Denariis centum) Monetae Gallicae, libris omnino quadragenis. H.

c. Tarentina) Nunc quoque Tarenti aiunt exſtare veſtigia vetuſtarum officinarum, in quibus olim purpura lanae inficerentur, ingenteſque teſtarum aceruos conſpici, rei indices minime obſcuros. Vide Fab. Columnam, L. de Purpura, c. 11. p. 19. H.

d. Denariis mille) Aureis centum. *Dal.*

Denariis mille) Libris Francicis, quadringentis. H.

e. Aedilis curulis) Aediles curu-

purpura quis non iam, inquit, triclinaria *f.* facit? Spinther Aedilis fuit Vrbis conditae anno [1] DCXCI. *g.*, Cicerone Conſule. Dibapha tunc dicebatur *h.*, quae bis *i.* tincta eſſet, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes paene commodiores purpurae tinguntur.

1. *DCC. Gr. et Al.*

curules, et praetores et conſules, praetexta olim ornabantur. *Briſſonius.*

f. *Triclinaria*) De his egimus, L. VIII. ſ 74. H.

g. *Anno DCXCI.*) Vide N. et Em. N. CVIII. (hic coll.) *Anno*) Inter corruptae lectionis vitia, haud ſane leviſſimum iſtud eſt, quod contra Chronologiae rationes hoc loco irrepſerat: Habent enim exemplaria ante nos omnia *anno* DCC. MSS. *anno* DC. tum pauxillo ſpatio interpoſito, *Cicerone Conſule.* Excidiſſe in eo ſpatio librariorum incuria, denarii notam: ac deinde vocis ſequentis priores literas duas, quum bis ponerentur, primum ad numerum annorum ſignandum, deinde ad Ciceronis nomen efformandum, priore loco poſitas, ceu ſpurias, inductas eſſe ac deletas, haud abs re coniicimus: quum is ipſe annus DCXCI. plane incidat, ex Pliniana Liuianaque Chronologia, quam ſequimur, in Ciceronis Conſulatum, qui ſe Conſule P. Lentulum Aedilem curulem fuiſſe ipſe prodidit, tam in Orat. poſt reditum ad Quirit. tum L. II. de Off. Idem quoque Salluſtius tradit in Bello Cat. Nihilominus mihi nunc religio eſt omnium exemplarium teſtimonio reluctari, et anno alteri, quam ſeptingenteſimo ab Vrbe condita opinari Plinium affixiſſe Conſulatum Ciceronis. Favent fortaſſis huic Plinii calculo argumenta alia, quae nos alio loco ac tempore, ſi Deus dederit, indagabimus. H.

h. *Dibapha tunc dicebatur*) Prouerbii, *Strumam dibapha veſtire*, quis ſenſus ſit apud Ciceronem, vide explicatum a Rhod. cap. 26. 36. XXX. *Dalec.*

i. *Quae bis*) Ouid. L. III. de Arte, v. 170. laudatus a neſcio quo: *Nec quae bis Tyrio murice lana rubet.* Martialis, L. IV. epg. 4. *Quod bis murice vellus inquinatum.* Cic. ad Attic. L. II. ep. 9. p. 54. *Vatinii ſtrumam ſacerdotii* διβάφῳ *veſtiant.* Et Ep. ad Fam. L. II. ep. 16. ſatis facete: *Curtius noſter* δίβαφον *cogitat, ſed eum infector moratur.* H.

LXIV. In conchyliata veſte cetera eadem, ſine buccino *k.*: [1] praeterque *l.*, ius *m.* temperatur [2] aqua, et pro indiuiſo, humani potus excremento *n.*: dimidia

1. *Praeterque vis temp. etc. Budaeus. praeterque eius temperatura, et quae pro indiuiſo (ſic M.) humani potus excremento remedia et med. etc. Turn. praetereaque in eius temperatura pro infuſo humani potus excremento medicamina adduntur, etc. Alii. Lego, buccino, praeterque eius temperaturae aqua pro inu. humani potus excremento, ea dimidia tantum medicamina.*
2. *aqua pro inuiſo Gr. et Al.*

k. Sine buccino) Hoc eſt, ad conchyliatam veſtem pelagiae purpurae buccini vena, ſeu flos, ſiue ſuccus, non admiſcetur: cetera ſunt paria. H.

l. Praeterque ius temperatur aqua) Hoc eſt, praeterquam quod buccinum detrahitur, etiam hoc intereſt, quod hic ius pro lotio aqua temperatur, et ex medicaminibus dimidium inditur eius, quod in purpurae tinctura indi ſolet. *Praeter*, Plinius vtitur, pro *praeterea.* Gelen.

Praeterque) Praetereaque ſuccus purpurae temperatur aqua, et aequa portione humano lotio: ſed ſucci pelagii menſura dimidia adiici ad priorem debet. H.

m. Ius) Ius vocat ſuccum infectorium conchylii, qui ad lanam coquitur tingendam, in purpurea veſte; cum vrina et duplicatis medicaminibus: in conchyliata, cum ſimplicibus tantum pigmentis, et aqua, vrinae loco. Vrinam rubro colori et purpureo conciliando aptiſſimam eſſe monſtrant infectores, qui pigmentum rubrum, vulgo dictum, *orſeille*, conficiunt ex acerrimo lotio marium et terrae muſcoſa cruſta, quae nudis ſaxis inhaereſcit candicans, et imbre aſperſa veluti fungos exiguos rubentes gignit. *Dal.*

Ius) Purpurei ſucci decoctum. Graeci ζέμα vocant. Democriti nomine quae Phyſica appellantur, in codd. noſtris MSS. Εἶτα λαβὼν ἀπὸ τȣ̃ πυρὸς τὸ ζέμα, βάλε εἰς λεκάνην προβαλὼν τὴν πορφύραν, καὶ ἐπιχέεις τὸ ζέμα τῇ πορφύρᾳ, ἐα̃ βρέχεσθαι νυχθήμερα ἕν. Idem ibi οὔρȣ, hoc eſt, lotii, et ὕδατος parem fere modum temperando ei iuri adhibet. H.

n. Inuiſo humani potus excremento) Abominatos lotium homi-

midia *o.* et medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus

hominis veteres fuiſſe, oſtendit hoc, quod lotiulente, foede et lutulente dixerint. Titinius, *Lotiulente flocci fiet is cultor gulae.* Turnebus c. 20. lib. XVIII. obſeru. Plaut. in Menaech. *Summum me olfactare oportet veſtimentum muliebre: Nam ex hoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili;* (nimirum, lotii) Romanis turpe fuit atque ominoſum vel lotium tantum nominare. Quamobrem auctor c. 6. lib. XXVIII. quum vrinae vires perſequitur. *Sua cuique autem* (ait) *quod fas ſit dixiſſe, maxime prodeſt.* Idem c. 51. L. VII. Inter ſigna mortis recenſet neglectum effluuium praefandi humoris, id eſt, vrinae cum honore et praefatione nominandae: Sic Seneca cap. 3. lib. II. de Ira, irritationem humoris obſcaeni, id eſt, lotii et vrinae: et cap. 18. lib. II. de Tranq. vitae, immundam aquam vocat. *Dalec.*

Et pro indiuiſo) Praetereaque, inquit, eo etiam differt a purpurae confectione, conficiendi conchylii ratio, ſeu conchyliati coloris: quod decoctio corpuſque medicaminum eius temperetur, ſecus atque in purpura monſtratum eſt, aqua et humano lotio, pro indiuiſo, hoc eſt, aequis vtriuſque portionibus adhibitis, nulloque inter lotii et aquae modum diſcrimine. Vide N. et Em. N. CIX. (hic adi.) *Ius etc.)* Vehementer hic locus eruditorum torſit ingenia. Budaeus legit, *Praeterque vis temperatur:* Turnebus et Pellicerius in Nott. MSS. *Praeterque eius temperatura.* Libri impreſſi vulgo, *Ius temperatur aqua pro inuiſo humani potus excremento.* Alii, *pro indiuiſo humani potus experimento.* Nos, ne apice quidem immutato, ſinceriſſimam huius loci lectionem repraeſentauimus, ex fide MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et vet. Dal. ceterorumque. Atque vt iis, quae obſcuriora videntur, lucem aliquam afferamus, primum quidem *Ius* Plinius vocat, τὸ βάμμα, medicamen ſcilicet, quod in aheno coquitur tingendis lanis. Ζέμα et ζωμὸν Graeci quoque nuncupant. Deinde *pro indiuiſo*, loquutio eſt non Plinio modo rurſum L. XVI. ſ. 59. L. XVII. ſ. 1. et L. XVIII. ſ. 10. ſed et ſcriptoribus aliis familiaris. Frontinus, de limitibus agrorum: *Eſt et paſcuorum*, inquit, *proprietas pertinens ad fundos, ſed in commune: propter quod ea compaſcua multis locis in Italia*

datus ille pallor ſaturitate fraudata *p.*, tantoque [1] dilutior *q.*, quanto magis vellera eſuriunt. (XL.) Pretia medicamento *r.* ſunt quidem pro fertilitate litorum viliora: non tamen *s.* vſquam pelagii *t.* centenas [2] libras quinquagenos nummos *u.* excedere, et buc-

1. *Dilucidior. Alii.* 2. *ſic et Ch. pelagii libras Gr.*

lia communia appellantur: quibuſdam prouinciis, pro indiuiſo. H.

o. Dimidia etc.) Sententia eſt, ſi in libras vellerum quinquaginta, ducenae buccini, pelagiae vero purpurae medicaminis librae requiruntur centum et decem, vt dictum eſt ſ. 62. addi nunc dimidiatum adhuc pondus oportêre, quinque librarum ſupra quinquagenas. H.

p. Saturitate fraudata) Imminuta. Color ſatur Latinis, plenus ac vehemens eſt: noſtri *oneratum* vocant, *couleur chargée.* Huic dilutus opponitur. H.

q. Dilutior) Medicaminum enim ſaturitate intendi vellerum colores: ſiti vero remitti, dilutoſque euadere conſentaneum rationi eſt. Quidam *dilucidior* legunt, ſed errore haud leui. H.

r. Medicamento) Purpurae pelagiae, buccinique flori vel ſucco. H.

s. Non tamen etc.) Legend. *Non tamen vſquam Pelagii centenas libras quingentos nummos excedere, et buccini centenos ſciant, qui iſta mercantur immenſo.* Centenae librae pelagii quingentis nummis vaenibant: at buccinum longe purpura vilius. Ideo centenae eius librae centenis nummis dabantur. Sic librae ſingulae pelagii quinque nummis, buccini nummo vno exponebantur. Sequentia ſic lege: *Sed alia e fine initia, iuuatque ludere impendio, et luxus geminare miſcendo vtrumque, et ipſa adulterare adulteria naturae.* Vide *Salmaſium* pag. 1132. b.

t. Pelagii) Hoc eſt, Lanam pelagiae purpurae tinctura infectam librae pondo nuſquam excedere. *Dalec.* Meo quidem animo haec mens Plinii eſt; Pelagii ſeu purpurae medicaminis ſeu ſucci libras non pluris quinquagenis, buccini vero centenis aeſtimandas.

u. Quinquagenos nummos) Seſtertios videlicet. Ridet hominum luxuriam profuſoſque ſumtus, qui tam ingenti pretio pannum purpureum emerent, libram nempe, vti dictum eſt, ſect. ſup. denariis centum: quum centenae floris ipſius, vel ſucci purpurae pelagiae librae, quo vellera tingebantur, quin-

buccini centenos, ſciant qui iſta mercantur immenſo.

LXV. Sed alia [1] e fine *x.* initia: iuuatque ludere impendio, et [2] luſus geminare miſcendo, [3] iterumque *y.* et ipſa adulterare adulteria naturae: ſicut teſtu-

Ccc 5

1. Sic ex MSS. em. Hard. nec habent finem vitia. V. ſed alia ſunt e. f. i. Gr. et Al. 2. luxus. D. 3. ſic et Ch. iterum Gr. et Al.

quinquagenos nummos, ſiue denarios circiter tredecim, vix omnino excederent: buccini, centenos ſeſtertios, ſiue denarios quinque et viginti. Vide N. et Em. N. CX. (hic adi.) *Quinq.)* Non *in libras* ſcilicet ſingulas, vti libri hactenus editi repraeſentant, ſed *in centenas libras*, vt habent MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Locum hunc porro interpretes alii omnes perperam acceperunt. H.

x. Sed alia e fine) Sed vellere ſic imbuto, adeo non hic ars ſubſtitit, non hic luxuriae induſtriaeque finis, vt initium quoddam hoc viſum ſit aptiſſimum noui excogitandi luxus. Subſterni commode arbitrantur hunc colorem, qui per ſe abſolutiſſimus eſt, pretiique iam immodici, alteri rurſum tincturae. Amethyſtinam purpuram, de qua ſup. 62. Tyrio iterum colore inficiunt: nec conchyliata placet niſi eoſdem inſuper Tyrio ſaturetur. Sic luſum ars, luxuria ſumtus geminat. H.

y. Iterumque) Vide N. et Em. N. CXI. (hic adi.) *Et luſus, etc.)* Ita hunc locum interpunximus, ex MSS. proxime laudatis: quum prius editi legerent: *Et luſus geminare miſcendo iterum, et ipſa*, etc. Nec *luxus* mihi tantopere arridet, vt a MSS. fide diſcedam, qui *luſus* exhibent, quamquam et ea vox defendi poteſt, quoniam mox ſequitur, *Et gemina demonſtrata eſt via luxuriae, vt color alius operiretur alio.* Sed improbatur plane Salmaſii coniectura, p. 1133. in Solin. vocem hanc *iterum* in *vtrumque* commutantis, interpretantiſque luxum geminari, miſcendo pelagium buccinumque: quum aliud longe Plinius intellexerit: mixto iam ſcilicet pelagio buccinoque, vt fieret amethyſtina purpura, quemadmodum dictum eſt ſ. 62. adiici rurſum alterum colorem, nempe Tyrium, qui amethyſtum operiret: ſic luſus artis geminari: ſic adulteria ipſa naturae adulterari iterum. H.

teſtudines z. tingere, argentum auro confundere, vt electra *a.* fiant: addere his *b.* aera, vt Corinthia. (XLI.) Non eſt ſatis abſtuliſſe gemmae *c.* nomen amethyſtum: rurſum [1] abſolutum inebriatur Tyrio *d.*, vt ſit ex vtroque nomen *e.* [2] improbum, ſimulque luxuria duplex: et quum *f.* confecere conchylia, tranſire melius in Tyrium putant. Poenitentia hoc [3] primum debet inueniſſe, artifice mutante quod damnabat: inde [4] ratio nata, votumque quoque factum e vitio portentoſis ingeniis, et gemina demonſtrata via luxuriae, vt color alius operiretur alio, ſuauior ita fieri leniorque dictus. Quin et terrena miſcere, coccoque *g.* tinctum Tyrio tingere, vt fieret [5] hyſginum. *h.* Coccum *i.* Galatiae rubens

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ablutus. D. et Gr. rurſum et ipſa Al.* 2. *improbum Tyriamethyſtus. V.* 3. *primo. Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. ratio eſt nata. V. ratione nata Gr. et Al.* 5. *bisbyſſinum. V. praue.*

z. *Sicut teſtudines)* Similis, inquit, luxuries hominum animos inuaſit teſtudinibus tingendis: ſuperinducto putaminibus earum colore, in operibus inteſtinis. Ea de re Plinius paulo vberius, L. XVI. ſ. 84. H.

a. Vt electra) De eo electri genere, dicetur L. XXXIII. ſ. 23. H.

b. Addere his) Auro, argentoque. De Corinthio aere, L. XXXIV. ſ. 3. H.

c. Abſtuliſſe gemmae) Et communicare cum purpura, quae amethyſtina nuncupatur. H.

d. Tyrio) Tyrius color qua fieret arte, dictum eſt ſ. 62. H.

e. Ex vtroque nomen) Tyriamethyſtus, ex Tyrio et amethyſtino colore. H.

f. Et quum) Et quum conchyliatum colorem fecere; induci tum melius rurſum Tyrium arbitrantur. H.

g. Coccoque etc.) Aperte coccum ab hyſgino ſeparat. ſic cocco tinctum Tyria purpura tingebant, vt fieret hyſginum, color hyſginus inter purpureum et coccinum fuerit oportet. *Salm.* 272. b.

h. Hyſginum) De hyſgino vide quae adnotata ſunt in

bens [1] granum, vt dicemus *k.* in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniae, in maxima laude *l.* eſt. Verum vt ſimul peragantur nobilia pigmenta, anniculo [2] grano *m.* languidus ſuccus: idem a quadrimo euanidus. Ita nec recenti vires, neque ſeneſcenti. Abunde tractata eſt ratio, qua ſe virorum iuxta feminarumque forma credit ampliſſimam fieri.

LXVI. (XLII.) Concharum *n.* generis et pinna *o.* eſt. Naſcitur *p.* in limoſis [3] ſubrecta ſemper

1. *Gramen. M. et Ch.* 2. *gramini. M. et Ch.* 3. *ſubiecta. M.*

in cap. 8. lib. XVI. et c. 7. lib. XXXV. *Dalec.*

Vt fieret hyſginum) Fuit ergo color hyſginus, e coccino, purpureoque ſeu Tyrio mixtus. Nomen traxiſſe ab ὕσγη videtur, quae Suidae herba eſt tingendis adhiberi ſolita lanis. Ὕσγη, inquit, Tomo II. p. 1014. εἶδος βοτάνης· καὶ ὑσγινοβαφὴς χιτὼν, ὁ ὑπὸ τῆς ὕσγης βεβαμμένος. Atque idcirco fortaſſis Pauſanias in Phoc. ſcripſit coccum tinctile Galatis ὕσγην nominari, quod Tyrio colori ſubſterni id ſoleret, vt color hyſginus pararetur: adiecta fortaſſis etiam ὕσγη βοτάνη. H.

i. Coccum) A Dioſcoride κόκκος βαφικὴ, hoc eſt, granum infectorium. De eo vberius, L. XVI. ſ. 12. L. XXII. ſ. 3. L. XXIV. ſ. 4. Coccum rubens, Graecis φοινικοῦν, puniceum. *L'écarlate.* Vide L. XVI. ſ. 12. H.

k. Dicemus) Cap. 8. lib. XVI. et cap. 4. lib. XXIV. *Dalec.*

Vt dicemus) Locis proxime appellatis. H.

l. In maxima laude) Viliſſimum contra Hiſpanum eſſe ſcribit Dioſcorides, L. IV. c. 48. Ἐσχάτη δὲ πασῶν ἡ ἐν Ἱσπανίᾳ. Sed de κόκκῳ βαφικῇ ſomnolenter admodum is tractauit, vti ſuo loco monebimus. Contra Petronius in Satyr. *Heſperium coccum laudabat miles, eadem Quaeſitus tellure nitor certauerat oſtro.* De minio Hiſpano loquitur. H.

m. Anniculo grano) Cocco. H.

n. Concharum) Apud Ciceronem lib. de Nat. Deorum, Balbus; et lib. III. de Finib. Cato, idem narrant ex ſcriptis et diſciplina Stoicorum, et praecipue Chryſippi, cuius verba ipſa Muretus refert in cap. 5. *Dal.*

o. Et pinna) Noſtris, *Nacre*: Tamen viri Gallice periti concham eo nomine aiunt

per *q.*, nec vmquam ſine comite, quem pinnoterem *r.* vocant, alii pinnophylacem. *s.* [1]Is eſt ſquilla parua *t.*: alibi cancer dapis affectator. Pandit ſe pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus praebens. Aſſultant illi protinus, et vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus ſpeculatus index, morſu leui ſignificat. [2]Illa *u.* compreſſu,

1. *Id. Ch.* 2. *ſic et Ch. et V. Illa ore compreſſo Gr. et Al.*

aiunt deſignari, non piſcem: piſci nullum nomen inditum ea lingua eſſe. Iconem vide ap. Rondel. L. I. de teſt. c. 48. H.

p. Naſcitur) Rem hanc totam eleganti carmine, totidemque ferme verbis ac Plinius, cecinit Oppian. Hal. L. II. v. 186. Cicero quoque, de N. D. L. II. p. 100. Plutarch. L. de ſol. anim. p. 29. aliique: et Ariſt. Hiſt. L. V. c. 14. Sed id verumne ſit omnino, dubitat Buſbequius, epiſt. Turc. L. IV. p. 303. H.

q. Subrecta ſemper) Vide N. et Em. N. CXII. (hic adi.) *Naſcitur* etc.) Ita R. 1. 2. etc. Vetus Dal. cod. *ſubiecta*, mendoſe. Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 573. Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσιν. Ἔχουσι δὲ ἐν αὐταῖς πιννοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον· οὗ στερισκόμεναι διαφθείρονται θᾶττον. *Pinnae autem ſubrectae, enaſcuntur ex byſſo in ſabuletis et caeno: habent intra ſe cuſtodem, aut ſquillam, aut cancellum: quo amiſſo, celerius pereunt:* Quia nimirum eſt veluti promus condus, cuius ſocietate ſoluta, et hoſpitis vita ſoluitur. Eſt autem hoc loco byſſus, veluti lana quaedam mollis, qua pinnae alligatae ſemper rectae ſtant. H.

r. Pinnoterem) Vel πιννοτήρης, vt ſcribit Athen. L. III. p. 89. ex Chryſippo Solenſi: hoc eſt, *pinnae cuſtos:* vel πιννοθήρας, vt Plutarch. l. c. ab obſeruanda pinna, vel a pabulo pinnae venando: niſi mendum ei voci ſubeſt. H.

s. Pinnophylacem) Oppianus, l. c. aliique. H.

t. Squilla parua) Hoc eſt, cancellus, quem Graeci vocant *caridion.* Hermol. Barb.

Is eſt ſquilla parua) Latinum nomen apud nos quoque retinet. H.

u. Illa ore compreſſo) Verbum *ore* in archetypo Tolet. non legitur. Et ſane Ariſtoteles lib. V. cap. 16. non os comprimi a concha tradit. Eius

preſſu, quidquid [1] incluſit, exanimat, partemque ſocio tribuit.

LXVII. Quo magis *x.* miror, quoſdam exiſtimaſſe, aquatilibus nullum ineſſe ſenſum. Nouit torpedo *y.* vim ſuam, ipſa non torpens: merſaque *z.* in

1. *incluſerit.* M.

Eius verba. *Naſci etiam in cubilibus ſpongiarum nouimus, beſtiolam aranei ſimilem, nomen pinnothera mutuantem. Degit haec intra ſpongiarum cubile, et aperiendo claudendoque piſciculos capit. Aperit ante quam ingrediantur, claudit et contrahit quum ingreſſi ſunt.* Haec Ariſtoteles. Apud quem an legendum ſit pinnothera, cum aſpiratione, an ſine illa, non abſurde dubitari poſſet, vt ſit *pinnoter* quaſi pinnarum cuſtos, quod alterum nomen *pinnophylax* oſtendit. Confirmat id Plutarchus in libro, Vtra animalium, etc. Niſi quis dicat appellari *pinnother*, quod pinna venetur piſciculos. Lego igitur in Plinio, *Illa compreſſa quidquid concluſit exanimat:* vt quemadmodum ante venationem dixit, pandere ſe, ſic in venatione et captura dicat, comprimi. Pint.

Illa compreſſu) Vide N. et Em. N. CXIII. (hic adi.) *Illa*) Sincerior multo ea lectio eſt, codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. quam editorum librorum, *illa ore compreſſo:* Sic enim Tullius de N. D. L. II. p. 100. *Pinna admonita ab ſquilla, morſu comprimit conchas.* Vox *ore* in MSS. abeſt. H.

x. Quo magis) Reliquum deinceps caput habet plane totidem verbis Philoſophus, H. A. L. IX. c. 48. p. 182. H.

y. Nouit torpedo) Refert hoc et Plutarch. L. de ſol. anim. p. 978. Eleganti vero carmine cecinit Oppian. Hal. L. II. v. 61. Torpedo noſtris *Torpille:* Aremoricis, *Tremble.* Iconem Rondeletius habet, L. XII. c. 19. Carmen XLVI. de torpedine non inelegans, Claudianus. H.

z. Merſaque) Vide N. et Em. N. CXIV. (hic adi.) *Merſaque*) Ita MSS. omnes. At quid ſi *verſaque*, legas? Ea enim vox, pro inuerſa reſupinaque, quo ſitu commodius ad corripiendos ſupernatantes piſces ſe habeat, videtur haud aſpernanda Pellicerio in Not. MSS. At nihil eſt opus ſic reſupinari torpedinem: quum piſciculos, qui ſupernatando obtorpuere, fugae captandae iam impotes: arripere commode, vt libuerit, poſſit. H.

in limo ſe occultat, piſcium qui ſecuri [1] ſupernatantes obtorpuere *a.*, corripiens. Huius iecori *b.* teneritas nulla praefertur. Nec minor *c.* ſolertia ranae *d.*, quae in mari piſcatrix vocatur. Eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exſerit *e.*, [2] aſſultantes piſciculos [3] attrahens, donec tam prope accedant, vt [4] aſſiliat. Simili modo ſquatina, et rhombus *f.*, abditi pinnas *g.* exſertas mouent ſpecie vermiculorum: [5] itemque quae vocantur raiae. *h.* Nam

1. *Natantes. M. ſuper nantes. Cb.* 2. *aſſultantibus piſciculis pertrahens. V.* 3. *pertrahens. V.* 4. *aſſiliant. Cb.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. quae vocatur raia. Gr. et Al.*

a. Obtorpuere) Vim hanc torpedinis emittendi halitus, qui ſtuporem rebus cunctis afferat contactu, expertum ſe teſtatur V. Cl. D. Redi, apud Denyſium, in Diſceptationibus Acad. anni 1672. p. 199. Quum enim is manu torpedinem prehendiſſet, brachium ſibi torpere, non ſine vehementi dolore, ſenſit. H.

b. Huius iecori) Rondeletius tamen torpedinem damnat in cibis. Laudat Galenus multis in locis: Molli carne ac tenera eſſe ſcribit, de fac. al. L. III. c. 36. p. 398. T. VI. At non torpedo hic tota, ſed iecur modo commendatur. H.

c. Nec minor) Ariſt. l. c. Oppian. Hal. L. II. v. 86. Aelian. H. A. L. IX. c. 24. E noſtris, Cicero de N. D. p. 101. H.

d. Ranae) Italis *Martino piſcatore*, et *Diavolo di mare*, inquiunt Rondeletius, et Saluianus. Cetera apud alias gentes nomina ab iiſdem require. H.

e. Exſerit) Et quaſi eſcam praeternatantibus piſciculis obiicit. H.

f. Et rhombus) Ariſt. lib. IX. Hiſt. περὶ τῆς ψήττης, id eſt, de paſſere, hoc prodidit. Athenaeus tamen ſub finem libri ſeptimi, Rhombum Romanis Paſſerem vocari ſcribit. *Dalec.*

Et rhombus) Qui Ariſtoteli l. c. ψῆττα. Noſtris, *Turbot.* H.

g. Pinnas) Non tam pinnae dici, quam virgulae, radii, aut vermiculi, debent. Ariſtoteli, ῥαβδία, l. c. H.

h. Quae vocantur raiae) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Editi, *Quae vocatur raia*, mendoſe. Diuerſa raiarum genera ſignificat, de

Nam paſtinaca *i.* latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſolertiae huius, quod tardiſſimi piſcium hi, mugilem velociſſimum omnium habentes in ventre reperiuntur. (XLIII.) Scolopendrae *k.* terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt *l.*, donec hamum egerant, deinde reſorbent. At vulpes *m.* [1] marinae, ſimili in periculo glutiunt amplius *n.* vſque ad [2] infirma lineae, quae facile *o.* praerodant. [3] Cautius qui glanis *p.* vocatur:

1. *Marinae, in M. d.* 2. *infima. V.* 3. *Glaucus et qui. V.*

de quibus Rondeletius, L. XII. p. 13. H.

i. Nam paſtinaca) Ariſt. l. c. Haec raiae ſimillima eſt: quam ob ſimilitudinem Galli raiam vocant: Graeci τρυγόνα. Iconem eius exhibet Rondeletius, L. XII. c. 1. H.

k. Scolopendrae) Haec totidem verbis Ariſt. H. A. L. II. c. 17. p. 237. et L. IX. c. 51. p. 1086. Oppian. Hal. L. II. v. 424. Aelian. H. A. L. VII. c. 35. Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 3. p. 261. ſcolopendras depingit, deſcribitque Rondeletius, L. de inſect. c. 2. p. 108. H.

l. Hamo deuorato omnia interanea euomunt) Oſcitanter de Vulpe marina id ſcripſit Plutarchus dialogo, Vtra prudentiora, etc. *Dal.*

Euomunt) Triplicem deſcripit actum aduerſus hamos: Primum, ſcolopendrae, quae euomit: Alterum vulpis, quae erodit: Tertium, glanidis, qui eſca ſpoliat. H.

m. At vulpes) Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 52. p. 1087. Aelian. V. H. L. I. c. 43. Oppian. Hal. L. III. v. 144. Ab cauda, quae ſimilitudinem enſis refert aliquam, nomen traxit apud Monſpelienſes, teſte Rondeletio, L. XIII. c. 10. p. 387. vbi eius effigiem exhibet. H.

n. Glutiunt amplius) Hoc eſt, vt ait Albertus, de anim. L. VIII. tr. 3. p. 262. *Magnam partem hamorum, et filorum retis, aliquando glutit, et glutita maſticat, et abſcindit ea dentibus: et quum ſic ſibi viam euaſionis praeparauerit, tunc euomit interanea, vt ſcolopendra.* H.

o. Quae facile) Forte, *qua*: hoc eſt, qua parte. H.

p. Cautius qui glanis) Hermolaus alterutro ex duobus modis hunc locum caſtigat. Vnus eſt, *Glanius qui et glanis*

turq.: auerſos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca

nis vocatur: alter, *Glaucus et qui gelanis vocatur.* Neuter verus eſt, neque item vero ſimilis. Nam quod Hermolaus ait Ariſtotelem lib. IX. ſcribere de glani, hoc ipſum quod hic a Plinio traditur, falſum eſt. Id vt conſtet, Ariſtotelis verba de glani ſubiungam, ex eodem lib. IX. cap. 37. *Tunc ſi minor ſit natu, minuſque vſu exercitatus, facile hamo capitur: ſed ſi peritus, et hamifraga eſt, morſu dentis ſui duriſſimi rumpit hamum, et fetum aſſidue cuſtodit.* Haec Ariſtoteles. De cetero Plutarchus lib. Vtra animalium, non glani hoc tribuit, qui ſilurus apud nos vertitur, ſed ceſtreo, qui mugil: quo auctore, niſi dura eſſet caſtigatio, ſcribendum cenſerem, *Ceſtreus, qui mugil a nobis vocatur, auerſus mordet hamos.* Nec mihi hac in parte ſatiſfacit Franciſcus Maſſarius, vir alias digniſſimus qui maxime laudetur. Quo modo igitur hic locus reſtituendus ſit, aeſtimandum exactiore diligentia. *Pint.*

Cautius qui glanis) Cautius, inquit, hoc eſt, meliore conſilio glanis in mari, quam priores, ſcolopendrae, ac vulpes, hamos non deuorat, ſed obliquo morſu ſpoliat eſca. Vide N. et Em. N. CXV. (hic adi.) *Cautius)* De glani marino, (nam de fluviatili, qui ſilurus dictus eſt, ſ. 17. alia eſt fortaſſis ratio;) Ariſtoteles paulo aliter quam Plinius: Nam ſi minor glanis eſt, inquit, Hiſt. L. IX. c. 54. p. 1088. minuſque vſu exercitatus, facile hamo capitur: ſed ſi peritus, et hamiuorus eſt, morſu dentis ſui duriſſimum rumpit hamum: τῷ δὲ ὀδόντι τῷ σκληροτάτῳ συνδακὼν, διαφθείρει τὰ ἄγκιστρα. Vera exiſtimatio eſt, aliunde Plinium, quam ex Ariſtotele, haec hauſiſſe, atque alio de piſce loquutum: priorem enim huius loci vocem, propriam eſſe piſcis appellationem Barbarus credidit, et *Glanius, Glaucuſue* ſcribendum. Certe in MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. *Clautius, qui glanis* etc. apertiſſime legitur. Nos, cum Pintiano, exactiore diligentia aeſtimandum putamus, quae arte huic loco, ſi vlla eſt opus, facienda medicina ſit. H.

q. Glanis vocatur) Ariſtot. Glanidem ἀγκιστροφάγον εἶναι, hamos deuorare ſcribit. De mugile hoc tradit Plutarch. dialogo, Vtra prudentiora, etc. Quare Pintianus ferme audet legere, *Ceſtreus, qui Mugil a nobis vocatur.* Dalec.

eſca ſpoliat. (XLIV.) Graſſatur aries *r.*, vt latro. Et nunc grandiorum nauium in ſalo ſtantium occultatus vmbra, ſi quem nandi voluptas inuitet, exſpectat: nunc elato extra aquam capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultuſque adnatans mergit.

LXVIII. (XLV.) Equidem et his ineſſe ſenſum arbitror, [1] quae neque animalium, neque fruticum, [2] ſed tertiam *s.* quamdam ex vtroque naturam habent: vrticis dico, et ſpongiis. Vrticae noctu vagantur *t.*, noctuque [3] mutant. *u.* Carnoſae *x.* frondis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. nec animalium, nec fruticum, ſed tertiam ex vtroque Gr. et Al.* 2. *ſed tertia quadam ex vtraque natura habentur. Ch.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. ſedem videl. mutantur Gr. et Al.*

r. Aries) Bellua marina, nomine tantum cognita. *Rondel.*

Aries) Ab iis arietibus, de quibus diximus, ſ. 4. qui ſunt belluarum generis, hunc arietem forma diſcrepare Plinius ſignificat, L. XXXII. ſ. 53. vbi genera piſcium enumerans: *Vt a belluis ordiamur*, inquit, *arbores, phyſeteres — — arietes, muſculi, et alii piſcium forma arietes.* Niſi alios ibi intelligat ab iſto, de quo nunc ſermo eſt, et ab iis, de quibus ſ. 4. diuerſos: quod vix reor. H.

s. Tertiam) Ζωόφυτα, ζωόδενδρα. *Dalec.*

t. Vagantur) Vagantur, quae ſolutae quidem ſunt: nam alterum earum genus ſaxis affixum ſemper haeret. *Dalec.*

Noctu vagantur) Vide N. et Em. N. CXVI. (hic poſt.)

Vrticae n.) Ita quidem MSS. R. 2. Par. et alii. At R 1. *noctu aguntur*: vt merito corruptus hic locus cenſeri poſſit: quoniam *noctu vagari, et noctu mutare*, inſignis tautologiae vitio carere minime videatur. Quamobrem ſincerius credo lectum iri ex Ariſt. de H. A. L. I. c. 2. p. 16. *Noctu aluntur*, vel, *paſcuntur.* Τῶν γὰρ τινὲς νύκτωρ ἀπολυόμεναι νέμονται. *Vrticae quaedam*, inquit, *a ſaxis abſolutae, noctu paſcuntur.* Sed haec coniectura modo eſt, non κυρία δόξα. H.

u. Noctuque mutant) Sedem videlicet, rimaſque ſaxorum, in quibus gignuntur, quoue euagatae ſe recipere conſueuerunt. Non omnes

dis his natura: [1] et carne *y.* veſcuntur. Vis pruritu *z.* mordax, eademque quae terreſtris vrticae. Contrahit ergo *a.* ſe quam maxime rigens, ac praenatante piſciculo frondem ſuam ſpargit, complectenſque deuorat. Alias [2] marcenti ſimilis, et iactari ſe paſſa fluctu algae vice *b.*, [3] contactos *c.* piſces, attrituque [4] petrae ſcalpentes pruritum, inuadit. Eadem

1. *Vt carne veſcantur.* M. 2. *marcentis.* Ch. 3. *contractos piſcium.* Ch. 4. *petras ſcalpentes ob pruritum.* D.

omnes tamen vrticae vagantur, vt Plinii fert interpretatio: ſed vnum tantummodo genus earum. Nempe ſi Ariſtoteli credimus, Hiſt. L. V. c. 15. p. 577. *Genus duplex vrticae eſt: aliae cauis adhaerent petris, nec vmquam ab iis abſoluuntur: aliae plana et litora amant, quae abſoluunt ſeſe, et ſedem mutant.* Τῶν δὲ κνιδῶν δύο γένη· αἱ μὲν ἐν ἐν τοῖς κοίλοις, οὐκ ἀπολύονται τῶν πετρῶν· αἱ δὲ ἐπὶ τοῖς μείζοσι καὶ ἐπὶ τοῖς πλαταμώδεσιν, ἀπολυόμεναι μεταχωροῦσιν. H.

x. Carnoſae) Ariſt. H. A. L. IV. p. 461. Σαρκώδες τὸ σῶμα πᾶν ἐστιν αὐτῆς. *Toto corpore carnoſa vrtica eſt.* Hoc illud eſſe calloſum eſculentum, quod Burdegalae vocant *Cubalſaut:* aliamque his eſſe in Aremoricis ſcopulis naturam, ſcribit Scaliger, Exerc. 219. p. 698. Harum, quae ſolutae ſunt, et vagantur, effigiem exhibet Rondel. L. XVII. c. 19. et 20. Gallis plerumque, *Orties de mer.* H.

y. Et carne) Piſciculis, qui ad eas allapſi fuerint. Ariſt. L. VIII c. 3. p. 866. et l. c. p. 462. H.

z. Vis pruritu) Diphilus Siphnius, apud Athen. L. III. p. 90. Aelian. H. A. L. VII. c. 35. H.

a. Contrahit ergo) Ad haereſcitque ſimul ſaxo: vnde praeternatantes piſciculos fronde ſua, hoc eſt, brachiis ſtringit. Ariſt. Hiſt. L. IV. c. 5. p. 462. H.

b. Algae vice) Inſtar algae. H.

c. Contactos) Hoc eſt, ab vrtica ipſa piſciculos. Fit enim protinus, vt pruritum contacti ſentiant, quem ſcalpere ad petram aliquam conantes apprimit vrtica. *Herm. Barb.*

Contactos piſces) In MSS. *piſcium.* H.

Eadem noctu *d.* pectines et echinos perquirit: [1]dum admoueri ſibi manum ſentit, colorem mutat et contrahitur. [2]Tacta vredinem mittit *e.*, paulumque ſi [3]fuit interualli, abſconditur. [4]Ora ei in [5]radice *f.* eſſe traduntur: excrementa *g.* per ſumma tenui fiſtula reddi.

LXIX. Spongiarum *h.* tria genera [6] accepimus: ſpiſſum ac praedurum et aſperum, tragos id vocatur *i.*; [7]ſpiſſum et mollius, [8]manon *k.*: tenue denſum-

1. *Cum. M. et dum. Alii.* 2. *tracta. Ch.* 3. *fuerit. M.* 4. *os ei in rad. eſſe traditur. D.* 5. *radices. Ch.* 6. *accipimus. Gr.* 7. *minus ſpiſſum et mollius Gr. et Al.* 8. *minus, in Ch. d., manos. Ch.*

d. Eadem noctu) Ariſt. l. c. H.

e. Tacta vredinem mittit) Admotam contrectantis manum pungit. *Dalec.*

Tacta) Tacta vrit et pruritum ciet. H.

f. Ora ei in radice) Ariſt. tum loco cit. tum L. VIII. Hiſt. c. 3. p. 866. vbi haec ipſa leguntur, ἐν μέσῳ os habere vrticam, hoc eſt, in ſui medio, non ſemel teſtatur. Sed nimirum frondis vocabulo, quo non ſemel in huius aquatilis deſcriptione Plinius abutitur, haud male nunc radices reſpondere videntur, idemque ſignificare ac medium, ſiue os ipſum. H.

g. Excrementa) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 3. p. 866. quamquam idem Philoſophus ſibi contradicens in quarto p. 463. negat vllum ei excrementum eſſe: at os tamen habet, et paſcitur. H.

h. Spongiarum) Habet haec ipſa Philoſophus, H. A. L. V. c. 15. p. 578. H.

i. Tragos id vocatur) Ab odore graui: nam quia caeno et luto ea ſolum viuunt, male olent. *Dal.*

Tragos) Τράγοι καλοῦνται, *hirci.* Ariſt. H.

k. Manon) Μάνον, *rarum.* Vide N. et Em. N. CXVII. (hic conſp.) *Spiſſum*, etc.) Genus hoc a raritate, non abſoluta quidem, ſed maiore, quam in ſuperiori genere, nomen traxit. Fruſtraque Gelenius voculam *minus* huic ſententiae addidit, quae ab omnibus MSS. abeſt, libriſque vetuſtis, ita ſcribens: *Minus ſpiſſum et mollius, manon.* H.

ſumque *l.*, ex quo penicilli *m.*, Achilleum. *n.* Naſcuntur *o.* omnes in petris: aluntur conchis, piſce, limo. Intellectum *p.* ineſſe his apparet, quia vbi auulſorem ſenſere, contractae multo difficilius abſtrahuntur. Hoc idem fluctu pulſante faciunt. Viuere eſca *q.*, manifeſto conchae minutae in his repertae

l. Tenue denſumque) Noſtris, *Eſponge fine.* H.

m. Penicilli) Turundae ſinuoſis et cauis vlceribus immittendae. Penis, ac inde peniculus, penicillus, et peniculamentum, cauda. Et quoniam veteres caudis boum, vt nos vulpium, vti ſolebant ad puluerem excutiendum, peniculos et penicillos inde vocarunt ea, quibus menſas et ſoleas tergebant, praetereaque pictorium veluti calamum ex ſetis compactum. Plaut. in Menaech. *Quis eſt iſte peniculus quo exſtergentur baxeae.* Afranius, *Lares ludentes peni pinxit bubulo.* Arnobius lib. V. *Peniculamenta decurtantem cauteriorum, innectentem laqueos mobiles.* Ennius apud Nonium, *Pendent peniculamenta vnum ad quodque pedule.* Aelianus ex ſilveſtrium boum caudis μυοσύβας, muſcaria olim facti-tata ſcribit. Itaque penicilli trium ſunt generum, excuſſorii, abſterſorii, pictorii. Caudis equorum tota fere Germania hodie pectines barbae et capilli contactu ſordidos deterget. Apud Plaut. in Menaech. Peniculus, paraſiti nomen, quod inſtar ſpongiae menſam tergeret: *Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi: Ideo, quia menſam, quando edo, detergeo.* In Rudente, *Age iam hic te itidem quaſi penicillus nouus exugeri ſolet. Ni hunc amittis, exugebo quidquid humoris tibi eſt.* Theopompus lepide apud Athen. vetulam, quae linctu lances detergebat, λεκάνης σπόγγον καὶ πτερὸν λεπάςης appellat, vt apud Nonium Terginocalicem, qui calices terget: in voce, eluo. Cic. ad Famil. epiſt. *Dal.*

n. Achilleum) Quoniam, vt inquit Euſtathius, robuſtiſſimum eſt, ſicut hordeum praeſtantiſſimum Achilleum vocatur, quale ſuis equis Achilles obiecit. Rhodigin. cap. 6. XXIV. Vide infra cap. 12. lib. XXXI. *Dal.*

o. Naſcuntur) Ariſt. l. c. H.

p. Intellectum) Senſum τὴν αἴσθησιν dixit Ariſtot. tum l. c. p. 579. tum L. I. c. 2. totidem verbis, H.

q. Viuere eſca) Ariſt. p. 580. H.

pertae oſtendunt. Circa Toronem *r.* veſci illis auulſas etiam aiunt, et ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris quoque inhaeret color, Africis praecipue, quae generantur in Syrtibus. Maximae fiunt *s.* manae, ſed molliſſimae, circa Lyciam. In profundo *t.* autem, nec ventoſo, molliores. In Helleſponto aſperae, et denſae circa Maleam. Putreſcunt in apricis locis: ideo optimae in gurgitibus. Viuentibus *u.* [1] idem, qui madentibus nigricans color. Adhaerent *x.* nec parte, nec totae: Interſunt enim fiſtulae quaedam inanes, quaternae fere aut quinae, per quas paſci exiſtimantur. Sunt et aliae *y.*, ſed ſuperne concretae. *z.* Et ſubeſſe *a.* mem-

1. *Idemque mandentibus. M. V. idem qui mandentibus. Ch.*

r. Circa Toronem) Ariſt. l. c. H.

s. Maximae fiunt) Reliquum deinceps caput totidem verbis habet Ariſt. p. 581. ſed ita ſolerter ingenioſeque tractatum a Plinio eſt; vt niſi omnia exactiore diligentia inter ſe conferantur, diſcrepare interdum a Philoſophi ſententia Plinius videatur: ſed minus cautis, nec ſatis Graece peritis. H.

t. In profundo) Omnino, inquit, Philoſophus, quae in profundis tepidiſque locis ſunt, molliſſimae: vento enim et frigore, ſicut et alia plantarum genera, indurantur, et creſcere prohibentur. H.

u. Viuentibus) Ariſt. Ἄπλυτοι δὲ ὄντες καὶ ζῶντες, εἰσὶ μέλανες. *Et niſi lauentur, et dum viuunt, nigrae ſunt.* H.

x. Adhaerent, etc.) Ariſt. ἡ δὲ πρόσφυσίς ἐστιν οὔτε καθ᾽ ἕν, οὔτε κατὰ πᾶν. Quae Gaza Plinium ſequutus ſic reddidit: *Adhaerent nec parte, nec tota.* Sed rectius, fideliuſque, opinor, ſic ea vertiſſet: *Adhaerent neque ex vna parte, neque ex omni.* Nam quae nec totae, nec parte adhaerent, qualiter tandem adhaerent, non ſatis intelligo. H.

y. Sunt et aliae) Fiſtulae, per totum corpus earum ſparſae, verum hae ſuperne occluſae et obturatae. *Dal.*

Sunt et aliae) Fiſtulae videlicet, ſeu meatus: quorum nulli ſunt ad ſuperiora peruii, praeter quaternos aut quinos: quae cauſa fuit, cur

membrana quaedam radicibus earum intelligitur. Viuere conſtat longo tempore. Peſſimum omnium *b.* genus eſt earum, quae aplyſiae vocantur, quia [1] elui non poſſunt *c*, in quibus magnae ſunt fiſtulae, et reliqua denſitas ſpiſſa. *d.*

LXX. (XLVI.) Canicularum maxime *e.* [2] multitudo *f.* circa eas *g.* vrinantes graui periculo [3] infeſtat.

1. *Erui, Parm.* 2. *ſic et M. et Ch. multitudine Gr. et Al.* 3. *infeſtantur Gr. et Al.*

cur exiſtimarent aliqui, his meatibus eas cibum capere. Haec Ariſt. l. c. H.

z. *Concretae)* Obturatae. H.

a. *Et ſubeſſe)* Ariſt. p. 581. *Haerent*, inquit, *neque vna tantum parte, neque omnibus: interuenientibus ſcilicet fiſtulis inanibus: atque ambiuntur ad radicem quaſi membrana: plurimis tamen partibus haerent.* Περιτέταται δ' ὥσπερ ὑμὴν περὶ τὰ κάτω, etc. H.

b. *Peſſimum omnium)* Ἀπλυσίαι, ab α, vt vocant, priuatiuo, et πλύνω, *lauo.* Vide N. et Em. N. CXVIII. (hic poſ.) *Viuere etc)* Ita ſane MSS. omnes. Nihilominus, quoniam non de omnibus ſpongiis, ſed de hoc tantum aplyſiarum genere dixit Ariſtoteles, conſtare inter omnes, longo eas tempore viuere: continenti forte oratione legendum: *Viuere conſtat longo tempore peſſimum omnium genus earum*, etc. Ariſt. H. A. L. V. c. 15. p. 582. Ὁμολογεῖται δὲ μάλιςα παρὰ πάντων τȣ̃το τὸ γένος . . . πολυχρόνιον εἶναι. H.

c. *Elui non poſſunt)* Adeo ſordidae ſunt et inquinatae. *Dal.*

d. *Et reliqua denſitas ſpiſſa)* Hoc eſt, cetero corpore ſolido ſunt: ſiue, reliquum omne denſum eſt: τὸ δ' ἄλλο πυκνὸν ἐςι πᾶν. H.

e. *Canicularum maxime)* Plinius in vniuerſum Galeorum, ſiue Squalorum ſpecies omnes, quae multae ſunt, Caniculas vocat: quum hoc nomen peculiare ſit ei, quem Graeci νέβριον σκύμνον σκυλάκιον appellant, Galli *Rouſſete*, et haec canicularum aduerſus vrinantes dimicatio intelligenda ſit de Galeo tantum cane, et de Galeo Glauco, magna feritate et immanitate ſpongotheras inuadentibus: γαλέȣς κυνίας Ariſt. vocat. *Dal.*

f. *Multitudo)* Ita MSS. omnes. Editi libri, *Multitudine . . . infeſtantur.* H.

g. *Circa eas)* Spongias nimirum

ſtat. [1] Ipſi ferunt *h.*, et nubem [2] quamdam craſſeſcere [3] ſuper capita *i.*, animalium planorum *k.* [4] piſcium

 ſimi-

1. *Ipſis. V. ſub. caniculis.* 2. *quamdam animalium craſſ. M.* 3. *ſuper capita planorum piſcium ſ. Gr. et Al.* 4 *quorumdam piſc. V.*

mirum, de quibus dictum eſt proxime. Vrinantes autem, piſcatores intellige, ex illa vetere apud Gruterum epigraphe, p. 354. FORTVNATO PISCAT. VENATORI. et in ſequentibus *Corporis Piſcatorum Venatorum*, haud ſemel fit mentio. H.

h. Ipſi ferunt) Narrant ipſi vrinantes, inquit, praeter caniculas nubem etiam quamdam inſtare capitibus ſuis, quae ſpeciem, ſimilitudinemque referat animalium, e planorum piſcium genere: quaeque ipſos vrinantes premat. Vide N. et Em. N. CXIX. (hic adi.) *Ipſi f.)* Riſu digna prorſus Rondeletii et Dalecampii interpretatio, haec verba referentium non ad vrinantes, ſed ad caniculas ipſas: in quibus poſt diuturnam meditationem, nubem commenti ſunt, membranam eſſe neſcio quam, quae totum contegeret canicularum oculum: quum ne de caniculis quidem nunc ſermo ſit, qui nunc pauliſper intermiſſus, mox reuocabitur, vt ipſa per ſe orationis textura declarat: ac ſi foret, legere oportuiſſet, *Ipſae ferunt*, et mox, *prementem eas*: et obſcuritatis vitio adhuc non parum laboraſſet oratio, quae nunc eſt per ſe planiſſima: nec *ſuper capita*, ſed *ſuper oculos*, vt Dalecampius admonet, dici debuiſſet. H.

i. Super capita) *Super oculos* dicere debuit. Eſt enim nubes non quidem malum, aut vitium, ſed in Galeo cane, et Galeo Glauco craſſa membrana, quae palpebrae auium modo ex inferiori oculi parte naſcens totum eum contegit, et inter dimicandum viſui plurimum obeſt. Eadem eſt et in Raiis planis piſcibus, ſed et ex interiore oculi angulo in eum totum diſtenditur, praetereaque in ambitu vel vt ſerrata et fiſſa eſt. *Dal.*

k. Planorum) Cartilagineorum. *Dal.*

Animalium) Vide N. et Em. N. CXX. (hic coll.) *An.)* Hanc vocem, contra omnium exemplarium fidem, vetuſtarumque editionum, temere Frobenius prior expunxit. H.

ſimilem, prementem [1] eos, arcentemque *l.* a reciprocando *m.*: et ob id ſtilos praeacutos [2] lineis *n.* annexos habere ſeſe: quia niſi perfoſſae ita, non recedant: [3] caliginis *o.* et pauoris, vt arbitror, opere. Nubem enim et nebulam (cuius nomine id malum appellant) inter animalia haud [4] vllam comperit quiſquam. At [5] cum caniculis *p.* atrox dimicatio. Inguina *q.*, et calces, omnemque candorem corporum appetunt. Salus vna in aduerſas eundi, vltroque terrendi. Pauet enim hominem aeque ac terret. [6] Et ſors aequa in gurgite: vt ad ſumma aquae ven-

1. *Eas.* D. 2. *lignis.* V. 3. *haud pauore, ſed caligine, vt arbitror, opertae.* D. 4. *vltra.* M. *vlla.* Ch. 5. *cum*, *in* M. d. *Haec cum caniculis.* V. *vt caniculi.* Ch. 6. *Et frons.* Parm. *Et infrons.* Ch.

l. Arcentemque) Prohibentem, ne retrogrediantur *ad ſummum aequor, et ex imo mari ſurrigant ſeſe.* H.

m. Reciprocando) Impetu reſumendo, iterando morſu, repetendo impetu mordendi. *Dalec.*

n. Lineis) Rhod. c. 14. V. in his verbis Quintiliani lib. XI. *Tranſire in diuerſa ſubſellia parum verecundum eſt. Nam et Caſſius Seuerus vrbane aduerſus hoc facientes lineam popoſcit:* lineam interpretatur longurium, nempe longiorem perticam, equis a praeſepibus interiectam et eos diſcernentem ne inter ſe pugnent. *Dal.*

Lineis) Filis e lino *brachiis* adalligatos. H.

o. Caliginis) *Quod de ea nube id referant vrinantes*, facit, vt arbitror, caligo et pauor: *non veri animalis conſpectus:* nam qui nubem et nebulam (quo nomine id malum appellant) inter animalia reponeret, nemo fuit. H.

p. At cum caniculis) Nunc ad caniculas, vnde digreſſa erat, redit oratio. H.

q. Inguina etc.) Plinii caniculam eſſe galeum canem, de quo Rondelet. L. XIII. c. 5. p. 377. vel haec nota demonſtrat: nam calces, inguina, popliteſque ita auide appetit, vt non vrinantes modo, ſed et qui in litore ſedent, eius morſus vehementer formident: ea eſca enim allecta ſaepe in terram exſiliit. Monſpelienſibus *Cagnot*, ceu paruus canis, et *Milandre* vocatur. H.

ventum eſt, ibi periculum anceps, ademta ratione contra eundi, dum conetur emergere: et ſalus omnis in ſociis: funem illi religatum ab humeris eius trahunt: hunc *r.* dimicans, vt ſit periculi ſignum, laeua quatit: dextra apprehenſo ſtilo in pugna eſt: modicus *s.* alias [1] tractus. Vt prope carinam ventum eſt, niſi praeceleri vi repente [2] rapiat *t.*, abſumi ſpectant. Ac ſaepe iam ſubducti, e manibus auferuntur, ſi non trahentium opem, conglobato corpore in pilae modum [3] ipſi adiuuere. *u.* Protendunt quidem tridentes alii: [4] ſed monſtro ſolertia eſt nauigium ſubeundi, atque ita e tuto praeliandi. Omnis ergo cura ad [5] ſpeculandum hoc malum inſumitur. (XLVII.) Certiſſima eſt *x.* ſecuritas viſiſſe

1. *Tractatus.* M. et V. 2. *rapiant* Gr. et Al. 3. *ipſe adiuuerit.* V. 4. *et monſtri.* M. 5. *depeculandum.* M.

r. Hunc) Funem laeua quatit, vt ſocias admoneat periculi ingruentis. H.

s. Modicus) Lente alioqui ex aqua attrahitur. H.

t. Repente rapiat) Tractus ille ſcilicet; alias modicus. Ita MSS. Editi, *rapiant.* H.

u. Ipſi adiuuere) Hic notatu dignum, quod ſcribit Rhod. c. 16. XXV. ſpongetheras in imo maris effuſo oleo, aquam illuſtrare, et luminis aliquid ſibi praebere: quod etiam ſcriptum eſt ſupra cap. 103. lib. II. *Dal.*

x. Certiſſima eſt) Videtur legendum, *Anthias piſces,* non *planos piſces.* Quae caſtigatio etſi aſpera duraque eſt, deuoranda tamen vt in Plinio, in quo alias multo atrociores eſſe, conſtabit ex ſequentibus et conſtitit ex praeteritis: ad quas ſi quis pauitet, perinde faciat, ac malus chirurgus, qui adhibitus ad ſecanda exurendaue inueterata vlcera, parcens aegrotantis cruciatibus, a curatione deſiſtit. Ariſtoteles lib. IX. cap. 30. *Quo in loco Anthias ſit; nullam ibi belluam eſſe confeſſum eſt, quo iam indicio ſecure ſpongiatores vrinantur, et ſacrum hunc piſcem ob eam rem nominant.* Haec Ariſtoteles. Porro quinam vocentur ſacri piſces, longa eſt diſputatio apud Athenaeum volumine ſeptimo. *Pintian.*

diſſe planos piſces *y.*: quia numquam ſunt, vbi maleficae beſtiae: [1] qua de cauſa vrinantes *z.* ſacros appellant *a.* eos.

LXXI. [2] Silicea teſta incluſis fatendum eſt nullum eſſe ſenſum *b.*, vt oſtreis. Multis eadem natura, quae frutici, vt [3] holothuriis *c.*, pulmonibus, ſtellis. *d.* Adeoque nihil *e.* non gignitur [4] in mari, vt

1. *Qua cauſa. Gr. et Al.* 2. *Scilicet a teſta. Ch. Scilicet teſta. M.* 3. *olothris. Ch.* 4. *in mari vt campo. Nam etiam. V. conopeorum. Scal.*

y. Planos piſces) Ariſt. H. A. L. IX. c. 49. p. 184. Vide N. et Em. N. CXXI. (hic conſp.) *Certiſſima etc.)* Ariſtotelis verba ſunt: Ὅπȣ δ' ἂν ἀνθίας ὀφθῇ, ȣ̓κ ἔςι θηρίον· ᾧ καὶ σημείῳ χρώμενοι, κατακολυμβῶσιν οἱ σπογγεῖς, καὶ καλȣ̃σιν ἱερὰς ἰχθῦς τȣ́τȣς. Plinius anthiam e planorum piſcium genere fuiſſe indicat: quamquam vulgo aliter ſtatuunt, qui de piſcium natura ſcriptis aliquid ediderunt. Non noſtri maris, ſed Lycii in Aſia piſcem eſſe Plinius admonet, ſ. 85. H.

z. Vrinantes) Spongotheres. *Pint.*

a. Sacros appellant) Arethuſae piſces ſacros vocat Diodorus: Anthian, Plutarchus: Pompilum, et Delphina, Athenaeus: Leucon, Theocritus in Berenice: Chryſophryn, idem in Galatea: Icien, idem in Epigrammatibus. Rhod. cap. 12. lib. XII. *Pint.*

Sacros) Fuit haec multis aliis piſcibus communis appellatio, vt videre eſt apud Athen. L. VII. et Oppian. Hal. v. 185. H.

b. Nullum eſſe ſenſum) Ariſtoteles non ſenſum oſtreis ac reliquis teſtatis omnino adimit, L. III. de gen. anim p. 1110. ſed ea, ſi cum mouentibus ſe ſponte ſua animalibus conferantur, plantarum ſimilitudinem referre teſtatur: ſentiendi vero indicium alia ex his nullum exhibere, alia obſcurum. H.

c. Holothuriis) Ariſt. H. A. L. I. c. 1. inter ea quae non adhaereſcunt quidem, ſed neque mouentur, oſtrea numerat, et τὰ καλȣ́μενα ὁλοθȣ́ρια. Horum geminam ſpeciem exhibet Rondel. L. de inſect. c. 19. et 20. H.

d. Pulmonibus, ſtellis) Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 575. ὁ δὲ καλȣ́μενος ἀςὴρ, καὶ οἱ καλȣ́μενοι πλεύμονες. Plinio L. XXXII. ſ. 53. halipleu-

vt cauponarum *f.* etiam aeſtiua animalia *g.*, pernici moleſta ſaltu, [1] et quae capillus maxime celat, exſiſtant, et circumglobata [2] eſcae ſaepe extrahantur: quae cauſa *h.* [3] ſomnum piſcium in mari noctibus infeſtare *i.* exiſtimatur. Quibuſdam vero *k.* ipſis innaſcuntur, quo in numero chalcis *l.* accipitur.

LXXII.

1. *Vt. Ch.* 2. *eſca. Ch.* 3. *ſomnium. M.*

pleumones, hoc eſt, pulmones marini. Iconem vide apud Rondel. L. de inſ. c. 28. Stellarum diuerſi generis, c. 11. et ſqq. H.

e. Adeoque nihil) Scalig. in Propert. Conopeorum animalia, *οἱ κωνώπες*, culices: quae capillus celat, *οἱ φθεῖρες* pedes. Inde conopea dicta, quae aduerſus culicum morſus tendebant gentes quaedam ab iis infeſtatae, praeſertim per aeſtatem. Horat. *Interque ſigna, turpe, militaria, Sol aſpicit conopea.* Propertius de Cleopatra, *Foedaque Tarpeio conopea tendere ſaxo.* Pint.

Adeoque nihil) Hoc illud eſt, quod antea dixit, ſ. 1. *Vera vt fiat opinio vulgi, quidquid naſcatur in parte naturae vlla, et in mari eſſe*; hoc eſt, eius ſimilitudinem quamdam, ob eamque nomen commune. Sunt enim, inquit, et in mari pulices, quo nomine aeſtiua caupanarum animalia plerumque ſignantur: ſunt et marini pediculi, a terreſtribus eiuſdem nominis animalculis, ortu, forma, indole, toto denique propemodum genere diſcrepant: ſolo conueniunt nomine aut colore: *ψύλλοι* et *φθεῖρες* pariter appellati, ab Ariſt. H. A. L. IV c. 10. p. 501. Vide eiuſdem libri c. 19. et c. 26. p. 630. Pediculi marini effigiem exhibet Rondel. L. XVIII. c. 28. H.

f. Vt cauponarum) Ita MSS. omnes. Scaliger *conopeorum* legit: quod ſint conopea dicta, quae aduerſum culicum morſus, *τῶν κωνώπων*, tendi ſolebant. Sed Ariſtoteli *ψύλλοι* ſunt, hoc eſt pulices: non *κώνωπες*, qui culices vocantur. H.

g. Aeſtiua animalia) Ariſt. c. 10. lib. IV. Hiſt. *Pint.*

h. Quae cauſa) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 10. p. 501. H.

i. Infeſtare) Idem ibid. *Pint.*

k. Quibuſdam vero) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 25. p. 957. *Chalcis, inquit, valido morbo corripitur: pediculi ſub branchiis orti eam interimunt. Cuiuſmodi morbo nullus praeterea tentatur piſcis.* Τῇ δὲ χαλ-

LXXII. (XLVIII.) Nec venena ceſſant *m.* dira, vt in lepore *n.*: qui in Indico mari etiam tactu *o* peſtilens, vomitum diſſolutionemque ſtomachi protinus creat: in noſtro offa informis *p.*, colore tantum lepori ſimilis: in Indis, et magnitudine, [1] et pilo *q.* duriore tantum: [2] nec viuus ibi capitur. Aeque peſtiferum animal araneus *r.*, ſpinae in dorſo aculeo

1. *Et pilo, duriore tantum.* D. 2. *nec, in V. d.*

χαλκίδι νόσημα ἐμπίπτει νεανικόν· Φθεῖρες ὑπὸ τὰ βράγχια γιγνόμενοι πολλοί, ἀναιρῦσιν. H.

l. Chalcis) Columella, L. VIII. c. 17. vbi de eſca piſcium, praeberi praecipit *tabentes haleculas, et ſalibus exeſam chalcidem, putremque ſardiniam;* prorſus vt congeneres hi piſces eſſe videantur. Nec congeneres modo, ſed plane ſimiles, atque eaſdem eſſe χαλκίδας καὶ σαρδίνας auctor eſt Epaenetus, L. de piſc. apud Athen. L. VII. p. 328. De fluuiatili, credo, chalcide Columella: de marina egit Epaenetus. Itaque ſardinae noſtrae chalcides antiquorum ſunto. H.

m. Ceſſant) Nec deſunt, inquit, magis venena in mari, quam cetera, quae terra gignit. H.

n. Vt in lepore) Lepus marinus, λαγωὸς θαλάσσιος, Rondel. L. XVII. c. 11. hunc eſſe ait, quem Monſpelienſes *Imbriago* vocant. De eo longe plura dicentur, L. XXIII. ſ. 3. H.

o. Etiam tactu, etc.) Aelian. H. A. L. XVI. c. 19. et L. II. c. 45. H.

p. Offa informis) In qua neque oculos, neque pinnas, neque alia membra cernas apte diſtincta, vt in aliis piſcibus. H.

q. Et pilo) Haec totidem verbis Aelian. l. c. Spinoſum eſſe, ſemperque ſurrectum leporis marini pilum affirmat: quem ſi quis contigerit, eum periculoſe laedi. H.

r. Peſtiferum animal araneus) Idem et Draco. *Dal.*

Araneus) Vide N. et Em. N. CXXII. (hic adi.) *Ar.*) Araneum cum dracone eumdem perperam faciunt Rondeletius, Saluianus, Dalecampius. Nam et vtrumque Plinius, ceu diuerſos inter ſe, in piſcium recenſione numerat, L. XXXII. ſ. 53. et forma ipſa diſcrepantes oſtendit. Araneum enim aculeo vnico ſpinae in dorſo noxium; draconem marinum, (quem noſtri vocant, *une vive*) multis aculeis armatum prodit, vt eſt, in bran-

leo noxius. Sed [1] nullum vſquam exſecrabilius, quam radius, ſuper caudam eminens trygonis *s.*, quam noſtri paſtinacam appellant, quincunciali *t.* magnitudine. Arbores infixus [2] radici *u.* necat: [3] arma, vt telum, perforat: vi ferri *x.*, et veneni [4] malo.

LXXIII. (XLIX.) Morbos *y.* vniuerſa genera piſcium, vt cetera animalia etiam fera, non accipimus ſentire. Verum aegrotare ſingulos, manifeſtum facit aliquorum macies, quum in eodem genere praepingues alii capiantur.

LXXIV. (L.) Quonam modo generent, deſiderium et admiratio hominum differri non patitur. Piſces attritu *z.* ventrium coëunt, tanta celeritate vt viſum fallant: delphini *a.*, et reliqua cete, ſimili modo,

1. *Nihil. D.* 2. *radicitus. Pint.* 3. *carnem, vt telum. Alii.* 4. *mali. M.*

branchiis; et eos quidem, vt ſcimus, peſtiferos ac venenatos. H.

s. Trygonis) Τρυγὼν Graece dicitur, quam Ambroſius in Hexaem. L. IX. c. 48. Turturem Latine reddidit: Celſus L. VI. c. 9. et Plinius, paſtinacam. De ea diximus, ſ. 67. Inſanabilem aculei paſtinacae ictum eſſe ſcribit Aelian. H. A. L. I. c. 56. et L. II. c. 36. et 50. H.

t. Quincunciali) Vncia pars eſt pedis duodecima. H.

u. Infixus radici) Vide N. et Em. N. CXXIII. (hic adi.) *Arbores)* Pintianus legendum *radicitus* putat, non *radici.* Verum et radici ſi infigatur, arbores necare ſcribit pariter Oppianus, L. II. Hal. v. 490. Nicander quoque in Ther. p. 59. H.

x. Vi ferri, etc.) Oppianus haec eleganter expreſſit L. II. Hal. v. 482. H.

y. Morbos) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 25. p. 955. νοσήματα λοιμώδη vocat. Communes populareſque morbos Plinius intelligit, qui contagio per genera ſaeuiunt, lateque vulgantur: ἐπιδημίας Graecis nominatos. H.

z. Piſces attritu) Ventrium commiſſione. Ariſt. H. A. L. V. c. 5. p. 526. et 532. H.

a. Delphini) Hos Oppian. Hal. L. I. v. 580. ſcribit hominum more aduerſos coire: pudenda iis eſſe humanis ſimilia: virile non ſemper eſſe

modo, et [1] paulo diutius. Femina *b.* piſcis coitus tempore marem ſequitur, ventrem eius roſtro pulſans: ſub [2] partum mares [3] feminas ſimiliter, oua veſcentes *c.* earum. Nec ſatis *d.* eſt generationi per ſe coitus, niſi editis ouis *dd.* [4] interuerſando *e.* mares vita-

1. *Sed paulo.* M. 2. *partu.* M. 3. *feminam.* Gr. 4. *ſic et* Cb. *i. ſ. verſantes.* V. *niſi editis a femina ouis ante ſe verſando mares vitale. ex Ariſt. c. 13. lib. II. Hiſt. inter ſe verſando m. feminae* Gr. et Al.

ſe conſpicuum, ſed intus latere: Veneris tantum in vſus nudari et exſeri. H.

b. Femina) Ariſt. p. 530. H.

c. Oua veſcentes) Et ex iis quae reliqua ſunt, piſces generantur: ἐκ δὲ τῶν παραλειπομένων, γίνονται οἱ ἰχθύες. Ariſt. H.

d. Nec ſatis) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 12. p. 689. H.

dd. Niſi editis ouis) Aliquot ex his verbis, ſi recte coniicio, ſuperuacanea ſunt, ab emendatore ſeu expoſitore inconſiderate adiecta. Nam mares ſuapte natura circa tempus, quo feminae pariunt, copia ſeminis turgent, vt ad emiſſionem ſeminis non ſit neceſſaria mutua illa verſatio maris ac feminae. Item feminae vitale illud virus non adſpergunt, ſed mares dumtaxat. Ariſtoteles volumine de generat. animal. III. cap. 5. *Tempore enim eodem mares ſemen genitale, feminae oua habent: et quo femina propius ad partum accedit, eo copioſius et humidius redditur ſemen genitale in mare. Et vt incrementum ſeminis in mare, oui in femina eodem tempore euenit, ſic emiſſio. Neque enim feminae vniuerſum, ſed paulatim pariunt; neque mares ſemen ſuum vniuerſum emittunt.* Et lib. VI. de hiſt. Animal. c. 13. *Nec vero haec omnia fecunda, ſed quibus mas ſemen aſperſerit genitale. Sub partu enim mas ſequens ſemen ouis aſpergit, et quae vitale id virus contigerit, ex his piſciculi enaſcuntur, ex ceteris vt contigit.* Ex his Ariſtotelis verbis euidenter apparet, vera Plinianaque verba eſſe, *Niſi editis ouis mares vitale aſperſerint virus*, reliqua adulterina eſſe. *Pint.*

e. Niſi interuerſando) Vide N. et Em. N. CXXIV. (hic poſ.) *Niſi etc.)* Libri editi, *Niſi inter ſe verſando mares et feminae:* Sed vt Pintianus recte coniecit, ab emendatore aliquo inconſiderate adiectae ſunt eae voces, quas in editione noſtra detraximus: neque enim illas

vitale aſperſerint virus. *f.* Non omnibus id contingit ouis in tanta multitudine: alioqui *g.* replerentur maria et ſtagna, quum [1] ſinguli vteri innumerabilia concipiant. (LI.) Piſcium oua in mari creſcunt, quaedam ſumma celeritate, vt muraenarum *h.*, quaedam paulo tardius. Plani piſcium *i.* [2] quibus cauda non obeſt *k.*, aculeique, et teſtudines,

1. *Singularum. D.* 2. *ſic et V. quibus cauda non eſt, aculeatique, vt teſtudines. Pint. Gr. et Al.*

las agnoſcunt R. 1. 2. Chiffl. aliique, neque Ariſtoteles ipſe: *Eorum enim*, inquit, *ouorum non omnia fecunda fiunt, ſed ea tantum quae mas genitali ſemine circumadſperſerit: A parte enim mas feminam ſequens, ſemen ſuum ouis inſpergit*, etc. Καὶ τέ των δὲ ὀ γίνεται τὰ πολλὰ γόνιμα, ἀλλ' ὅσα ἂν περιῤῥάνῃ ὁ ἄῤῥην τῷ θορῷ etc. H.

f. Vitale — virus) Genitale ſemen. H.

g. Alioqui) Ariſt. l. c. H.

h. Vt muraenarum) Diximus ſ. 39. H.

i. Plani piſcium) Dictionem illam *teſtudines*, pro Pliniana non agnoſco. Nemo enim teſtudines, planos piſces dixerit, imo nec ſimpliciter piſces: quippe quae ſint quadrupedes Ariſtoteli lib. V. cap. 3. et idem auctor tradit in lib. De ſpiritu, teſtacea omnia ex aquatilibus praedita eſſe pedibus, ob grauitatem. At piſces pedibus carere, Ariſtoteles idem prodit, lib. II. c. 13. Quapropter etſi ſcio viſum iri hanc, vt pleraſque alias, aſperam caſtigationem, contenderim tamen, non *teſtudines* hic, ſed *paſtinacae* legendum eſſe. Ariſtot. lib. V. cap. 5. *Plani autem eiuſdem generis, iidemque habentes caudam vt raia, paſtinaca, et reliqua huiuſcemodi, non ſolum admotis ſupinis, ſed etiam tergo feminarum ſupinis marium ſuperpoſitis, modo cauda impedimento nullo ob craſſitudinem ſit, coëunt.* Pint.

Plani piſcium) Vt raia, paſtinaca, et alii, de quibus, ſ. 40. H.

k. Quibus cauda non obeſt) Vide N. et Em. N. CXXV. (hic adi.) *Quibus)* Etſi priſca codicum, qui penes me ſunt, fides obſtat: tamen ſequutus auctoritatem editionis Parm. Venetae 1. 2. Brix. ceterarumque ante Frobenium, qui maluit, *Quibus cauda non eſt, aculeatique:* ſcripſi intrepide: *Quibus cauda non obeſt, aculeique.* Ariſto-

nes *l.*, in coitu [1] ſuperueniunt: polypi crine vno *m.* [2] feminae naribus *n.* adnexo: ſepiae et loligines *o.* [1] lin-

1. *Superineunt.* D. 2. *feminae*, *in* M. *d.*

Ariſtoteles certe, H. A. L. V c. 5. p. 527. e planis piſcibus caudatos etiam, dummodo nulla impediantur caudae femineae craſſitudine, cuiuſmodi ſunt raiae et paſtinacae, coire ſuperuenientes teſtatur. Τὰ δὲ πλατέα, καὶ κερκοφόρα, οἷον βάτος, καὶ τρυγὼν, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐ μόνον παραπίπτοντα ἀλλὰ καὶ ἐπιπίπτοντας τοῖς ὑπτίοις ἐπὶ τὰ πρανῆ τῶν θηλείων· ὅσοις ἂν μὴ ἐμποδίζει τὸ οὐραῖον, οὐδὲν ἔχον πάχος. *At lati caudati, vt raia, paſtinaca, et alia talia, non ſolum mutuo admotu, ſed etiam ineunte a tergo mare feminam, quibus ſcilicet grandior cauda impedimento non eſt.* In dorſo autem aculei non minus quam caudae craſſitudo ſuperuenientibus maribus impedimento fore videtur. H.

(*l. Et teſtudines.*) Vide N. et Em. N. CXXVI. (hic poſ.) *Et t.*) Ita R. 1. 2. Par. etc. Libri editi, *vt teſtudines.* Pintianus, *vt paſtinacae*, ſatis audacter id ſane, contra omnium exemplarium fidem, et contra Ariſtotelem Hiſt. L. V. c. 3. p. 525. ſcribentem, teſtudines tam marinas quam terreſtres, aeque ac paſtinacas, ranaſque in coitu ſuperuenire: Τὰ μὲν γὰρ ἐπιβαίνοντα. καθάπερ τὰ ζωοτόκα, οἷον χελώνη, καὶ ἡ θαλαττία, καὶ ἡ χερσαία. H.

m. Polypi crine vno) Huiuſcemodi polypi coitus, qui vt certus exploratuſque nunc a Plinio traditur, incompertus, ac dubius admodum Ariſtoteli eſſe videtur. Is enim, quum vulgatiorem eorum retuliſſet complexum, Hiſt. L. V. c. 6. p. 533. paſſis nimirum, coniunctiſque flagellis, ita vt acetabula inter ſe continuentur: ſubiecit, Φασὶ δέ τινες καὶ τὸν ἄῤῥενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκτανῶν, etc. *Aiunt nonnulli marem habere nonnihil ſimile genitali, in vno ex brachiis: quod duo maxima acetabula continet: vt protendi quaſi neruoſum, medium vſque brachium, quod nari feminae totum inſeratur.* Hanc vero crinis ſeu brachii inſertionem idem Philoſophus de gen. anim. L. I. c. 15. p. 1056. complexus tantum gratia fieri aſſeuerat: negat id inſtrumentum eſſe ad generationem vtile. H.

n. Naribus) Fiſtulae: αὐλῶν φυσητῆρι. Plinius apud Ariſtot. μυκτῆρι legit, pro φυσητῆρι. Plinii errorem Gaza

[1] linguis *p.*, componentes inter ſe brachia, et in contrarium nantes: [2] ore et pariunt. Sed polypi *q.* in terram verſo capite coëunt. [3] Reliqua mollium tergis *r.*, vt canes. Item locuſtae, et ſquillae: cancri,

1. Fiſtulis. Vide Annot. 2. fiſtula eadem. Ariſt. nantes pariunt ore. V. 3. Cruſtaceorum mollia, tergis vt canes: ita locuſtae et ſquillae. Cancri ore. Alii, Cruſta molli teſta vt canes.

Gaza ſequutus eſt, crine vno fiiſtulae adnexo. *Dalec.*

Naribus) Ariſt. τὸν μυκτῆρα τῆς θηλείας pariter vocat. H.

o. Sepiae et loligines) Sepiis et loliginibus lingua non eſt. Pariunt illae ore ori admoto, mutuo compoſitorum et applicatorum brachiorum complexu, fiſtulam (Gaza *narem*) fiſtulae inſerentes, natatu alterius retrorſum, alterius antrorſum. Pariunt fiſtula, qua et coire putantur. Lego inde, *Loliginis fiſtulis, etc.* Dal.

p. Linguis) Hoc eſt, ore: vnde mox ſequitur, *ore et pariunt.* Ariſt l. c. Αἱ δὲ σηπίαι καὶ αἱ τευθίδες νέουσιν ἅμα συμπεπλεγμέναι, τὰ ϛόματα καὶ τὰς πλεκτάνας ἐφαρμόττουσαι καταντικρὺ, etc. *Sepiae autem et loligines complexae, commiſſo inter ſe vtrimque ore et brachiis, contrariis natatibus ſimul feruntur: Aptant enim nares naribus: tum etiam natant, nunc prorſum, nunc rurſum,* etc. Eſt porro in ore ſepiarum linguae vice caro fungoſa. Verum de coitu, partuque ſepiarum diffidet Philoſophus: neque enim ore parere ſepias ille dixit, ſed ea corporis parte, quae in ventre fiſtula dicitur: quaeque ſimplex in mare, in femina duplex eſt: qua et coire eas nonnulli dicunt: Ἐκτίκτει δὲ κατὰ τὸν φυσητῆρα καλούμενον, καθ᾽ ὃν ἔνιοι καὶ ὀχεύεσθαί φασιν αὐτάς. H.

q. Sed polypi) Polypus femina, verſo in terram capite nitibunda, explicat, porrigitque brachia: mas ſuperuenit, paſſiſque flagellis acetabula ſua ſingula ſingulis feminae adiungens, adhaereſcit. Ariſtot. *Dal.*

Sed polypi) Qui ſubiacet polypus, verſo eſt in terram capite: alter ſuperueniens altero ſitu ſe habet: paſſis enim flagellis acetabula ſua ſingula ſingulis feminae applicat, et ſic adhaereſcit. H.

r. Reliqua mollium tergis) Molli cruſta tecta. Apud Ariſt. eſt, (in ſq. obſ.) vt quae ex quadrupedibus retror-

cri, ore. *s.* Ranae ſuperueniunt, prioribus pedibus alas feminae, mare apprehendente, poſterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras *t.*, quas gyrinos vocant *u.*, oculis tantum et cauda inſignes: mox

trorſum in caudam reſiliunt. Gaza vertit, *quae retro meiunt.* Dal.

Reliqua mollium) Non eorum, quae molluſca vocantur; vix enim vllum eſt inſigne, praeter tria laudata, polypum, loliginem, ſepiam: ſed eorum, quae molli cruſta teguntur. Haec Philoſophus ſtatim ſubiunxit iis, quae de ſepiarum loliginumque coitu proxime retulimus, p. 534. Τὰ δὲ μαλακόστρακα ὀχεύεται, οἷον κάραβοι, καὶ ἀστακοὶ, καὶ καρίδες, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὥσπερ καὶ τὰ ὀπισθουρητικὰ τῶν τετραπόδων, etc. Quod ex Ariſt. repetit Athen. L. III. p. 105. H.

s. Cancri, ore) Cancri priore parte copulantur, rugoſos operculorum loculos conſerentes. Ariſtot. *Dalec.*

Cancri ore) Hoc eſt, partibus anterioribus, κατὰ τὰ πρόσθια ἀλλήλων συνδυάζονται, inquit Ariſt. p. 535. quod genus coitus ab eo, quo copulantur canes, differre palam eſt. H.

t. Carnes nigras) Carnes hae non pariuntur, ſed e putri limo gignuntur. *Dal.*

u. Quas gyrinos vocant) Vide cap. 10. lib. XXII. De Gyrinis id verum eſt ſponte natis, non autem de ranarum vero fetu. Rondel. *Dal.*

Quas gyrinos) Γυρίνους. Vide N. et Em. N. CXXVII. (paulo poſt) Sunt autem haec, opinor, de abortu ranarum aliquo fortaſſis accipienda: quum ſit vſu et experientia comprobatum, ab ouis verno tempore excludi ranas: eaſdem in aquis calidioribus, tum hieme, tum aeſtate verſari: accedente autem vere, non modo recentes ranarum fetus, ſed veteres etiam ranas natantes conſpici. *Quas g.)* Heſych. p. 227. Γύρινον, τὸ ἐκ τοῦ βατράχου παιδίον. Suidas, Γυρῖνοι, οἱ μικροὶ βάτραχοι: Et Aratus apud eumdem: Οἷον πατέρες βοόωσι γυρίνων. Nicandro in Theriac. p. 44. Γερύνων τοκῆες βάτραχοι appellantur: et in eum locum Scholiaſtes, p. 29. Γέρυνες, ἤγουν τὰ γεννήματα τῶν βατράχων, ἤτοι οἱ μικροὶ, καὶ ἀδιάπλαστοι βάτραχοι. Quibus teſtimoniis, vt eam rem par eſt auctoritate decidi, defenditur Plinius, aduerſus Dalecampium, et Rondeletium: quorum ille negat carnes hasce minimas pari, e pu-

mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores. Mirumque, ſemeſtri vita reſoluuntur in limum nullo cernente, et rurſus vernis aquis renaſcuntur, quae fuere *x.*: naturae [1] perinde occulta ratione, quum omnibus annis id eueniat. Et mituli *y.* et pectines ſponte naturae in arenoſis proueniunt. Quae durioris teſtae ſunt, vt murices, purpurae, ſaliuario lentore *z.*: ſicut [2] aceſcente humore *a.* culices: apuae, [3] ſpuma maris *aa.* incaleſcen-

1. *Proinde.* M. 2. *creſcente.* M. *accreſcente.* Ch. 3. *Apua.* M. V. et Ch. et *Ariſt. lib. V. hiſt. cap. 15. atque ſp. m.* Gr. et Al.

e putri limo generari aſſeverans: iſte gyrinos negat appellari veros ranarum fetus: id ſponte natis proprium nomen eſſe vult, ac peculiare. H.

x. Quae fuere) MSS. *Quae fuere natae, proinde occulta ratione,* etc. H.

y. Et mituli etc.) Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 572. Αἱ δὲ κόγχαι, καὶ χῆμαι, καὶ σωλῆνες, καὶ κτένες, ἐν τοῖς ἀμμώδεσι λαμβάνουσι τὴν σύστασιν. *Conchae, et chamae, vngues, et pectines in arenoſis conſtitutionem ſuam nanciſcuntur.* Mitulos paulo ante, vt purpuras, idem fauificare dixit: quod ex ipſo repetit Athenaeus, L. III. p. 89. H.

z. Saliuario lentore) Ex ſaliuario lentore folliculi fiunt, faui modo ſubſtructi. Illis autem ruptis et ſanie, quam continent, in putrem limum effuſa gignuntur parvae purpurae murices. Ariſt. cap. 15. lib. V. Hiſt. *Dalec.*

Saliuario lentore) Qui folliculis, ſeu fauis continebatur iis, de quibus diximus, ſ. 60. quique iiſdem ſolutis decidens in terram, et cum coeno mixtus, minutis ille purpurillis fit procreandis aptiſſimus. Ariſt. l. c. p. 567. Eadem habet et Plut. L. de ſol. anim. p. 980. H.

a. Aceſcente humore) Ex aceto culices. Vide N. et Em. N. CXXVIII. (hic adi.) *Sicut ac.)* Hoc verborum ambitu acetum intelligit, vt et L. XI. ſ. 41. ſcribens, *Rurſus alia genera culicum aceſcens natura gignit.* Culices autem Graece κώνωπες ab Ariſtotele vocantur. Quod ſi diuerſum aliquod ab iis genus a Plinio nunc exprimitur, legendum videretur, *areſcente humore*: nam τὰς ἐμπίδας, culices muliones, qui ex aſcaridibus fiunt in limo

leſcente *b.*, quum admiſſus eſt imber. Quae vero *c.* ſiliceo tegmine operiuntur, vt oſtrea, putreſcente limo, aut ſpuma circa nauigia diutius [1] ſtantia *d.*, deſi-

1. *Sic et M. et Ch. ſtante Gr. et Al.*

limo puteorum, frequentiores gigni autumno docet Ariſt. L. V. c. 18. p. 601. quia eo tempore humor plus deſit. MSS. hic variant, aliis *aceſcente*, aliis *acreſcente*, aliis demum *accreſcente* repraeſentantibus. H.

aa. Apuae ſpuma maris) Apua noſtris *Anchois* rectius, quam *Anchoie.* Ita quidem appellari ſcribit P. Quiqueranus, Epiſc. Senec. L. II. de laud. Prou. f. 42. In Oceani Gallici Normannico litore, vulgo *Menuiſe.* Vide N. et Em. N. CXXIX. (hic conſp.) *Apuae)* Sinceriſſima haec lectio eſt, quam exhibent codices MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. vbi libri impreſſi perperam, *atque ſpuma maris.* Adſtipulatur Ariſtoteles, Hiſt. L. VI. c. 14. p. 701. Ὅσα δὲ μηδὲ ὠοτοκεῖ, μήτε ζωοτοκεῖ, ἅπαντα γίνεται, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἰλύος, τὰ δὲ ἐκ τῆς ἄμμου, καὶ τῆς ἐπιπολαζούσης σήψεως· οἷον καὶ τῆς ἀφύης ὁ καλούμενος ἀφρὸς, γίνεται ἐκ τῆς ἀμμώδους γῆς . . . Γίνεται δὲ καὶ ἐνιαχοῦ, ὁπόταν ὕδωρ πολὺ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γένηται, ἐν τῷ ἀφρῷ τῷ γιγνομένῳ ὑπὸ τοῦ ὀμβρίου ὕδατος. *Quaecumque autem nec ouum, nec animal pariunt, cuncta haec naſcuntur, aut ex limo, aut ex arena, putredineque ſupernatante, ſicut illud quod Apuae ſpumam vocant, ex terra arenoſa naſcitur . . . . Naſcitur interdum quoque, quum copioſus imber caelo deſcenderit, in ſpuma illa quae pluuia aqua prouenit, vnde etiam ſpuma dicitur.* Ἀφρῖτιν hoc aphyae genus, a ſpuma maris, vnde naſcitur, Oppian. appellat, Hal. L. I. v. 770. Ἀφύαν, quaſi ortu careat, quoniam ſine parentibus gignatur, reliqui Graeci dixerunt. De eius originatione vocis, vide Athen. L. VII p. 324. H.

b. Incaleſcente) Vide N. et Em. N. CXXX. (hic inſ.) *Spuma)* Forte rectius, *inualeſcente:* quum nulla ſit caloris in huiuſcemodi pluuia apud Ariſtotelem mentio. H.

c. Quae vero) In duo genera diuidit teſtacea; priora, quae durioris teſtae: altera, quae ſiliceo tegmine: quae Philoſophus coniunxit, cuncta ὀστρακόδερμα communi nomenclatione circumſcribens. H.

d. Diutius ſtantia) Rectius id, veriuſque, ex omnium MSS.

defixoſque palos, [1] et lignum maxime. Nuper compertum *e.* in oſtreariis *f.*, humorem iis fetificum lactis modo effluere. Anguillae *g.* atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmenta [2] viueſcunt. Nec alia eſt *h.* earum procreatio. Piſcium diuerſa *i.* genera non coeunt, praeter ſquatinam et raiam: ex quibus naſcitur priori parte *k.* raiae ſimilis, et nomen ex vtroque compoſitum *l.* apud Graecos *m.* trahit. Quaedam [3] tempore anni *mm.* gignuntur, et in humore,

 [1] vt

1. *Sed ligno maxime. Pint. ex Ariſt. lib. III. cap. vlt. de gen. an. lignos maxime. Alii.* 2. *viuiſcunt Gr.* 3. *Rectius tepore anni. Conſule Ariſtot. Hiſt. Animal. lib. VI. cap. 15. vnde hic locus eſt deſumtus.*

MSS. fide, quam *ſtante*, vt omnes editi. Ad nauigia enim id pertinet. H.

e. Nuper compertum) Ariſtoteli certe id incompertum, qui plane negat, de gen. an. L. III. c. II. p. 1113. ſemen vllum genitale oſtrea emittere. H.

f. In oſtreariis) Eius meminit. c. 6. XXXII. *Dal.*

g. Anguillae) Athen. L. VII. p. 298. ex Ariſt. et Oppian. Hal. L. I. v. 516. coire anguillas aiunt corporibus inter ſe complicatis: ventriſque attritu, lentorem in arenam diſtillantem excipi limo, in quo deinde innumerae anguillae procreentur. Strigmenta porro ſordes ſunt, quae ex corporibus raduntur. H.

h. Nec alia eſt) Hoc eſt, non ex ſemine, veroque coitu fit. Sic Ariſt. H. A. L. VI. c. 15. p. 704. H.

i. Piſcium diuerſa) Ariſt. H. A. L. VI. c. 9. p. 680. H.

k. Priori parte) Hoc eſt, anteriores partes raiae habet, poſteriora ſquatinae: καὶ τὰ ἔμπροσθεν, βάτε· τὰ δ' ὄπισθεν, ῥίνης· ὡς γινόμενος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἰχθύων. Ariſt. l. c. H.

l. Nomen ex vtroque compoſitum) Rhinobatos. *Dal.*

m. Apud Graecos) Ῥινοβάτος, quaſi Squatinoraia. Huius piſcis e veteribus ſoli Plinius et Ariſtoteles meminere. H.

mm. Tempore anni) Certo, inquit, ſtatoque anni tempore, partus quidam in aqua, vt in terra fiunt: Vere pectines, etc. Vide N. et Em. N. CXXXI. (hic coll.) *Quaedam etc.)* Pintianus ait recte facere, qui *tepore* legant: quoniam loco cit. apuas ſcribit Ariſtoteles opacis tepidiſque locis oriri. Verum

[1] vt in terra: Vere pectines, limaces *n.*, hirundines *nn.*: [2] eadem, tempore *o.* euaneſcunt. Piſcium lupus *p.* et trichias *q.* bis anno parit, et ſaxatiles omnes. Mulli ter *r.*, vt chalcis: cyprinus *ſ.* ſexies, [3] ſcorpiones

1. Et Gr. et Al. 2. eaedem autumni tempore, V. eodem tempore viuiſcunt. Alii. eodem t. e. Gr. et Al. 3. ſcorpenae. Ch.

Verum et de apuis ſuperius iam facta mentio: et alia longe ſcriptoris mens eſt: qui quum hactenus de modo coitus piſcium egiſſet, ad eiuſdem coitus tempora commonſtranda tranſfert orationem. Adiuuat hanc interpretationem, quod ſequitur proxime, *vt in terra: Vere pectines*, etc. Sic enim legendum ex fide codicum R. 1. 2. Par. etc. non vt impreſſi habent, *et in terra:* Et mox, *eadem tempore euaneſcunt:* hoc eſt, vt diximus, ſtatis temporibus: vbi libri editi corrupte, *eodem tempore euaneſcunt:* Eodem enim, quo gignuntur, tempore ea interire, ratione prorſus carere videtur. Denique familiaris Plinio haec loquutio eſt: nam et L. X. ſ. 42. de auibus, *Mutant*, inquit, *vocem coloremque tempore anni.* H.

n. Limaces) Limaces Varroni, ſcorta, limacibus ſimilia, quae olerum et plantarum fila rodunt, quemadmodum Menander *ἄγα* vocauit, quae amatorem *θαλλὸν κατέφαγε*, vorauerat. Quidam a limando malunt, *ἀπὸ τῦ ῥινῦν*, ob eamdem cauſam, quod ſui cupidos abrodant, et fortunis ſpolient. Apud Menandrum, vt ſcribit Aelianus, paraſitus *Θήρων μέγα Φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπυς αὐτὺς ἐκείνυς Φάτνην εἶχεν*, quod homines, quos arrodebat, haberet pro praeſepi. *Scaliger.*

nn. Hirundines) Apud Plautum in Epidico feſtiue Epidicus, — — *iam ego me conuertam in hirundinem, Atque eorum exugebo ſanguinem, ſenati qui columen cluent.* Dalecampius.

o. Eadem, tempore) Vt ſtatis temporibus gignuntur, ſic ſtatis pariter diebus euaneſcunt. H.

p. Piſcium lupus) Ariſt. Hiſt. L. V. c. 11. p. 542. et 543. Aelian. H. A. L. X. c. 2. et Athen. L. VII. p. 310. H.

q. Et trichias) Hallucinari dicemus eos, qui trichias veterum ſardinas eſſe noſtras autumant, in N. et Em. N. XXXV. H.

r. Mulli, ter) Ariſt. l. c. mullum ſolum ter parere, chal-

nes *t.* bis, ac ſargi vere et autumno. Ex planis [1] ſquatina bis *u.*: ſola [2] autumno, occaſu Vergiliarum. Plurimi piſcium tribus menſibus, Aprili *x.*, Maio,

1. *Squatina ſola bis autumno, et Vergiliarum occaſu Gr. et Al.* 2. *autumno et Iunio Vergil. V.*

chalcidem ſemel, affirmat. At L. VI. c. 13. p. 693. de lacuſtrium, fluuiatiliumque partu agens, chalcidem ter parere tradidit. Diuerſa ergo videtur eſſe marina chalcis a fluuiatili, lacuſtriue apud Ariſtotelem. De mullo, conſentit Oppian. Hal. L. I. v. 590. H.

s. Cyprinus) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 13. p. 693. quinquies aut ſexies anno parere cyprinum tradit: quinquies Oppian. Hal. L. I. v. 592. H.

t. Scorpiones) Ariſt. Hiſt. L. V. c. 11. p. 543. vbi et de ſargis. Et Athen. L. VII. p. 320. et 321. H.

u. Squatina bis) Vere ſcilicet, et autumno. Sola tamen, iis autumni diebus praeciſe, in quos Vergiliarum occaſus incidit. Vide N. et Em. N. CXXXII. (hic adi.) *Squatina)* Huic loco miras offudit tenebras indiligentia librariorum, qui permutatis verbis ſic omnia peſſumdedere, *ſquatina ſola bis, autumno et Vergiliarum occaſu.* Perinde quaſi bis autumno fetura ſquatinae foret, primum ineunte eo, deinde Vergiliarum occaſu, quem incidere alias diximus in diem XLIV. poſt aequinoctium autumnale. Quum tamen cartilaginea ſenos menſes ferre vtero Ariſtoteles teſtetur: atque adeo inter duos ſquatinae partus, maius videatur exigi temporis interuallum, quam quo autumni finis in occaſu Vergiliarum ab eius initio diſtat. Sed diſertis verbis idem Philoſophus geminum ſquatinae partum, vere alterum, alterum autumno aſſignat, Hiſt. L. VI c. 9. p. 680. Ῥίνη δὲ καὶ τοῦ μετοπώρου πρὸς δύσιν πλειάδος χειμερινήν, τὸ ὕστερον· πρῶτον, τοῦ ἔαρος. Itaque ſpreta librorum impreſſorum lectione locum edidimus plane ad fidem MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. H.

x. Aprili, Maio, Iunio) Ariſt. p. 546. Vide N. et Em. N. CXXXIII. (hic adi.) *Apr.)* Ariſtotelis haec verba ſunt: Τίκτουσι δ' οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων ἐν τρισὶ μησί, Μουνυχιῶνι, Θαργηλιῶνι, Σκιῤῥοφοριῶνι. At in Graecis ſcriptoribus nihil eſt difficilius extricatu, quam eſt ordo menſium Atticorum, conſentiunt eruditi. Nos alias Deo

Maio, Iunio. Salpae *y.* autumno: [1]ſargi *z.*, torpedo *a.*, [2]ſquali *b.*, circa aequinoctium *c.*: molles vere *d.*: ſepia *e.* omnibus menſibus. Oua eius *f.* glutino atramenti ad ſpeciem vuae cohaerentia, maſculus proſequitur afflatu *g.*, alias ſterileſcunt. Polypi

1. *Spari. V.* 2. *ſquatinae, vel ſquati ῥῖναι. Turn. ex Ariſt.*

Deo donante Tractatum peculiarem edemus, De menſibus Graecorum, quem iam pridem affectum habemus. H.

y. Salpae) Ariſt. l. c. et Hiſt. L. VI. c. 16. p. 708. Athen. quoque L. VII. p. 321. H.

z. Sargi) Ita MSS. omnes. Fruſtra Rondeletius *Spari* reponit. Etſi de ſargo iam ante Plinius: non enim autumnum, vt prius, ſed magis praeciſe, autumni aequinoctium eiuſdem feturae adſignat. H.

a. Torpedo) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 9. p. 680. Αἱ δὲ νάρκαι, περὶ τὸ Φθινόπωρον. *Torpedo circa autumnum parit.* H.

b. Squali) Squali, Galei, a ſquala, id eſt, ſordida, aſpera, et ſcabra cute. *Squalum* enim priſca vox id ſignificat. Ennius apud Nonium, *Elauare lacrymas, veſtem ſqualam et ſordidam* Dal.

Squali) De his egimus, f. 40 Vide N. et Em. N. CXXXIV. (hic adi.) *Sq.)* Fruſtra conuellere hanc lectionem contendunt, Turnebus et Pellicerius, in Nott. MSS. vt *ſquati* legant: Coniiciunt enim ſe in magnas ambages, id ſi obtinuerint: aut Plinium craſſiſſimae arceſſunt incuriae: Nam cur ſquatinae partus temporibus iam indicatis, rurſus ſub ſquati voce, tamquam ſquatus a ſquatina differat, de iiſdem ſtatim differat? H.

c. Circa aequinoctium) Autumnale. Ariſt. l. c. αἱ δὲ νάρκαι περὶ τὸ Φθινόπωρον. H.

d. Molles vere) Ariſt. Hiſt. L. V. c. 11. p. 549. H.

e. Sepia) Ariſt. p. 547. H.

f. Oua eius, etc.) Ariſt. c. 10. lib. V. Hiſt. *Dal.*

Oua eius) Ariſt. p. 549. Horum ouorum effigiem depinxit Rondeletius, L. XVII. c. 3. Iuncta racematim dixit Oppian. Hal. v. 548. Ἀρηρότα δ᾽ ἀλλήλοισι Βοτρυδὸν, etc. H.

g. Afflatu) Atramentum eius afflat, aſpergitque, quo ſolideſcunt: καταφυσᾷ τὸν θόλον, καὶ γίνεται τὰ ᾠὰ ϛιφρά. H.

lypi *h.* hieme coeunt, pariunt vere *i.* oua tortili *k.* vibrata pampino *l.*, tanta fecunditate, vt multitudinem ouorum occiſi non recipiant [1] cauo capitis *m.*, quo praegnantes tulere. Ea excludunt *n.* quinquageſimo die, e quibus multa propter numerum intercidunt. Locuſtae *o.*, et reliqua tenuioris cruſtae, ponunt oua ſuper oua, atque ita incubant. Polypus *p.* femina modo in ouis ſedet, modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Sepia [2] in terreno *q.* parit inter arundines, aut ſicubi enata alga: excludit *r.* quintodecimo die. Loligines *s.* in alto conſerta oua edunt, vt ſepiae *t.* Purpurae *u.*, murices, [3] eiuſdemque generis *x.*, vere pariunt.

1. Cranio. V. praue. *2. et, inſerit Gr.* *3. eius denique.*

h. Polypi) Ariſt. l. c. et Athen. L. VII. p. 317. H.

i. Pariunt vere, etc.) Cerium ſiue fauum edunt. *Dal.*

k. Tortili) Cirro vno, qui pampini in morem torquetur, emiſſa. H.

l. Pampino) Hoc eſt, cirro, ſiue crine vno, qui pampini inſtar, ſeu clauiculae vitium torquetur ac flectitur, vibrata et emiſſa. Vide quae de hac voce *pampinus* dicturi ſumus, L. XVI. ſ. 63. Cirros Latini polyporum capillamenta vocant. H.

m. Cauo capitis) Tanta ouorum multitudo eſt, inquit Philoſophus, Hiſt. L. V. c. 17. p. 587. vt his exemtis vas impleatur longe maius, quam ſit caput ipſius, in quo ea continebantur. H.

n. Ea excludunt) Ariſt. p. 588. H.

o. Locuſtae) Ariſt. p. 590. H.

p. Polypus) Ariſt. p. 591. et Athen. L. VII p. 317. H.

q. Sepia in terreno) Ariſt. iuxta terram, inter arundines, algaſque, πρὸς τὴν γῆν, περὶ τὰ Φυκία, καὶ καλαμώδη. H.

r. Excludit) Ariſt. p. 589. H.

s. Loligines) Ariſt. p. 592. H.

t. Vt ſepiae) Non in alto edunt oua, vt ſepiae: litoralem enim hae vitam agunt, non pelagiam: ſed conſerta oua edunt, vt ſepiae: hoc eſt, ad ſpeciem vuae cohaerentia, vt proxime antea dictum eſt. H.

u. Purpurae) Ariſt. H. A. L. V. c. 14. p. 570. H.

x. Eiuſdemque generis) Durioris pariter teſtae. H.

pariunt. Echini oua *y.* pleniluniis habent hieme: et cochleae *z.* hiberno tempore naſcuntur.

LXXV. Torpedo *a.* octogenos fetus habens invenitur: eaque intra ſe parit oua praemollia, in alium locum vteri transferens, atque ibi excludens. Simili modo omnia, quae cartilaginea appellauimus. Ita fit, vt ſola *b.* piſcium et animal pariant et oua concipiant. Silurus mas ſolus *c.* omnium edita *d.* cuſtodit oua, ſaepe et quinquagenis diebus, ne abſumantur ab aliis. Ceterae *e.* feminae in triduo excludunt, ſi mas attigit.

LXXVI.

y. Echini oua) Non vernis tantum, inquit, autumnalibuſue, quod minus mirum videri queat: ſed hibernis quoque pleniluniis, oua echini habent: atque adeo tempore nullo carent, vt teſtatur Ariſt. loc. H. A. L. V. c. 11. p. 550. H.

z. Et cochleae) Marinae ſcilicet: nec tamen naſci tunc cochleas, ſed praegnantes grauidaſque, hoc eſt, cum ouis eo tempore cerni, Ariſtot. tradidit, p. 551. Κύοντες δὲ φαίνονται καὶ οἱ κοχλίαι πάντες ὁμοίως τὴν αὐτὴν ὥραν. H.

a. Torpedo) Ariſt. H. A. L. VI. c. 8. p. 677. H

b. Ita fit, vt ſola) Ariſt. p. 672. De cartilagineis ſupra, ſ. 40. H.

c. Silurus mas ſolus) De glanide id Ariſt. lib. IX. Hiſt. *Dalec.*

Silurus) De glani haec omnia Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 13. p. 696 et 698. eoque fluuiatili piſce: quem ſilurum quoque appellari poſſe Plinius putauit: quamquam a ſiluro, de quo dictum eſt, ſ. 17. diuerſus eſt, vt Aelianus docet: ipſeque Plinius alibi eoſdem inter ſe diſtinxit. Athenaeus quoque glanis et ſiluri ſeorſum meminit. Plinium ſequutus eſt Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 3. p. 262. *Piſcis fluuialis,* inquit, *quem glanin quidem Graeci, nos autem ſilurum vocamus, etc.* H.

d. Omnium edita) Hoc eſt, non ſua tantum, quod et alii piſces mares faciunt: ſed etiam aliorum promiſcue, quod ſilurus ſolus. Ariſt. p. 698. H.

e. Ceterae) Ariſt. p. 696. In minorum piſcium genere, inquit, vel tertio die prodeunt piſciculi: τῶν δὲ ἐλαττόνων ἐνίων, καὶ τριταίων ὄντων, ἤδη ἰχθύδιά ἐστι. H.

LXXVI. Acus *f.*, ſiue belone, ſvnus piſcium dehiſcente [1] propter multitudinem *g.* vtero parit. A partu *h.* [2] coaleſcit vulnus: quod et in [3] coecis ſerpentibus tradunt. Mus marinus *i.* in terra ſcrobe effoſſo parit oua, [4] et rurſus obruit terra: triceſimo die refoſſa aperit, fetumque in aquam ducit.

LXXVII. (LII.) Erythini *k.* et chanae *l.* vuluas habere traduntur: qui trochos *m.* appellatur a Graecis,

1. *Legendum aliis videtur, propter magnitudinem, videlicet ouorum, ſuffragante Ariſtot. de gen. anim. L. III. c. 4.* 2. *calleſcit. V.* 3. *Quidam emendant, Caeciliis ſerpentibus, ex eodem Ariſt. lib. VI.* 4. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. V. et Ch. et obruit terra. Rurſus tr. d. Gr. et Al.*

f. Acus) Βελόνη Graecis acus eſt, Gallis vulgo *Aiguilles*, Lutetiae *Orphies*, inquit Hipp. Saluianus, f. 68. Vulgus Narbonenſe, a tubae ſimilitudine, *Trompette* vocat, teſte Scaligero in Ariſt. p. 691. poſt Rondel. L. VIII. c. 4. H.

g. Propter multitudinem) *Propter magnitudinem* potius agnoſcerem, niſi codicum fides obſtaret, tum ex Aeliano, H. A. L. IX. c. 60. tum maxime ex Ariſt. H. A. L. VI. c. 16. p. 711. teſtante diſertis verbis, non tam multa, quam magna, belones vtero oua contineri, ἴσχει δὲ οὐχ οὕτω πολλά, ὡς μεγάλα. Refert hoc quoque Plut. L. de garrul. p. 509. H.

h. A partu) Vbi pepererit, viuit tamen, coaleſcente rima, quam ſub ventre habet, et ſumine, vt Caeciliae ſerpentes: ὥσπερ αἱ τυφλῖναι ὄφεις· ὅταν δὲ τέκῃ, ζῇ, καὶ συμφύεται πάλιν ταῦτα. Ariſt. p. 691. H.

i. Mus marinus) De quo egimus, f. 35. De emyde, ſiue teſtudine lutaria refert eadem Philoſophus, Hiſt. L. V. c. 28. p. 634. et iam antea Plinius, f. 12. H.

k. Erythini) De vtriſque diximus, f. 23. H.

l. Chanae) Chanae omnes vuluas, etc. nam quod ſcribit Ariſt. cap. 6. lib. IV. hiſt. in eo piſcis genere nulla eſt ſexus diſtinctio, omneſque ouis grauidae capiuntur. *Dal.*

m. Qui trochos) Falſum et ridiculum id Ariſtoteles exiſtimat, Herodoto Heracleota, duo eum genitalia maris et feminae, ſortitum credente. *Hermol. Barb.* De cinoedis

cis, ipſe ſe inire. Aquatilium *n.* omnium fetus inter initia viſu carent.

LXXVIII. (LIII.) Aeui piſcium memorandum nuper exemplum accepimus. Pauſilypum *o.* villa eſt Campaniae, haud procul Neapoli; in ea in Caeſaris piſcinis *p.* a Pollione Vedio coniectum piſcem, ſexageſimum poſt annum exſpiraſſe ſcribit Annaeus Seneca *q.*, duobus aliis aequalibus eius ex eodem [1] genere tunc viuentibus. Quae mentio piſcinarum admonet, vt paulo plura dicamus hac de re, priuſquam digrediamur ab aquatilibus.

LXXIX.

1. Genere etiam tunc Gr. et Al.

noedis hoc exponi poteſt, qui mutuo conſequuntur κατ' ἐρὰν, vt Suidas, κατὰ πυγὴν, vt Athenaeus, et alii aliorum clunibus natando inuehuntur, vt qui nefandam et praepoſteram libidinem exercent. Τρόχους fortaſſe quaſi curſores Graeci vocauerunt, a curſus pernici celeritate, non quaſi rotas. Trochos diuerſus a cetaceo, quis et qualis ſit ignorant. *Dalec.*

Qui trochos) Pliniuſne hallucinatus ſit, ſi piſcem hic credidit τρόχον, quum terreſtre animal Ariſtoteles ita nominaſſe videatur, terreſtrem muſtelam, hyaenamque ſimul appellans, de gen. anim. L. III. c. 6. An piſcem ei cognominem ſignare voluerit, quum ſit is ſcriptoribus aliis incognitus, haud ſatis eſt procliue ſtatuere. H.

n. Aquatilium) Ariſt. H. A. L. VI. c. 13. p. 695. H.

o. Pauſilypum) Hodie *Poſilipo monte.* H.

p. In Caeſaris piſcinis) Quae fuerant Vedii Pollionis, de quo dictum eſt, ſ. 39. Is enim, vt refert Dio Caſſius, L. 54. heredem ex maxima bonorum parte Auguſtum eſſe voluit. H.

q. Annaeus Seneca) In iis libris, qui interciderunt. Non minorem porro admirationem habet, quod refert Geſnerus, captum in ſtagno Sueuiae, prope Elbrein, anno 1447. piſcem ingentem, cui ſub pinnis annexus anulus cum hac inſcriptione: *Primus ego piſcis quem in hoc ſtagnum iniecit Fridericus II. Imp. V. Octob. MCCV.* Sic ille annos ducentos vixerit et XLIV. H.

LXXIX. (LIV.*) Oſtrearum viuaria *r.* primus omnium Sergius Orata inuenit *ſ.* in Baiano, aetate L. Craſſi Oratoris, ante Marſicum bellum: nec gulae cauſa, ſed auaritiae, magna vectigalia tali ex ingenio ſuo percipiens, vt qui primus *t.* penſiles [1] invenerit balineas, ita mangonizatas [2] villas ſubinde vendendo. Is primus *u.* optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adiudicauit *x.*, quando eadem aquatilium genera aliubi atque aliubi meliora: ſicut lupi piſces *y.* in

1. *Sic et Ch. inuenit Gr.* 2. *illas. Ch.*

*. *Ad inſcript. Gron. De viuariis oſtrearum)* Vide cap. 6. lib. XXXII. *Dalec.*

r. Oſtrearum viuaria) Deſcripſit haec Macrobius a Plinio, Sat. L. II. c. 11. p. 361. Columella aliquanto elegantius, L. VIII. c. 16. p. 309. *Iam enim*, inquit, *celebres erant deliciae popinales, quum ab mari deferrentur viuaria, quorum ſtudioſiſſimi, velut ante deuictarum gentium Numantinus et Iſauricus, ita Sergius Orata, et Licinius Muraena captorum piſcium laetabantur vocabulis.* Vide et Varronem, de R. R. L. III. c. 3. p. 98. H.

ſ. Sergius Orata inuenit) Val. Max. cap. 1. lib. IX. eius luxuriam carpit. Vide et Ciceronem in Officiis. *Dalec.*

Orata) Vel, vti apud Ciceronem ſcribitur, de Orat. L. I. p. 312. *Sergius Aurata*, quod ei piſces, qui auratae vocantur, cariſſimi fuerint, inquit Macrobius, ex Varrone. Aliter tamen Feſtus: *Orata*, inquit, *genus piſcis appellatur a colore auri, quod ruſtici orum dicebant: vt auriculas, oriculas. Itaque Sergium quoque quemdam praediuitem, quod et duobus annulis aureis et grandibus vteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum.* H.

t. Vt qui primus) Macrob. l. c. poſt Val. Max. L. IX. c. 1. p. 417. et Senecam, ep. 90. ad Lucilium. H.

u. Is primus) Val. Max. et Macr. ll. cc. H.

x. Oſtreis Lucrinis adiudicauit) Tarentina praefert omnibus Varro. Brod. c. 14. IV. Abydena Graeci. *Dal.*

y. Sicut lupi piſces) Lucilius 16. Satyra: *Fingere praeterea afferri, quod quiſque volebat: Illum ſumma ducebant atque altilium lanx: Hunc pontes Tiberinos duo inter captus capillo.* Id eſt lupus liguritor. Macrobius c. 16. III. Saturn. Horat. *Vnde datum ſentis, lupus hic Tibe-*

in Tiberi amne inter duos pontes, rhombus Rauennae, [1] muraena *z.* in Sicilia *a.*, elops Rhodi *b.*: et alia genera ſimiliter, ne culinarum cenſura peragatur. Nondum Britannica ſeruiebant litora *c.*, quum Orata Lucrina nobilitabat: poſtea viſum tanti [2] in extremam Italiam petere [3] Brundiſium oſtreas: ac ne lis eſſet *d.* inter duos ſapores, nuper excogitatum, famem longae aduectionis a Brundiſio compaſcere in Lucrino.

LXXX. Eadem aetate prior [3] Licinius Muraena, reliquorum piſcium viuaria inuenit: cuius deinde exemplum nobilitas ſequuta eſt, [4] Philippi, Hortenſii *e.*: Lucullus *f.* exciſo etiam monte iuxta Neapolim maio-

1. *In extrema Italiae. M. extrema Italia. V.* 2. *Brundiſio. M.* 3. *Lucinius. Ch.* 4. *Philippus, Hortenſius. M.*

Tiberinus, an alto Captus hiet? Dal.

Sicut lupi) Colum. l. c. *Faſtidire docuit fluuialem lupum, niſi quem Tiberis aduerſo torrente defatigaſſet.* Hor. Sat. L. II. Sat. 2. v. 31. *Vnde datum ſentis, lupus hic, Tiberinus, an alto Captus hiet? Pontesne inter iactatus, an amnis Oſtia ſub Tuſci?* Haec quoque Varro et Macr. ll. cc. H.

z. Muraena in Sicilia) Athen. L. I. p. 4. et L. VII. p. 313. ex Archeſtrato Gaſtronomo. H.

a. In Sicilia) Ἐν πορθμῷ τῷ Σικελικῷ. Flutas Latini vocant. Martialis: *Quae natat in Siculo grandis muraena profundo, Non valet exuſtam mergere ſola cutem.* Dal.

b. Elops Rhodi) Columella, l. c. p. 310. Aelian. H. A. L. VIII. c. 28. H.

c. Britannica ſeruiebant litora) Quae oſtrea praeſtantiſſima nutriunt. *Dal.*

Britannica) Cuius orae oſtrea eſſe dulciſſima, Plinius auctor eſt, L. XXXII. ſ. 21. H.

d. Ac ne lis eſſet) Ne certaretur, inquit, vtra alteris praeſtarent, Britannicane Brundiſinis, an verſa vice: excogitatum eſt vtrumque oſtreorum genus poſt diuturnam famem ab aduectione longinqua, ſimul in Lucrino viuario paſcere, vt eoſdem inde ſapores referrent. Vide L. XXXII. ſ. 21. H.

e. Philippi, Hortenſii) Varro et Columella ll. ante ll. Ma-

maiore impendio, quam villam [1] exaedificauerat, euripum et maria admiſit: qua de cauſa Magnus Pompeius Xerxen *g.* togatum eum appellabat. [2] Quadragies HS piſcinae *h.* a defuncto illo vaeniere piſces.

LXXXI.

1. Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. aedificauerat Gr. et Al. 2. quadraginta ſeſtertiis piſc. Budaeus, V. et M. Quadringentis ipſius piſc. Maſſar. Seſtertium quadringentis e piſcina ipſius defuncto, etc. Hotom. de re num. pag. 234. Tricies Gr. et Al.

ll. Macrobius, a Cicerone piſcinarios idcirco appellatos tradit. H.

f. Lucullus) Vide Salluſt. in Catilin. pag. 9. n. 8. *Dal.*

Lucullus) Varro de R. R. L. III. c. 17. p. 113. H.

g. Xerxen) Velleius Pat. L. II. num. 33. p. 13. H.

h. Tricies piſcinae) Lego: *quadraginta millibus ipſius piſcinae a defuncto illo vaeniere piſces.* Macrobius ait, Marcum Catonem, qui poſt Vticae periit, quum Haeres teſtamento eſſet relictus, piſces de piſcina ipſius quadraginta millies vendidiſſe. *Hermol. Barb.* Macrobius grauiter errat, ſcribens Catonem haeredem a Lucullo relictum: quod ſane neque in ipſo, cuius vtitur teſtimonio, Varrone, neque in alio Latino Graecoue auctore Macrobius vmquam legit. Sed quia in Plinio legerat, defuncto vita Lucullo, piſces Catonem ex piſcina eius venditaſſe, idcirco credidit bona Luculli haereditario iure ad Catonem perueniſſe, largiter hallucinatus. Nam ex eo ipſo Varrone et Columella diſcere potuiſſet, Catonem tutorem Luculli relictum, non haeredem. Quod ſi etiam non percipiebat, ſciat Lucullum imperatorem fato defunctum, puerulum filium, Lucullum nomine reliquiſſe, quem ſuſtulerat ex Seruilia Catonis ſorore, muliere impudica, quam procreato hoc filiolo ob vitae probra repudiauit. Hic igitur puer Luculli maioris filius, et illius, vt dixi, appellatus nomine, paternorum bonorum haeres fuit. Quae quum per aetatem adminiſtrare non poſſet, tutor ei datus eſt Cato Vticenſis auunculus. Auctor eſt Plutarchus in vita Catonis Vticenſis. Hic igitur Cato Lucillianas delicias exoſus, parumque neceſſarias pupilli incrementis iudicans, piſces illos quam potuit maximo pretio permutauit. *Pint.*

Qua-

LXXXI. (LV.) Muraenarum viuarium priuatim excogitauit C. [1] Hirrius *i.* ante alios, qui coenis triumphalibus Caeſaris Dictatoris, ſex millia *k.* numero muraenarum [2] mutuo appendit. *l.* Nam permutare quidem pretio noluit, aliaue merce. Huius villam *m.* intra quam modicum *n.* quadragies [1] piſci-

1. *Hirtus. V. Hirrus. Ch. Hirtius. Gel.* 2. *mutua.*

Quadragies) Hoc eſt, quadragies centena millia ſeſtertiûm. Monetae Gallicae, librae ſunt, vt vocant, 400000. Vide N. et. Em. N. CXXXV. (hic adi.) *Quadragies HS.)* Budaeus legit, *quadraginta ſeſtertiis.* Maſſarius, et Hotomanus, *ſeſtertium quadringentis.* Barbarus, XL. M. ex Macrobio, Sat. L. II. c. 11. p. 362. qui Varronis teſtimonio vtitur, quod exſtat hodieque, de R. R. L. III. c. 2. p. 77. *Nos* $\overline{XL}$ *ſeſt. piſcinae*, etc. hoc eſt, *quadragies.* In. R. 1. Colb. 1. 2. XL. vnde in Par. *quadraginta.* Sed perire facile potuit, librariorum inſcitia, tractus ille lineae, quo *quadragies a quadraginta* differunt. Inſigne ſane piſcium iſtud pretium fuit, ſed non indignum Luculli luxuria: grandique ideo aere venditatos Columella teſtatur, *ſeſtertium quadragies*, quorum ſumma non excedit libras 40000 multo minus, quadraginta tamen ſeſtertiûm millia, quibus vix librae 4000 continentur. H.

i. C. Hirrius) Ita Varro de R. R. L. III. c. 17. et Inſcriptiones Gruteri. In libris MSS. *Hirrus*, in editis *Hirius*: vtrobique mendoſe. H.

k. Sex millia) Vide N. et Em. N. CXXXVI. (hic poſ.) *Sex m.)* Ita MSS. omnes. Varro tamen, a quo haec quoque traduntur, plurimum de numero eo detrahit, de R. R. L. III. c. 17. p. 113. vbi de Hirrio agens, *Vno tempore*, inquit, *memini hunc Caeſari duo millia muraenarum mutua dediſſe in pondus: et propter piſcium multitudinem quadragies HS. villam veniſſe.* Sed in Varronis contextu legunt alii *ſex millia*, ex Macrobio, recte. H.

l. Mutuo appendit) In pondus dedit. Varro cap. vlt. lib. III. *Dalec.*

m. Huius villam) Ambo exemplaria *vendiderunt* praeferunt, non *vaenierunt.* Budaeus, cum quo iterum mihi res eſt, libro ſecundo de Aſſe hunc locum ſic legit: *Huius villam intra quam modicam XL. piſcinae vendiderunt;* profiteturque ſe id facere

cere ex vetere lectione et Varrone ac Macrobio. Nos aduerſus veterem lectionem et Budaeum ac Macrobium *piſces* legendum contendimus, non *piſcinae*. Nam Varronis auctoritas, qua nititur Budaeus, mihi fauet, non illi, confirmatque *piſces*, vt ego ſentio, non *piſcinae*, vt Budaeus, ſcribendum eſſe. Potuit enim vnica dumtaxat piſcina, villam Hirii tanti vendere: et poſſunt in vna tantum piſcina multi eſſe et magnae taxationis piſces, vt ex fine capitis praecedentis patuit. Sed Varronis ipſius verba, ex libro de re ruſtica tertio, capite 17. apponam, vt apertius fiat vtro ex duobus modis legendum ſit, *piſcinae*, vt Budaeus, an *piſces*, vt ego ſentio. *Hirius*, inquit, *circum piſcinas ſuas ex aedificiis duodena M. ſeſtertiûm capiebat. Eam omnem mercedem eſcis, quas dabat piſcibus conſumebat. Nec mirum: vno tempore enim memini hunc Caeſari VI. M. muraenarum mutua dediſſe in pondus, et propter piſcium multitudinem quadragies ſeſtertiûm villam vaeniſſe.* Hactenus Varro. Ex cuius verbis colligitur, ob piſces numeroſos, non piſcinas, villam Hirii vaeniſſe tanti. Praeterea, ſi, vt ait Varro, ex aedificiis quae circum piſcinas erant duodena M. ſeſtertiûm Hirius capiebat, inſumebatque paſcendo egregio illo pecore, qua ratione piſcinae illae tantae aeſtimationis ſimul cum villa mediocri pretio, quadragies ſeſtertiûm, hoc eſt mille aureorum vaenire potuerunt? Sed non vniuerſas, dicet quis Hirii piſcinas cum villa venditas, ſed aliquot earum. Tantum abeſt vt eos probem, qui ita ſentiant, vt mirer potius attenta piſcium, quae illis temporibus erat, ingenti aeſtimatione, vnicam etiam piſcinam, cum villa quantumcumque mediocri, tam exiguo pretio venalem inuentam. Macrobius vero, qui aliter ſentit, rem non accurate perpendit, vt pleraque alia, de quibus lis homini intendi, non iniuria poſſet: mendoſum enim Plinii exemplar nactus in errorem ipſe lapſus eſt, et Hermolaum vna ſecum traxit. Parem inuenies in Columella mendam: nam vbi *piſces* ſcribi debuit, *piſcina* falſo ſcriptum eſt. *Attamen*, inquit libro octauo, cap. 16. *iiſdem temporibus, quibus hanc commemorabat Varro luxuriem, maxime laudabatur ſeueritas Catonis, qui nihilominus et ipſe tutor Luculli grandi aere ſeſtertiûm M. quadringentorum piſcinas pupilli ſui venditabat.* Scribendum, *piſces pupilli ſui venditabat*, tum ex Varrone libro tertio, vnde id Colu-

[1] piſcinae vendiderunt. Inuaſit deinde ſingulorum piſcium

1. *Sic et Bud.* 2. *de Aſſe. M. Tol. Salm. et Ch. et Hotom. de re num. p. 279. Huius villam intra quam modicam quadragies piſcinae vaenierunt Gr. et Al.*

mella tranſtulit, tum ex Plinio in fine capitis praecedentis: adde etiam, ſi placet, ex Macrobio Saturnalium. *Pintian. Muraenarum viuarium priuatum excogitauit C. Hirrius ante alios, qui coenis triumphalibus Caeſaris dictatoris ſex millia numero muraenarum mutua appendit: nam permutare quidem pretio noluit aliaue merce. Huius villam (intra quam modicum?) quadragies piſcinae vendiderunt.* Ita recte Budaeus, et ſumma eſt centenum millium Philippeum vel ſcutatorum. Sed acriter ei repugnat Pintianus, legique vult *piſces*, non *piſcinae*. *Potuit enim*, inquit, *vnica piſcina villam tanti vendere, et poſſunt in vna tantum piſcina multi eſſe et magnae taxationis piſces.* Vide *Gronou.* de Seſtertiis pag. 622. 623.

n. Quam modicam) Minorem mediocri. *Dalec.* –

Intra quam modicum) Hoc eſt, modico poſt temporis ſpatio, non longa operoſaque cura, compenſato piſcinae damno, ex ſublatis ſex illis millibus muraenarum. Id enim velle Varro videtur, quum ait, vno tempore et millia ſex muraenarum Caeſari data eſſe mutuo, et villam veniſſe quadragies. Refert hoc et Macr. Sat. L. II. c. 11. p. 362. Vide N. et Em. N. CXXXVII. (hic adi.) *Huius etc.*) Sic reſtituimus ex codd. R. 1. 2. Par. et Budaei cod. Quamquam et vetuſta lectio, *intra quam modicam*, defendi quoque poſſit, hoc intellectu: vt villa intra quam modica ſit ea, quae ne permodicae quidem par ſit. Ita Quintilianus: *Hortenſii*, inquit, *ſcripta tantum intra famam ſunt*: hoc eſt, fama ipſius minora, inferioraque. Mox codicum omnium auctoritatem ſequuti, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. Salm. aliorumque, *piſcinae vendiderunt* reſcripſimus, pro *venierunt*. *Piſces* pro *piſcinis* reponere Pintianus magno contendit opere, ſed incaſſum. Non enim piſcinas, alueoſque, aut aquas ſine piſcibus veniiſſe intelligendum eſt: quum piſcinarum, imo et villarum pretia, ex piſcium numero et aeſtimatione creſcerent, vt ex Canio liquet, de quo Cic. in Off. L. III. H.

piſcium amor. Apud Baulos *o.* in parte Baiana piſcinam habuit Hortenſius Orator, in qua muraenam adeo dilexit, vt exanimatam *p.* fleſſe credatur. In eadem villa, Antonia *q.* Druſi, muraenae, quam diligebat, inaures addidit: cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt.

LXXXII. (LVI.) Cochlearum viuaria *r.* inſtituit Fuluius [1] Hirpinus *s.* in Tarquinienſi, paulo ante ciuile bellum, quod cum Pompeio Magno [2] geſtum eſt, diſtinctis quidem generibus earum, ſeparatim vt eſſent albae, quae in Reatino agro naſcuntur *t.*: ſeparatim Illyricae: quibus magnitudo praecipua: Africanae, quibus fecunditas: Solitanae *u.*, quibus nobi-

1. *Lippinus. Ch.* 2. *actum eſt. V.*

o. Apud Baulos) Varro, l. c. *Q. Hortenſius familiaris noſter, quum piſcinas haberet magna pecunia aedificatas ad Baulos . . . minus laborabat, ne ſeruus aeger, quam aquam frigidam biberent ſui piſces.* H.

p. Vt exanimatam) De Craſſo hoc ipſum narrant Porphyrius, L. de abſtin. p. 106. Tzetzes, Chil. 8. hiſt. 174. v. 151. et Macrob. p. 361. H.

q. Antonia) De ea dixi L. VII. ſ. 18. H.

r. Cochlearum viuaria) Vide cap. 39. lib. VIII. *Dal.*

s. Hirpinus) Egimus de eo nomine libro ſup. ſ. 78. H.

t. Separatim vt eſſent albae quae in Reatino agro naſcuntur) Legendum videtur *albulae*, non *albae*, ex ipſo, quem in fine capitis profitetur ſequi, Varrone libro tertio, capite de Cochleis. *Genera*, ait, *Cochlearum ſunt plura, vt minutae, albulae, quae afferuntur e Reatino.* Pintian.

Vt eſſent albae) Albulas appellat Varro, de R. R. L. III. c. 14. p. 108. *Genera cochlearum*, inquit, *ſunt plura: vt minutae albulae, quae afferuntur e Reatino: et maximae, quae de Illyrico apportantur: et mediocres, quae ex Africa afferuntur: . . . Ex Africa, quae vocantur Solitanae . . . Hae, in fetura pariunt innumerabilia, etc.* H.

u. Solitanae) Ita MSS. R. Colb. ceterique, non *Iolitanae*, vt quidam fingunt, ab Iol, ſiue Caeſarea Africae oppido. De his rurſum L. XXX. ſ. 15. A promontorio Solis, quod in Africa eſſe vidi-

nobilitas. Quin et ſaginam *x.* earum [1] commentus eſt, ſapa et farre, aliiſque generibus, vt cochleae quoque altiles ganeam implerent: cuius artis *y.* gloria in eam magnitudinem [2] perducta ſit, vt octoginta quadrantes *z.* caperent ſingularum calices. Auctor eſt M. Varro.

LXXXIII. (LVII.) Piſcium genera *a.* etiamnum a Theophraſto mira [3] produntur: circa Babylonis *b.* rigua

1. Commentus eſt. M. Tol. Salm. Ch. 2. ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. perductas vt, etc. calices, auctor eſt. V. perducta ſimpliciter tantum, omiſſo τὸ *ſit. Vrſin. not. ad Varr. de re ruſt. lib. III. c. 15. perductae ſint Gr. et Al. 3. produntur circa B. rigua. Deced. f. i. c. a. hebetes reman. V.*

vidimus L. V. ſ. 1. nomen ſortitae videntur. H.

x. Quin et ſaginam) Reliquum caput totidem verbis habet Varro, l. c. H.

y. Cuius artis etc.) Legend. *cuius artis gloria in eam magnitudinem perductas, vt octo quadrantes implerent ſingularum calices, auctor eſt M. Varro.* Vide *Salmaſ.* 1134. b.

z. Quadrantes) Quadrans eſt quatuor cyathorum menſura: cuiuſmodi cyathos ſedecim pinta, vt aiunt, Pariſienſis continet, metiente Budaeo. H.

a. Piſcium genera) Libello de piſcibus. Hoc ipſum tradit et Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκȣσμ. Prope Mompeſſulum in vico quem vocant *Baillargnet,* ad ripam amnis Liriae, vulgo *le Liz,* piſces effodiuntur. Idipſum fit et prope Salſa, arcem regis Galliae permunitam, quae vltra Narbonam ſita eſt. *Dalecamp.*

Piſcium genera) Quae hoc capite integro continentur, ea totidem verbis recitant Theophraſtus, L. de piſcibus in ſicco degentibus, et Auctor Libri de mir. Auſc. p. 1155. et 1156. quem Theophraſtum ipſum eſſe ſuſpicati alias ſumus. H.

b. Circa Babylonis) Aelianus id quoque, H. A. L. V. c. 27. ex Theophraſto. Id incredibile viſum olim Senecae, Quu. Natt. L. III. c. 17. Prodigii inſtar expiandum Liuio, L. XLII. et Iuvenali, Sat. 14. v. 63. Exemplis tamen quam plurimis rem confirmant, praeter antiquos, Leonicenus, Maiolus, Caſaubonus, Guillandinus, Scaliger, Nierembergius, alii

rigua decedentibus fluuiis, in [1] cauernis aquas habentibus remanere. Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudae motu, contraque venantes refugere in ſuas cauernas, et in iis [2] aduerſos ſtare: capita eorum eſſe ranae marinae ſimilia, reliquas partes [3] gobiorum *c.*, branchias vt ceteris piſcibus. Circa Heracleam *d.*, et [4] Crom-

nam,

1. *Cauernas aquas habentes remanere quoſdam. M.* 2. *obuerſos. Gr.* 3. *gobionum. Ch.* 4. *Cromnam et Lycum amnem eſſe.*

aliique, quos laudat Iac. Sachs in Gammarol. p. 123. H.

c. Gobiorum) Gobio, ſiue gobius (iſto enim nomine Martialis appellat, Iuuenalis illo: vtroque Plinius hoc vno capite:) Graecis κωβιός, vnde et Graeco more *cobio* a Plinio nominatur L. XXXII. ſ. 53. Gallis *Goujon*, vt ait Hipp. Saluianus, fol. 214. aliique. H.

d. Circa Heracleam et Cromnam etc.) Romana impreſſio, et Parmenſis itemque aliae, aliter legunt, *Circa Heracleam et Toronem et Lycum amnem et multifariam, etc.* Apographon Toletanum et Salmanticenſe, *Circa Heracleam et Scrona et multifariam, etc.* Recte qui pro *Scrona*, *Cromnam* ſubſtituerunt. Eſt enim *Cromna* maritima Paphlagoniae vrbs in Ponto, prope Tium, et Heracleam ad Lycum, omnibus gregatim auctoribus. Nam et in vrbe eiuſdem Paphlagoniae Tio, huiuſmodi etiam piſces gigni, Athenaeus tradit libro octauo: vt veriſimile fiat, eadem ratione qua Tii reperiantur, poſſe etiam Cromnae reperiri. Ariſtoteles in libro de Admiranda auditione, *in vrbe*, inquit, *Heraclea Ponti et in Rhegio gigni agunt foſſiles piſces:* vbi mendoſiſſime *et in Rhegio*, ſcriptum eſt, pro *et in Tio.* Sane verba illa, *et Lycum amnem*, quae in impreſſis codicibus haberi, in ſcriptis deſiderari dixi, Pliniana eſſe et legitima, incuria vero librariorum omiſſa, planum faciunt, quae Plinius poſt ſcribit, *Circa Heracleam eamdem, eodemque Lyco amne:* quae tamen verba non ſuo loco poſita ſunt. Collatis igitur accuratius his quae Ariſtoteles, Theophraſtus, Athenaeus, Plinius ſcribunt, videtur mihi, locum hunc vitiatiſſimum ſic poſſe corrigi: *Circa Heracleam ad Lycum amnem, et Crom-*

nam, et Lycum, et multifariam in Ponto vnum genus eſſe, quod extremas fluminum aquas ſectetur, cauernaſque [1] faciat ſibi in terra, atque in his viuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore. Effodi ergo: [2] motu demum corporum viuere eos approbant. Circa Heracleam eamdem, eodemque Lyco amne decedente, ouis relictis, in limo generari piſces *e.*, qui ad pabula *f.* petenda palpitent exiguis branchiis, [3] quo fieri non indigos *g.* humoris: pro-

1. *Faciet. D.* 2. *motuque demum corporis viuere eos probari. D.* 3. *idque fieri non indigis. V. quod fieri non indigo Gr. et Al.*

Crommam, et multifariam in Ponto, vnum genus eſſe, quod extrema fluminum aquas ſectetur. Nam Heraclea haec Paphlagoniae, vt ab aliis eiuſdem nominis vrbibus diſtinguatur, appellari ab ſcriptoribus ſolet, *Heraclea ad Lycum*, ſeu *Heraclea Ponti.* Plinius libro ſexto, capite primo, *Oppidumque Heraclea Lyco flumini appoſitum.* Theophr. libro de piſcibus, *Quaedam enim non ex animalibus, vt anguilla. Videtur autem haec fieri ſicuti et qui vocatur centriſcus apud Heracleam circa Lycum fluuium.* Pint.

Et Crommam) Athen. L. VIII. p. 331. hoc ipſum ex Theophraſto deſcribens, *Circa Tion* dixit, cui Cromna pagus proximus fuit. H.

e. In limo generari piſces.) Centriſcas praecipue. Theophr. *Dal.*

f. Qui ad pabula) Scribendum reor diuerſa lectione et interpunctione: *Qui ad pabula petenda palpitent, exiguis branchiis, quo fieri non indigos humoris.* Vt ſit ſenſus, habere eos piſces exiguas branchias, eoque fieri ne indigeant humoris. Nam quae ex aquatilibus exiguis branchiis praedita ſunt, minore indigere refrigeratione quae ex aqua percipitur, praeter Ariſtotelem, Theophraſtus quoque in libro De piſcibus prodit, vnde hoc videtur a Plinio tralatum. *Pint.*

g. Quo fieri non indigos) Quam ob cauſam negat eos egere humore. Quam ob rem, inquit, fiunt non indigi humoris: hoc eſt, ob exiguas branchias, humore non indigere piſces illos Theophraſtus tradit: ſicuti anguillas etiam, exiguarum ſimiliter branchiarum ratione, humoris minus indigas, diu-

propter quod et anguillas diutius viuere exemtas aquis. Oua autem in ſicco maturari, vt teſtudinum. *h.* Eadem in Ponti regione apprehendi [1] glacie [2] piſcium maxime gobiones *i.*, non niſi patinarum calore vitalem motum fatentes. Eſt in his quidem, tametſi mirabilis, [3] tamen aliqua ratio. Idem tradit in Paphlagonia *k.* effodi piſces gratiſſimos cibis, terrenos, altis ſcrobibus, in his locis [4] vbi nullae reſtagnent aquae: [5] miratuſque *l.* et ipſe gigni ſine

Fff 4

1. *In glacie. V.* 2. *piſcis. Theophr.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. tamen in M. deeſt. In his quidem, tametſi mirabilis, eſt tamen aliqua ratio Gr. et Al.* 4. *in quib. Ch. et M.* 5. *Miraturque et ipſe gigni ſine. Humoris quidem aliquam vim ineſſe Gr. et Al.*

diutius extra aquas viuere: quod etiam teſtari Philoſophum diximus, ſ. 38. Vide N. et Em. N. CXXXVIII. (hic adi.) *Quo f.)* In editis libris, *quod fieri non indigo.* In MSS. *quo fieri non indigo.* Nos ſinceram inde lectionem eruimus. H.

h. Vt teſtudinum) De quorum ouis diximus, ſ. 12. H.

i. Gobiones) Viles piſces. Iuven. Sat. 10. *Nec mullum cupias, quum ſit tibi gobio tantum In locula.* Martialis *In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris, Principium coenae gobius eſſe ſolet.* Dal.

Maxime Gobiones) Athen. L. VIII. p. 331. ex Theophraſto. H.

k. In Paphlagonia) Athen. l. c. H.

l. Miraturque etc.) Verbum *humoris* cum minori litera ſcribi et antecedentibus iungi debet, vt ſic, *ſine coitu humoris*, hoc eſt, ſine reſtagnatione aquarum, ex Theophraſto libro De piſcibus. Quae vero ſtatim ſubtexuntur, inuerſo ordine ſcribi debent, *Vim quidem aliquam ineſſe quam puteis arbitratur.* Pintian.

Miratuſque) Theophraſtus, inquit, terrenos piſces illos ſine coitu naſci miratus, aliam ex eo vim ſubterranei humoris eius, vnde proueniunt, eſſe coniecit, quam puteorum: tamquam ſcilicet coitu tantum puteales piſces naſcerentur omnes. Sed quum ſatis conſtet recentibus in puteis piſces ſtatim inueniri, non diuerſam, ſed ſimilem eamdem vtrique humori, contra Theophraſtum, vim eſſe apparet. Vide

ſine coitu, humoris quidem vim aliam ineſſe, quam puteis *m.*, arbitratur, [1] ceu vero in nullis reperiantur piſces. Quidquid eſt hoc *n.*, certe minus [2] admirabi-

1. Cum nonnulli. V. ſeu nullis. Ch. cum in nonnullis Gr. et Al. 2. admirabilem t. f. vitam. V et Ch.

de N. et Em. N. CXXXIX. (hic conſp.) *Miratuſq.)* Locum hunc ſic interpolarant Plinii editores: *Miraturque ei ipſe gigni ſine coitu. Humoris quidem vim aliquam ineſſe, quam puteis arbitratur, quum in nonnullis reperiantur piſces.* Nos accurate ac diligenter ſequuti ſumus veſtigia exemplarium R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. quamquam nec omnino ipſa quoque mendi videntur expertia. Nec Voſſium moror, qui in Annot. ad Melam, p. 181. contrario plane ſenſu legit, *ceu vero in illis reperiantur piſces:* quum libri omnes *nullis* prae ſe ferant. Eorumdem porro codicum admonitu, et Chiffletiani, editionumque vetuſtarum, mox reſcripſimus, *minus admirabilem talparum facit vitam;* quamquam haud poenitenda lectio Hermolai, *minus admirabile talparum facit vita.* H.

m. Quam puteis, etc.) Legend. *quam puteis arbitratur ſeu vero in illis reperiantur piſces.* Ex Theophraſti ſcripto de piſcibus in ſicco degentibus, haec deſumſit *Iſaac. Voſſius* in Melam pag. 181. 182.

n. Quidquid eſt hoc) Ambo exemplaria et recentior omnis lectio, *Quidquid eſt hoc, certe minus admirabilem talparum facit vitam.* Haec eſt vera et Pliniana lectio. Hermolaus tamen parum accurate horum verborum ſenſum ſcrutatus, elegantiorem ait eſſe lectionem quorumdam codicum, in quibus habeatur, vt a principio legi. Qua in re, vt cenſeo, Hermolaus aberrat, idque exiſtimo hac ratiocinatione probari poſſe. Mirum quidem videtur, Talpam animal terreſtre ſub terra degere: magis tamen mirum eſt, piſcem ſub eadem terra viuere; quia quum ſit Talpa animal terreſtre, vtcumque viuit tamen in proprio elemento: at piſcem aquatile animal, extra proprium domicilium, in aliena ſede ſub terra degere, maius multo miraculum eſt. Hoc quum ita ſe habeat, conſtetque, mirum magis eſſe, piſcem ſub terra quam talpam, vitam ducere; piſcium vita miraculum talpae eleuabit, non retro. Nam

mirabilem talparum facit vitam ſubterranei animalis, niſi forte vermium terrenorum [1] et his piſcibus natura ineſt.

LXXXIV. (LVIII.) Verum omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia [2] excedente miraculo: quippe [3] detegente eo *o*. muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquae terraeque, iam parte corporis viuentes, nouiſſima effigie etiamnum terrena.

LXXXV. (LIX.) Nec de anthia piſce [4] ſileri convenit, quae pleroſque aduerto crediðiſſe. Cheli-

Fff 5 donias

1. *Et his piſc. M. et iis. V.* 2. *excedens. D- omnia excedentem miracula. Gr. et Al.* 3. *deturgente. V. decedente. D.* 4. *ſilere. Ch.*

Nam maius miraculum minus imminuit, non a minori imminuitur. *Pintianus.*

o. Detegente eo) Traduntur eadem a Diodoro, Mela, Ouidio. Vide N. et Em. N. CXL. (paulo poſt) Et nos animalcula vidimus e ligno putri pariter inchoata, iam parte corporis viuentia, nouiſſima earum parte adhuc lignea ſenſus experte. *Quippe d.*) Ita R. 1. 2. Par. et alii MSS. vti ſect. ſup. vt ſubintelligendum videatur, *detegente terras.* Parm. editio, aliaeque vetuſtae, *deturgente.* Alii *decedente* malunt vt ſup. ſ. *Eodemque Lyco amne decedente.* Mela de Nilo, L. I. c. 9. p. 12. *Glebis etiam infundit animas, ex ipſaque humo vitalia effingit.* *Hoc eo manifeſtum eſt, quod vbi ſedauit diluuia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos: quaedam nondum perfecta animalia, ſed tum primum accipientia ſpiritum, et ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea, viſuntur.* Accepit hoc ex Diod. Bibl. L. I. p. 8. Carmine deſcripſit Ouid. Metam. L. I. v. 422. *Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros Nilus, et antiquo ſua flumina reddidit alueo, Aethereoque recens exarſit ſidere limus: Plurima cultores verſis animalia glebis Inueniunt; et in his quaedam modo cepta per ipſum Naſcendi ſpatium; quaedam imperfecta, ſuiſque Trunca vident numeris: et eodem corpore ſaepe Altera pars viuit, rudis eſt pars altera tellus*: etc. H.

donias inſulas diximus *p*. Aſiae, ſcopuloſi maris *q*., [1]ante promontorium ſitas: ibi frequens hic piſcis et celeriter capitur *r*. vno genere. Paruo nauigio, et concolori veſte, eademque hora per aliquot dies continuos piſcator enauigat certo ſpatio, eſcamque proiicit. Quidquid ex eo mittitur, ſuſpecta fraus praedae eſt: [2]cauenſque quod timuit, quum id ſaepe factum eſt, vnus aliquando conſuetudine inuitatus anthias, eſcam appetit. Notatur hic intentione diligenti, vt auctor ſpei, conciliatorque capturae. Neque enim eſt difficile, quum per aliquot dies ſolus accedere audeat. Tandem et aliquos inuenit, paulatimque comitatior, poſtremo greges [3]adducit innumeros, iam vetuſtiſſimis quibuſque aſſuetis piſcatorem agnoſcere, et e manu cibum rapere. Tum ille paulum vltra digitos in eſca iaculatus hamum, ſingulos [4]inuolat verius quam capit, ab vmbra nauis breui conatu [5]rapiens *s*., ita ne ceteri ſentiant, alio intus excipiente centonibus raptum, ne palpitatio vlla aut ſonus ceteros abigat. Conciliatorem noſſe ad hoc prodeſt, ne [6]capiatur, fugi-

1. *Ante Tauri promont. V. ſupra c. 31. lib. V. dixit, contra Tauri promontor.* 2. *cauetque quod minuit. Cum M.* 3. *abducit. Ch.* 4. *inuncat. V.* 5. *abſcedens. V. abſens. Parm. conatur abſens. Ch.* 6. *ſic et M. Ne capiatur. Parcit piſcator, fugituro in reliquum gregem. Gr. et Al.*

p. Diximus) L. V. ſ. 35. H.

q. Scopuloſi maris) Eas propterea nauigantibus eſſe peſtiferas ſupra dicit cap. 13. lib. V. *Dalecamp.*

r. Capitur) Anthiarum capturam, paulo aliter quidem, ſed eleganti carmine deſcribit Oppian. Hal. L. III. v. 305. ſqq. H.

s. Conatu rapiens) Anthiam ſcilicet: mox enim idem Plinius ſubiicit, *centonibus raptum.* H.

fugituro in reliquum grege. *t.* Ferunt *u.* diſcordem ſocium [1]duci *x.* inſidiatum pulcre noto, cepiſſeque malefica voluntate: agnitum in macello a ſocio, cuius iniuria erat: [2]et damni [3]formulam *y* editam, condemnatumque addidit Mutianus [4]aeſtimata lite. *z.* Iidem anthiae *a.*, quum vnum hamo tene-

1. *Duci ſocii inſ. V.* 2. *ſic et M. dati damni Gr. et Al.* 3. *formula ex edicto condemnatum: addit. V.* 4. *aeſtimata lite decem libris Gr. et Al.*

t. Fugituro in reliquum grege) Capto, inquit, anthia illo, qui prior eſcam appetiit, aufugeret in poſterum grex omnis. Vide N. et Em. N. CXLI. (hic adi.) *Fugituro*) Libri omnes editi, ita prae ſe ferunt, *Parcit piſcator fugituro in reliquum gregem.* Sed interpolata haud dubie eſt ea lectio, quam ſummotis prioribus vocibus, *Parcit piſcator*, ceu ſpurias et ſuppoſititias integritati ſuae reddidimus. Neque vero eas MSS. vlli agnoſcunt, non R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. neque vetus Dalecampii codex. H.

u. Ferunt) Aiunt *e duobus piſcatoribus* diſcordem ab *altero* ſocium duci *anthiarum* inſidiatum eſſe, quem pulcre noſſet, cepiſſeque maligna voluntate: Agnitum *piſcem* in macello a ſocio, cui erat haec illata iniuria: et actionem datam de damno, condemnatumque, etc. H.

x. Duci) Hoc eſt, conciliatori anthiae. H.

y. Et damni formulam) Vſque adeo certis formularum cancellis omnes actiones incluſae erant, inquit Briſſon. de form. L. V. p. 386. vt ipſae formularum nomine ſaepenumero appellentur. Ita legis Aquiliae actio *Damni formula*, appellatur. Vide N. et Em. N. CXLII. (hic adi.) *Et d.*) Ita MSS. proxime laudati. Alii, *et dati damni.* Sane *dare damnum* in Lege Aquilia crebro vſurpatur, teſte Briſſonio, in L. de Verb. Iur. ſignif. H.

z. Aeſtimata lite) Vide N. et Em. N. CXLIII. (hic poſ.) *Aeſt.*) Addunt libri editi, *aeſtimata lite decem libris.* Sed corrupta haud dubie haec litis aeſtimatio eſt; nulla enim in MSS. librarum mentio eſt: quae ad pondus, non ad pretium, omnino

teneri viderint, ſpinis, quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur: eo qui tenetur, extendente, vt praecidi poſſit. At inter ſargos *b.*, ipſe qui tenetur, ad ſcopulos lineam terit.

LXXXVI. (LX.) Praeter haec claros ſapientia auctores video mirari ſtellam in mari: Ea [1] figura eſt *c.*; parua admodum caro intus, extra duriore callo, *d.* Huic tam igneum *e.* feruorem eſſe tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat. Quibus ſit hoc cognitum experimen-

1 *Ea ſtellae figura eſt. V. ea f. eſt. Parua ad. caro intus. M.*

no pertinent. Libentius multo agnouerim, *aeſtimata lite HS. D. M.* (hoc eſt, ſeſtertiûm quingentis millibus) *Anthiae, quum vnum*, etc. pretio litis ex voce *iidem*, quam omnes libri exhibent, vtcumque conflato. H.

a. Iidem Anthiae) Eadem de anthiis narrant Plutarch. L. de ſol. anim. p. 977. et Phile, cap. de ſcaris, p. 134. Ipſum anthiam, qui captus eſt, ſpinis dorſi ſerratis lineam ſecare ait Oppian. Hal. L. III. v. 133. H.

b. At inter ſargos) Numenius in Hal. ap. Athen. L. VII. p. 321. H.

c. Ea figura eſt) Facies eius ſtellas pictas repraeſentat, inquit Ariſt. H. A. L. V. c. 14 p. 575. τὴν δὲ μορφὴν ὅμοιόν ἐςι τοῖς γραφομένοις. Plura earum genera depingit Rondel. L. de inſect. c. 11. 12. etc. Vide N. et Em. N. CXLIV. (hic coll.) *Ea figura)* Locum hunc praepoſtera interpunctione corruptum, tum ex MSS. tum ex Philoſopho: atque ex re ipſa, ſanauimus. Neque enim *figura eſt parua admodum*, vt prius legebatur: ſed *parua admodum caro intus;* callo duriore ac ſpiſſiore carnem obtegente. H.

d. Duriore callo) Inter ὀςρακόδερμα, ſed durioris teſtae piſces ab Ariſtotele numeratur: ab Aeliano H. A. L. IX. 22. inter μαλακόςρακα, ſeu molli cruſta contectos. H.

e. Huic tam igneum) Ariſt. l. c. iiſdem verbis. H.

mentis, haud facile dixerim: [1] multo memorabilius [2] dixerim id, cuius experiendi quotidie occaſio eſt.

LXXXVII. (LXI.) Concharum *f.* e genere ſunt dactyli *g.* ab humanorum vnguium ſimilitudine appellati. His natura in tenebris remoto [3] lumine, [4] alio fulgere [5] claro, et quanto magis humorem [6] habeant, [7] lucere in ore mandentium, lucere in mani-

1. Multoque V. et Ch. 2. dixerim. Id genus experiendi. M. 3. Lumine alio, fulgure clarere, et. M. 4. ſic ex MSS. em. Hard. alio fulgore clarere Gr. et Al. 5. ſic et. Ch. 6. ſic ex MSS. emend. Hard. Lucere. V. habent Gr. et Al. 7. lucere in ora cernentium. M. lucere in ora mandentium. Ch.

f. Concharum) Verbum, *dactyli,* allectitium opinamur. Reliqua ſic legimus, *Concharum e genere ſunt, ab humanorum ſimilitudine, vngues appellati.* Plinius ſupra cap. 33. *Pectines in mari ex eodem genere habentur, reconditi et ipſi in magnis frigoribus ac magnis aeſtibus, vnguesque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium.* Quum igitur illic Plinius *vngues* appellauerit, non eſt, quod credi debeat hic velut mutato propoſito *dactylos*, hoc eſt, digitos nominaſſe: credibilius eſt adiectam ab aliquo temere eam dictionem. Ariſtoteles libro V. cap. 15. *Solenas* Graece vocat, Theodorus *vngues* vertit. Dioſcorides etiam libro ſecundo, capite octauo, *Concham Onychem*, hoc eſt, *vnguem*, appellat, cuius ſuffitu ſtrangulationem vuluarum tolli, et excitari comitiales ſcribit. Repetit idem Paulus ſeptimo, *vngues* operculum eſſe tradens Indicorum conchyliorum, quorum ſuffitu excitentur vuluae ſtrangulatione laborantes, et epileptici: item epotum ventrem ciere. *Pint.*

g. Dactyli) Vide infra cap. 9. et vlt. lib. XXXII. *Dalec.*

Dactyli) De his dictum eſt ſuperius, ſ. 51. Cur autem ab humanorum potius vnguium, quam digitorum ſimilitudine appellentur, quum oblonga conchae figura digitum magis referat, quam vnguem, et δάκτυλος Graece

manibus, atque etiam in ſolo ac veſte, decidentibus guttis: vt proculdubio pateat, ſucci illam naturam eſſe, quam [1] miraremur *h.* etiam in corpore.

LXXXVIII. (LXII.) Sunt et inimicitiarum atque concordiae miracula. Mugil et lupus *i.* mutuo odio flagrant: conger et muraena *k.*, [2] caudas inter ſe praerodentes. Polypum *l.* in tantum locuſta pauet,

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. lego miramur. miraremur. Ch. miremur Gr. et Al.* 2. *Caudam. M.*

ce digitus ſit; exponit D. Reaumur, in Hiſt. R. Acad. Sc. anni 1712. p. 116. Rondeletius dactylos Gallice vocat, *des Couteaux:* Pictones, *des Couteliers:* a cultri ſiue cultelli oblongi ſimilitudine. H.

h. Quam miraremur) Quae admirabiles, inquit, merito ſit in ſolido etiam corpore: quanto magis in fluido dactylorum ſucco conuenit admirari? H.

i. Mugil et lupus) Ariſt. H. A. L. IX. c. 3. p. 1013. Aelian. H. A. L. V. c. 48. H.

k. Conger, et muraena) Praerodi congri caudam a muraena, non ex diuerſo, ſcribit Ariſtoteles. Haec igitur Plinius aliunde: a Nigidio fortaſſe. H.

l. Polypum) Locus eſt ab Ariſtotele deſumtus ad verbum fere ex libro octauo, capite ſecundo. Ergo Ariſtoteles nos docebit eius curationem: aegrotauit enim hactenus, et quidem capitali morbo. Illius verba ſunt, *Locuſtae vel piſces maiores conuincere poſſunt. Euenit vſu vt locuſtis polypi ſuperiores ſint et adeo vt ſi eiſdem in retibus ſenſerit locuſta Polypum, prae metu emoriatur. Congros locuſtae conuincunt, nam elabi non queunt propter cruſtae aſperitatem. Congri Polypos ſuperant, ſed edere non poſſunt, laeue enim et lapſum polypi corpus vſum hoſtis effugit.* Ex his Ariſtotelis verbis conſtat legendum eſſe apud Plinium, non *locuſtam conger*, vt hactenus lectum eſt: ſed *locuſtae congrum*, rurſus *polypum congri lacerant.* De reliquo, archetypum Toletanum, *iuxta viſo*, legit, non *ſi iuxta viderit.* Pint.

Polypum) Ariſt. Hiſt. L. VIII.

pauet, vt ſi iuxta [1] vidit, omnino moriatur. Locuſtam conger *m.*: rurſus polypum congri lacerant. Nigidius *n.* auctor eſt, praerodere caudam mugili lupum, eoſdemque [2] ſtatis menſibus concordes eſſe. Omnes autem viuere, quibus caudae ſic amputentur. At e contrario amicitiae exempla ſunt, (praeter illos, de quorum diximus *o.* ſocietate,) balaena et muſculus *p.*: [3] quando praegraui ſuperciliorum pon-

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. viderit, Pint. Gr. et Al.* 2. *aeſtatis. M. et Ch.* 3. *quandoque. Ch.*

VIII. c. 4. p. 869. et Aelian. H. A. L. X. c. 38. Locuſtas, inquiunt, polypi vincunt; adeo vt ſi eodem in reti ſeſe prope eſſe ſenſerint, moriantur locuſtae metu. Locuſtam alias vt polypus voret, deſcribit Oppian. Hal. L. II. v. 390. H.

m. Locuſtam conger) Subintellige, pauet, vt locuſta polypum. Vide N. et Em. N. CXLV. (hic poſ.) *Polypum etc.)* Priore *pauendi* verbo, vt monuimus, non *lacerandi*, quod ſequitur, ſubintellecto, ſuperuacua eſt huius loci emendatio quam contra codicum omnium fidem Pintianus excogitauit, quum legendum cenſuit, *Locuſtae congrum.* Sic Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 4. p. 869. *οἱ δὲ κάραβοι τὰς γόγγρας· οἱ δὲ γόγγροι τὰς πολύποδας κατεσθίεσι. Locuſtae congros, congri polypos deuorant.* H.

n. Nigidius) Ariſtotelis haec quoque ſunt, Hiſt. L. IX. c. 3. p. 1013. H.

o. De quorum diximus) Vt de pinnae et pinnophylacis ſocietate dictum eſt, ſ. 66. De concha et nauplio, ſ. 49. H.

p. Balaena et muſculus) Hoc miraculum multo vberius dicendo exornat Plut. de ſol. anim. p. 980. et 981. Oppian. item Hal. L. V. v. 71. et Aelian. H. A. L. II. c. 13. E Latinis Claudianus: *Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Bellua, ſulcandas qui praeuius edocet vndas: Immenſumque pecus paruo moderamine caudae Temperat, et tanto coniungit foedera monſtro.* Rondelet. muſculum deſcribit, L. XVI. c. 11. H.

pondere obrutis eius oculis, [1] infeſtantia magnitudinem vada praenatans demonſtrat, oculorumque vice fungitur. Hinc volucrum naturae dicentur.

1. *Siſtentia*, *V*.